UAN
IDAD AUTÓNOMA DE NU
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOT

BX1757
.A5
1669
c.1

UTÓNOMA DE
ENERAL DE BI

1080045359

# FLORES SUMMARUM,

SIVE

# ALPHABETVM MORALE,

Quo omnes fermè conſcientiæ caſus, qui Confeſſariis contingere poſſunt, breviter, clarè, ac quantum licet benignè digeruntur,

*EX SELECTIORIBVS DOctoribus, præcipuè Societatis* JESU; *ex utroque Iure, ac Manuſcriptis variis.*

46338

Authore

R. P. IOANNE DE ALLOZA

Societatis IESU Theologo, è Regia civitate Lima.

Opus ſedulo labore per annos triginta conquiſitum, ex legibus Imperatorum, Decretis Pontificum, uſu Parochorum, Prætorum Peruani Regni &c. collectum:

Prodit nunc primùm in Germania, à plurimis mendis correctum, damnatiſque ab Alexandro VII. ſententiis expurgatum.

*Cum Indice rerum, & titulorum.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus JOANNIS WILHELMI FRIESSEMI junioris,

ANNO M.DC.LXIX.

*Cum privilegio Sac. Caſ. Majeſt.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Del uso del P.e fr. Antonio de S. Buenaventura y Alvarez, con licencia de los Prelados

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132771

Lex Domini immaculata convertens animas. *Pſ.18.8.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo 16 MICROFILMADO
UANL FONDO

# DEDICATIO AD B. VIRGINEM SINE MACVLA CONCEPTAM.

CVM Summam, *ſeu Confeſſariorum Aphoriſmos R.P. Emmanuelis Sà ſæpe multumque legerem, ſemper illud opus doctiſſimum, & utiliſſimum exiſtimavi: quòd ſententiarum brevitate, multam doctrinam, moralemque eruditionem comprehendat. In hoc tamen tam docto, utilique opere multos caſus morales vel brevitatis amore ex conſilio ab authore prætermiſſos, vel à neothericis excogitatos, vel decretis Pontificum, aut Cardinaliũ declarationibus denuò definitos non ſemel deſideravi. Quamobrem utile opus futurum putavi, ſi quis tam ex P. Sà aphoriſmis, quàm ex aliis neothericorum Summis, & noviſſimis authoribus frequentiores in praxi morales reſolutiones, & notatu dignas tanquam Summarum Flores ſeligeret, & ad Alphabeticum ordinem diſponeret, ut facilius quæſita invenirentur. In P. Sà cùm caſus per ſolos numeros diſtinctos habeat, per omnes magno labore, & temporis diſpendio diſcurrere oportet.*

*Per triginta ferè annos libros varios legen-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

do, & viros doctos conſulendo, quan[illegible] caſus morales in ſcriptis notavi, & collegi, [illegible] regulam Confeſſariorum Societatis JESU p[illegible] meo captu obſervarem, & muneri confeſſarii ab obedientia impoſito pro viribus ſatisfacerem. Has tandem breves reſolutiones, & moralia principia in morale Alphabetum ad meum u-ſum & utilitatem redegi, & non in vanum operam, & oleum me conſumpſiſſe iudicavi. Ni-hil enim confeſſario ita utile eſt, ac neceſſarium.

Opus verò hoc velut florum manipulum ex tot floriferis Doctorum viridariis collectum, cui potiore iure ſacrũ faciam, quàm flori illi, qui pu-ritatis candore, gratia decore, virtutum omniũ ſuaviſſimâ fragrantiâ, & odore facilè inter cæ-leſtis Paradiſi pulcherrimos flores, tenet ſceptrũ, regis imperium, exercet principatum; De quo meritò dicitur; Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Non magis ſuperat liliũ ſpinas quàm reliquas fœminas Maria, quæ aptè lilio comparatur, utpote cuius virga ſceptri figu-ram, cuius flos ſimilitudinem argenteæ coronæ refert; ut acutè notavit Bernardus; Imperium inquit Mariæ ſuper omnem creaturam; Spe-cies floris huius digna eſt Imperio. Sed unde tan-ta pulchritudo, venuſtas tanta? nonaliunde qui-dem, quàm ab illa ape cæleſti, quæ ut idem Ber-nardus ait, Paſcitur inter lilia, floriferam inhabitat patriam, & ad ſuavè olentem perpetuæ virginitatis florem pervenit. Hoc eſt, teſte Ruperto, lilium convallium, & ut E-piphanius: lilium immaculatum, cuius ſua-

và

vi fragrãtiâ illectus exclamavit Bonaventura: O lilium Angelicum! ô flos cœleſtis! quem tantumodo dilexit apis illa ſupercœleſtis. Nihil pulchritudinis, decoris nihil huic lilio deeſt, ut benè obſervavit Iſidorus: intus, & fo-ris pulchrum eſt lilium. Intus tribus aureis granis, foris & intus candore, & odore. Sic Maria mente, & corpore tota eſt pulchra; mente quidem, quia totius templum effecta eſt Trinitatis, & aurum in ea effulget divinita-tis, & macula non eſt in illa propter puritatis candorem, & ſuavè olentem omnium virtu-tum fragrantiam; corpore verò propter ſem-per illibatæ Virginitatis honorem. Longè igi-tur ab hoc cæleſti flore abeſt culpæ nigredo, fœtor peccati, malitia ſervitutis, maculæ fœditas. Indigna quippe ſunt hæc omnia tam pulchro, ac regio flore, tam candido lilio.

Cùm igitur libri huius præcipuus ſcopus ſit homines à peccato liberare, cui conſecrandus eſt potiùs, quàm myſticæ mulieri illi, de qua ipſe Deus ad ſerpentem: Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo illius. Ipſa quoque eſt mulier amicta ſole, fugiet ab illa coluber ille, qui odit lucem, & eſt princeps tenebrarum, tan-tique fulgoris mentibus noſtris irradiantibus radiis luce clariùs meridianâ dubiorum moraliũ tenebræ facili negotio evaneſcent, ut veritatis lumine fruamur.

Cùm ergo huius operis finis ſit ex hominum cordibus peccatorum maculas detergere, & ad hoc confeſſarios adiuvare, iuſtè quidem ab omni

peccati

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*peccati macula, concepta Virgini conſecratur. Et qui in ſcientia morali fœlices facere progreſſus contendit, huic myſterio ſe devotũ oſtẽdat, hancque ſibi magiſtram eligat; nam iuxta Ambroſium;* Primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri; quid nobilius Dei matre? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Sit igitur nobis tanquam in imagine deſcripta virginitas, vitaque B. Mariæ, de qua velut in ſpeculo refulget ſpecies ſanctitatis & forma virtutis. Hinc ſumamus licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa ſunt probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeamus.

*Tu igitur virtutum omnium forma excellentiſſima, dulciſſima Maria, oculos tuos duo lumina cœli, huc verte, & huic operi pietati tuæ dicato fave, ut non meo,* ſed nomini dilectiſſimi Filii tui ac tuo detur honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

APPRO-

# APPROBATIO.

## R.P. PROVINCIALIS Societatis JESU in Provincia Toletana.

PHILIPPUS DE OSSA Provincialis Societatis Jesu, in Provincia Toletana, poteſtate ad id mihi facta à Reverendo admodum Patre noſtro Joanne Paulo Oliva Vicario Generali Societatis Jesu, facultatem facio, ut liber inſcriptus *Flores Summarum*; *Authore* R. P. JOANNE DE ALLOZA *noſtræ Societatis Theologo*, & ejuſdem Societatis gravium Doctorúmque hominum judicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Matriti, die octava Martii anno 1664.

PHILIPPUS DE OSSA.

# APPROBATIO

## R.P. Provincialis in Provincia Anglicana.

EGo EDUARDUS COURTENÆUS Provincialis Soc. Jesu in Provincia Anglicana, poteſtate ad hoc mihi facta à R. admodum P. Joanne Paulo Oliva Vicario noſtro Generali facultatem concedo, ut Liber cui nomen eſt, *Flores Summarum, ſeu Alphabetum Morale*, *Authore* R. P. JOANNE DE ALLOZA *Societatis noſtræ Peruano Theologo, ex Regum civitate Limâ*; ejuſdemque Societatis gravium Doctorum hominum judicio approbatus, Typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque Officii noſtri munitas, dedimus Londini 4. Junii 1663.

EDUARDUS COURTENÆUS.

## APPROBATIO ORDINARII.

CUm elucubratum opus, cui titulus *Flores Summarum, ſeu Alphabetum Morale* R. P. JOANNIS DE ALLOZA *è Soc.* Jesu nihil à Chriſtianæ fidei puritate, & majorum placitis alienum contineat, æquum judicavimus ut typis mandetur. Leod, Maii 1664.

JOANNES ERNESTUS DE SURLET
Canonicus & Vicarius Gener. Leod.

APPRO-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## PRIVILEGIUM Societatis JESU.

*Pro Imperio Romano ac terris hæreditariis Sac. Cæſ. Majeſt.*

CUM ex mandato Sacræ Cæſareæ Majeſtatis omnibus ac ſingulis Typographis, Bibliopolis, & aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus ſeriò, firmiterque inhibeatur, ne quiſquam libros ullos à Soc. noſtræ Patribus hactenus editos, aut impoſterum edendos intra Sacri Romani Imperii Regnorum ac dominiorum ſuæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis hæreditariorum fines, ſimili aliove charactere aut formâ, ſive in toto, ſive in parte excudere, recudere, vel aliò excudendos vel recudendos mittere, vendere, diſtrahere, clam ſeu palam citra ſupradictorum Patrum conſenſum ac teſtimonium audeat, vel præſumat:

Ego MATHIAS MERRHEM Soc. Jeſu per Provinciam Rheni inferioris, præpoſitus Provincialis, concedo JOANNI WILHELMO FRIESSEM facultatem excudendi librum, cui titulus *Flores Summarum, ſeu Alphabetum morale caſuum conſcientiæ*, Authore R. P. JOANNE de ALLOZA Soc. noſtræ Theologo. In quorum fidem hoc ei teſtimonium manu propriâ ſubſcriptum, & Sigillo munitum dari voluimus Coloniæ 28. Sept. 1668.

MATHIAS MERRHEM

## IUDICIUM

R.P. MARTINI A XAVREQVI *moralis Theologiæ publici Profeſſoris in Limano D. Pauli Collegio Societatis* JESU *de libro hoc R. P. Ioannis Alloza.*

SElectiſſimum tuum morale Florilegium ingenti cum voluptate perluſtravi (Doctiſſime Pater) & in eo nil non laudabile vidi. Non ſunt laudabiles meri eloquij flores, temporis ſpolia, inaniaq; verborum folia, aeris ludibria, quæ ſic percellit Auguſtinus: *Alii meros flores loquuntur: Alii folia: Alii fructus.* Ipſe quidem etiam dum loqueris flores, fructus emittis in libro fœcundiſſimo campo arato, & exarato calamo conſtanti triginta annorum ſpatio apprehenſo. Et juxta aureum Divi Hieronymi monitum, *Sectaris ſapientiam, quæ non eſt in foliis, ac flore verborum, ſed in medullis, ac fructibus ſenſuum. quæ non aurem prætervolat, ſed animam reficit.* Lego Diſertiſſimum Enodium ſic ſcribentem ſuo Joanni, à quo librum approbandum acceperat: *Tibi, non delinificam orationem, ſed vocem debeo caſtigantis: non tibi pictis verborum illudens artificiis, ſed totum profundâ mente retinens, poſſem dicere: Ad arcem ſcientiæ perveniſti, ſummam perfectionem adeptus es. Sed hæc aliena a me ſunt. Dico, ſint licet grandia, quæ in cano eloquentiæ flore pollueris: Ego tamen, niſi de meſſe non gratulor. Labora circa ſtudia, lucem in colloquiis dilige, lectioni devotus inſiſte, ut fructus multiplicium Auctorum ventilatione purgetur. Pulchra ſunt, quæ ſcribis, ſed ego amo plus fortia: redimita ſunt floribus, ſed poma plus diligo.* Si tuum librum Enodius perlegiſſet, nil in eo reprehendendum inveniſſet, & quidquid ſine adulationis mendacis

*Auguſt. lib. 4. de Doctr. Chriſt.*

*Hieron. in Iſaiam 35.*

*Enodius lib. 1. Ep. 10.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dacis nota de ſuo Joanne auſus non eſt dicere, de Te meliore Joanne verè, & libenter prædicaret: *Ad arcem ſcientiæ pervenisti, ſummam perfectionem adeptus es. Gratulor de meſſe, laboras circa ſtudia, lucem in colloquiis diligis, lectioni devotus inſiſtis & ita fructus multiplicium Auctorum, non ſolùm Theologiæ, verum & Canonici, Civiliſque juris anteceſſorum ventilatione purgatur. Pulchra ſunt, quaſi rebus ſeu ſortia, floribus æq; ac fructibus redimita.* Tot tuo libro ſententiæ, ſenſus, fructus amygdalei (juxta Emphaſim dulcis, nobiliſque cognominis Alloza) quot verba, quot flores: Quare aptè cenſebo cum Sydonio Apollinari: *Plus doces, quam dicis; paucis multa cohibes, & cura fuit cauſam potius implere, quam paginam: Ad hæc unica, ſingularique doctrina & in diverſarum rerum aſſertione monſtrabilis: Te totus, qua patuit orbis jure venerabitur;* Et congratulatoriis vocibus excipiens conclamabit: *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Flores profectò utiliſſimi. Teſtatur Apulejus ſe exuta deformi ſtolidi, ignarique Aſini forma novam, & formeſam rationalis ſapientis hominis ſpeciem induiſſe: tantùmque miraculum ſolis devoratis floribus fuit peractum. Metamorphoſim hanc floridus liber tuus inducet. Felix, qui tuos flores ſtudioſè devoraverit, nam ſubitò cum ſapientem ſe mirabitur. Proinde omnes Theologiæ moralis Candidatos ad legendum urgeo, ad ſtudendum excito: nam

Sydon. lib. 4. ep. 3

Cant. 2. v. 12.

*Hic ver aſſiduum, melius, quàm carmina, flores*
*Inſcribunt; oculis tu lege, non manibus.*

Eclog. 3. Intrepidè legite flores, nec enim latet anguis in iſta herba, velut in illo prato, à cujus floribus capiendis deterrebat Maro:

*Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga*
*Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.*

Eccli. 24. v. 23. Nunquam utiles adeo flores, & fructus marceſcent, cùm eos protegat pudica Flora, cujus flores ſunt etiam fructus honoris, & honeſtatis: Gaudet enim Regina Maria coronari

*----- Floribus iſtis,*
*Quos neque frigoribus Boreas, nec Syrius uris*
*Æſtibus, æterno ſed veris honore rubentes*
*Fons Aganippæa Permeſſius educat unda:*
*Vnde piæ paſcuntur Apes, & prata legentes*
*Tranſmittunt ſeclis Heliconia mella futuris.*

Claudianus de laudibus Reginæ ſerenæ.

Et cùm tantæ Reginæ Regique filio JESU adſcriptos, ſacratóſque hos flores intueor, aſſequor proculdubio illius ignoti ænigmatis ſenſum: Virgil. Eclog. 3.

*Dic, quibus in terris inſcripti nomina Regum*
*Naſcuntur flores?*

Naſcuntur ſanè in hac Limana terra, Regia quidem Urbe, vulgò dicta *Ciudad de los Reyes*, quæ tanto Alumno ſe jactat Auctore. Ita cenſeo, &c.

MARTINUS DE XAVREQVI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fetio

# INDEX TITVLORVM, SIMVL & rerum.


Abbas. 1
Abbatiſſa 2
Abortus. 3
Abſens. 5
Abſolutio.
à peccatis in communi. 5
Abſolutio moribundi. 8
à reſervatis. 9
ab excommunicatione 10
Accuſator. 13
qui non poſſint accuſare. 14.
Acolytus. 15
Actus humanus ibid.
Acedia. 16
Adulterium. ibid.
Advocatus. 17
qui ab hoc officio excluſi. ibid.
quando in hoc peccetur. 18
quantum pretium poſſit accipere. 19
AEgrotus. 20
Æthiopes. ibid
Affinitas. 21
Alienatio. ibid.
Alimentum. 22
Altare. 23
Amicus. ibid.
Amor. ibid.
Anima. 24
Appellatio. ibid.
Apoſtaſia. 25
Argumentum. ibid.
Arbiter. ibid.
Archiepiſcopus. 26
Arma. 27
Aſtrologi. ibid.
Attritio. 28
Avaritia. 29

Bannitus. 29
Baptiſmus. 30
ſingularia de Baptiſmo. 32
Bellum. 34
Benedictio. 35
Beneficium. 36
De perceptione fructũ. 38
Blanditiæ. 40
Blaſphemia. ibid.
Bona. 41
Bulla cruciata. 43
commutatio voti per bullam. 47
ejus facultas commiſſario conceſſa. 49
Bulla defunctorum. 50
Bulla compoſitionis. ibid.
in quibus hæc locum habeat. 51
variæ reſolutiones de Bulla cruciata. 52


Ca-




Calix 54
Calumniator ibid.
Cambium. 55
Canonici & Præbendati. 56
Capellanus. 58
Capitulum. 59
Carcer. ibid.
Cardinalis. 60
Caſus fortuitus. 60
Caſus reſervatus. 60.
De reſervatis in Societate Jeſu. 63
Circa hos inſtructio. 64
De reſervatis in aliis religionibus. 65
Caſus S. Inquiſitionis. 66
Caſus adverſus aſtrologos. 67
Circa ſollicitationem in Confeſſione. 69
Caſus reſervati in regno Peru. 72
Cathedra. 73
Caupo. ibid.
Cenſus. 74
Cenſura. 75
Quis eam imponat. 76
ejus conditiones. ibid.
an præmittenda monitio. 77
de illius effectu. 78
quæ ab hac excuſent. ibid.
Cenſuræ ſubjectum quod 79.
quomodo tollatur. 80
quis abſolvat à cenſura. ib.
abſolutio metu vel fraude extorta. 82
ejus abſolvendi forma. 82
Ceſſatio à divinis. 83.
quis eam imponat. 84
quis tollat. ibid.
Circa hanc Privilegium mendicantium. 85
Ceſſio bonorum. 86
Charitas. 87
ejus meritum. ibid.
Charitas proximi. 88
Circumſtantia in confeſſione aperienda. 89
varia de hac dubia. 92. & 94
Clerici. 96
Dubia circa clericos. 98
plura de eiſdem. 101. & 103
Cogitatio. 103
Cognatio. 104
Collecta. ibid
Coloni. 105
Columbæ. ibid.
Comedere. ibid.
Comœdiæ. 106
Commercium. ibid.
Commiſſarius. ibid.
Cruciata V. bulla. 43
Commodatum. 106
Communio ſacramentalis. 107
Compenſatio. 108
Concionator V. prædicator.


Conceſſio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Conceſſio. 108
Concilium. ibid.
Concubinarii. 109
Conductio. ibid.
Confeſſio ſacramentalis. 110.
Ejus materia & forma. 112
Quoad ejuſdem reiterationem. ibid.
Quoad obligationem. 114
Sigillum confeſſionis. ibid.
Præceptum confeſſionis. 116
Miniſter hujus ſacram. 118
Quomodo quiſque ſuam norit Parochiam. 119
Quis hujus miniſter ex poteſtate delegata. 119
Quis eam poſſit delegare. ibid.
Forma delegationis. 120
An Epiſcopus poteſtatem à ſe approbatorum poſſit arctare. 121
An approbatio ſit perpetua. ibid.
quis idoneus miniſter hujus ſacramenti. ibid.
à quo ordinario debeat fieri approbatio. ibid.
Conditiones & obligationes confeſſariorum. 123
Quomodo rudes inſtruendi. 124
De Parochis Indorum. 126
Varia dubia de confeſſione. 129
Confirmationis ſacramentum. 130
Conjuratio. 132
Conſcientia. ibid.
Conſecratio. 133
Conſenſus. ibid.
Conſervator. 134
Conſilium. 136
Conſuetudo. ibid.
Contractus quid. 137
A Contractu recedere. 138.
Contractus per vim aut metum factus. 139
Contractus de re aliena. ib.
An liceat alienare quid in fraudem creditorum. 140
Quis incapax ad contrahendum 141
An minorennes & Filiifamilias poſſint contrahere. 141
Notabile damnum in contractu. 142
An contractus jure invalidus propter juramentum teneat. 143
Contritio quid? 144
Cooperatio. 145
Contumelia. 146
Corpore vitiatus. ibid.
Correptio. 146
Crimen. 149.
Culpa. ib.
Curioſitas. ibid.
Cuſtos ibid.

—— — . ———— . ——

Damnum. 151
Debitum. 152
Debitum conjugale. 154
Quo utrum priventur conjuges ob affinitatẽ 156
an ob emiſſum votum caſtitatis. *ibid.*
obligatio emittentis votũ poſt matrimonium contractum. 157
Decimæ an debeantur. 159
de quibus debeantur. *ibid.*
quibus debeantur. 160
qui debeant. *ibid.*
Defenſio. defenſor. 162
Degradatio. 162
Delectatio morosa. 163
Delegatio delegatus. 164
Deliberatio. *ibid.*
Delictum vel quaſi delictum. *ibid.*
Denuntiatio. *ibid.*
Depoſitum. 166
Deriſio. *ibid.*
Detractio. *ibid.*
Diabolus. 168
Diaconus. *ibid.*
Dimiſſoriæ. *ibid.*
Diſpenſatio. 169
ejus cauſa. *ibid.*
quando juſta, quando ſubreptitia. 170
an ſtricte interpretanda. *ib.*
an qui cum aliis, ſecum poſſit diſpenſare. 172
Diſputatio. 174
Doctor. *ibid.*
Divortium. 174
an innocens maritus poſſit dimittere adulterã propria authoritate. 175
an mutua compenſatio, ſi utraque conjux committit adulterium. 176
an innocenti liceat invita adultera profiteri vel initiari. 177
an liceat adultero initiari aut profiteri invito innocente. 177
an cauſa divortii ſit hæreſis vel apoſtaſia. 178
an ſævitia vel alia delicta. 179
quis poſt divortium teneatur filios alere. *ibid.*
Dolus. 180
Domicilium. 187
Dominium quid ſit. 181
de ejus objecto. 182
an animalia, aves & piſces ſint capientis. 183
an glandes, & ligna in alienis montibus ſint cædentis: & quid de paſcentibus pecora in alienis campis. 184
dominium theſauri inventi ad quem pertineat. 185
quot modis dominium transferatur. 186
Dominus. 186
Domus. 187
Donatio quid, & quis donare poteſt? 187
quando religioſi poſſint donare. 188
de variis donationibus 189
Dos quid ſit. 191
an pater teneatur dotare filias. *ibid.*
an mater & alii conſanguinei. 193

† obliga-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obligatio dotatoris & fidejuſſoris. 193
an uxor durante matrimonio poſſit dotem petere. quæ. & cujus ſint bona paraphernalia. 195
arrhæ quæ & cujus ſint: & donationes inter nuptias quem habeant effectum. 196.
donationum effectus inter ſponſos, & an bona lucrata durante matrimonio ſint communia. 196
an defuncto marito uxor debeat dimidium debitorum mariti ſolvere, & hæredes inceptos contractus perficere. 198
an dotis hypotheca reliquis præferenda, & maritus vel hæredes poſſint opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ dotis. 199
quomodo & quando diviſiones ſunt faciendæ. 200
Dubium quid ſit, & quando in dubio reſtituendum. 201
quando verum ſit meliorem eſſe conditionem poſſidentis. 202
in dubio valoris matrimonii quid agendum. 202
an ſubditus in dubio teneatur prælato parere. 203
Duellum. 204

---

Ebrietas. 205
Eccleſia in communi. 602
quæ ejus immunitas, & quæ loca illa gaudeant. 208
quæ perſonæ eâ gaudeant. 209.
an liceat delinquentem ab eccleſia extrahere. 210
Electio. 211
Eleemoſyna quid &, quotuplex ſit. 212
an de hac præceptum. 213
quis poſſit eam facere; & obligatio eccleſiaſticorum circa eam. 214
de quibus bonis, & quo ordine facienda. 215
qui fingens ſe pauperem vel religioſum eleemoſynam petit an peccet. 216
Emphyteuſis. 216
Emptio quid ſit & quomodo licita. 217
an liceat negotiatio clericis & religioſis. 218
res empta cui pereat: & quale juſtum ſit rerum pretium. 219
an carius vendere, & vilius emere liceat. 220
an carius vendi poſſit pecuniâ expectata quàm numerata. 221
an vilius liceat vendere debita alicujus. 222
tritici taxa quomodo ſervanda. ibid.
panis coctus quantum vendendus. 223
an defectus rei venditæ aperiendus. 224
an venditor ſciens brevi adventuram mercium copiam, poſſit currenti pretio vendere. 225
an liceat multas merces ſimul emere, ut paulatim vendantur. 225
an liceat vendere ea quibus abutitur emptor. 225
monopolium an licitum, & an vendere cum pacto retrovendendi, vel retroemendi liceat. 226
an liceat vendere vel emere baratas. 227
an proxenetis liceat aliquid de pretio mercium reſervare, vel eas emere. 227
varia circa emptionem & venditionem. 228
Epiſcopus. 230
Decreta Innoc. X. circa Epiſcopos & regulares 233
regularis Epiſcopus. 235
varia de Epiſcopis. 236
quæ poſſit & non poſſit facere. 238
Equites V. milites.
Euchariſtia quid, & ejus materia. 240
an vinum mixtum aquâ ſit materia hujus ſacramenti. 241
an requiratur ad id quantitas determinata. 242
forma Euchariſtiæ. 243
forma conſecrationis calicis. 243
quomodo Chriſtus ſit in hoc ſacramento. 244
quomodo Pater & Spiritus Sanctus. 245
an corpus Chriſti ſit in S. Euchariſtia cum apparet puer &c. 245
an alius liquor poſſit miſceri cum ſpeciebus vini in hoc ſacramento. 246
qui effectus hujus ſacramenti, & diſpoſitio ad illos 246
an Euchariſtia ſit medium neceſſarium ſalutis, & de ejus uſu. 247
an neganda in peccato mortali exiſtenti. 248
quale ad hanc requiratur jejunium. 249
an ratione carentes poſſint Euchariſtiam recipere 250
an liceat quotidie communicare. 251
an communicandi præceptum. ibid
an ſub utraque ſpecie. 252
de miniſtro Euchariſtiæ. ibid.
an hic ſolus ſacerdos. 253
an præter parochum alii ſacerdotes. 253
an extra miſſam poſſit ſeipſum communicare ſacerdos. 254
varia de Euchariſtia. ibid.
plura de eadem. 258
Examen. 260
Excommunicatio quid ſit, & ejus effectus 261.
an privet à ſacramentis. ib.
an ab adminiſtratione ſacramentorum. 262
an ab aliis divinis officiis. 263.
an ab eccleſiaſtica ſepultura. ibid.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

varia de jejunio. 351
Ignorantia quid, & quæ quiſque ſcire debeat. 353.
de ignorantia pœnitentis. 354.
Illegitimus. 355
Imago. 356
Immunitas V. Eccleſia
Impoſſibile. 356
Inceſtus. ibid.
Indorum feſta & jejunia. 357
eorum privilegia. 358
varia ad Indos ſpectantia. 360 & 363.365.367.
de indorum tributis. 361
de Indorum prætoribus. 370.
Incendiarius V. excommunicatio.
Indignatio. 372
Indulgentiæ an in Eccleſia, & an earum concedendi poteſtas. 373
an poſſint concedi pro defunctis. 375
an ſi defuncto applicatæ plenariæ indulgentiæ, ſtatim liberetur. 377
quis poſſit lucrari indulgentias. 378
jubilæum lucrandi modus. 380
Infamia quid, & quotuplex ſit. 383
Infamare. 384
Infans. 385
Infidelis. ibid.
Infirmus. ibid.
Ingratitudo. 386
Invidia. 386
Inobedientia. ibid.
Inquiſitio quotuplex, & quando inſtituenda. 387.
Inquiſitorum poteſtas. 389.
de quibus poſſint cognoſcere. 390
de ſententia & tortura reis infligenda. 392
de confiſcatione bonorum & pœna delictorum. 395
Intentio. 399
Interdictum quid. 400
quomodo ſuſpendatur in quibuſdam feſtis. 403
ejus pœnæ. 404
ejus cauſæ & ſubjectum. 405.
varia circa interdictum. 406.
Interpretatio. 407
Inventarium. 408
Interrogatio. 409
Invidia. ibid.
Invocatio dæmonum. 410.
Ira. ibid.
Irregularitatis definitio, effectus, & quare introducta. 411
quis eam incurrat. 412
in ea quis diſpenſet. 413
an eam incurrat indigne mini-
miniſtrans & recipiens baptiſmum & ordinem. 415
quænam oriatur ex delicto. 416
quomodo incurratur ex cauſa ſanguinis. 421
Irregularitas ex mala fama & bigamia. 423
ex defectu natalium. 424
ex defectu corporis. ibid.
ex ſervitute. 425
ex obligatione. 426
ex defectu patrimonii. ibid.
varia de irregularitate. 427
Judæus. 429
Judici quæ neceſſaria. 430.
S. Pontifex an alii ſubjectus 431.
quas Judex debet opiniones ſequi. 432
quando poſſit torquere reum. ibid.
ab tortura qui excepti 433
quando judex reſtituere teneatur. ibid.
de judice eccleſiaſtico. 434
de judice laico. 436
varia de judice. 437
Judicium temerarium. 439.
Juramentum quid, & quæ verba requirat. 439.
quando licitum, & illicitum. 441
an omnia juramenta obligent. 442
quinam jurare prohibiti. 444.
quomodo relaxetur juramentum. ibid.
Juriſdictio. 446
Jus. 447
Juſpatronatus. 447
varia de hoc. 448
Juſtitia. 450
ſcienti & conſentienti an fiat injuſtitia. ibid.


---


Laudemium. 451
Legati effectus. ibid.
varia de hoc. 454
Legitima. 457
Lex quotuplex. 458
vetus an obliget. 459
naturalis quæ ſit. ibid.
humanam quis poſſit condere. 460
hujus conditiones obligationes & lectores qui 461. 466. &c.
varia de lege pœnali. 464
legi an ſubdantur principes. 466.
an obligent leges civiles clericos, religioſos, & hiereneantur ad epiſcopales. 467.
quibus obligentur peregrini. ibid.
conſuetudo quid, & quæ legitime præſcripta? 469
varia de legibus. 470
Libri. 472
Libertas V. ſervus.
Literæ apoſtolicæ. 472
Litigium. 473


Locatio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Locatio quid, & quod juſtum ejus pretium. 473.
Loca ſacra. 477
Ludus. 477
an poſſit ludere qui alienare non poteſt. 479
Luxuria quid. 482
fornicatio an peccatum mortale. *ibid.*
vario de oſculis, tactibus &c. *ibid.* 483
de ſtupro. 484
de raptu. *ibid.*
de adulterio. *ibid.*
de inceſtu. *ibid.*
de ſacrilegio. 485
de peccato contra naturam *ibid.*
de pollutione. *ibid.*
de delectatione moroſa, & qui impedit generationem 486.

---

MAledictio. 488
maleficium. 489
Mandatum. *ibid.*
Manifeſtum. *ibid.*
Maritus. 490
Martyrium. 491
Mater V. pater.
Matrimonium quid, & quis inſtituit. 492
ejus materia & forma. 492
quid matrimonium ratum, conſummatum, clandeſtinum, &c. 493 494. 495.
quis hujus ſacramenti proprius parochus. 496
de præſentia parochi & teſtium: de denuntiationibus & conditionibus matrimonii. &c. 497. 498. 499. &c.
de conſenſu coacto. 501
de actu conjugali. 502
quæ matrimonii impedimenta. 504
alia impedimẽta ejuſdem, ut Ordo. &c. 510.
de diſpenſatione in impedimentis matrimonii. 514
varia de matrimonio. 518
Medicus. 522
Mendacium. 523
Memoria. 524
Mercator. *ibid.*
Mercenarius. *ibid.*
Meretrix. 525
Meritum. *ibid.*
Metus. 525
Miles. 527
Minor. *ibid.*
Miraculum. 528
Miſſa quid? & in quo conſiſtat. 528
de ejus offerente, & effectu &c. 529
de miſſæ ſtipendio & circumſtantiis. 531
quæ in ea adhibenda paramenta. 535
de defectibus ejuſdem. 539
de præcepto miſſam audiendi. 540
varia circa miſſam. 542
ſingularia quædam de miſſa. 546
Moneta. 549
Monaſterium, Monialis. 550
quando ingredi licet monaſteria. *ibid. &* 552
quando exire licet monialibus. 551
varia de monialibus. 554
Monopolium V. emptio, venditio.
Mons pietatis an uſurarius. 556
Mora. 557
Mortis articulus. *ibid.*
Mutuum. *ibid.*

---

NAufragium. 559
Neceſſitas. *ibid.*
Negromantia. 560
Negotium. *ibid.*
Neophytus. *ibid.*
Notarius V. tabellio.
Notorium V. manifeſtum. 489
Numerus. 560
Novitius. 561
de ingreſſu religionis. *ibid.*
qualitates novitiorum. 563
varia de novitiis. 566
de eorum probatione, profeſſione, votis &c. 568 579.
quando reclamatio contra profeſſionem facienda 570
an in profeſſione omnia peccata remittantur. 571
plura de novitiis. 572
Nuptiæ. 573

---

OBedientia. 574
Oblatio. 576
Obligatio. *ibid.*
Obſes. *ibid.*
Occultum V. manifeſtum. 459
Obſtetrix. 577
Occaſio. *ibid.*
Odium. *ibid.*
Officium. *ibid.*
Opinio: de ejus electione. 578
Oratio. 581
Ordo quid & quotuplex *ibid.*
quæ interſtitia ſervanda. 585.
de requiſitis ordinandorum. 586. 587
varia de ordine. 589
Ornatus. 592
Oſculum V luxuria, matrimonium.

---

PActum. 593.
Papa. *ibid*
Pallium. 594
Patrinus. 595
Parentes. *ibid.*
Parochus. 596
Participatio. 599
Pars. *ibid.*
Paupertas. 599
varia de paupertate religioſorum. 600. 601
plura de paupertate 603
Peccatum quid & quo-




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

triplex. 605
de gravitate & diſtinctione peccatorum. 607
de peccato veniali. 608
varia de peccatis. 609
Peculium. 611
Pecunia v. moneta. *ibid.*
Penſio. 611
Pignus 612
Peregrinus 613
Perjurium. *ibid.*
Pœnitentia quid ſit. 614
Pœna. 616
Pollutio v. luxuria. 482
Pontifex ſummus. 618
Præceptum. 619
Prædicator. *ibid.*
Prælatus. 620
Præſcriptio. 622
Præſens. *ibid.*
Præſumptio. 622
Precarium. *ibid.*
Primitiæ. *ibid.*
Princeps. 623
Privilegium. *ibid.*
Procurator. 624
Promiſſio. *ibid.*
Propoſitum. 625
Proxeneta. 626
Prudentia. *ibid.*
Publicum. 627. v. manifeſtum. 489
Purgatorium. 627.

Q Varia funeraria. 628
Quæſtuarij. *ibid.*

R Apina. 629
Raptor. v. luxuria, matrimonium.
Ratihabitio. 629
Reatus. v. peccatum. 605
Recompenſatio. 630
Reconciliatio. v. Eccleſia. 206
Reditus annui. v. cenſus.
Religio, & Religioſus quid ſint. 630
Qui religioſi exempti & ſubjecti. 631
de eorum judice conſervatore. 634
an ad aliam poſſint tranſire religionem. 635
varia de religioſis. 636
plura de ijſdem. 640
de eorum emptione quoad forum eccleſiaſticum. 642
& ſæculare. 643
varia de illis. 645
canones de dimittendis religioſis Societatis. 646
Regulæ juris canonici 648.
Reliquiæ. 652
Renunciatio. 653
Repetitio. *ibid.*
Repreſſaliæ. *ibid.*
Reſidentia. *ibid.*
Reſtitutio quid ſit & quando obliget. 654 &c.
de reſtitutione poſſidentis aliena bona fide. 658
ob turpem cauſam. 660



ob opus bonum vel malum 661
ordo reſtitutionis circa plures creditores. 663
de reſtitutione bonorum ſpiritualium. 664
de reſtitutione occidentis &c. 665
de reſtitutione actuum luxuriæ. *ibid.* & 667
an reſtituere debeat puella occultans defectum virginitatis. 666
de reſtitutione impedientis bonum. 667
varia de reſtitutione. 668
Reſervatio caſuum. 671
Revelatio. 673
Reus. 674
Rex. 677

S Acramentum. 678
Sacrilegium. 682
Sacra. 682
Salarium. 683
Salutatores. *ibid.*
Satisfactio. 684
ſatisfactio ſacramentalis. *ibid.*
Scandalum. 685
Schiſma. 687
Scientia. *ibid.*
Scrupulus. *ibid.*
Secretum. 688
Sepultura quid ſit. 688
quibus neganda 690
funebres ſumptus quis debeat facere. 691
varia de ſepultura. 692
Servus, quando acquirit dominium. 693
Sigillū confeſſionis. 695
Simonia. 698
an pretium recipere pro religionis ingreſſu ſit ſimonia. 701
varia de ſimonia. 702
an penſiones vendere aut redimere ſit ſimonia. 705
pœnæ ſimoniaci. 706
Societas quid, & an licita. 709
Solutio. 712
Sors & ſortilegium. 713
Spectaculum. 715
Sodomia. *ibid.*
Spes. 714
Sponſalia quid, & eorum obligatio. *ibid.*
matrimonium clandeſtinū an vim ſponſalium habeat. 717.
quomodo diſſolvantur. 718
Status. 720
Stipulatio. *ibid.*
Stuprum. v. luxuria.
Subdelegatus v. delegatus.
Subditus. 721
Subreptio. v. voluntarium.
Subornatio. 721
Superbia. *ibid.*
Superſtitio quid, & ejus ſpecies. 722
de ſuperſtitioſis obſervantiis. 723
de ſalutatoribus. 724
de enpſalmis. *ibid.*

ſuſpen-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Suſpenſio quid, & ejus ſpecies. 725
causa efficiens ejuſdem. 727
effectus ejuſdem. ibid.
quis abſolvat ab ea. 729
Suſurratio. 729.

Tabellio. 730
Tactus impudici, V. luxuria.
Tantorum agitatio. 730
Tentare. 731
Theſaurus. 732. V. dominium.
Teſtamentũ quid ſit. 732
ejus ſolemnitates. 733
quis teſtari non poſſit. 734
quis legatarius poſſit inſtitui. 735
quando & quomodo inventarium inſtituendũ. 737
de teſtamentarijs ibid.
varia circa teſtamentũ. 739.
Teſtis. 741. quot requirantur. 742
quomodo examinandi. 745
varia de ijs. ibid.
teſtis apud inquiſitores. 746.
Torneamentum. 747
Tonſura. 748
Tranſactio. ibid.
Tributum. 749
Triticum. ibid.
Tutor. ibid.
Tyrannus V. princeps.

Vana gloria. 750
Vectigal, V. gabella
Venatio. 750
Venditio. 751
Vicarius. ibid.
Vidua. 752
Vindicta. ibid.
Virginitas. ibid.
Viſitatores. ibid.
Vita. 753
Unctio extrema. V. extrema unctio.
Univerſitas. 754
Voluntarium ibid. Vide etiam peccatum.
Votum quid, & quando poſſit emitti. 754
quotuplex ſit. 756
voti obligatio in dubio emiſſi. 758
de ſolemni voto. 760
quis poſſit vovere. 761
quando tollatur & irritetur. 761.
votorum diſpenſatio. 764
votorum compenſatio. 767
votorum interpretatio. Item varia de votis. 768
Uſucapio. 771
Uſusfructus. 772
Uſura quid, & quando illicita. 774 &c.
quando in mutuo liceat quid recipere. 777
varia de uſuris. 778
pœnæ uſurarij. 780
Uxor. 781
Decreta Alexandri VII. circa propoſitiones damnatas. 781

FINIS.



# DISPUTATIO I.

## SECTIO UNICA

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## A

### ABBAS.

1. POTEST *a* conferre quatuor minores ordines ſuis ſubditis, non alienis. — *a* Trid. ſeſſ. 23. cap. 10.

2. An poſſit non ſolùm ſubditis ſuis, ſed etiam alienis ex licentia Epiſcopi, vel Religioſis ex licentia ſui ſuperioris minores ordines conferre, alii negant, alii probabilius affirmant. *b* — *b* Bonac. de Sacr. diſput. 8. q. unic.

3. Abbates exempti poſſunt *c* confeſſarios approbare, promulgare edicta, reſervare caſus, & à peccatis occultis Papæ reſervatis abſolvere. — *c* Suarez diſp. 25. ſect. 5. à num. 1.

4. Licèt poſſint abſolvere ab excommunicatione, *ſi quis ſuadente*, non ideo poſſunt *d* ab aliis minoris authoritatis. — *d* Navar. c. 17. n. 173

5. Ex privilegio ab Innocentio VIII. poſſunt conſecrare calices, altaria, campanas: & non tantùm pro ſuis Eccleſiis, ſed etiam pro alienis. — *e* Diana in comp. ver. *Abbas.*

6. Poſſunt *e* clericis ſibi ſubditis dimiſſorias Litteras concedere. — *f* Villalobos in ſumma, vide Dianam ubi ſup.

7. Debet primò eſſe profeſſus, quia novitius in Abbatem eligi nec rectè, nec ritè poteſt: item debet eſſe ſacerdos: item 25. annorum inceptorum; item debet eſſe electus à Monaſterio, cui eſt imperaturus, & non ab Epiſcopo; debet autem confirmari à Papa, vel à Legato à Latere. In electione Abbatiſſæ monaſterii exempti poteſt aſſiſtere Epiſcopus cum Prælato illius, ſed non confirmare electionem. — *g* c. Nullus de elect. in 6. & c. 1. de ætat. & qual. ordin.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Suſpenſio quid, & ejus ſpecies. 725
cauſa efficiens ejuſdem. 727
effectus ejuſdem. ibid.
quis abſolvat ab ea. 729
Suſurratio. 729.

Tabellio. 730
Tactus impudici, V. luxuria.
Taurorum agitatio. 730
Tentare. 731
Theſaurus. 732. V. dominium.
Teſtamentũ quid ſit. 732
ejus ſolemnitates. 733
quis teſtari non poſſit. 734
quis legatarius poſſit inſtitui. 735
quando & quomodo inventarium inſtituendũ. 737
de teſtamentarijs. ibid.
varia circa teſtamentũ. 739.
Teſtis. 741. quot requirantur. 742
quomodo examinandi. 745
varia de ijs. ibid.
teſtis apud inquiſitores. 746.
Torneamentum. 747
Tonſura. 748
Tranſactio. ibid.
Tributum. 749
Triticum. ibid.
Tutor. ibid.
Tyrannus V. princeps.

Vana gloria. 750
Vectigal, V. gabella
Venatio. 750
Venditio. 751
Vicarius. ibid.
Vidua. 752
Vindicta. ibid.
Virginitas. ibid.
Viſitatores. ibid.
Vita. 753
Unctio extrema. V. extrema unctio.
Univerſitas. 754
Voluntarium ibid. Vide etiam peccatum.
Votum quid, & quando poſſit emitti. 754
quotuplex ſit. 756
voti obligatio in dubio emiſſi. 758
de ſolemni voto. 760
quis poſſit vovere. 761
quando tollatur & irritetur. 761.
votorum diſpenſatio. 764
votorum compenſatio. 767
votorum interpretatio. Item varia de votis. 768
Uſucapio. 771
Uſusfructus. 772
Uſura quid, & quando illicita. 774 &c.
quando in mutuo liceat quid recipere. 777
varia de uſuris. 778
pœnæ uſurarij. 780
Uxor. 781
Decreta Alexandri VII. circa propoſitiones damnatas. 781

FINIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



# DISPUTATIO I.

## SECTIO VNICA RESOLVTIONES VARIÆ.

## A

### ABBAS.

1\. POTEST *a* conferre quatuor minores ordines ſuis ſubditis, non alienis.

2\. An poſſit non ſolùm ſubditis ſuis, ſed etiam alienis ex licentia Epiſcopi, vel Religioſis ex licentia ſui ſuperioris minores ordines conferre, alii negant, alii probabilius affirmant. *b*

3\. Abbates exempti poſſunt *c* confeſſarios approbare, promulgare edicta, reſervare caſus, & à peccatis occultis Papæ reſervatis abſolvere.

4\. Licèt poſſint abſolvere ab excommunicatione, *ſi quis ſuadente*, non ideo poſſunt *d* ab aliis minoris authoritatis.

5\. Ex privilegio ab Innocentio VIII. poſſunt conſecrare calices, altaria, campanas: & non tantùm pro ſuis Eccleſiis, ſed etiam pro alienis.

6\. Poſſunt *e* clericis ſibi ſubditis dimiſſorias Litteras concedere.

7\. Debet primò eſſe profeſſus, quia novitius in Abbatem eligi nec rectè, nec ritè poteſt: item debet eſſe ſacerdos: item 25. annorum inceptorum; item debet eſſe electus à Monaſterio, cui eſt imperaturus, & non ab Epiſcopo; debet autem confirmari à Papa, vel à Legato à Latere. In electione Abbatiſſæ monaſterii exempti poteſt aſſiſtere Epiſcopus cum Prælato illius, ſed non confirmare electionem.

*a* Trid. ſeſſ.23. cap.10.
*b* Bonac. de Sacr. diſput.8. q.unic.
*c* Suarez diſp.25. ſect.5. à num.1.
*d* Navar. c.27.n.173
*e* Diana in comp. ver. Abbas.
*f* Villalobos in ſumma, vide Dianam obi ſup.
*g* c. Nullus de elect. in 6. & c. 2. de ætat. & qual. ordin.

# DISPVT. *II.* SECT. VNICA.

## *RESOLVTIONES VARIAE.*

### *ABBATISSA.*

AN monialis, ut in Abbatiſſam eligatur, debeat eſſe legitima, & non bigama, alii negant, alii probabiliùs affirmant. *a*

2. Abbatiſſa poteſt *b* concedere monialibus licentiam donandi, quam poteſt religioſus prælatus ſuis religioſis. Item facultatem dare habendi peculium, & convertēdi in proprios uſus, quæ labore manuum acquirunt; niſi aliud ex conſuetudine, vel ex conſtitutionibus talis religionis ſtatutum ſit.

3. Licitè poteſt *c* paciſci de certa ſumma pecuniæ, donec monaſterio dos monialis ſolvatur, etiamſi monaſterium ſit opulentum.

4. In Abbatiſſam eligi *d* poteſt monialis vidua abſque diſpenſatione; de illegitima autem dubium eſt inter DD,

5. Non poteſt *e* aliquid præcipere ſub excommunicatione, quia non habet ſpiritualem juriſdictionem: imò nec in virtute obedientiæ, ſed tantùm inſtar matris familias ea, quæ ad domus gubernationem ſpectant; contrarium tamen eſt probabile.

6. Poteſt *f* in ſuo monaſterio monialium profeſſionem acceptare.

7. Habet *g* liberam adminiſtrationem bonorum monaſterii, dummodo non ſit in damnum ipſius, & in his, in quibus ſumma non eſt incapax.

8 Poteſt *h* præcipere ſub pœna voti præſtiti: & in re gravi nolle ſubditam ei obedire, peccatum mortale eſt; ſed non poteſt præcepta ſpiritualia imponere.

9 Poteſt *i* prælatus præcipere monialibus, ut Abbatiſſæ obediant, hanc vel illam rem ſpiritualem præcipienti, non verò ipſi committere, quod ſpiritualia præcepta imponat, cùm hoc ſit contra jus Canonicum, & communem uſum Eccleſiæ; ſunt tamen, qui contrarium defendant, ſed minùs probabiliter.

10. Habet *l* juriſdictionem aliquam conceſſam à confirman-

*a* Barboſa lib. 1. de jur. Eccl. cap. 41.
*b* Thom. Sanch. in ſum. tom. 2. lib. 7. c. 19. n. 4.
*c* Diana tom. 2. reſol. 97.
*d* P. Suar. lib. 2. c. 6. num. 16. tom. 4.
*e* Comm. DD.
*f* Thom. Sanch. in ſum. lib. 5. cap. 42. num. 76.
*g* Idem l. 7. c. 10. n. 44 in ſumm.
*h* Idem ubi ſupra n. 19.
*i* Ibidem n. 21.
*l* Ibidem num. 27.



te regulam, quâ poteſt cogere ad ejus obſervantiam, & tranſgredientes punire.

11. An poſſit ex Prælati commiſſione diſpenſare in jejunii, vel in aliis legibus Eccleſiaſticis, alii ajunt, alii negant *m* probabiliùs.

12. Si recipiat mulierem in monaſterium, quæ vult eſſe monialis ſine ordinarii licentia, dummodo ei habitum non præbeat, non *n* peccat.

13. Si eſſet præceptum in religionis regula obligans ſub mortali ad obediendum Abbatiſſæ in re aliqua etiam ſpirituali, monialis inobediens *o* peccaret mortaliter.

14. Inquirens de crimine monialis *p* poteſt obligare ſub mortali ad aperiendam veritatem.

15. Abbatiſſis poteſt *q* à Prælatis facultas generalis concedi, ut licentiam ingrediendi in monaſteria impertiantur.

16. Ad Abbatiſſæ munus etiam perpetuum non requiritur *r* virginitas, niſi ubi eſſet mos impertiendi Abbatiſſis benedictionem ſpecialem virginum propriam.

17. Abbatiſſæ communes, quæ triennales ſunt, non ſolent *ſ* aliqua benedictione conſecrari

18. Non poteſt *t* diſpenſare, neque commutare vota monialium. Poteſt *u* tamen ſuſpendere moniales, & clericos ſuos propter culpas ab officio, & beneficio, & etiam propter inobedientiam.

19. Abbatiſſæ 40. annis minoris electio eſt nulla, *x* vel ſi non vixerit octo annos laudabiliter poſt profeſſionem.

20. Abbatiſſa ante unum menſem profeſſionis novitiæ admonere debet *y* Epiſcopum, etiamſi ſit Monaſterii exempti.

*m* Vide Villaloh. in ſum.
*n* P. Ioan. Monacho in manuſcrip.
*o* Sanchez ubi ſup.
*p* Idem ib. n. 21.
*q* Idem lib. 6. cap. 16. n. 21.
*r* Ibidem
*ſ* Ibidem.
*t* Idem lib. 4. cap. 49. n. 24.
*u* C. Dilectus de majorit. & obed.
*x* Trid. ſeſſ. 25. de Regular.
*y* Epiſ. Vill. 10. 2. [illegible] 16.

# DISP. *III.* SECT. VNICA.

## *RESOLVTIONES VARIAE.*

### ABORTVS.

ABortus licèt timeatur, poteſt *a* dari matri medicina non mortifera, vel ea quæ eſt indifferens.

2. Si fœtus non eſt animatus, & aliud non ſuppetit remedium ad tuendam vitam matris, poteſt *b* procurari abortus; ſi autem

*a* Sanch. libro de matrim. d. 20. n. 18.
*b* Henr. lib. 1. de



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

> matrim, c.18.n.

autem fuerit animatus non licèt ; poteſt tamen ſumi remedium directè ſanativum, licè indirectè ſit cauſa abortûs, & ideo poteſt fieri emiſſio ſanguinis, & ſumi pharmacum, &c.

> e Sanch. ubi ſupra num. 18. & 19.

3. Cùm medicamentum eſt æquè ſanativum matris, & nocivum fœtus, licitè ſumitur *e*, etiam poſt animationem fœtus, ſi aliter non poteſt mater mortis periculum evadere, hujus enim vita præferenda eſt. Idem dicendum in medicamento dubio.

> d Navar. concil. 1. de homic. lib. 5.
> e Sà verb. Homicid.

4. Non licet *d* matri, etiam ſi de vita deſperet, in ſui ſciſſionem conſentire, ut infans vivus extrahatur, & baptizetur.

5. Si fœtus eſt animatus, & mater infirma ſicut poteſt cum abortus periculo fugere taurum; ita ſumere *e* poteſt quamcumque medicinam, dummodo directè non intendat occidere fœtum.

> f Gregor. 14. conſt. quæ incipit. ſe. dis Apoſt. an. 1576.

6. Qui procurat abortum, vel dat venenum ut generationem impediat, ſi fœtus erat animatus, incurrit *f* excommunicationem, & irregularitatem ſi effectus ſequatur ; & nequit abſolvi niſi à confeſſario approbato, & ad id ſpecialiter aſſignato ab Ordinario. Si tamẽ hoc crimen fuerit occultum, poterunt ab illo ex privilegio abſolvere prælati, religioſi etiam conventuales.

> g Bonav. & alii communiter.
> h D. Tho. q. 1. de irreg. dub. 4

7. Fœtus maſculus animatur poſt 40. diem, fœmininus poſt 80.

8. In dubio an animatus ſit fœtus, inanimatus reputari debet *g*.

9. Qui dubitat an fœtus, cujus abortûs cauſa fuit, animatus eſſet an non, irregularitatem incurrere alii ajunt, alii probabilius negant. *h*

Del uso del P. fr. Antonio de Olivar y S. Buenaventura Conciencia de los Prelados. Igualmente paso al uso de fr. Jph Alonso de Ortega

DISP.



# DISP. IV. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ABSENS.*

> a c. Cum dilectus de cleric. non reſid.
> b c. Inter quatuor de major. & obed.
> c Litis conteſtatio eſt negotii principalis ab actore & reo hinc inde facta narratio.

1. Abſens in ſervitio Papæ, vel ſui Epiſcopi non debet *a* privari beneficio.

2. Contra abſentes non ſervatur *b* ſententia definitiva lite non conteſtatâ, *c* maximè ſi ſint abſentes cauſâ ſtudii, vel peregrinationis.

# DISPVTATIO V.

## SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ABSOLVTIO A PECCATIS in Communi.*

1. Abſolutionis verba neceſſaria ſunt ABSOLVO TE; addendum tamen, ut eſt in uſu. Ego te abſolvo à peccatis tuis. Imò imitandus ſapientum mos, qui hæc præmittunt dicentes :

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat, & ego authoritate ipſius te abſolvo in quantum poſſum, & indiges, primùm à ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quod fortè incurriſti. Deindè ego te abſolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen.

Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & merita B. Mariæ, ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali patienter ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.



2. In

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

a Vide P. Sa hoc

2. In brevibus, ac frequentibus confeſſionibus ſufficit a dicere: Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat, & ego te abſolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen.

b Henr. l. 6. cap. 20.

3 Abſolvi non poteſt b pœnitens, quando confeſſarius ſcit illum peccaſſe, & non fuiſſe confeſſum, & negat peccatum; ſi autem à complice audierit, & non ſit omnino certus, poterit abſolvere, quia non eſt major ratio, quare huic, & non illi danda ſit fides.

c Layman in Theolog. Mor. lib. 4. tra. 6 c. 9. n. 5. d Io. Sanc. in ſelect. diſp. 44. n. 3.

4 Abſolutio c data à confeſſario, qui propter diſtractionē, vel ſomnum non audivit omnia peccata, ſi hoc contingat ſine culpa pœnitentis, fructuoſa & valida eſt, nec repetenda.

5. Abſolutio data à confeſſario, qui cum falſa ordinarii licentia confeſſiones accipit, valida d eſt, nec repetenda. Bona enim fides pœnitentis, & error communis dat juriſdictionem. Quod etiam procedet, ſi pœnitens ſciat confeſſarium nullum titulum habere, dummodo communiter, ut legitimus confeſſarius habeatur.

e Layman in Theol. Mor. lib. 5. tract. 6. c 5. n. 6.

6 Abſolutio data à confeſſario, qui nec in communi, & confuſe ſtatum pœnitentis recordatur, valida eſt, nec repetenda; peccat tamen graviter confeſſarius. A fortiori ſi in confuſo recordetur, licet fuerit invalida, dummodo cum eodem confiteatur non eſt repetenda. e

f Comm. DD.

7 Abſolutio data à confeſſario valdè ignoranti, & bona fide accepta à pœnitente, non eſt f repetenda; caſus tamen difficiles cum doctiore conſulendi.

g Henr. l. 2 de pœn. c. 14. n. 5.

8. Abſolvi poteſt, qui per ſcripta g præſenti ſacerdoti, & ea legenti confitetur. Quod ſi ob pudorem faciat vel aliam rationabilem cauſam, nullum erit peccatum; ſi autem ſine cauſa faciat, peccabit venialiter, quia uſui Eccleſiaſtico ſe non accommodat.

h Comm. DD.

9. Abſolutio non eſt neganda h habenti conſuetudinem jurandi, vel blaſphemandi inadvertenter: non enim talia juramenta falſa ſunt peccata mortalia, dummodo priorem pravam voluntatem retractaverit.

i Molina de juſt. & jur. tr. 2. dub. 7, 6.

10. Abſolvendus non i eſt, qui cum poſſet totum reſtituere, non vult niſi per partes, quia inique detinet alienum invito domino; contrarium placet aliis, ſed minus probabiliter.

l Comm. DD.

11. Qui occaſionem peccandi domi habet, ſi magnæ contritionis ſigna oſtendat, & promittat occaſionem ſe è domo ejecturum, poteſt l abſolvi. Quod qui non præſtiterit, abſolvi non debet, donec ejiciat.

12. Qui



m Comm. DD.

12. Qui dicunt ſe non eſſe ſolvendo, debent m abſolvi etiam ſi non præſtiterint, illis enim fides eſt adhibenda.

n Comm. DD.

13. Qui ex conſuetudine ſe polluit, & poſt plures confeſſiones non ſe emendat, privandus n eſt abſolutione per dies aliquot; niſi magnæ contritionis ſigna oſtendat.

o Comm. DD.

14. Abſolutio ſi breviter interrumpatur v. g. dicendo: Ego te, (claude januam) abſolvo, eſt moraliter continuata; quia eſt parva interruptio, & non eſt reiteranda. o

p Comm. DD.

* In decret. an. 1666. 11. Mart.

15. Abſolvi poteſt p filiusfamilias, qui domi habet concubinam, cum qua quotidie peccat, & quam non poteſt ejicere, etiam ſi pluries propoſitum de non peccando fregerit, dummodo proponat firmiter ſe emendaturum, & media adhibeat quæ poteſt; quia non eſt in voluntaria occaſione. Veruntamen obligandum concubinarium, ad ejiciendam concubinam decrevit Alexander VII.* licèt hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgo *regalo*; & deficiēte illâ, nimis ægrè ageret vitam, aliæq; epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & licet alia famula nimis difficilè inveniretur.

q Io. Sanc. diſp. 10. n. 4.

16. Abſolvi poteſt, q qui non ejicit ſtatim concubinam, quæ illi debet centum aureos, quos ſe non ſperat eſſe recepturum, ſi è domo ejiciat, quia ſe exponere periculo peccandi ex cauſa urgenti non eſt peccatum: & nemo tenetur occaſionem etiam proximam peccandi deſerere cum gravi damno ſui, vel alterius.

r P. Menacho in Manuſcr.

17. Abſolvi poſſunt r agricolæ, qui permittunt in ſuis prædiis Indos concubinarios, qui fugient alio, ſi à Domino ob hoc premantur. Tenentur tamen corrigere verbis, vel aliis viis, non verò è prædio, vel domo expellere, quia aliò fugiētes liberiùs vivent. Idem dic ſi habeant Indos qui inebriari ſolent, quia alibi liberiùs inebriabuntur; admoneant verò verbis, & aliis viis, quæ exiſtimantur prodeſſe.

ſ Comm. DD.

18. Religioſus prohibitus audire confeſſiones, approbatus autem ab Epiſcopo ut audiat, validè ſ abſolvit, peccat autem mortaliter, ſi ſub præcepto à ſuperiore illi ſuit interdictum.

t Troll. in præcepto l. 7. c. 14. dub. 10.

19. An qui ſæpe admonitus fuit, ut reſtitueret, & non reſtituit, habet tamen animum quàmprimum reſtituendi, & verè pœnitet ſe non reſtituiſſe, poſſit abſolvi, alii negant, alii piè, & probabiliter affirmant. t

u Placit. authorit.

20. Confeſſarius, qui ob diſtractionem non recordatur in particulari alicujus peccati, u quod pœnitens dixerit, ſi pœnitens ſolùm venialia ſolet confiteri, licitè poteſt eum abſolvere, nec cogere debet ut repetat, quia moraliter certus eſt materiam dediſſe venialem.

# SECTIO II.

## ABSOLUTIO MORIBUNDI.

1. ABſolvi debet *a* ab omnibus peccatis, qui judicium amiſit, ſi ſacerdoti, vel aliis in ejus abſentia ſigna dedit contritionis.

*a* Comm. DD.

2. Probabile judicat *b* doctiſſimus Diana, quod licitè poſſet abſolvi etiam is, qui nullum ſignum doloris dederit, quia piè poteſt credi quod de peccatis pœnituerit homo fidelis, & Chriſtianus. Quam opinionem videtur in praxi ſecutus Clemens VIII. qui cùm quemdam hominem è fabrica S. Petri cadentem videret, abſolutionem ei dedit dicens: ſi es capax, Abſolvo te à peccatis tuis. Hanc etiam ſententiam tenet doctiſſimus P. Salmeron ex noſtra Societate, & alii viri docti.

*b* Diana tom. 3. de abſolut. lata mo-rib.

3. In hoc autem, & ſimilibus caſibus ſupervacaneum eſſe conditionem abſolutioni addere, docent *c* Vaſquez & Diana.

*c* Diana ubi ſup.

4. Abſolvi debere, qui per nuntium abſolutionem petiit, ſi confeſſarius illum præſentem habeat, etiam ſi judicium amiſerit, alii ajunt, alii negant: utraque probabilis; favorabilior pœnitenti amplectenda. *d* Teſtis tamen coram infirmo examinetur, ut tollatur ſimile inconveniens, quia damnata eſt à Clemente VIII confeſſio facta ſacerdoti abſenti.

*d* Bonac. ap. Dian. p. 1. tr. 3. reſol. 2.

5. Abſolvendus non *e* eſt, qui medicinalem pœnitentiam acceptare non vult, neque ullam ſatisfactionem admittit: cenſetur enim indiſpoſitus.

*e* Comm. DD.

6. Abſolvere poteſt *f* infirmum in articulo, vel periculo mortis ſimplex ſacerdos, etiam Parocho præſente à cenſuris omnibus, & criminibus reſervatis; ſi vero cenſura fuerit reſervata cum onere comparendi, ſi convaluerit, debet comparere coram eo, cui fuerit reſervata abſolutio. Nec ſolùm ſimplex ſacerdos, ſed etiam excommunicatus, degradatus, & hæreticus *g*, dummodo non ſit everſionis periculum. Et periculum mortis intelligitur à prima die infirmitatis periculoſæ, ut doloris lateris, & ſimilium.

*f* Diana p. 3. tr. 4. 14. fol. 55. Ex Trid. ſeſſ. 14. c. 7.

*g* Io. Sanc. in ſelect. 4. diſp. 12. n. 3.

SECTIO



# SECTIO III.

## ABSOLUTIO A RESERVATIS.

1. ABſolutio à reſervatis aliquando eſt indirecta; qui enim Euchariſtiæ ſumptionem ſine ſcandalo non poteſt relinquere, directè à nõ reſervatis, indirectè à reſervatis, ſi abſit ſuperior, abſolvendus *a* eſt cum onere comparendi.

*a* Comm. DD.

2. Peregrini, & iter agentes per quemlibet ſacerdotem approbatum, etiam à reſervatis in ſuo Epiſcopatu, dummodo in eo, in quo reperiuntur, reſervata non ſint, abſolvi poſſunt. *b*

*b* Comm. DD.

3. Abſolvendi facultas à reſervatis ſummo Pontifici conceſſa fuit à Tridentino Epiſcopis, qui de omnibus criminibus occultis, etiam de hæreſi ſuos ſubditos poſſunt *c* abſolvere. Pro Epiſcopis intelliguntur electi, licet nondum conſecrati, & ſedes vacans.

*c* Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de ref.

4. Hoc idem poſſunt *d* Religioſorum Provinciales cum ſuis ſubditis; non poſſunt autem ejuſmodi Prælati Regulares in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.* Quod autem hæc facultas abſolvendi ab hæreſi occulta Epiſcopis à Tridentino conceſſa, ſit revocata per Bullam cœnæ, alii ajunt, alii negant: probabilis utraque opinio.

*d* Vide p. Eman. Rodr. in Bull. pag. 995.

* Decreta Alexand. VII. An. 1665. 24. Sept.

5. Confeſſarii Societatis, quibus Provinciales hæc privilegia communicaverint, ex Pauli III. privilegio, poſſunt *e* quoſcunq; Chriſti fideles abſolvere à caſibus reſervatis Epiſcopis. Alexãder vero VII damnavit * propoſitionem ſequentem: Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtentâ ad id Epiſcoporum facultate.

*e* Suar. to. 4. de Rel. diſp. 30. ſeſſ. 7. n. 16

* An. 1665 24. Sept.

6. Non tenetur *f* Prælatus concedere ſemper facultatem abſolvendi à reſervatis; debet tamen facilem ſe ad concedẽdam oſtendere. Committenda tamen non niſi viro ſcientiâ, & prudentiâ prædito, & poteſt cum onere à pœnitente adimplendo.

*f* Comm. DD.

7. Cùm quis de reſervatis confeſſus eſt coram ſuperiore, vel cum alio ab eo facultatem habente, etiam ſi confeſſio ſit informis vel nulla, tollitur *g* reſervatio. Idem dicendum de peccatis, & cenſuris in confeſſione oblitis, ſi fiat confeſſio cum habente abſolvendi authoritatem.

*g* Comm. DD.

8. Qui bonâ fide virtute Jubilæi à reſervatis abſolvitur, licèt poſtea Jubilæum non adipiſcatur, tollitur *h* reſervatio.

*h* Comm. DD.

Idem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Idem dicendum de oblitis, ſi oblivio fuit inculpabilis.

*i* Diana p. 2. tr. 4. reſ. 124.
*l* Idem ubi ſup.
*m* Vaſqu.

9. Sine aliqua neceſſitate v. g. vitandi ſcandali, non licet *i* abſolvere pœnitentem à reſervatis, etiam cum onere comparendi, ſic *l* Diana. Affirmativam autem tuentur *m* viri docti, negativa autem videtur probabilior.

*n* Sanctius

10. Qui habet peccata reſervata, poteſt ob vitandũ ſcandalũ confiteri inferiori non reſervata, & tacere reſervata ſecundum probabilẽ opinionem; ſecundum alios utraque debet confiteri. Sanctius autem *n* & alij viri docti liberant eum ab obligatione confeſſionis, quaſi copia non eſſet confeſſori, ac ſuadent, ut eliciat actum contritionis etiamſi ſit excommunicatus, & celebret ſi ſit ſacerdos, vel ſi laicus communicet.

*o* Comm. DD.

11. Abſolvere à reſervatis, & admittere ad profeſſionem non poteſt *o* Vicarius Guardiani, cujus præſentia haberi poteſt intra 24. horas. Si vero non poſſit haberi intra prædictum tempus, poterit hæc omnia, & ſub virtute obedientiæ præcipere, non verò excommunicare, quia non eſt Prælatus.

*p* Vide Dianam p. 1. tr. 4. reſ. 7. & 8.

12. Quilibet Confeſſarius approbatus virtute Bullæ cruciatæ poteſt *p* abſolvere à caſibus contentis in edicto Inquiſitionis, hæreſi tantùm exceptâ. Unde ſi pœnitens non habeat errorem in intellectu, & credat omnia ab Eccleſia determinata, etiam ſi incidat in crimina ſortilegij, maleficij, magiæ, adorationis dæmonum, ſolicitationis in confeſſione, blaſphemiæ hæreticalis, & ſimilium, exteriùs tantùm ob iracundiam, vel ſenſualitatem poteſt abſolvi.

*q* Vide comp. Indic. verb. *Abſolutio.*
*r* Diana P. 3. tr. 5. reſol. 8.
*ſ* P. Quintanadv. tra. 3 ſing. ſing. 11.
*t* Ex Decreto Urban. VIII. an. 1. ex Bull. fol. 273.

13. Hoc idẽ poſſunt *q* regulares virtute ſuorũ privilegiorũ.

14. Abſolutionem poſſe dari hæretico, qui ducitur ad comburendum, & fateri judici crimen non vult à ſe verè commiſſum, alij *r* ajunt, alij negant: utrinque probabiliter.

15. Ignorantia reſervationis ſive juris, ſive facti etiam ſi culpabilis ſit, ſeu vincibilis, excuſat *ſ* à reſervatione.

16. Si Confeſſario pro regularium confeſſionibus deputato prælatus neget facultatem ad abſolvendum, poteſt pro *t* illa vice eum abſolvere.

---

# SECTIO *IV.*

## *ABSOLUTIO AB EXCOMMUNICATIONE in Communi.*

*a* Navarr. in ſumm. c. 27. n. 37.

1. ABſolutio ab excommunicatione licèt ſit injuſta eſt valida, *a* & taliter abſolutus admittitur ad eccleſiæ ſuffragia.





*b* Idem n. 4.

2. Qui ignorans ſe eſſe excommunicatum abſolvitur à peccatis, ſi poſtea ſciat, tenetur *b* petere abſolutionem.

*c* Idem c. 26. n. 15.
*d* Idem c. 28. n. 66
*e* Vide P. Auil. in compend. Navar. hoc verb. Vide c. nuper de ſent. excomm.

3. Qui confitetur habenti facultatem abſolvendi à cenſuris, debet petere ab eo abſolutionem ab omnibus. Quòd ſi poſtea in mentem venerint, ſufficit *c* abſolvi à peccatis.

4. Benè poteſt *d* quis abſolvi ab excommunicatione ante abſolutionem pœnæ ob tranſgreſſionem.

5. Abſolutio ab excommunicatione præmittenda eſt ante abſolutionem à peccatis, & in ea hæc obſervare debet abſolvens. Primum, ut petat juramentum, ſi excommunicatio eſt notoria. Secundum ut excommunicatus ſatisfaciat parti, & ſolvat expenſas, ſi contumacia eſt notoria. Si autem offenſa, & contumacia non ſint notoriæ, ſolùm eſt in foro interiori. Tertium eſt quòd ſi excommunicatio fuerit notoria, publicè flagelletur nudatis humeris, & interim dicatur Pſalmus *Miſerere*, vel alius ex pœnitentialibus cũ *Gloria Patri, &c. Kyrieeleyſon. Pater noſter* cum verſiculis *Salvum me fac.* Deinde Oratio. *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis ſententia ligatum tenet, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat. per Chriſtum, &c.* Deinde abſolvat eum dicens: *Authoritate, quâ fungor, abſolvo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti ob hanc vel illam cauſam. & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ & communicationi fidelium, in nomine Patris, &c. Amen.* Et hæc forma regulariter eſt ſervanda, ſi commodè fieri poteſt; alias ſufficit dicere: *Ego te abſolvo ab excommunicatione.* Fœminæ autem non ſunt humeri denudandi.

*f* Navar. ibidem n. 17.

6. Abſolutio data ab habente ordinariam juriſdictionem, non ſervatâ juris formâ, valet; ſecus *f* verò ſi ab habente delegatam, ſi non ſervet formam ſibi datam in delegatione.

7. Abſolutio data ex mandato Papæ jubentis dari ſecundùm formam juris, ſi detur, ea non ſervata, injuſtè datur, ſed validè. *g*

*g* Idem ubi ſup.
*h* Vide P. Auil. in comp. Navarr. hoc verb.

8. In aliquibus caſibus, *h* qui ligavit, non poteſt abſolvere. Cùm Papæ delegatus excommunicavit tranſacto anno non poteſt abſolvere. Nec Epiſcopus poteſt poſt denuntiationem incendiarium à ſe excommunicatum abſolvere. Nec excommunicans ſi poſtea ipſe eſt excommunicatus excommunicatione majori, & denuntiatus; ſecus ſi minori. Nec excommunicatio lata ab inferiori, & poſtea à Papa confirmata, tolli poteſt ab eo, qui eam tulit. Nec executor mandati Papæ, cùm jubetur



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

certum hominem ſine cauſæ cognitione excommunicare, non poteſt eum abſolvere.

9. Abſolutio ab excommunicatione poteſt dari *i* à non ſacerdote in foro exteriori, imò in interiori non adjunctâ confeſſione peccatorum.

*i* Comm. DD.

10 Simplex miniſterium abſolvendi ab excommunicatione poteſt *l* ſubdelegari à delegato ordinarii; imò à ſubdelegato ſubdelegati Papæ.

*l* Comm. DD.

11. Laicus, imò nec Sacris initiatus, ſi non eſt ſacerdos, non poteſt *m* nec in mortis articulo abſolvere ab excommunicatione, niſi alias juriſdictionem habeat.

*m* Diana ubi ſuprà.

12. Qui eſt excommunicatus, ſed non denuntiatus, etiam ſi differat petere abſolutionem poſt annum, non punitur *n* ab Inquiſitoribus ut de fide ſuſpectus.

*n* Comm. DD.

13. Confeſſarii regulares virtute ſuorum privilegiorum, & confeſſarii ſæculares virtute Bullæ Cruciatæ poſſunt *o* extra Sacramentum pœnitentiæ à cenſuris abſolvere.

*o* Vide Machad. in exp. Bull.

14. Licitum *p* eſt recipere abſolutionem à peccatis, & à cenſuris, & alia Sacramenta à miniſtro malo parato miniſtrare, & celebrare. De facili enim poteſt converti, & mutari in bonum: & hoc poſſum intelligere, niſi ſit publice excommunicatus, & timeatur ſcandalum.

*p* Comm. DD.

15. Abſolutio obtenta bona fide à peccatis tantùm, & non à cenſuris, valida *q* eſt; & ideo non tenetur pœnitens reiterare confeſſionem, ſed petere abſolutionem à cenſuris: & hoc procedit etiam, ſi confeſſarius faciat malâ fide.

*q* Comm. DD.

16. Superiores Societatis poſſunt abſolvi à ſuo confeſſore ordinario à reſervatis, in quos, ut perſonæ particulares inciderint *r* ſine reſpectu ad ſuum officium.

*r* Vide P. Quintana duen. in ſingular.

17. Excommunicatus nominatim eſt, qui publicè proprio nomine ac cognomine expreſſo denuntiatus eſt, licèt in tabella affixa non ſit ejus excommunicatio. Sic non *ſ* poteſt ſine licentia excommunicantis abſolvi. Poteſt tamen in interiori foro virtute Cruciatæ ſatisfactâ parte.

*ſ* Comm. DD.

18 Excommunicatus generaliter ab homine, niſi excommunicans ſibi reſervet, poteſt *t* à quocumque approbato ab ordinario abſolvi.

*t* Suar. t. 5. diſp. 7. ſ. 2. n. 22.

DISP.



# DISPVTATIO VI.

## SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ACCVSATOR.*

1. ACcuſatio *a* eſt Rei delatio ad vindictam publicam libello facto.

2. Sex neceſſaria *b* ſunt ad accuſationem, ut legitimè fiat *ex l. liberos ff. de accuſat.*

3. Denuntiatio fraterna non eſt ad vindictam, ſicut denuntiatio judicialis & accuſatio.

*a* Sylveſt. verb. *Accuſatio.*
*b* L. liberos ff. de accuſat.

4. Quando delictum eſt in perniciem reipublicæ, tenetur *c* ſciẽs denuntiare, vel accuſare. Si autem hujuſmodi non ſit, non tenetur, niſi ei competat ex officio. In quo caſu tenentur ad reſtitutionem, ſi ex eorum ſilentio damnum ſequatur.

*c* Villalo. to. 1. tr. 15. diff. 2.

5. Si ad innocentis defenſionem neceſſaria eſt denuntiatio, vel accuſatio, obligat *d* in conſcientia.

*d* Idem ubi ſupra.

6. Cùm prælatus denuntiationem, vel accuſationem præcipit, tenentur *e* ſubditi, niſi delictum ſit ſecretum.

*e* Idem ubi ſupra.

7. Accuſator non tenetur *f* præmittere monitionem, quando peccatum eſt publicum notorietate facti, quod nullâ tergiverſatione poteſt celari. Secus verò ſi ſolùm ideò publicum dicitur, quia à pluribus quàm ab uno ſcitur, & poteſt probari. Vel ſi publicum dicitur, quia vulgo dicitur, ſed non poteſt probari, In his enim debet *g* admonitio præcedere.

*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.

8. In delictis vergentibus in damnum reipublicæ, non eſt ut plurimum præmittenda admonitio, niſi certò quis ſciret *h* circumſpectis circumſtantiis ſolâ admonitione damnum impediendum fore.

*h* Comm. DD.

## SECTIO II.

### *RESOLVTIONES VARIAE.*

1. QUi falsò accuſat, vel denuntiat, peccat *a* mortaliter, & reſtituere tenetur. Qui autem de vero delicto accuſat,

*a* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

cuſat, ſed malo animo peccat mortaliter; ſed ad reſtitutionem non tenetur.

*b* Comm. DD.

2. Peccat *b* etiam prævaricitor, qui in publico accuſat, & in ſecreto favet accuſato: vel relictis gravibus criminibus, de levibus tantùm accuſat.

*c* Comm. DD.

3. Peccat *c* ſimiliter tergiverſator, qui ab accuſatione deſiſtit cum Reipublicæ damno: & gravius peccant, qui ex officio fecerunt accuſationem, & deſiſtunt.

*d* Comm. DD.

4. Peccant *d* etiam graviter, qui ad probationem delicti licèt veri, utuntur inſtrumentis, vel teſtimoniis falſis.

# SECTIO *III.*

## *DE HIS QVI ACCVSARE prohibentur.*

*a* Villalobos loco citato.

1. ACcuſationem facere non poſſunt prohibiti à jure, videndi *a* apud doctiſſimum Villalobos *tract.* 15. *diff.* 4. Omnes autem iſti licet prohibiti, poſſunt accuſare in cauſa propria, vel in proſecutione litis ſuæ, vel ſuorum.

*b* idem ubi ſupra.

2. Qui accuſare prohibentur, poſſunt *b* denuntiare, ut judex ex officio ad inquiſitionem procedat.

*c* idem ubi ſupra. tract. 41. diff. 4.

3. Filius patrem accuſans peccat mortaliter, *c* niſi in graviſſimis delictis à jure exceptis.

*d* Comm. DD.

4. Datum ab aliquo ob timorem ne accuſetur, ei, qui jure poteſt accuſare, non poteſt repeti. *d*

*e* Vide Navar. c. 17. n. 96.

5. Accipiens pretium ob faciendam accuſationem juſtam, quam facere tenetur, ſi eſt quantitas notabilis, peccat mortaliter, & tenetur *e* reſtituere. Si autè accipiat ut ab accuſatione juſta injuſte deſiſtat, licet gravius peccet, reſtituere non tenetur pretium acceptum, benè tamen damnum illatum.

*f* Comm. DD.

6. Accuſatus de crimine vero, ſed ſecreto, non tenetur *f* reſtituere famã, quã accuſator amiſit non probãdo, quãdo aliàs fateri crimen non tenetur; ſecus ſi teneretur. Sed ſi dicat accuſatorem deceptum fuiſſe, & non habuiſſe animum calumniandi, non obligatur ad reſtitutionem, & quamvis dicat animo calumniandi feciſſe, ſi ei à judicibus non credatur.

*g* Covar. var. c. 5. n. 1.

7. Accuſator, qui delictum non probat, cenſetur *g* calumniator, & puniendus eſt non pœnâ talionis, quia non eſt in uſu, ſed arbitrariâ. Si verò malitioſè non accuſavit, nullam pœnam meretur.

*h* Decret. Alexand. VII. an. 1665. 24. Septemb.

8. Non licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam judicẽ, à quo iniqua certo imminet ſententia; etſi aliâ viâ non poſſit innocens damnum evitare. *h*

DISP.



# DISP. *VII.* SECT. VNICA.

## *ACOLYTVS.*

AN Acolyti, qui ſolemniter cereos ferunt in peccato mortali, peccent mortaliter, alii ajunt, alii probabilius negãt. *a*

*a* Diana tra. 4. reſ. 196.

# DISP. *VIII.* SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ACTVS HVMANVS*

*a* Navar. in ſumm. prælud. 6. n. 2.

1. ACtus humanus eſt actus hominis voluntarius *a* & liber. Actus factus per ignorantiam aliquando eſt humanus, aliquando non. Non eſt humanus, quando concurrit ignorantia rei, quam ſcire non obligabatur, nec eſt affectata, nec deſiderata, nec procurata.

*b* Idem prælud. 4. n. 1.

2. Actus humanus *b* vel eſt bonus, vel eſt malus. Bonus eſt, qui nec ſecundùm ſe, nec ſecundùm aliquam circumſtantiam eſt prohibitus.

*c* Idem ibidem num. 27.

3. Nullus actus voluntarius eſt indifferens in individuo, ſi enim non eſt bonus, erit malus: undè omnis actus deliberatus, qui non eſt bonus, eſt peccatum ſecundùm probabiliorem ſententiam *c*.

*d* Idem c. 17. n. 167.

4. Actus humanus bonus licèt in peccato mortali factus, eſt tamen utilis ad multa *d*. Per illum impletur præceptum, excuſatur novum peccatum, illuſtratur mens peccatoris, ut ſuũ periculum agnoſcat, & reſipiſcat: acquiruntur virtutes morales ne peccatũ ſuo pondere ad alia nos trahat. Prodeſt deniq; ad conſequendã cordis lætitiam, ne Angeli cuſtodes amplius nos deſerant, ne tam citò à Deo puniamur, & ad multa alia.

*e* Comm. DD.

5. Actus humanus unus, & idem in genere phyſico poteſt eſſe nunc bonus, & deinde malus; non verò ſimul bonus, & ſimul malus. *e*

*f* Comm. DD.

6. Actus interior, & exterior malus concurrens in unum peccatum, ſunt duo entia, & duæ res, ſed in genere moris ſunt unum *f* peccatum: & tunc actus exterior malus, neceſſario eſt confitendus; non tamen eſt neceſſarium actum interiorẽ confiteri: nam qui confitetur exteriorem, implicitè confitetur

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

tur interiorem. Si verò actus exterior non ſequatur interiorem, hic neceſſariò eſt confitendus.

g Comm. DD. 7. Actus exterior malus ſemper g eſt peccatum mortale, quando interior eſt hujuſmodi.

---

# DISP. IX. SECT. VNICA.

## *ACEDIA.*

a Comm. DD. 1. EST triſtitia a de bono ſpirituali, ut ad hominem ſpectat. Eſt peccatum mortale quando propter eam in re gravi frangitur aliquod præceptum.

---

# DISPVT. X. SECT. VNICA.

## *RESOLVTIONES VARIAE.*

## *ADVLTERIVM.*

1. ADulterum irregularitatẽ incurrere, ſi maritus cognito adulterio uxorem interficiat, alii ajunt, alii probabilius negant. a

a P. Avila de cenſ. p. 7. diſp. 5. ſect. 3.

2. Adulterum fieri irregularem, ſi maritum aggreſſorem cauſa defenſionis occidat, alii ajunt, alii probabilius negant; b dummodo homicidium fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ.

b Idem ubi ſupra & Leſſius l. 2. c. 9. dub. 15. n. 106.

3. Propter occultum adulterium innocens conjux, ſecluſo ſcandalo, uxorem in foro conſcientiæ poteſt dimittere, nec tenetur c expectare ſententiam judicis. Si tamen poſt divortium ipſe etiam commiſit adulterium, tenetur uxorem emendatam ad thorum admittere.

c Diana tr. 2. 4. reſ. 257.

4. Adulter, qui filium ſuſcepit ex adulterio, & alendum reliquit adulteræ inter filios legitimos mariti, tenetur à d tertio ætatis anno alimenta impenſa reſtituere, & occurrere damno quod fecerit legitimis hæredibus. Sed nec deſunt contrarium opinantes. e

d Idem p. 2. tra. 17. reſ. 55.

e Vid. Henriq. lib. de matr. c. 21. n. 5.

5. Adultera etiam infimæ ſortis, nupta viro nobili, cui ſupponit filium alterius pro ſucceſſione majoratûs, omiſſis filiis legitimis, non tenetur f ſe prodere, & ſi ſciat ſe profuturã, nec tenetur hoc revelare filio ſpurio, nec ille tenetur credere.

f P. Sà hoc verb.

Tenebitur



Tenebitur autem adultera, ſi poſſit, ex juſtitia ſatisfacere, aut conferendo bona libera filiis legitimis, aut conſulendo ſpurio religionis ingreſſum.

6. Adultera, quæ ipſo jure amittit dotem legitimè accuſata de adulterio, ſi ſe falſis teſtibus defendat, non tenetur g dotem reſtituere; ſolvat tamen viro expenſas litis: ſed non deſunt qui contrarium opinentur.

g Dian. tr. 6 reſol. 55.

7. Adulter uxoris occultus poteſt h debitum exigere; jus enim in foro interiori non amiſit.

h P. Sanč. de matr. lib. 1. diſ. 68. num. 4. & 5.

8. Uxori publicè adulteræ debitum reddere cum ſcandalo i; peccatum mortale eſt.

i Navar. c. 16 n. 18;

9. Uxor maritum adulterum non poteſt accuſare; maritus autem uxorem poteſt.

10. Peccat maritus occidens propriâ authoritate uxorem in adulterio deprehenſam l.

l D. Tho. 4. diſt. 37. q. 2. art. 1. Decreta Alexand. VII. anno 1665. 24. ſeptemb.

---

# DISPVT. XI. SECTIO I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *ADVOCATVS.*

1. TEnetur a ſub mortali cauſam pauperis agere ſine ſtipendio in extrema, vel gravi neceſſitate: qualis eſſet, ſi infallibiliter morte, vel fuſugatione damnandus eſſet ſine ipſius patrocinio.

a D. Thõ. 2. 2. q. 71. art. 5.

2. Excuſabitur b tamen ſi ob patrocinium mors ei, vel malum aliud grave immineat. Idem dicendum de Procuratore, & Tabellione.

b Comm. DD.

---

# SECTIO II.

## *QVI SINT AB HOC OFFICIO excluſi.*

1. ADvocati munus non poteſt exercere infamis. a Religioſi autem & canonici regulares, & clerici ſacris

a à infa. mia ſ. 95.

B initiati

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

initiati jure prohibentur *b* advocare; ne ſe ſæcularibus negotiis immiſceant, qui ſpiritualibus addicti ſunt. Poſſunt *c* tamen hoc munus ſuſcipere in utilitatem Eccleſiæ, vel pro cauſa pia obtentâ facultate.

2. Qui idoneus non eſt ad patrocinandum, vel defendit cauſam, quam ſcit injuſtam, peccat *d* mortaliter, & tenetur reſtituere damnum parti adverſæ, & etiam ſuæ, ſi eam non admonuit. Poterit tamen patrocinari, ſi cauſa eſt dubia propter diverſas opiniones.

*b* Monach. 21. q. 1. c. ex parte de poſtul. *c* c. Clerici de poſtul. *d* Silveſt. verb. Advocatus.

# SECTIO III.

## QUANDO PECCET, ET TENEATUR Reſtituere.

1. PEccat *a* mortaliter advocatus ſi notabili ſuâ negligentia, vel ignorantia cauſam perdat, & tenetur reſtituere damna, & intereſſe, ſi pars ignorabat imperitiam ejus; aliàs ſecus, niſi ſit dolus, vel lata culpa.

2. Poteſt *b* occultare id quod ſuæ partis jus impedire poſſet, & honeſte ſimulando ſuum adverſarium fallere; peccat vero ſi adverſario ſecreta notabilis momenti indicet, & tenetur damna reſtituere.

3. Qui adverſus fiſcum bona ſine dolo, & falſis teſtibus defendit, non tenetur *c* reſtituere: nec qui cauſam fiſci ex negligentia amittit.

4. Si cauſam manifeſtè juſtam malis mediis defendit, peccat; ſed non tenetur *d* reſtituere.

5. Qui recipit majus ſtipendium, quàm lege taxatum, peccat, & tenetur *e* reſtituere, etiam ſi à parte ſponte donetur.

6. Non poteſt *f* paciſci de victoria pro certa ſumma, nec convenire de lite propriis ſumptibus facienda pro certa mercede; ſed nota *g* hanc legem non obligare in foro interiori, & taxam legis non eſſe in uſu.

7. Cum fecerit multo labore, & ſtudio informationem juris, à judice taxandum ſtipendium pro ea.

*a* Navar. c. 25. n. 29. *b* Idem ibidem. *c* Leſſ. lib. 2. de juſt. c. 11. dub. 8. n. 50. *d* Comm. DD. *e* Vide l. 12. c. 16. lib. 1. recop. *f* L. 8. tit. 16. lib. 2. recop. *g* Vide Machad. de off. advocat. & Dian. 1. p. tr. 1. reſol. 13.





# SECTIO IV.

## *An licitè pretium accipiat, & quantum?*

1. POteſt pro labore ſuo paciſci de pretio *a*, & licitè accipit; dummodo non excedat pretium rigoroſum taxatum non lege: quia hæc, ut diximus, propter temporum mutationem non eſt in uſu, ſed arbitrio prudentis viri.

2. Non eſt dubium, quin inſignis advocatus, *b* & in lite difficili, & inter partes divites majus pretium mereatur, quàm imperitus, & idiota.

3. Licet nonnullis legibus *c* prohibiti ſint advocati gratuita munera accipere præter eſculenta parvi valoris; poſſunt *d* tamen accipere, quod illis non ratione officii, ſed aliis titulis donatur; ut gratitudinis, amicitiæ, vel ut Hiſpanice dicitur, *por alboroque*.

4. Leges illæ quæ advocato hæc prohibent, ut dixi, non ſunt in uſu, *e* nec obligant in interiori foro.

5. Ad redimendam vexationem, quæ à judice facienda timetur probabiliter, poteſt *f* ei munus dari; aliàs ut plurimùm peccat mortaliter litem gerens, ſi aliquid notabilis valoris donet.

6. Familiares judicum, ſi ultra id quod debent, obſequium aliquod parti faciant, non erit illicitum aliquid pro compenſatione recipere *g*.

7. Quando cauſa rei eſt minùs probabilis, quàm cauſa actoris, reo patrocinari licet. Quando autem cauſa actoris eſt minùs probabilis, quàm rei, an liceat advocato patrocinari [illegible], alii agunt, alii pie magis, & magis probabiliter negant *h* in cauſa ſanguinis vel honoris, vel omnium bonorum. In dubio autem facti, ſi cauſa ſit criminalis, idem videtur dicendum.

8. Advocatus ſi reum defendat, & mors accuſatoris ſequatur, non incurrit irregularitatem.

9. Advocatus poteſt *i* eſſe judex in cauſa, cujus patronus fuit; quòd ſi illam judicet ſecundùm leges, & non ſecundùm affectum, non peccat.

10. Advocatus ſi Dei timore caret, peſſimam cauſam facit *l* videri bonam, & è contra.

*a* Vide Macha. lib. 6. tr. 1. *b* Idem ibid. *c* L. 19. tit. 16. lib. 2. recop. lib. [illegible] eod. tit. *d* Vide Machad. ubi ſupra. *e* Vide ſupra dicta. *f* P. Rebel. de juſt. 2. p. q. ult. n. 4. *g* Idem Rebel. ubi ſup. *h* Vide P. Variq. qu. 12. diſp. 6. n. 3. *i* Dian. p. 3. tr. 5. r. 56. *l* c. Quod ſi nobis §. culpam omnem diſſ. di[illegible] edita.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11. Advocati ſunt nobiles, & Reipublicæ valdè utiles; & non poſſunt *m* torqueri, & in civilibus non poſſunt incarcerari *n*.

12. In cauſa criminali proteſtantur, ſi non incurrant *o* irregularitatem.

13. An non teneantur jejunare, ſi ob continuationem ſtudii debilitantur, affirmarunt alii *p*; nunc damnata eſt ab Alexandro VII. *q* ſequens propoſitio: Omnes officiales, qui in republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii: nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

*m* L. 4. tit. 1. lib. 6. recop. *n* Comm. DD. *o* Ægid. de ſacr. diſp. 18. *p* Diana 1. p. tr. 11. reſ. 12. *q* Decreta Alexand. VII. Anno 1666. 18. Martii.

## DISP. XII. SECT. VNICA

### RESOLUT. II.

### ÆGROTVS.

1. ÆGroto, qui non poteſt cibum tranſmittere, *a* poteſt dari parva pars hoſtiæ cum vino in cochleari.

2. Æger aliàs moriturus, ſicut non tenetur *b* pati c[...]tis ſciſſionem; ita nec ruborem virilia oſtendendo, & à chirurgis curationes alias ſufferendo; præcipuè ſi fœmina eſt, vel honeſtus vir. Pius V. PP. Maximus ſuo hoc confirmavit exemplo, ut legitur in ejus vita.

*a* P. Suar. in 3. p. to. 3. diſp. 67. ſect. 6. *b* Diana tract. 11. reſ. 13. p. 5.

## DISP. XIII. SECT. VNICA.

### RESOLUTIONES VARIÆ.

### AETHIOPES.

1. POſſunt *a* ex privilegio Urb VIII. in hoc Peruano regno differre confeſſionem, & communionem uſque ad Feſtum Corporis Chriſti.

2. Æthiopes non gaudent Indorum privilegio quoad caſus reſervatos Sanctæ Inquiſitioni, in quos inciderint, ſi non poſſunt abſolvi *b*.

3. Quoad matrimonia contrahenda pro Neophytis intelliguntur etiam Æthiopes, & ab eis, & Europæis mixtim progeniti, ut conſtat ex ultima Bulla Urbani VIII. & ideo quoad hoc eiſdem, quibus Indi, gaudent *c* privilegiis. Vide verba *Confeſſio, & Eucharistia*.

4. Æthiopes tã adulti quàm pueri, ſi dubium fuerit an aqua in

*a* Ex Bull. Urb. VIII. *b* Comm. DD. *c* Ex prædic. Bull. Urban.



in generali ablutione eos tetigerit, vel ſufficientem cognitionem ad valorem Baptiſmi habuerint, iterum ſub conditione baptizandi ſunt P. Didacus Ruiz *in Manuſcr.* P. Quintan. *tr. 1. ſingul. ſing. 2.*

## DISPVT. XIV. SECT. VNICA.

### RESOLUTIONES VARIÆ.

### AFFINITAS.

1. ESt propinquitas *a* duarum perſonarum, quarum una cum conſanguinea alterius copulam habuit conſummatam.

2. Affinitas ex copula fornicaria contracta non impedit matrimonium poſt Baptiſmum contrahendum; unde poteſt *b* infidelis contrahere cum filia ejus, quam ante Baptiſmum cognovit.

3. Affinitas contrahitur etiam ſi fœmina non ſeminet ſecundum probabiliorem *c* opinionem.

4. Non contrahitur *d*, ſi ope Dæmonum ſemen viri deferatur in matricem fœminæ.

5. Affinitas affinitatis non datur, *e* & ideo hoc impedimentum ſolùm eſt inter cognoſcentem, & conſanguineos cognitæ; non verò inter affines cognitæ. Unde conſanguinei viri poſſunt matrimonia contrahere cum quavis etiam ſorore uxoris illius; & qui contrahit cum ſorore alicujus, poteſt mortuà uxore contrahere cum uxore illius, poſt mortem ejus.

*a* Navar. c. 22. n. 42. *b* Dian. tr. 4. reſ. 162. *c* Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 64. n. 21. *d* Comm. DD. *e* C. non debet de conſang. & affin.

## DISPVT. XV. SECT. VNICA

### RESOLUTIONES VARIÆ.

### ALIENATIO.

1. ALienatio rei litigioſæ lite pendente facta in clericum, non *a* poteſt revocari à judice ſæculari: nec poteſt judex ſæcularis in eum directè executionem facere.

2. Si prædium ſpecialiter obligatum à laico tranſeat in profeſſionem clerici, non poteſt *b* fieri executio per judicem ſæcularem.

3. In alienatione rerum eccleſiaſticarum in caſu non conceſſo, nec tenet *c* pignus, nec emphiteuſis.

4. Alienatio de rebus Eccleſiaſticis malefacta debet & repeti

*a* Author ſummæ. *b* Idem. *c* c. Nulli liceat de reb. Eccl. alienan. *d* c. Siquis eod. tit.

 5. Pro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Prohibitus alienare, poteſt *e* alienare mobilia, quæ in triennium ſervari non poſſunt; ſecùs ſi ſervari poſſint, & ſint pretioſa.

6. Solemnitas juris non requiritur *f* in rebus parvi valoris, neque in his quæ religioſi ſervare non poſſunt: & qui nec in communi poſſunt immobilia poſſidere, ſi eis in teſtamento legentur, vendere illa poſſunt.

*e* Sà hoc verb.
*f* idem ibidem:

---

# DISP. XVI. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *ALIMENTVM.*

1. ALimentorum nomine veniunt *a* in legatis veſtimenta, calceamenta, victus, lectus, & ſimilia, ſine quibus homo vivere non poteſt.

2. Alimentario mortuo legatum ad alimenta finitur, & ad concedentem revertitur *b*.

3. Alimenta non debentur *c* ei, qui aliunde habet, unde alatur.

4. Tenetur *d* pater filium etiam ſpurium alere, & dotare filiã licet ſpuriam, juxta quantitatem debitam alimentorum.

5. An filio, quem pater poteſt exhæredare, poſſit alimenta negare, alii ajunt, alii probabiliùs negant *e*; quia naturali jure debentur, niſi cùm filius causâ ingratitudinis morte dignus eſſet.

6. Tenentur *f* aſcendentes deſcendentes alere, & è contra: nec poteſt maritus prohibere uxori patrem ſuum egentem alere.

7. Tenetur *g* avus nepotem, & frater ſororem etiam ſpuriam egentem alere: & ſecundum aliquos patrinus & parochus filios ſpirituales.

8. Pœnam pro delicto filii non tenetur *h* pater ſolvere, nec de legitima, nec de alimentis ei debitis.

9. Hæredes patris tenentur *i* alere ſpurios.

10. Si pater, & mater alere nequeant filios ſpurios, tenentur avi, & proavi, & his majores *l*.

11. Pro alimentis non intelliguntur *m* debita alimentarii.

*a* Comm. DD.
*b* l. Cum hic parag. mod.
*c* l. Si quis à lib. para ſed & Sl. ff. de lib. agn.
*d* Sylv. hoc verb.
*e* Covar. epit. 2. p. c. 8. para. 6.
*f* Comm. DD.
*g* Vid. Mol. de juſt. & jur. d. 168. ver. ſicut parens.
*h* Idem ubi ſup.
*i* Sà hoc verb.
*l* Covar. ubi ſup. num. 16.
*m* Mol. d. 218. de lib. agn.

DISP.



---

# DISP. XVII. SECT. VNICA. RES. II:

### *ALTARE.*

1. ALtare notabili fractione conſecrationem amittit, ut ſi calix, & hoſtia in neutra parte collocari poſſint.

2. Sine altari ab Epiſcopo conſecrato celebrare peccatum mortale eſt.

Vide verb. *Miſſa*, in quo plura circa hoc invenies.

---

# DISP. XVIII. SECT. VNIC. RES. III.

### *AMICVS.*

1. QUi bono animo aſſociavit amicum, ne periclitaretur in rixa, non incurrit irregularitatem, ſi amicus inimicum occidat.

2. Amicus dicitur *a* frater, vel habetur tanquam frater.

3. Amicus ex mente debet *b* perpendere voluntatem amici ſui, alias non eſt bonus amicus.

*a* L. nemo dubit. 11. ff. de hæred. inſt.
*b* L. Pamphilus. ff. de leg. 3.

---

# DISPVT. XIX. RESOLVT. VARIÆ.

### *AMOR:*

1. Amor paternus vincit *a* omnem alium amorem.

2. Amor plus *b* deſcendit, quàm aſcendit.

3. Amare tenemur *c* inimicos præcepto naturali, & divino; quia ſunt proximi, & ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creati.

4. Tenemur *d* injurias remittere ex corde, & amicitiæ ſigna inimicis præſtare, quæ aliis proximis exhibere ſolemus.

5. An teneamur ſalutare inimicos, alii negant, *e* alii affirmant, ſi ſcandalum ex omiſſa ſalute ſequatur.

6. An ſalutantem inimicum reſalutare teneamur, alii *f* negant, alii probabiliùs affirmant *g*. Ex quo ſi grave ſcandalum ſequatur, erit peccatum mortale non reſalutare.

7. Inimico veniam poſtulanti tenemur *h* præſtare cum amoris & benevolentiæ ſignis; ſed non debitam ſatisfactionem remittere: ſuperior autem offenſus causâ correctionis poteſt veniam per aliquod tempus differre.

8. An cum damnũ reſarciri non poteſt, & offenſor ſupplex veniã poſtulat, teneamur ab excuſatione reſiſtere, alii affirmãt, alii

*a* L. Iſte quidem, quod metus cauſa.
*b* L. Iſti autem eod. tit.
*c* Luc. c. 6.
*d* Comm. DD.
*e* Vide Mach. to. 1. lib. 2. p. 1. tr. 6.
*f* Lorca in 2. 2. q. 25. a. 5. ſec. 3. diſt. 2.
*g* Azor. p. 2. lib. 12. c. 1. q. 5.
*h* Comm. DD.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alii probabiliùs *i* negant, ſi fiat non odio, ſed amore juſtitiæ, ut conſtat *ex l. ita vulneratum.*

*i* Author ſummæ.

# DISPVT. XX. SECT. VNICA.
## RESOLUT. III.
### *ANIMA.*

1. Anima in principio ſuæ creationis eſt tanquam *a* tabula raſa, in qua nihil eſt depictum; depingibilis tamen virtutibus, & ſcientiis.

2. Anima ſedendo & quieſcendo fit *b* prudens & ſapiens.

3. Anima præferenda *c* eſt exteris rebus.

*a* Ariſt. 3. de anima. *b* Idem 7. Phyſicor. *c* L. ſancimus para. penul. & de ſacroſ. Eccleſ.

# DISPVT. XXI. SECT. VNICA.
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### *APPELLATIO.*

1. Appellatio *a* eſt à minori ad majorem vel ad ſuperiorem provocatio.

2. Non admittitur *b* à ſententia lata per Epiſcopum, per quam fuit deciſum in favorem rei, quod gauderet immunitate eccleſiaſtica.

3. Appellare *c* non poteſt religioſus ad Sum. Pontificem omiſſo Provinciali, & Generali; niſi hi manifeſtè in eum exceſſerint.

4. Appellare licet *d* à ſententia lata primò à judice, non ſolum ſecundum opinionem probabilem, ſed etiam ſecundum probabiliorem.

5. Appellare licet *e* hæreticis ab interlocutoriis ſententiis latis ab inquiſitoribus; non verò à definitiva.

6. Appellatio non *f* tuetur aliquem in notorio delicto.

7. Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latæ non *g* tenet.

8. Appellantes cogendi *h* ſunt à judice, ut intra certum diem appellationem proſequantur, vel ſententiæ pareant.

9. Appellans injuſtè remittitur ad eum, à quo appellavit; niſi ſit ſuper judicis recuſatione.

10. Appellatio cum legitima cauſa ſuſpendit declarationem excommunicationis, non ipſam excommunicationem, niſi ſub conditione ſit lata.

*a* c. Omni, oppreſſis, 2. ſi quis & c. placuit 256. *b* Comm. DD. *c* c. Ad noſtram de appel. *d* Comm. DD. *e* c. Quanos de appel. *f* c. Paſtoralis de appell. *g* c. Conſ. nos de appel. *h* c. Cum in Eccl. de appellat.

DISPUT.



# DISP. XXII. SECT. VNICA.
## *RESOLVTION. IV.*
### *APOSTATA.*

1. Fictè negans fidem ſive ſponte, ſive timore ductus, an incurrat irregularitatem, alii probabiliter negant, alii probabiliùs affirmant. *a*

2. Apoſtata non *b* dicitur, qui non depoſito habitu ad aliam Religionem tranſit.

3. Apoſtata clericus *c* eſt, qui deſerit habitum clericalem: & talis non potitur privilegio clericali.

4. Apoſtatæ à Religione, & eorum fautores, & receptores ſunt ipſo facto excommunicati *d*; & ad illos revocandos brachium ſæculare eſt invocandum.

*a* Author ſummæ. *b* c. Ex parte de tēp. ordin. *c* c. Præterea eod. tit. *d* Vide comp. in privil. Soc. verb. Apoſtata.

# DISPVTATIO XXIII.
## *RESOLVTION. II.*
### *ARGVMENTVM.*

1. Argumentum à contrario ſenſu, fortiſſimum *a* eſt in jure.

2. Argumentum à contractibus *b* ad ultimas voluntates valet.

*a* L. parag. Hujus rei, ff de off. ejus cui, &c. *b* L. Servũ filii de leg. 1.

# DISPVTATIO XXIV.
## *RESOLVT. VARIAE.*
### *ARBITER.*

1. Arbiter ſuper re ſpirituali, non poteſt *a* eſſe laicus, niſi ex conſenſu ſuperioris.

2. Arbitrio judicum compellantur *b* partes ſtare, ſi juſtè ſit arbitratum.

3. Arbitrium injuſtum per ſuperiorem corrigi *c* debet.

4. Arbitriũ contra jus, aut formam commiſſum non *d* tenet.

5. Arbitrium inter privatos in damnum Eccleſiæ non valet. *e*

6. Arbiter non poteſt *f* infirmare ſententiam per jus latam.

7. In arbitrium ſub certa pœna compromitti *g* poteſt.

8. In arbitrium licet compromittere in rebus ſpiritualibus.

*a* c. Per tuas de arbitr. *b* c. Dilect. eod. tit. *c* c. Non ſine mora eod. tit. *d* c. Pervenit. eod. tit. *e* c. Pervenit. eod. tit. *f* c. Expoſita eod. tit. *g* c. Litteras de præſump.

c. Cum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*c. Cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt, &c.*

9. Arbitrium finitur *b* uno adverſario defuncto.

10. Coram arbitrio conventus non poteſt *i* reconvenire convenientem.

b c. Ex parte de arbitr. ic. Cum diſectus de arbitr.

---

## DISP. XXV. SECT. UN. RES. VARIÆ.

### ARCHIEPISCOPVS.

1. DEbet *a* conſecrari in ſua Eccleſia ab omnibus ſuffraganeis.

2. Archiepiſcopus provinciam ſuam viſitans, poteſt *b* petere ſuam procurationem.

3. Debet excommunicatos à ſuo ſuffraganeo vitare, *c* & ab eo abſolvendos remittere, ſi ad eum fuerit appellatum.

4. Non poteſt *d* cauſam delegare ſuffraganei ſui ſubdito invito.

5. Archiepiſcopus cedens ſubeſt *e* Archiepiſcopo in cujus provincia moratur.

6. Abſque ſui ſuffraganei aſſenſu non *f* poteſt aliquid ſtatuere, vel ordinare in illius provincia.

7. Non *g* habet juriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei, niſi in caſibus expreſſis.

8. Archiepiſcopi, & *h* Epiſcopi licitè poſſunt ad libitum revocare facultates religioni conceſſas, confeſſiones audiendi.

9. Archiepiſcopus non excellit *i* Epiſcopis in juriſdictione quoad ſubditos ſuæ Diœceſis, nec ad conferendos ordines, ad miniſtranda ſacramenta, diſpenſandum, &c. Sed nihilominus In quantum ad exercitium juriſdictionis majorem habet poteſtatem: & ſuffraganei Epiſcopi in multis ei ſubjecti ſunt, eoſque poteſt viſitare, ut judex eorum.

10. Pallio debet uti diebus à jure decretis, & poſt ſex menſes à conſecratione, & confirmatione debet illud ſuppliciter à Pontifice poſtulare: & antequam illud recipiat, non poteſt vocari Archiepiſcopus, nec *l* exercere actus ad ordines ſpectantes, etiamſi ſit jam conſecratus Epiſcopus.

11. Eſt tamen *m* dubium inter DD. an poſſit conferre ordines; poteſt tamen alii Epiſcopo conferendi facultatem dare.

12. Archiepiſcopis concedit *n* Tridentinum, ut curent quòd Epiſcopi Eccleſiis ſuis aſſiſtant; quod ſi abſint, abſentiæ cauſas debent illi approbare.

13. Suffraganei ſui vicarium, ſi adſit juſta cauſa, poteſt *o* excommunicare

a c. Si Archiep. de tempo. ord. b c. Sopitæ de cenſib. c c. Ad reprimendas de off. ordin. d c. Paſtoralis de off. jud. ordin. e c. Ad ſupplicationem eod. tit. f c. Sicut de exceſſ. Prælat. g c. Paſtoralis de off. jud. ordin. h ex ſacr. Congreg. quam cit. Diana tr. 5. reſ. 20. i c. accepimus, c. ig... tur 11. q. 3. l c. Niſi de uſu pall. m Vide Azor. 2. p. l. 3. c. 34. q. 5. n Tridént. ſeſ. 24. de reform. o c. Romana, parag. Sane de cenſur. in 6.

14. Poteſt



14. Poteſt *p* viſitare provinciam ſuffraganei, ſi adſit juſta cauſa, & approbata à Concilio Provinciali: & dum viſitat poteſt cum ſubditis ſuffraganei exercere *q* omnes actus ad forum internum ſpectantes.

15. An poſſit diſpenſare in irregularitatibus, & in aliis, quæ in exteriori juriſdictione conſiſtunt, alii negant, alii probabilius affirmant *r*. Non verò poteſt in iis, quæ pendent ex poteſtate ordinis.

16. Poteſt tollere pravam conſuetudinem in ſuffraganei provincia introductam, & cogere cenſuris, ut obſerventur ritus, & ceremoniæ Eccleſiæ Metropolitanæ in officio divino. Poteſt etiam peccata notoria ſubditorum ſuffraganei punire *ſ*.

17. Poteſt ſub excommunicatione non ſolùm clericis, ſed etiam ſæcularibus prohibere ne comam nutriant; quia in his, quæ ad mores pertinent, oves illi, ut paſtori, debent eſſe ſubjectæ.

ARMAE. Vide Verb. *Dei.*

p Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. q c. Fin. de cenſib. in 6. r D. Antonin. 3. p. tit. 20. c. 1. parag. 5. ſ Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de ref. Vide Mach. lib. 4. p. 1. tr. 2.

---

## DISP. *XXVI.* SECT. VN. RES. VARIÆ.

### *A R M A.*

1. TRadens Titio, quibus Cajum occidit, ſi occiſionem potuit ſuſpicari, irregularitatem incurrit *a*.

2. Arma portantes clerici, excommunicantur *b*.

3. In armis inventi clerici poſt trinam monitionem non defenduntur, quia jus perdunt *c* clericale.

4. Arma portantes clerici, *d* & ſeditionem facientes ſi occidantur, eorum occiſores non mittuntur ad Romanam curiã.

5. Armis ſe defendere ab inimicis licitum eſt clericis. *e*

6. Armis clerici aſſociati aliis, ſi aliquis, etſi ſine ejus auxilio, occidatur, non ſunt promovendi. *f*

7. Qui arma vendit vel mutuò dat ad bellum juſtum, non incurrit irregularitatem. *g*

a P. Avila de cenſur. b c. Clerici de vit. & honeſt. cleric. c c. In audientia de ſent. excom. d c. Si perpendimus de ſent. excomm. e Idem. f c. Si clerici de cleric. percuſſ. g Comm. DD.

---

## DISP. *XXVII.* SECT. VN. RES. *IV.*

### *A S T R O L O G I.*

1. IUdiciarii poſſunt ab Inquiſitoribus puniri, etiamſi dicant non eſſe omninò certum quod prædicant; dummodo id ſit dependens à vero hominum arbitrio. *a*

a Diana tract. 7. reſ. 171.

2. Aſtro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Aſtrologia naturalis eſt licita, & ab ipſo jure *b* approbata.

3. Aſtrologia judiciaria ſi ſolùm per eam naturales hominum propenſiones prænuncientur, non *c* eſt illicita.

4. An verò Conſtitutio Sixti V. contra aſtrologos non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam interiori obliget, alij aiunt, alij negant. Toletus ait, ſi ex aſpectu ſiderum non ut omninò certum aliquid futurum judicetur, non excedere peccatum veniale. *d*

*b* Ex ipſa Sixti V. Conſtit. *c* D. Tho. 2.2.q.95. ar.5. ad 3. *d* Tol. lib. 4.c.15.n.5 Leſſ. de juſt. lib.2. §.41.

# DISP. *XXVIII.* SECT. VNIC.

## *RESOLVT. VARIAE.*

### *ATTRITIO.*

1. Attritio *a* eſt dolor de peccatis vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ pœnarum metu conceptus, cum propoſito cavendi in futurum, ſpe veniæ divinitus obtinendæ.

2. Si cognoſcatur quòd non ſit contritio nec propter Deum, ſed ſolùm propter infamiam, *b* etiamſi ſit cum ſacramento pœnitentiæ conjuncta, non ſufficit ad delendum peccatum mortale.

3. Attritio propter ſolam pœnam gehennæ, *c* licet eam nec actualis, nec virtualis amor Dei, nec odium peccati, ut eſt offenſa Dei, comitetur in Sacramento, non delet peccatum mortale.

4. Attritio cum dolore *d*, ſed ſine propoſito abſtinendi à peccatis, non delet illa; imo eſt peccatum mortale ſic accedere ad confeſſionem.

5. Attritio non ſit phyſicè *e* contritio per ſacramentum; virtute tamen ſacramenti diſponitur attritus ad actum contritionis eliciendum.

6. Ad recipiendam gratiam in Baptiſmo non *f* ſufficit quilibet dolor; debet tamen eſſe propter Deum offenſum, & cum propoſito emendationis.

7. Neceſſarium non eſt quòd attritio ſit de omnibus venialibus; ſufficit *g* quòd ſit de uno, ſi de ſolis illis ſit confeſſio.

8. An quis ſine ſufficienti attritione bonâ fide confeſſus eſt, gratiam Dei conſequatur, alii ajunt, *h* alii probabiliùs negant; *i* ſed confeſſio fuit valida, licet informis.

9. Ad delenda peccata venialia ſufficit accedere ad pœnitentiam cum illorum diſplicentia.

*a* Filliuc. tr.6.c.7. *b* Nav. c.1. n.17. *c* Idem ib. *d* Idem c. 1.n.14. *e* Idem n. 41.& 48. *f* Idem c. 11.n.37. *g* Idem ubi ſup. *h* Henriq. lib.1.de pœn.c.17. *i* Far. de præcep. Eccl. præ. 2.lib.1. *l* P. Menacho in manuſcr.

DISP.



# DISP. *XXIX.* SEC. VNIC.

## RESOLVT. *III.*

### *AVARITIA.*

1. Eſt vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ. *a*

2. Quando opponitur liberalitati, & ei non adjungitur aliqua circumſtantia mortalis, tantùm eſt *b* peccatum veniale.

3. Accumulare divitias ad providendum neceſſitati futuræ, ut ad collocandas filias in matrimonio, imò ad ſe efferendum in altiorem ſtatum non eſt vitium *c*, ſed prudentia; dummodo non fiat cum juſtitiæ, vel charitatis detrimento.

*a* Navar. c.23.n.69. *b* Idem ubi ſupra. n.75. *c* Idem n.74.

# DISPUTATIO I. SECTIO UNICA.

## *RESOLUTIONES VARIÆ.*

## B.

### *BANNITUS.*

1. Bannitus idem quod proſcriptus, qui ob enorme crimen à quolibet poteſt impunè occidi ex conceſſione judicis. Vide p. ſa hoc verb.

2. Bannitus tempore, quo erat laicus, ſi durante banno efficitur clericus, liber eſt à juriſdictione laicali.

3. Bannitum alere tenentur, qui ante bannum tenebantur; quia quod eſt de jure naturæ, per civile jus non tollitur, & poteſt ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato.

4. An bannitum poſſit filius occidere, alii ajunt, alii probabiliùs negant.

5. Non poteſt ſe defendendo occidere eum, qui ut miniſter juſtitiæ, ſe occiſurus aggreditur.

DISP.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UANL ®

*b Ex ipſa Sixti V. Conſtit.*

2. Aſtrologia naturalis eſt licita, & ab ipſo jure *b* approbata.

*c D. Tho. 2.2.q.95. ar.5. ad 3.*

3. Aſtrologia judiciaria ſi ſolùm per eam naturales hominum propenſiones prænuncientur, non *c* eſt illicita.

*d Tol. lib. 4. c. 15. n. 5. Leſſ. de juſt. lib. 2. c. 43.*

4. An verò Conſtitutio Sixti V. contra aſtrologos non ſolùm in foro exteriori, ſed etiam interiori obliget, alij aiunt, alii negant. Toletus ait, ſi ex aſpectu ſiderum non ut omninò certum aliquid futurum judicetur, non excedere peccatum veniale. *d*

# DISP. *XXVIII.* SECT. VNIC.

## *RESOLVT. VARIAE.*

### *ATTRITIO.*

*a Filluc. tr. 6. c. 7.*

1. A Ttritio *a* eſt dolor de peccatis vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ pœnarum metu conceptus, cum propoſito cavendi in futurum, ſpe veniæ divinitus obtinendæ.

*b Nav. c. 1. n. 17.*

2. Si cognoſcatur quòd non ſit contritio nec propter Deum, ſed ſolùm propter infamiam, *b* etiamſi ſit cum ſacramento pœnitentiæ conjuncta, non ſufficit ad delendum peccatum mortale.

*c Idem ib.*

3. Attritio propter ſolam pœnam gehennæ, *c* licet eam nec actualis, nec virtualis amor Dei, nec odium peccati, ut eſt offenſa Dei, comitetur in Sacramento, non delet peccatum mortale.

*d Idem c. 1. n. 14.*

4. Attritio cum dolore *d*, ſed ſine propoſito abſtinendi à peccatis, non delet illa; imo eſt peccatum mortale ſic accedere ad confeſſionem.

*e Idem n. 41. & 48.*

5. Attritio non fit phyſicè *e* contritio per ſacramentum; virtute tamen ſacramenti diſponitur attritus ad actum contritionis eliciendum.

*f Idem c. 11. n. 33.*

6. Ad recipiendam gratiam in Baptiſmo non *f* ſufficit quilibet dolor; debet tamen eſſe propter Deum offenſum, & cum propoſito emendationis.

*g Idem ubi ſup. h Henriq. lib. 1. de pœn. c. 17. i Far. de præcep. Eccl. præ. 2. lib. 2. l. P. Menacho in manuſcr.*

7. Neceſſarium non eſt quòd attritio ſit de omnibus venialibus; ſufficit *g* quòd ſit de uno, ſi de ſolis illis ſit confeſſio.

8. An quis ſine ſufficienti attritione bonâ fide confeſſus eſt, gratiam Dei conſequatur, alii ajunt, *h* alii probabiliùs negant; *i* ſed confeſſio fuit valida, licet informis.

9. Ad delenda peccata venialia ſufficit accedere ad pœnitentiam cum illorum diſplicentia.

DISP.



# DISP. *XXIX.* SEC. VNIC.

## RESOLVT. *III.*

### *AVARITIA.*

1. E St vitium inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ *a*. *a Navar. c. 23. n. 69.*

2. Quando opponitur liberalitati, & ei non adjungitur aliqua circumſtantia mortalis, tantùm eſt *b* peccatum veniale. *b Idem ubi ſupra. n. 75.*

3. Accumulare divitias ad providendum neceſſitati futuræ, ut ad collocandas filias in matrimonio, imò ad ſe efferendum in altiorem ſtatum non eſt vitium *c*, ſed prudentia; dummodo non fiat cum juſtitiæ, vel charitatis detrimento. *c Idem n. 74.*

# DISPUTATIO I.

## SECTIO UNICA.

## *RESOLUTIONES VARIÆ.*

## B.

### *BANNITUS.*

1. B Annitus idem quod proſcriptus, qui ob enorme crimen à quolibet poteſt impunè occidi ex conceſſione judicis. *Vide P. ſa bor. verb.*

2. Bannitus tempore, quo erat laicus, ſi durante banno efficitur clericus, liber eſt à juriſdictione laicali.

3. Bannitum alere tenentur, qui ante bannum tenebantur; quia quod eſt de jure naturæ, per civile jus non tollitur, & poteſt ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato.

4. An bannitum poſſit filius occidere, alii ajunt, alii probabiliùs negant.

5. Non poteſt ſe defendendo occidere eum, qui ut miniſter juſtitiæ, ſe occiſurus aggreditur.

DISP.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

# DISP. *II.* SECT. VNICA.

## *RESOLVTIONES VARIAE.*

### *BAPTISMVS.*

1. Eſt Sacramentum *a* aquæ naturalis, quâ unus ab alio in nomine Patris,& Filii,& Spiritus ſancti cum debita intentione abluitur.

2. Baptizatus baptiſmo dubio,non eſt privandus *b* Eccleſiaſtica ſepulturâ.

3. Baptiſmus in neceſſitate dandus *c* eſt in dubia materia, qualis eſt aqua roſacea,urina,ſudor.

4. Verba proferenda ſunt cum ſimultanea aquæ infuſione: ſi tamen parva ſit *d* interruptio non tollit eſſentiam Baptiſmi.

5. Si in partu periculoſo puer exerat ex ventre matris manum,vel aliud membrum, debet baptizari à ſacerdote, ſi ibi ſit,cooperta decenter matre,ſi autem baptizetur à patre ipſius,ſuſte ibi alio,incurrit *e* impedimentum non petendi debitum,niſi invincibili ignorantia fecerit;Diana non incurrere aſſerit.

6. Puerum projectum in flumen,vel in puteum manere baptizatum,alii negant,alii probabilius affirmant,*f* ſi adhuc vivo forma proferatur.

7. In caſibus, in quibus licitum eſt invitis parentibus filios pueros infidelium baptizare, teneri dominos hoc facere,alii negant,alii probabilius affirmant *g*.

8. An qui tenet infantem in Baptiſmo nomine alterius, contrahat ſpiritualem cognationem ; an verò ille,cujus nomine tenuit,dubium *h* inter Doctores, utrumque probabile.

9. Contactum phyſicum neceſſarium eſſe ad hanc cognationem multi aſſerunt;alii verò ſufficere moralem probabilius affirmant *i*. Hic conſiſtit in eo,quod quis puerum offerat ad Baptiſmum,& curam illius ſuſcipiat.

10. Si Laicus præſente Sacerdote,non tamen renuente,puerum baptizet,non *l* peccat mortaliter,dummodo non faciat ex contemptu,& neceſſitas urgeat;ſi vero extra neceſſitatem baptizet,peccat mortaliter;ſed non incurrit irregularitatem.

11. Guttam unam aquæ non ſufficere ad Baptiſmum multi aſſerunt *m*;ſed requiri talem quantitatem,quâ poſſit fieri vera ablutio. Alii dicunt eam ſufficere quæ corpus contingat,

verum-

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Diana p.5.tr.5. reſ.1.
*d* Comm. DD.
*e* Vide Eman. Rod.
*f* Vide Filliuc.in ſum.
*g* Vide Vaſquez in 1.p.to. 3.diſp.615 c.2.
*h* Vide Baſil.Ponc. de matr. l.7.c.25.
*i* Vaſquez in 1.p. to.1.
*l* Diana tr.4.de ſa. cr.reſol.5.
*m* Vide Reginal. to.1.l.27. c.3.n.15.



verumque effeciſſe Baptiſma mulierem illam, quæ digito aquâ madefacto crucem in fronte pueri imprimens illum baptizavit *n*.

12. Aqua ex ſale,nive,vel gelu reſoluta eſt ſufficiens materia Baptiſmi.

13. Aqua ex arboribus , vel fructibus manans non *o* eſt ſufficiens materia ; quia non eſt vera aqua,ſed ſuccus arborum. In extrema autẽ neceſſitate illâ poſſe conſici Baptiſmum probabile eſt ; quia ille ſuccus, ut experientia docet,nihil aliud eſt,quàm aqua,quam arbor ſurſum traxit,& ebibit.

14. Licitè baptizantur *p* filii hæreticorum,etiam ſi ſub cura parentum periculum timeatur ſubverſionis.

15. Rebaptizantes ſcienter ſub conditione non incurrunt *q* irregularitatem.

16. Si mutus cum orbato manibus ſoli adeſſent, & ille aquam infunderet,& iſte verba proferret , non confici Baptiſmum conſtanter aſſerunt Doctores. Nihilominus Fernandez de Hæridia ſub conditione poſſe miniſtrari in caſu extremæ neceſſitatis defendit *r*.

17. Perverſam intentionem miniſtri in conferendo Baptiſmo & aliis ſacramentis ſuppleri à Deo quoad gratiam aſſerunt *ſ* multi,& graves Doctores;contrarium tamen communius,& probabilius.

18. Nullum eſt præceptum adhibendi patrinum tempore neceſſitatis;ſiquis tamen teneat infantem ex propoſito obeundi munus patrini , cognationem contrahere negant alii Doctores,alii probabilius affirmant *t*.

19. Ad ſuſcipiendum Baptiſma ſufficit *u* attritio cognita; dummodo ſit ſupernaturalis.

20. Recedente fictione poſt Baptiſmum remittuntur *x* peccata omnia commiſſa ante baptiſmum;non tamen ipſa fictio,niſi per pœnitentiam clavibus ſubjiciatur.

21. Recedente fictione omnia ſacramenta ſortiri ſuum effectum piè,ac probabiliter aſſeritur *y* à graviſſimis DD.multumque commendat ſacramentorum excellentiam.

22. Qui per errorem levat filium Petri, reputans *z* ſe filium Pauli levare,alii probabiliter affirmant,alii negant probabilius cognationem contrahere

23. Filios ſervorum infidelium poſſe à Dominis invitis parentibus baptizari, pium & probabile eſt, etiam ſi non vendantur,nec ſeparentur. *&*

24. Mulierem prægnantem damnatam ad mortem, ſi propter partus infirmitatem ſit in periculo *c*,ſecari poſſe,ut puer vivus extrahatur,defendit Coninch

25. Par-

*n* Henriq. lib.2.c.6. n.1.
*o* Io.de la cruz dir. conſ.p.2. de Sacr. Bap.
*p* Avil. de cenſu.p.7. di.7.d.8.
*q* Laym.in Th.mor. lib.5.tr.5.
Comm. DD.
*r* Heri.diſ. de ſacr. Bap.p.3. d.7.
*ſ* Val.to.4 diſ.1.q.5. p.1.
*t* Nava.in man.c.22 n.40.
*u* Vill.in ſum.to.1. tr.5.diſſ. 19.n.1.
*x* Idem.
*y* Dian.tr. 4.reſ.25.
*z* Vide Sanc.de matr.to.2 lib.7.diſp. 16.n.7.
*&* Vid.Vaſ. in 3.p.to. 3.d.135.c. 5.n.5.
*c* Coninc. de ſacr.1. 3.q.68.ar. 11.n.97.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

25. Particula *in* vel *&* in Baptiſmo, *& enim* in forma Euchariſtiæ, & ſimiles, quæ ſenſus non mutant integritatem, non ſunt de eſſentia:& ſi ſine ſcandalo, & contemptu omittantur, non *d* erit peccatum mortale.

*d* Vide Vaſq. in 1. p. tom. 1. diſp. 142. n. 10.

26. Qui diceret *in nominibus Patris, &c.* non conficeret *e* Baptiſma, quia eſſentias multiplicat; ſi autem diceret *in nomine Patris, & in nomine Filii*, conficeret Baptiſma.

*e* Villal. tr. 5. dif. 5.

27 Si plures dicerent: Nos te Baptizamus, non conficerent ſacramentum, *f* quia mutatur eſſentia; ſi autem plures dicerent *ego te baptizo*, qui priùs formam proferret, baptizaret, cæteri rebaptizarent. Si verò unus plures baptizaret dicens: *ego vos baptizo*, valeret Baptiſma.

*f* Idem ib.

28. Si quis diceret: *In nomine genitoris, & geniti, & procedentis ab utroque*, an conficeret Baptiſma, Doctores communiter negant; ſed non deſunt, qui probabiliter affirmant *g*: ſequendus uſus Eccleſiæ.

*g* Caiet. apud Filliuc. tr. 2. c. 4. n. 58.

29. Qui diceret: *in nomine Chriſti*: & *in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis*, probabile *h* eſt, quòd ſacramentum conficiat; ſed uſus Eccleſiæ ſequendus.

*h* Nicol. P. relatus in cap. quodam de conſecr. diſt. 4.

30. Sine aquæ Baptiſmo catechumenus contritione & deſiderio illius poteſt *i* ſalvari, & effuſo ſanguine martyr: nec non *l* gentilis invincibiliter Chriſtum & Baptiſmum ignorans; ſi credat, quòd Deus eſt, & remunerator eſt, & ad eum converſus ſperet veniam, & præmium à Deo, qui facienti, quod inſe eſt, non denegabit ei ſupernaturale auxilium. Quæ opinio valde commendat infinitam miſericordiam Dei.

*i* Comm. DD.
*l* D. Tho. 1. 2. q. 89. art. 4. & alibi.

31. Infantes, & adulti à Paganis, Judæis, Saracenis, aut Hæreticis baptizati vel à Parocho, vel obſtetrice ex Hebræorum vel Saracenorum ſanguine ortis; iterum ſub conditione ſunt Baptizandi. Idem dicendum de his, qui in mortis periculo ab obſtetricibus, vel ab aliis laicis viris, vel fœminis fuerint baptizati.

Vide P. Quintan. tr. 1. de ſingul. q. 3. 4. & 5.

## *Varia ac ſingularia de Baptiſmo.*

1. Multis anxius *a* & fatigatus ſcrupulis, an baptizatus fuerit, quamvis leviſſimo fundamento, baptizandus eſt ſub conditione.

*a* P. Quintan. tr. 4. ſing. ſing. 8.

2. Infans expoſitus ad Eccleſiæ valvas, ſcriptum habens collo appenſum baptizatum eſſe teſtificans, nihilominus baptizari iterum ſub conditione debet *b*.

*b* Idem ſing. 9.

3. Epiſcopus, ſacerdos, aut confeſſarius, qui probabiliter de ſuo Baptiſmo dubii ſunt, baptizari, ordinari, & côſecrari iterum



rum debent: & qui ab eis ordines & abſolutionem acceperût, iterum etiam ordinari, *c* & à peccatis abſolvi; quia quod eſt de jure divino, non ſuppletur per communem errorem.

*c* Idem ſing. 10

4. Religioſus verè dubius de ſuo baptiſmo, iterû ſub conditione baptizetur; *d* ſed non poteſt religionem deſerere, & profeſſioné ratificare tenetur. Quæ autem geſſit ut Prælatus, valida ſunt propter errorem communem, & titulum coloratum.

*d* Vide Sanch. de mat. d. 21

5. Qui verè dubius eſt de ſuo baptiſmo, tenetur *e* ſub mortali, quàm primùm poſſit, à dubio ſe expedire, & baptiſmum ſub conditione recipere, & Parochus, & qui ejus curam habent, eum baptizare.

*e* P. Quin. ubi ſup.

6. Ad conferendum baptiſmum adulto ſive abſolutè, ſive ſub conditione tria requiruntur *f* ex parte recipientis; intentio, myſteriorum fidei cognitio, & dolor de peccatis.

*f* Comm. DD.

7. Myſteria, quæ adulti pro ſua capacitate callere debent, ſunt: *g* Quòd Deus ſit, & quòd ſit Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, tres diſtinctæ perſonæ, & unus Deus. Quòd filius Dei homo factus eſt, ut ſalvaret nos, & quod mortuus ſuit, & reſuſcitatus, & glorioſus in cœlo eſt. Quòd alia vita ſit, & in bonis æterna gloria, malis pœna æterna. Quòd nemo poſſit ſine baptiſmo ſalvari, & ſine Chriſti lege. Quòd hæc omnia Chriſtiani credimus, quia verbum Dei eſt, quo nec fallere nec falli poteſt. Si hæc pro ſuo captu intelligat, etiamſi orationes in memoria non teneat, baptizari poteſt.

*g* P. Did. Ruiz in inſtr. pro Bapt. Adul.

8 In articulo mortis poteſt baptizari, etiamſi hæc ignoret; dummodo baptizari velit, vel conſtet voluiſſe, ſi ſenſum amiſiſſet.

9. In conditionali baptiſmo ſolemnitates aut ritus non ſunt *h* iterandi; quia jam ſunt facti in abſoluto, pro quo inſtituti ſunt ab Eccleſia. Si autem facti non fuerunt, ſuppleantur.

*h* Vide P. Quint. ubi ſup. qui doctè de his omnibus agit.

10. Conditionem non eſſe neceſſariò exprimendam affirmant viri docti; conſultius eſt eam exprimere juxta formam à jure aſſignatam.

11. Parochum, qui ſine intentione plures *i* baptizavit, & ſe nolit prodere ob metum infamiæ, & ſupplicii, ſi firmiter proponat abſtinere ab hujuſmodi ſacrilegiis, ne in deſperationem veniat, poſſe abſolvi aſſerunt Diana, Laym & Trull cùm homines illi per contritionem ſalvari poſſint. Quod negat quintanadvennas, ſi baptizati fuerint infantes, vel jam fuerint vel futuri ſint Sacerdotes.

*i* Larra li. 2 tr. 3 c. 1 n. 1

12. Quæcumque prudens conjectura, vel timor periculi ſufficit *l* ut infans domi poſſit baptizari.

13. Regibus, & vaſallorum dominis conceſſum eſt à Clemen-

*l* Quint. ubi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mente V. privilegium, ut in ſacellis domûs ſuæ liberos, nepotes, & pronepotes, & qui ex his deſcendent, ſervatis Eccleſiæ ritibus, faciant baptizari.

14. Baptizare etiam in ſolemni Baptiſmo ſine aquâ benedictâ, ob levitatem materiæ non erit mortale *m*.

15. Cùm iterum ſub conditione adulti baptizantur, non eſt neceſſarium confeſſionem præmittere; ſufficit quòd *n* de peccatis doleant.

16. An puerum ante uſum rationis ad munus patrini offerre, & admittere peccatum ſit mortale, alii ajunt, alii probabilius negant; dummodo non deſit, *o* qui baptizatum, ſi fuerit adultus, inſtruat.

17. Patrinos baptiſmi religioſos eſſe nec indecens, nec prohibitum *p* eſt, cùm rationabilis intervenit cauſa.

18. Ad baptiſmum conditionalem non eſt neceſſaria *q* licentia Parochi.

19. Qui à Saracenis, Judæis & Hæreticis baptizati ſunt, iterum debent baptizari; quia pluſquam probabile dubium eſt de valore talis baptiſmi. *r*

*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Auctor ſummæ.
*p* Non eſt in jure talis prohibitio. Quint. tr. 1. ſing. ult.
*q* Quintana, ubi ſupra.
*r* Idem ubi ſup.

---

# DISP. II. SECT. VNIC.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### BELLVM.

1. SUbditus, qui imperio Principis gerit bellum, & de cujus juſtitia dubitat, non peccat *a*. Si tamen ſciat manifeſtè eſſe injuſtum, peccat mortaliter. In ſimilem reatum incidit, *b* qui quamvis ſciat bellum eſſe juſtum, principaliter ad illud tendit, ut occidat & ſpoliet inimicos.

2. In bello juſto etiam innocentes licet ſpoliare, & capere ad infirmandas hoſtium vires. Quod ſi bellum ſit perpetuum, ut contra Turcas, cuilibet licet occaſione datâ illos captivare etiam innocentes. Si autem dentur in obſides, & hoſtes fidem frangant, non licet *c* occidere; liceret autem, ſi grave damnum in rempublicam præmeditarentur.

3. Capta in bello non ſunt reſtituenda *d*, niſi eſſent peregrinorum, clericorum, religioſorum, vel ruſticorum *e*.

4. Poteſt *f* Princeps ob vitandum majus malum urbem tradere hoſtibus.

*a* P. Sa verbo *Bellum*.
*b* Idem ubi ſupra.
*c* Molin. de bello to. 1. tr. 2 diſp. 122
*d* Comm. DD.
*e* Vide Sa verb. *Bellum*.
*f* Idem ubi ſupra.

5. Capti



5. Capti etiam juſto bello poſſunt *g* fugere, maximè à dominis ſævientibus.

6. Offerenti ante conflictum ſatisfactionem non *h* licet bellum inferre.

7. Capta in bello juſto, ſed ab his qui illa ceperant in injuſto, reſtituenda *i* ſunt veris dominis.

8. Licitum *l* eſt clerico, & religioſo milites hortari ad victoriam; non verò pugnare, niſi ſe defendendo.

9. Militi etiam ægrotanti debetur *m* ſtipendium.

10. Miles fidelis principi infideli ſervire poteſt *n* in bello juſto.

11. Bellum Chilenum contra rebelles & apoſtatas Indos, ut in præſenti ſtatu geritur, juſtum *o* eſt propter injurias, & damna ab Indis illata Eccleſiæ, fidei, & innocentibus; & qui capiuntur etiam innocentes, ad infirmandas hoſtium vires capi poſſunt, *p* & in ſervitutem redigi; ſed non occidi.

12. Bellum gerere contra Indos, & invaſiones facere, quæ vulgò dicuntur Mlochas, ad id ſolùm, ut mancipia capiantur, injuſtum eſt. *q*

*g* Idem ubi ſup.
*h* Cajet. verbo *Bellum*.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Navar. conſ. 3. de Iud. n. 1.
*o* P. Menacho in manuſcr.
*p* P. Sa ubi ſupra.
*q* Comm. DD.

---

# DISP. III. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES IV.

### BENEDICTIO.

1. SI aquæ aut oleo benedicto addatur aqua vel oleum non benedictum, totum ſit benedictum *a*: quod reſtringunt quidam, ſi id quod additur, minus ſit eo, cui additur, quod alii dicunt non eſſe neceſſarium.

2. Benedictio *b* corporalium, & ſacrarum veſtium de jure pertinet ad Epiſcopum; ex privilegio autem ad Guardianos, & Rectores, quibus Provinciales illud concesserint.

3. Aqua, ova, fructus, agni, roſaria, rami, & ſimilia à quolibet ſacerdote poterunt benedici.

4. Innocentius X, an. 1654. prohibuit religioſis conſecrare vaſa ſacra, altaria, & ſimilia, in quibus unctio requiritur; ſed non derogat privilegio à Paulo III conceſſo. Vide verb. Calix.

*a* Vide Silveſtr. verb. *Aqua benedicta*.
*b* Comm. DD.

C 3 DISP.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
UANL

# DISP. IV. SECT. I.

## RESOLUT. VARIAE.

### BENEFICIVM.

1 BEneficium Eccleſiaſticum nullus Princeps laicus, etiam Imperator poteſt *a* erigere; hoc enim proprium eſt Papæ, vel ejus vicem gerentis. Et ſicut poteſt erigere, poteſt deſtruere; unde dicere quòd Papa non poſſit aliquid ſtatuere in detrimentum beneficiorum Hiſpanorum, ſapit hæreſim Anglicanam.

2. Collatio beneficii facta à Papa ei, quem ſcit eſſe inhabilem lege ſua humanâ, valet, *b* etiamſi non dicat ſe velle diſpenſare. Secùs verò ſi fiat ab ordinario etiam in caſu quo poteſt diſpenſare; hoc autem intelligendum eſt, quando impedimentũ eſt juris communis, non verò conſtitutionis ſynodalis.

3. Conceſſio facta alicui conferendi beneficia perſonis idoneis nec expreſſis, re integrâ expirat *c* morte concedentis; ſecus verò ſi perſonæ exprimantur.

4. Procurans beneficium Eccleſiaſticum principaliter propter honorem, vel utilitatem, peccat *d* mortaliter.

5. Peccat *e* mortaliter, qui poſt acceptum ſecundum beneficium curatum, dignitatem, aut perſonatum, non renunciat priori, quia ipſo jure amiſit illud.

6. Peccat *f* mortaliter, qui ante 25. annum recipit beneficium curatum, & ipſo facto collatio eſt nulla.

7. Qui poſt acceptum beneficium Parochiale, & pacificam ejus poſſeſſionem non recipit presbiterium intra annum, peccat *g* mortaliter, & amittit beneficium ipſo facto.

8. Illegitimus, qui recipit beneficium curatum ſine diſpenſatione Papæ, vel ſimplex ſine diſpenſatione Epiſcopi, peccat *h* mortaliter.

9. Beneficia curata Indorum in hoc Peruano regno ex regiis ſchedulis antiquis erant amobilia ad nutum Archiepiſcopi & Proregis; ex novis autem regiis ſchedulis Parochi Indorum non poſſunt *i* amoveri, niſi ſervatâ communi formâ, & cognitâ causâ.

10. Beneficium ſi ſit perpetuum, poteſt *l* conferri ſub conditione, ut prius deſeratur capellania, ſi fuerit collativa, quæ verum beneficium eſt; quia duo beneficia ab eodem poſſideri jure prohibitum eſt. Si verò beneficium non fuerit perpetuũ, debet eam relinquere; ſed poteſt apponere conditionẽ, quod ſibi

*a* Vide P. Avil. in com. verb. *Beneficium*
*b* Navar. præl. 9 n. 15
*c* Idem c. 25 n. 23
*d* Idem c. 23 n. 25
*e* Idem c. 25 n. 115
*f* Idem ib. n. 118
*g* Idem ib. n. 118
*h* Idem n. 117
*i* Vid. Sol. de Ind. gub. lib. 2 c. 15 n. 59
*l* Panor. c. extirpa. pa. ragr. qui verò de præb. & P. Mol.



ſibi reſtituatur, ſi amotus à beneficio fuerit. Si verò capellania non fuerit collativa, non poteſt apponi talis conditio, niſi ex rationabili cauſa per modum permutationis rei ſpiritualis cum alia ſpirituali videatur Ordinario conveniens eſſe ad ſuſtentationem alicujus clerici pauperis.

11. Qui habet beneficium ab alio ablatum per ſententiam juſtam, ſed fundatam falsâ præſumptione, vel probatione, poteſt *m* illud tutâ conſcientia retinere, quia reſignatio erit inutilis; & ne maneant juriſdictiones incertæ, illi à republica confertur. Secùs dicendum de pecunia ſic applicata per falſam præſumptionem, vel probationem.

12. Collatio beneficii Indorum ei facta, qui peritiam Indicæ linguæ non habet, nec habere breviter ſperat, ipſo jure eſt nulla: *n* & conferens, & recipiens peccant mortaliter; & hic renuntiare tenetur.

13. Beneficiatos de quorum privatione agitur audiendos eſſe, & habere recurſum ad regales audientias per viam violentiæ, plures regiæ ſcedulæ tradunt, quæ videri poſſunt *o* apud Solorzanum *ubi ſuprà*.

14. Illegitimus diſpenſatus ad ſacros ordines, eo ipſo eſt capax *p* beneficii ſimplicis.

15. Peccat *q* mortaliter, qui recipit duo beneficia incompatibilia ſine juſta diſpenſatione, vel plura compatibilia, quàm quæ ſufficiant ad honeſtam ſuſtentationem.

16 Habentes duas Eccleſias Parochiales, vel alteram Parochialem, & alteram cathedralem, cogendi *r* ſunt alteram intra ſex menſes dimittere.

17. Qui poſt obtentum beneficium fit irregularis, non privatur *ſ* beneficio ipſo jure.

18. Qui ſcire debens ſe eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, vel irregularem, beneficium recipit Eccleſiaſticum, peccat mortaliter *t*, & titulus eſt nullus.

19. Qui occultâ irregularitate ordinatus impetravit beneficium, occultè debet impetrare *u* diſpenſationem. Quòd ſi accepit ſcienter poſſeſſionem, debet id exprimere in diſpenſationis petitione, vel ſaltem habilitate impetratâ à Papa clam ab Ordinario novam collationem accipere

20. Si beneficio annexum ſit onus Miſſam celebrandi omnibus diebus de B. Virgine, nec de illa ſemper, nec omnibus diebus miſſare tenetur, *x* ſed frequenter ſalvâ honeſtate, ac devotione. Si verò onus ſit miſſandi omnibus diebus vel per ſe, vel per alium, omnibus tenetur.

21 Beneficium curatum non poſſunt *y* habere illegitimi ſine Papæ diſpenſatione.

*m* Comm. DD.
*n* Sol. l. 3 de Indor. gub. c. 15.
*o* Ubi ſup. c. 15
*p* P. Sa v. diſp. n. 14
*q* Nav. in ſum. c. 25 n. 129
*r* Idem ib. n. 129
*ſ* Comm. DD.
*t* Nava. c. 25. n. 135
*u* Idem c. 27 n. 194
*x* Idem c. 25 n. 14
*y* Suar. t. 5 d. 50 ſ. 5



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

21. Qui beneficium curatum habent, non poſſunt ſibi eligere in confeſſarium ſimplicem ſacerdotem, non approbatum ab Ordinario, z.

z In Dec. Alexand. VII. an. 1661. 24 Sept.

# SECTIO II.

## *De Beneficiis quoad Fructuum perceptionẽ & reſtitutionem.*

1. Impendentes fructus beneficiorum in uſus profanos, & ab eis accipientes peccant a mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur; ſed non deſunt, qui dicant, non teneri ex juſtitia, ſed ex charitate beneficiarios ad eroganda ſuperflua pauperibus, & ideo accipientes non teneri b ad reſtitutionem.

2. Prodiga largitio bonorum Eccleſiaſticorum regulariter loquendo eſt c peccatum mortale. Si verò hæc bona fuerint patrimonialia, vel acquiſita Miſſas celebrando, concionando, confeſſiones audiendo, & ſimilia operando, tantùm erit peccatum veniale.

3. Licitè poteſt d beneficiarius bona Eccleſiaſtica impedere, eleemoſynas elargiendo alienigenis, non ſolùm ad neceſſitatem naturæ, ſed ad decentiam perſonæ. Poteſt etiam in obſequio procerum, judicum & aliorum, qui multum poſſunt prodeſſe, vel obeſſe Eccleſiæ, cui ſervit, aliquos ſumptus facere.

4. Vero beneficiario, ſi vicerit in lite, debentur fructus percepti poſt litis conteſtationem.

5. Beneficiarius, qui non recitat horas Canonicas tenetur e reſtituere; quod tamen locum habet poſt ſex menſes ab obtento beneficio, ut colligitur ex concilio Lateranenſi; peccat tamen in illis, ſi non recitet ut declaravit Pius V. *in confirmatione prædicti decreti.* Reſtitutio verò fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri non poteſt per quæcumque Eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructib⁹ ſui beneficii fecerit.*

6. Prædicta reſtitutio debet f fieri fabricæ, vel pauperibus, vel ſibi ipſi, ſi pauper ſit ex conſilio confeſſoris. Quod tamen intelligendum eſt, quando non eſt, qui jus habeat ad illud, quod reſtituendum eſt.

7. Veruntamen ſi legitimè impediatur recitare, nec peccat g, nec reſtituere tenetur.

8. Si beneficium non eſt erectum authoritate Epiſcopi, obtineri poteſt h à puero ante 14. annum; ſi autem Epiſcopali authoritate fundatum ſit, poteſt etiam ante 14. annum obtineri, ſi id fundator ſtatuerit.

a Comm. DD. vide b. raſq. de Elem. c. 4 n. 8
b Mol. tr. 2 de juſt. d. 140
c Navar. c. 17. n. 44
d Idem ib.
e Idem ib. n. 122
* In decr. Alexand. VII. an. 1666. 18 Mart.
f Comm. DD.
g Ex Pio V. in conſ. decr.
h Quinta. tr. de ſacr. ordin. in ſing.





9. Quod Canonicus amittit propter excommunicationem, ſuſpenſionem, & ſimilia, reſtituendum i eſt ut ſupra de beneficiario diximus.

10. Suſpenſus à beneficio non poteſt l fructus conſumere, niſi in moderatam ſuſtentationem ſui, & ſuorum; & hoc, ſi alia non habeat bona.

11. Excommunicatus, per quem ſtat quin abſolvatur, neque ad ſolam ſuſtentationem poteſt m fructus percipere.

12. Peccat mortaliter, n qui fructus ſui beneficii locat, vel dat in emphyteuſim ultra tres annos.

13. Canonici, & aliæ dignitates niſi intra duos menſes fidẽ coram Epiſcopo, & Capitulo profiteantur, non faciunt o fructus ſuos.

14 Docens publicè ſacram Theologiam, vel canones, etiamſi ob id ſit abſens, facit p fructus ſuos. Idem dicendum de eo, qui eaſdem facultates addiſcit. Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet. *

15. Permittens notabiliter lædi poſſeſſiones beneficii, tenetur q ad reſtitutionem.

16. In permutatione beneficii pinguioris, licita r eſt aliqua compenſatio.

17. Beneficium habens cum animarum cura, ſi ſex menſibus continuis abſuerit ſine juſta cauſa, ipſo jure privatur quartâ parte fructuum unius anni, applicandorum fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus. Vide *Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de ref. & ſeſſ. 23. c. 1.* Hòc tamen debet intelligi poſt judicis condemnationem. Vide Reginaldum *l. 30, tr. 3. n. 18.* Si autem reſideat, ſed per ſe non ſerviat, non facere fructus ſuos, alii ajunt, alii negant, quòd non faciant, videtur probabiliùs. Si tamen idoneum vicarium aſſignet, & curet ut muneri ſatisfaciat, poterit fructus ſuos facere.

18. Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam judicis; eo quod ſit pœna. t.

19. Eſt contra juſtitiam beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, licet collator conferens illa beneficia eccleſiaſtica, pecuniâ interveniente non exigat illam pro collatione beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur. u.

i Navar. c. 25 n. 125
l Idem ib. n. 124
m Idem ubi ſupra n. 133
n Idem ubi ſuprà. n. 130
o Comm. DD.
p Nav. ubi ſup. n. 58
* In decr. Alexandri VII. an. 1665. 24. Sept.
q Comm. DD.
r Comm. DD.
s Vide Reginaldum & eſt Comm.
t In decr. Alexandri VII an. 1665. 24 Sept.
u In decr. Alexandri VII an. 1665. 24 Sept.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

## DISPUT. V. SECTIO UNICA.

### BLANDITIÆ.

BLanditiæ non minuunt voluntarium, ſed augent;& ideo non reſcindunt contractum factum per illas;ſecùs verò ſi minis preces immiſceantur,ut ſolent domini, qui blanditiis non acquieſcentes caſtigant.

## DISP. VI. SECT. VNICA.

### RESOLVTIONES VARIAE.

### BLASPHEMIA.

1. BLaſphemia eſt *a* dicere aliquid contumelioſum contra Deum. Quod ſit aliquid Deo attribuendo quod ei non convenit, vel auferendo quod convenit, vel affirmando de creatura, quod eſt proprium Dei. Differt ab Hæreſi, quia hæc eſt in credendo, illa in dicendo.

*a* P. Avila in comp. verb. *Blaſ.*

2. Blaſphemo non eſt abſolutio concedenda *b*, niſi impoſitâ graviſſimâ pœnitentiâ.

*b* Trid. ſeſ. 14. c. 8.

3. Qui audit blaſphemiam, debet eum corripere ſub præcepto, etiamſi emendationem non *c* ſperet; niſi timeat periculum ſi autem propter verecundiam vel timorem, vel inadvertentiam non corripiat, non erit *d* mortale.

*c* Nav. c. 11. n. 8. *d* Azor. inſt. mor. tit. 1. l. 9. c. 28. q. 7.

4. Qui profert blaſphemiam, non plenè advertens verborum ſignificationem, venialiter tantùm peccat, etiam ſi hoc procedat ex prava conſuetudine. *e* Qua propter etiam ſi hæc blaſphemia ſit hæreticalis, non eſt denuntiandus.

*e* Vide Dian p. 5. tr. 6. r. 33.

5. Qui advertens blaſphemat, non excuſatur parvitate materiæ; quomodocunque enim falſum quis Deo tribuat, gravi eum efficit injuria.

6. Irriſoriè aliquid de Deo aſſerere, vel cum indignatione, etiam ſi verum ſit, quod aſſeritur, blaſphemia *f* eſt.

*f* Comm. DD.

6. Blaſphemiæ punitionem mixti fori eſſe aſſerunt viri docti, alii ad ſolum Inquiſitorum tribunal pertinere; *g* probabile utrumque.

*g* Vid. Vil. p. 2. tr. d. 2.

8. Blaſphemia hæreticalis eſt *h* illa, quæ formaliter, vel virtualiter continet errorem contra fidem, tribuendo Deo aliquid, quod ei non convenit, vel auferendo quod convenit. Non hæreticalis, quæ prædictum errorem non continet.

*h* Idem ubi ſupra.

9. Bla-



9. Blaſphemi ex ira ſimel, bis, vel ter, ſi ira magna fuit, & ex cauſa juſta, non ſolent *i* abjurare. Conſuetudinarii verò in ira abjurant de levi; & conſuetudinarii in ira & extra iram abjurant de vehementi.

*i* Zanar. in Theol. p. 2. c. 1.

10. Ut dicatur quis conſuetudinarius, requiruntur plures reiterationes, quàm tres.

11. Qui non ex credulitate hæretica, ſed vehementi paſſione turbatus blaſphemiam evomuit, non eſt puniendus *l* ab inquiſitoribus, nec eis denuntiandus, ſi abſit ſcandalum.

*l* Caſtr. & Comit. in reſp. mor. lib. 4. q. 9. cap. 1.

12. Blaſphemia hæreticalis eſt dicere Deum injuſtum, immiſericordem, improvidum. Dicere autem *aunque le peſe à Dios tengo de hacer eſto*, utrum ſit blaſphemia hæreticalis, non conveniunt DD. Negativam defendit *m* Suares, quia ſenſus eſt, etiamſi Deo diſpliceat, ut omnia malefacta diſplicent, hoc faciam. Si autem ſenſus eſſet, etiam ſi abſolutè nolit Deus ut hoc faciam, non valebit mihi reſiſtere, hæreticalis eſt.

*m* P. Suar. *n* Dian. tr. 7. r. 8. t. 9.

13. Irriſoriè aliquid quod verum eſt dicere de Deo, vel Sanctis non eſt blaſphemia hæreticalis, graviſſimum autem peccatum.

14. Loquens vel lubrico linguæ proferens verba hæreſim ſapiëtia poteſt puniri ab inquiſitoribus pœnâ extraordinatiâ

*o* Idem ubi ſup.

15. Qui incidit in blaſphemiam non hæreticalem, gaudet *p* immunitate Eccleſiaſticâ.

*p* Idem tr. 1. r. 51. t. 4.

16. Plures blaſphemiæ prolatæ unico actu ſine interruptione, unicum *q* tantùm peccatum conſtituunt, nec opus eſt numerum confiteri.

*q* Comm. DD.

17. Qui ex prava conſuetudine inadvertenter profert blaſphemias & juramenta, peccare mortaliter alii a junt, alii probabiliùs negant, *r* ſi voluntatem blaſphemandi retractavit; quia nec in ſe, neque in cauſa tales blaſphemiæ ſunt voluntariæ. Confeſſor autem moneat pœnitentem, ut doleat de negligentia in extirpanda conſuetudine, nec anxius ſit de numero.

*r* Aut ſem.

## DISPVT. VII. SECT. VNICA.

### RESOLUTIONES VARIÆ.

### BONA.

1. BOna vitæ præferuntur bonis famæ, & honoris; & hæc bonis fortunæ: nemo tenetur *a* cum detrimento majoris, vel æqualis boni proprii bono proximi conſulere.

*a* Nav. c. 16. n. 44.

2. Bona vitæ includunt *b* ſalutem corporis, & integritatem membrorum.

*b* Idem c. 17. n. 89.

 3. Fama

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Fama intelligitur *c* virtutis, bonitatis, & honeſtatis.

4. Libertas inter bona famæ computatur; hæc tamen libertati præponenda eſt. Unde mulier potius debet *d* ſervitutem eligere quàm infamiam.

5. Bona vitæ, ſalutis, honoris, & famæ non ſunt æſtimabilia. Datur *e* autem aliquando pecunia pro horum bonorum amiſſione, pro damni compenſatione, & quia non eſt aliud, quo poſſit compenſari.

6. Bona filiorum alia ſunt *f* caſtrenſia, quæ filius in militia acquiſivit, & quoad proprietatem, & uſumfructum ſunt ipſius filii, & nullo modo pertinent ad patrem.

7. Alia ſunt quaſi caſtrenſia, quæ filiusfamilias acquirit officio publico, vel clericali. Imò omnia bona clericorum ſaltem acquiſita poſt clericatum jure communi ſunt *g* quaſi caſtrenſia, & in eis pater nihil juris habet.

8. Alia dicuntur adventitia, quæ aliunde filiofamilias adveniunt; in his habet *h* proprietatem filius, uſumfructum pater.

9. Alia tandem ſunt profectitia, quæ à patre vel ex bonis ejus, & non aliunde proficiſcuntur; & in his habet *i* pater proprietatem, & uſumfructum. Quæ verò filius ex bonis patris negotiando acquirit proteſtando, quod ſibi det pater quantum extraneo, dicuntur bona mixta partim adventitia, partim profectitia; & merces debita filio pro labore regulariter loquendo dimidium eſt ejus, quod acquiſivit.

10. Libri, arma, & ſimilia ut caſtrenſium privilegio gaudeant, opus eſt ut tradantur *l* filio patre vivente.

11. Bona paraphernalia ſunt illa, quæ ſibi uxor reſervat præter dotem, quam tradit marito; de his ad libitum *m* poteſt diſponere, niſi obſtet conſuetudo, vel ſtatutum provinciæ. Ex bonis acquiſitis durante matrimonio ſecundo non poteſt dotare filios primi; nec donationes facere niſi parvas, vel remunerationes, niſi ex parte quæ ei contigit.

12. Feudi redditus dividendi *n* ſunt inter virum, & uxorem.

13. Bona mobilia dicuntur, *o* quæ ut plurimùm ſervari non poſſunt ultra triennium, ut oleum, frumentum, & ſimilia. Pecunia tamen inter mobilia reputatur *p*.

14. Mobilia valdè pretioſa, quæ commodè ſervari poſſunt ut gemma, & ſimilia interdum immobilibus æquiparantur *q*.

15. Jura & actiones ex conſuetudine aliquando mobilibus, aliquando immobilibus comparantur.

*c* Idem ibidem n. 90.
*d* Vide Aullam in comp. v. Bona,
*e* Navarr. ubi ſupra n. 90.
*f* Comm. DD.
*g* Navarr. c. 17. n. 141.
*h* c. Licet pater de ſepul. in 6.
*i* Parag. Inſt. per quas perſonas.
*l* Navar. ubi ſupra n. 159.
*m* Comm. DD.
*n* L. 5. tit. 9. lib. 5. recop.
*o* Silveſt. eod. verb.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.

DISP.



# DISPVT. VIII. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *B V L L A.*

### *De Bulla cruciatæ.*

1. PEr clauſulam illam *à cenſuris & pœnis*, intelliguntur pœnæ, quæ abſolutionem impediūt; inde virtute hujus clauſulæ non *a* poteſt confeſſarius abſolvere pœnitentem à pœnis impoſitis, vel imponendis à judice.

2. Qui ſunt in regnis Hiſpaniæ, etiam ſi ſint alienigenæ, poſſunt *b* Bullæ Cruciatæ privilegiis, & gratiis gaudere; quod etiam verum eſt, ſi redeant ad patriam, ſi abſit ſcandalum, excepto tamen eſu carnium, & lacticiniorum.

3. Qui eſt Romæ, non gaudet *c* Bullâ, quam ei alius ſumit in Hiſpania.

4. An proſit ei, qui eam recipit in peccato mortali, vel excommunicatus ad lucrandas indulgentias, & potiendum privilegiis, dubium *d* eſt inter DD. Utrumque probabile, negativa ſententia ſecurior, affirmativa probabilior.

5. Bullæ privilegia latè interpretanda in favorem animarum *e*.

6. Ad lucrandas Bullæ indulgentias ſi non eſt copia confeſſionis, ſufficit *f* votum confitendi.

7. Qui bellum petit quoties peccaverit, ſi fuerit confeſſus, poteſt *g* per Bullam abſolvi; alii autem ſemel in vita, & ſemel in morte.

8. Milites, qui ſunt in hoc bello, de quo in Bulla, à jejuniis liberantur, *h* quibus, ſi in illo non eſſent, vel voto, vel præcepto tenerentur.

9. Tempore interdicti, qui ei cauſam non dedit, nec in cauſa eſt ne tollatur, ex bullæ privilegio poteſt ſacrum audire, & divinis officiis intereſſe; & ſi ſacerdos eſt, celebrare.

10. Qui pecuniâ furtivâ bullam ſumit, nihil ei prodeſt *l*, ſed non deſunt qui prodeſſe defendant *m*. Si verò pecunia fuerit alio peccato mortali acquiſita, nihil obeſt.

11. Annus durationis eſt *n* ab una publicatione in aliam; quapropter ſi ante annum fiat alia publicatio, bulla præterita amiſit valorem. Sunt tamen viri docti qui aliter

*a* Comm. DD.
*b* Villal. tom. 1, tr. 27, clauſ. 1
*c* Henriq. lib. 7, de indulg. c. 10, n. 7.
*d* Vide Henr. lib. 7. de indulg. c. 9. n. 7.
*e* Idem ubi ſupr
*f* Villalob. ubi ſupra
*g* Idem ubi ſupra
*h* Comm. DD.
*i* Henriq. lib. 1. de excomm. c. 48, n. 7.
*l* 2. Non impuſſāda 1. q. 1. ver. ex illicitis
*m* Roder. in Bul pa rag. 1, in ad. n. 7.
*n* Vide Em. Rod. ad Bul. parag. 3. num. 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alter computant, à die ſcilicet publicationis uſque ad intégrum annum.

13. Qui ſexto menſe poſt publicationem Bullam ſumpſit totum id amiſit. Nihilominùs, qui in magna urbe poſt ſex vel octo dies non potuit illam ſumere, poteſt *o* præterita vti.

14. Si à publicatione in publicationem plus anno tranſactum fuerit, durare adhuc poſt annum bullæ valorem ſunt viri docti qui negant, alii probabiliùs affirmant *p*. Et in praxi qui hanc opinionem ſecuti à reſervatis abſoluti fuerint, manent in conſcientia tuti.

15. Annus incipit à publicatione non in metropoli *q*, ſed in quolibet loco, ubi mos eſt publicari.

16. Non obſtante Bullâ, quæ in Cœna Domini publicatur, Bulla Cruciatæ ſervat *r* valorem.

17. Qui ante novam publicationem incepit confeſſionem, nec valuit perficere, poteſt *ſ* poſt publicationem abſolvi à reſervatis virtute Bullæ præterita.

18. Qui vult uti oratorio, & in eo ſacrum audire tempore interdicti, obligatur ex præcepto, non tamen ſub mortali, Deum precari pro Chriſtianorum Principum concordia, & contra infideles victoriâ *t*.

19. Pro Eccleſia intelliguntur *u* xenodochia, & alia pia loca, in quibus licet celebrare; non tamen locus ſpecialiter interdictus.

20. Qui habet privilegium aſſiſtendi divinis officiis poteſt *x* ſecum ferre ſervos, quibus ſolet ſtipatus incedere; vel loco illorum ſi fraus abſit, alios ſubſtituere. Nec prohibetur invitare familiares, & conſanguineos uſque ad 4. gradum. Qui omnes, quia non impediti, diebus feſtis ſacrum tenentur audire.

21. Sacramenta omnia in qualibet Eccleſia recipere, exceptâ Euchariſtiâ in die Paſchatis, eadem Bulla concedit *y*.

22. Item quod qui Bullam vivus accepit, pompâ moderatâ, id eſt aliquantum minori, poſſit *z* ſepeliri; quod privilegium infantibus, & phræneticis conceditur.

23. Medicus ſpiritualis eſt prælatus, & quilibet confeſſarius etiam extra confeſſionem, & habenti Bullam, ipſe & medicus corporalis facilius debent *a* concedere facultatem carnem edendi, ægroto, iſque jejunii merito nó privabitur.

24. Concedit facultatem edendi ova, & lacticinia in Quadrageſima in regnis Hiſpaniæ, non extra. In regno autem Peruano ex veteri conſuetudine, etiam ſine Bulla, licet *b* omnibus omni tempore.

*o* Henriq. lib. 2 de indulg. num. 1
*p* Villal. 1 p. tr. 17 clauſ. 4
*q* Comm. DD.
*r* Comm. DD.
*ſ* Villalob. ubi ſup.
*t* Fr. Em. Roder. in addit. parag. 3 n. 4
*u* Conſt. Alma mater 2 p. para. 4 num. 4
*x* Ic. Licet de privil. in 6 vide Villal. ubi ſupra.
*y* Henriq. lib. 1 de indulg. c. 3 num. 4
*z* idem ubi ſupra c. 10 n. 8
*a* Comm. DD.
*b* P. Acoſta & P. Menacho in manuſcr.

25. Qui



25. Qui ex hoc privilegio edunt ova & lacticinia, non prohibentur *c* ſimul piſces edere.

26. Hoc tamen privilegio, etiam ſi Bullam receperint, non poſſunt *d* gaudere religioſi omnes, quia tria vota conſueta emiſerint; qui veró non emiſerint, ut novitii, gaudent.

27. Ubi veró recepta eſt conſuetudo contraria, ut in regno Peruano, omnes religioſi, etiam ſine Bulla, licitè edunt *e* ova, & lacticinia omni tempore.

28. Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi & alii inferiores Prælati, & omnes Regulares, & Clerici Presbyteri in diebus Quadrageſimalibus, etiam ſi Bullam habeant, *f* prohibentur edere ova & lacticinia; niſi ſit conſuetudo in contrarium.

29 Omnes in hac exceptione comprehenſos poſſe in Dominicis Quadrageſimæ ova, & lacticinia edere probabile eſt; licet contrarium probabiliùs. *g*

30. Sexagenarii, & milites ordinum militarium, non verò clerici eorundem ordinum poſſunt *h* ova & lacticinia edere ex Bulla privilegio omni tempore.

31. Qui jejunaverit aliquo die, qui non ſit ex præcepto, & vocaliter oraverit implorans auxilium divinum pro conſequenda victoria adverſus infideles, & pro unione, & pace inter Chriſtianos principes, toties quoties hoc fecerit, adipiſcetur remiſſionem 15. annorum pœnitentiarum ab eo debitarum, quæcunque ſint; & rurſus ſit *i* particeps omnium bonorum operum, quæ fiunt in Eccleſia Dei, quæ mira conceſſio eſt, magnique facienda.

32. Theſaurus indulgentiarum, quem nobis Bulla concedit, Immenſus eſt. In diebus Quadrageſimæ, & in quibus Romæ fiunt ſtationes, qui quinque Eccleſias, vel quinque altaria viſitaverint, lucrantur *l* omnes indulgentias, quæ his diebus Romæ conceduntur. Pro Eccleſiis intelliguntur etiam oratoria Epiſcopi authoritate, vel alterius prælati privilegium habentis, erecta, in quibus res ſacra celebratur.

33 Sufficit *m* ea inviſere quâvis diei, vel noctis horâ, & ſemel introire, & ſine corporali motu ex eodem loco diverſis concionibus ad idem altare mentem intendere. Etſi pro populi multitudine Eccleſiam ingredi quis non valeat, ſufficit foris preces fundere.

34. Religioſi per Bullam non poſſunt *n* eligere confeſſarium præter aſſignatum à ſuo Prælato, niſi in aliqua Religione ſit contraria conſuetudo, introducta ex conſenſu Prælatorum. Non tamen deſunt, *o* qui contrarium doceant.

*c* Comm. DD.
*d* Excipiútur in ipſa Bulla.
*e* P. Menacho & doctiſſimi alii viri, & Epiſc.
*f* Vill. to. 1 q. 2 a. 2 Ex verbis ipſius Bullæ
*g* Villal. to. 1 tr. 27
*h* Ex Bullæ verbis.
*i* Ibidem
*l* Vide Bullam.
*m* Vide Em. Rod. in Bul. parag. 3 n. 2
*n* Comm. DD.
*o* Vide Mach. tr. de Rel.

35 Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

35. Qui approbatus eſt ſine reſtrictione ad audiendas confeſſiones in una Eccleſia cenſetur ad alias approbatus, & qui curatum habuit, etiamſi renuntiaverit *p*.

36. Virtute Bullæ poteſt *q* quilibet confeſſarius ab ordinario approbatus abſolvere ab omnibus peccatis, & cẽſuris pœnitẽtem ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis vero, vel præſumpto, & in periculo ſine onere recurrendi ad ſuperiorem, ſi peccatum fuerit reſervatum; quòd ſi fuerit hæreſis, abſolvendus eſt cum onere comparendi, ſi convaluerit.

37. Non deſunt *r* viri docti, qui aſſerunt non ſemel tantùm, ſed quoties quis ad periculũ mortis acceſſerit, poſſe abſolvi. Securius tamen erit, quod confeſſor dicat, quod ſi infirmus convaluerit, reſervat indulgentiam ad verum periculum.

38. Religioſos poſſe abſolvi à reſervatis per Bullam, dummodo confeſſarium eligant ex ſuo ordine, alii ajunt, alii probabilius negant *s*. Certum autem contra voluntatem prælatorum non poſſe.

39. Qui irritam fecit confeſſionem, probabilius *t* eſt à reſervatis non liberari; ſecus ſi oblitus fuit alicujus.

40. An qui in ſpe conſequendi veniam per Bullam, peccatum, quod alias non commiſiſſet, commiſit, poſſit ab eo abſolvi, aliqui affirmant *u* & probabilius; niſi hoc peccatum ſpecialiter in Bulla excipiatur.

41. Irregularitas non poteſt *x* tolli per bullam, quia non eſt cenſura.

42. Quando nequit pars ſatisfacere, ſufficit pignus, vel fidejuſſionem dare, quod ſi non habeat, præſtet juramentum.

43. Abſolutio cenſurarum data per *y* Bullam ſolùm valet *z* in foro interiori, in exteriori autem debet ſe gerere abſolutus ac ſi eſſet cenſurâ ligatus; ſed non deſunt contrarium aſſerentes.

44. Interdictum perſonale, tolli per bullam poteſt *a* ſatisfacta parte; locale autem, & ceſſatio à divinis non poſſunt.

45. Per bullam non conceditur facultas diſpenſandi; poſſunt *b* tamen ſecundum probabiliorem ſententiam commutari juramenta.

46. Vota juramento confirmata poſſunt *c* commutari ex nova Bulla anni 12. Videatur ad hoc ipſa bulla.

47. Si Papa commutavit vota in aliam materiam, hæc poteſt *d* per bullam in aliam commutari.

48. Pœna, quæ incurritur per fractionẽ voti pœnalis, poteſt *e* in aliam commutari ſecundum probabiliorem ſententiam.

49. Votum commutatũ iterum adimplere licet, nec ob hoc ſecun-

*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Cord. l. 5. q. 18.
*s* Villal. tr. 17, de bul. d. 1, clau. 9.
*t* Idem ubi ſupra
*u* Cord. li. 5, de indu. q. 17.
*x* Comm. DD.
*y* Comm. DD.
*z* Vide Medin. ſum. 1. p. c. 15. fol. 18, & Machad. de perf. conf.
*a* Comm. DD.
*b* Sanch. de matr. li. 8, d. 2, n. 18, tom. 3.
*c* Villa ubi ſup. d. 9, para 3.
*d* Sanc. de matr. li. 8, d. 9. n. 20.
*e* Sanc. de matr. li. 8, d. 11. n. 34.



ſecundùm probabiliorem ſententiam manet de novo voto obligatus *f*.

50. Qui fecit votum de non petenda voti commutatione, de hoc ſecundo voto debet prius petere diſpenſationem.

51. An virtute bullæ noſtri poſſint à mortalibus nõ reſervatis abſolvi ab alio Confeſſore approbato, præter ordinarios à ſuperiore deputatos, alii ajunt, alii probabilius negant *g*.

*f* Idem ubi ſup. d. 9.
*g* Vide P. Quint. in ſing. 1. tr. de Sacr. pœnit.

---

# SECTIO II.

## DE MODO COMMUTANDI VOTA per Bullam.

1. Commutatio hæc fieri poteſt *a* per Bullam extra confeſſionem, debetq; fieri in ſubſidium belli temporale.

2. Pauperum vota à religioſis privilegium habentibus, vel à viro docto in æquale poſſunt *b* ſine dicto ſubſidio commutari.

3. Comutatio facienda *c* ſemper in æquale, vel ferè æquale.

4. Vota ante vel poſt bullam facta poſſunt commutari. *d*

5. Vota caſtitatis, religionis & ultramarinæ, id eſt Jeroſolymæ, ſi fuerint pœnalia, vel conditionalia, vel ad tempus non abſoluta, & perpetua, poſſunt *e* per bullam commutari.

6. Vota viſitandi Romæ Eccleſias SS. Petri, & Pauli & S. Jacobi in Compoſtella; quia de his non fit expreſſa mentio, poſſunt *f* commutari.

7. Qui habens bullam ſubitò ſine confeſſione mortuus eſt, ſi ſigna dedit contritionis, & tempore ab Eccleſia ſtatuto confeſſus fuit, plenariam indulgentiam conſequitur, nec privari debet *g* Eccleſiaſticâ ſepulturâ, etiam tempore interdicto, niſi excommunicatione ligatus obierit. In hoc enim caſu non à confeſſario, ſed à judice declarandus eſt dignus ſepulturâ, ſi obiit cum animo parendi præceptis Eccleſiæ.

8. Quoties bulla amittitur, nova poteſt ſumi; ſi tamen ſine fraude amittatur, non amittuntur *h* privilegia.

9. Qui in præſumpto mortis articulo abſolutus fuit, in vero iterum poteſt *i* abſolvi.

10. Clauſulæ revocatoriæ in litteris Apoſtolicis ſolùm revocant *l* privilegia contraria his, quæ in litteris continentur, non alia.

11. Privilegia realia *m* ſunt, quæ præcipuè loco, vel communitati, non verò perſonæ particulari conceduntur. Perſonalia verò quæ particulari perſonæ propter ipſam.

12. Bul-

*a* Henr. li. 7. de ind. c. 30. n. 6.
*b* 7. Azor. t. 1, lib. 11. c. 18, q. 9.
*c* Idem ubi ſupra.
*d* Idem ubi ſup. c. 18, q. 9.
*e* Henr. li. 7. de indu. c. 31. n. 6
*f* Vill. ubi ſup.
*g* Idem ubi ſup.
*h* P. Eman. Rodr. ad bull. para. 15.
*i* Vill. ubi ſup. c. 11
*l* Idem ubi ſupra.
*m* Henriq. l. 7. de indulg. c. 1. n. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Bullæ privilegia ſunt perſonalia, religionis realia; hæc non auferuntur *n* per illa. Unde non tollitur privilegium diſpenſandi, commutandi vota, abſolvendi, &c.

*n* Idem ubi ſupra

13. Nec ſuſpendit privilegium, quod habent religioſi ad tollendum interdictum in aliquibus feſtivitatibus *o*.

*o* Vill. ubi ſup. cl. 12

14. Novitii, qui ſunt in religione cum animo perſeverandi, gaudent *p* religionis privilegiis: eiſdem gaudent moniales ſubjectæ religionibus mendicantibus; non verò Donati, neque Tercennes.

*p* Idem ubi ſup.

15. Non tolluntur *q* per Bullam privilegia juris communis, neque legitimæ introductæ conſuetudines; unde non tollit clericis primæ tonſuræ ſacris aſſiſtere, nec ſuperioribus religionis cõcedere ſæcularibus literas confraternitatis.

*q* Barb. in Extrau. ad repr.

16. Jubilæum quod Romæ lucratur à 25. in 25. annum non ſuſpendit Bulla, nec ordinum mendicantium privilegia ſecundum probabiliorem ſententiam *r*.

*r* Henr. l. 3 de pœn. c. 8 num. 15.

17. Sufficit *ſ* quod alius pro alio bullam recipiat, detque eleemoſynam.

*ſ* Suar. t. 4 d. 52 ſe. 2 n. 5

18 Si amicus mihi remittat bullam, & illam non acceptavi, poſſum *t* donare alteri; nec eſt neceſſarium nomen inſcribi, & inſcriptum poteſt deleri, & aliud reſcribi.

*t* Henr. l. 5 de ind. c. 10 n. 5

19. Qui expectus eſt ſingulis annis patrem ſuum abſentem ſibi bullam ſumere, *u* vel commiſit amico fideli, poteſt ejus frui privilegiis.

*u* Idem ubi ſup.

20. Non eſt neceſſarium quòd detur *x* numerata pecunia, ſufficit pignus, vel quòd alius obligetur ad ſolvendam eleemoſynam, dummodo is, qui diſtribuit, contentus ſit.

*x* Idem ubi ſup. ll. 7 num. 3

21. Religioſi debent ſumere cum licentia prælati, quam ſi abſolutè negat, poſſet *y* illum Commiſſarius punire, & ſine licentia religioſo liceret ſumere; poteſt tamen quoad uſum privilegiorum coarctari à prælatis.

*y* Vill. ubi ſup.

22. Paul. 3. vivæ vocis oraculo Minoribus conceſſit, quod gauderent omnibus bullæ privilegiis, ſi loco eleemoſynæ ſacerdotes bis ſacrum facerent, clerici pſalmos pœnitentiales bis recitarent, & fratres laici 100. Pater noſter. & Ave Maria pro intentione pro qua bulla conceditur.

SECT.



# SECTIO III.

## DE FACULTATIBUS CRUCIATÆ *Commiſſario conceſſis.*

1. POteſt ſuſpendere gratias, & privilegia audiendi Miſſam, & divina officia tempore interdicti, indulgentias, & ſimilia; non verò alia *a*, quæ non ſunt contraria his, quæ conceduntur in Bulla.

*a* Fel. in ſi nonnulli de reſer.

2. Poteſt compoſitionem facere eorum, quæ quis reſtituere debet fabricæ, vel pauperibus, quia non recitavit.

3. Poteſt diſpenſare in irregularitate, quæ orta eſt non ſolùm ex delicto occulto, ſed etiam publico.

4. In his verò quæ non procedunt ex delicto, non poteſt diſpenſare; poteſt autem in eá, quæ ex mutilatione.

5. Non poteſt diſpenſare in bigamia interpretativa, quæ non naſcitur ex delicto: unde non poteſt diſpenſare cum eo, qui nubit cum corrupta; poteſt tamen in ea, quæ naſcitur ex delicto, v. g. cum eo, qui cum una validè, cum alia invalidè nupſit. Poteſt etiam in ſimilitudinaria, v. g. cum eo, qui initiatus ordine ſacro, vel emiſſis votis verum religioſum conſtituentibus matrimonium contraxit.

6. Poteſt diſpenſare cum ſimoniaco, & hæretico irregulari.

7. Si excommunicatus celebravit, & ab hac irregularitate non abſolutus beneficium ſuſcepit, poterit Commiſſarius diſpenſare, & revalidare titulum cum retentione fructuum.

8. Poteſt diſpenſare cum his, qui invalidè contraxerint propter occultum impedimentum ortum ex fornicatione cũ conſanguinea conjugis in 1. & 2. gradu, in foro conſcientiæ tantum; dummodo in facie Eccleſiæ contraxerint coram Parocho, & teſtibus, factis denuntiationibus.

9. Publicum impedimentum eſt, quando major pars civitatis, vel viciniæ, vel communitatis, in qua ſunt ultra decem perſonæ, illud ſciunt.

10. Debet alter conjux ignorans fuiſſe impedimenti, & certificari de nullitate matrimonii, tacito tamen impedimento in particulari.

11. Conſecuta diſpenſatione in ſcriptis, vel verbo tantùm



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non eſt opus Parocho,nec teſtibus;niſi timeatur impedimentum publicandum fore : in quo caſu in ſecreto impetratâ à Parocho facultate fiat coram teſtibus.

12. Poteſt Commiſſarius diſpenſare in affinitate,quæ ſupervenit matrimonio ex copula fornicaria , & in impedimento ad petendum debitum ortum ex cognatione ſpirituali.

13. Perſonis nobilibus poteſt dare facultatem audiendi, & dicendi Miſſam una hora ante auroram.

*b* Vid. Vil. tr. 17 clau. 13. & Dia. in ſum. verb. Cam. Cruciat.

14. Epiſcopi, & ejus officiales tenentur ſub præcepto obligante ad mortale & ad reſtitutionem,pœnas omnes pecuniarias Cruciatæ applicare,exceptâ tamen fiſcali applicanda.

# SECTIO IV.

## DE BVLLA DEFVNCTORVM.

*a* Comm. DD.

1. AD hujus Bullæ conſequendam indulgentiam non eſt neceſſarium , *a* quod is qui illam ſumit, ſit in gratia. Tutius erit,ſi defunctus cùm viveret, juberet in ſtatu gratiæ ſumendam poſt mortem.

2. Quando conceditur, quòd quis poſſit lucrandam indulgentiam applicare pro defunctis,qui applicaturus eſt,debere eſſe in gratia alii ajunt probabiliter,alii piè negant. *b*

*b* Suar. de ind. diſp. 5 ſect. 4

3. Pium valde eſt plures bullas pro una anima ſumere.

4. Eleemoſyna taxata pro Hiſpanis vn peſo de plata enſayada. Pro Indis,& Æthiopibus dos tomines.

# SECTIO V.

## DE BVLLA COMPOSITIONIS.

*a* Comm. DD.

1. VT valida ſit hæc compoſitio,debet eſſe juſta cauſa; juſtiſſima eſt,quæ movit Chriſti vicarium ad hanc fidelibus largiendam gratiam,ideo ſecuri in conſcientia manent *a*.

2. Si poſt factum compoſitionem verus dominus rei appareat,ei reſtituenda *b* eſtante judicis ſententiam:ſed id tantum in quo quis factus eſt locupletior;niſi tempore legitimo præſcripſerit,poſtquam bonæ fidei poſſeſſor factus eſt.

*b* Vil. tr. de bul. comp.

3. Reges,



3. Reges, & domini temporales non poſſunt *c* facere hanc compoſitionem ſine Pontificia facultate;Epiſcopis *d* vero licet,niſi ſpecialiter à Papa prohibitum ſit.

*c* Probab. ſent. DD.
*d* Henriq. ubi ſup. c. 34. n. 4

5. Si dominus rei ſit abſens , & in remittenda valor ejus conſumendus eſt,locum habet *e* compoſitio.

*e* Idem ubi ſup. c. 34. n. 1.

5. Quando aliquis certo ſcit unum e duobus rei dominum eſſe,non poteſt *f* fieri compoſitio.

*f* Idem l. 7. de ind. c. 15. n. 1.

6. Ante compoſitionem debet fieri pro inquirendo domino ea diligẽtia,quam viri timorati ſolent in ſimilibus apponere.

7. Qui malè acquirit in ſpe hujus bullæ , non poteſt *h* uti compoſitione.

*g* Comm. DD.
*h* Ex verb. Bull.

8. Qui veniuntâ regnis extraneis ad regna,quibus conceſſa eſt hæc bulla,poſſunt *i* dictâ compoſitione gaudere.

*i* Comm. DD.

# SECTIO VI.

## CASVS SINGVLARES, IN QVIBVS habet locum hæc compoſitio.

1. QUi malè recipit fructus ex beneficio , cùm non recitaverit horas,poteſt *a* uti compoſitione.Idem dicendum de aliis Eccleſiaſticis ſtipendiis malè acceptis.

*a* Comm. DD.

2. Item ſi ſuis legata pauperibus reliquit pro ſatisfactione debiti incerti , & pauperes ex negligentia legata non petierint intra annum, poteſt *b* hæres facere compoſitionem , & ſolvere legatariis dimidium tantum legatorum *c*; dummodò legata non excedant centum millia maravedis id eſt 367. p. 7 real. y. 6. maravedis;tunc enim accurrendum eſt ad Commiſſarium.

*b* Vil. tr. 1 tr. 19
*c* eidem ubi ſup.

3. Item in omnibus legatis,quando non poſſunt facta debita diligentia legatarii inveniri ; idem dicendum *d* de fidei commiſſis.

*d* L. This paragr. de verb. obli. l. illud §. ad l. Aquil

4. Item judices, *e* qui ob dandam ſententiam injuſtam pecuniam receperunt,& de facto dederunt.

*e* Henr. l. 7. de ind. c. 11. n. 4

5. Item advocatus, *f* qui ob tuendam cauſam injuſtam pecuniam recipit à parte ſciente injuſtitiam.

*f* Vil. tr. 19 de bull. comp.

6. In Peruano regno & in his Indiis occidentalibus el qui de reddoce reales de plata Caſtellanos ſe compone *g* per 50. die cados Caſtellanos de a once reales cada uno; y puede componerſe haſta novecientos ducados,pero ſi fuere mayor la cãtidad de que ſe ha de cõponer ha de recurrir al Comiſſario ſubdelegado general de las dichas provincias,paraqui el haga la

*g* Vide in ſtro. Com Cruc.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

compoſicion ſegun la inſtruction que tiene del delegado de ſu ſantidad.

7. Qui hanc compoſitionem fecerit, debet hanc Bullam recipere typis mandatam nomine Commiſſarii ſubſcriptam, & illius ſigillo obſignatam; ſecus enim facta compoſitione non fruetur *h*.

8 Item *i* poſſunt componi teſtes, vel accuſator, qui ob falsò teſtificandum, vel accuſandum pecuniam receperunt.

9 Item *l* tabelliones, notarii, & alii officiales, qui ob faciendum aliquid contra juſtitiam in ſuo officio pecuniam receperunt. Idem dic de illis, qui ultra taxatum ſtipendium ab ordinationibus vulgò arançales aliquid receperunt.

10. Expugnatores id eſt Conquiſtadores & Commendatarii, & Prætores Indorum de injuſtè ablatis ab Indis ſive infidelibus, ſive fidelibus hujus regni Peruani, hâc poſſunt *m* uti compoſitione; dummodò læſæ perſonæ, vel eorum hæredes, vel communitas aliqua, ad quam bona pertineant, non maneant.

11. Ultimò quæcunque ſint debita, quæ, quia verus dominus non apparet, reſtituenda ſunt pauperibus, virtute hujus Bullæ componenda *n* ſunt, ſive ludo, ſive furto, ſive fraude, ſive damno illato, contracta ſint.

12. Tabernarius, qui à pluribus multa minùta defraudavit, an uti poſſet compoſitione, alij negant, alii ajunt *o* probabiliter.

*h* Ibidem.
*i* Vill. ubi ſup.
*l* Idem ubi ſup.
*m* P. Los de Accſi. in man.
*n* Excepta Bull.
*o* Vaſq. ap. Dian. 3. p. reſol. 48, & 111,

---

# SECTIO VII.

## *Variæ de Bulla cruciatæ Reſolutiones.*

1. GRanorum indulgentias non eſſe ſuſpenſas per bullam, probabile eſt.

2. Indi niſi ſint capaces, & bene inſtructi, ita ut calleant quid ſit excommunicatio, & ſciant Indos etiam ligari his, quæ juris communis ſunt, non incidunt in excommunicationem propter invincibilem ignorantiam, quam ferè omnes habent; quapropter etiam ſine Bulla poſſunt *a* ab omnibus cenſuris, & peccatis reſervatis per quemlibet approbatum confeſſarium abſolvi. Si autem aliquis, quod raro continget, ita capax eſſet, ut judicaretur incidiſſe in cenſuram, ſumat bullam, vel à religioſo privilegium habente ſine illa poterit abſolvi.

*a* Ex conc. Lim. & ex conneſſ. Pauli III.

3. Ele-



3. Eleemoſyna danda à pauperibus pro Bulla Cruciatæ ſunt duo tomini, id eſt 3. Imper. & med. in hoc Peruano regno.

4. Qui oſtiatim non mendicat, ita tamen pauper eſt, ut magnam rerum neceſſariarum penuriam patiatur, dare poteſt pro Bulla eleemoſynam, quæ pro pauperibus mendicantibus taxata eſt: quæ ſententia pia, & probabilis eſt, & cùm bullæ verbis, *b* tum ipſius Commiſſarii generalis valde conformis.

5. Divites habentes decem millia aureorum id eſt dies mil peſos corrientes vel ultra, dabunt *c* pro eleemoſyna dos peſos de platta enſayada y no mas aunque tennare mucho mas.

6. Qui non mendicat oſtiatim; ſecretò tamen eleemoſynam accipit, bullam pauperum accipere poterit *d*.

7. Ad Jubilæum univerſale lucrandum, non eſt *e* neceſſaria bulla, ſi obſervatur ab ipſo tribunali Cruciatæ.

8. Urbanus VIII motu proprio prohibet *f* religioſis, ſi contra prælatorum voluntatem virtute Cruciatæ eligant confeſſarium. Quem motum proprium contrariæ opinionis probabilitatem non tollere, ubi notificatus, & receptus à religioſis non fuerit, aſſerunt aliqui Doctores.

9. Religioſi iter agentes, qui habent à prælato ſuo facultatem confitendi cum clericis, vel aliorum ordinum religioſis, an poſſint eligere non approbatum ab ordinario, dummodo eligant idoneū, alii negant, alii probabiliùs *g* affirmant.

10. Novitii etiam Societatis virtute bullæ poſſunt *h* eligere quemcunque ab ordinario approbatum; ſed ſi extra ordinem eligant, Diana judicat expulſione eſſe dignos.

11. Sine bulla Cruciatæ poſſunt *i* regulares lucrari omnes indulgentias ſuis ordinibus, vel aliis, quorum privilegia communicant, conceſſas. Nec non omnes illas indulgentias & Jubilæa, quæ generali conceſſione omnibus Chriſti fidelibus conceſſa ſunt.

12. Omnes utriuſq; ſexûs regulares poſſunt in ſuis Eccleſiis lucrari omnia Jubilæa, & indulgentias conceſſas pro omnibus totius Chriſtiani orbis Eccleſiis, locis, ac ſtationibus.

13. An virtute Cruciatæ *l* poſſit mulier eligere confeſſarium approbatum ab ordinario; ſed non habentem legitimam ætatem ad audiendas confeſſiones mulierum, alii ajunt, alii probabiliùs negant *m*.

14. Conſuetudo legitimè introducta in regno Peruano uva, jacticinia, & butyrum edendi ſine bulla in Quadrageſima, potens *n* eſt abrogare Eccleſiaſticam legem prohibentem.

*b* Vide Comm. in ſtruc.
*c* Ex ipſa Bulla.
*d* Comm. DD.
*e* P. Men. in man.
*f* Dat. Romæ 19. Iunii an. ſui Pont. 7. & ref. à Diana 5. p. in add. reſ. 9. Vide Teu para. 7, c. 1, d. 9. n. 19. & Lud à Cr. in exp. bul
*g* Bon. de ſac. diſp. 5. q. 7.
*h* Vide Mach. li. 1. p. 2. tr. 5. doc. 2.
*i* Pius V. an. 1571. hæc conc. & Leo X.
*l* Ex Greg. XIII. in Bull. quæ incip Cum ſicut accepimus.
*m* Vide doct. Epiſ. Vi. l. 1. t. 1. q. 6. art. 12.
*n* Idem ubi ſup. n. 44.

 Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

15. Qui ova & lacticinia in aliis diebus præter Quadrageſimam edunt, nec venialiter peccant, etiamſi bullam non habeant. Eſt autem evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quinquageſima obliget *p*.

*p* In Decr. Alexand. VII. anno 1666. 18. mart.

BULLA COENAE

Sententia aſſerens, Bullam cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Julij in conſiſtorio S. Congregationis Emin. Cardinalium, viſa, & tolerata non eſt; ſed damnata ab Alexand. VII. Anno 1665. 24. ſept.

# DISPVT. I. SECTIO I.

## RESOLUTIONES IV.

## C.

### CALIX.

*a* P. Suar. t. 3. diſ. 81. ſec. 7.

1. CAlix tornatilis non amittit conſecrationem, ſi cyathus ſeparetur à pede: nec ſi per uſum deauratio excidat; ſi vero de novo deauretur, ſolet de novo conſecrari.

2. Calicis conſecratio fit criſmate, & ab Epiſcopo. Ex privilegio autem conceſſo Societati Jeſu à Paulo III. poſſunt *b* in India Patres Provinciales, & reliqui ſuperiores de ejus licentia veſtes ſacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria & cæmeteria, ſi Epiſcopus, qui ea faciat, catholicus ibi non adſit, benedicere, & conſecrare. Si tamen ea, quæ benedicenda ſunt, ſint externorum, non benedicantur, niſi inſtante aliquâ gravi neceſſitate, aut aliâ cauſâ magni momenti.

*b* Vide comp. Ind verb. *Benedictio*.

3. Quia tamen de calice agimus, conſideret *c* ſacerdos aurea verba S. Bonifacij Epiſcop. & Mar. ex *c*. *Vaſa de conſ. diſt. 1. Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc lignei ſacerdotes aureis utuntur calicibus.*

*c* c. Vaſ. de con. diſt. 1

4. Calicis, & patenarum materia debet *d* eſſe ex auro vel argento; vel ſi magna paupertas ſit, ex ſtanno; ex nulla alia materia fiat.

*d* c. Ut Calix de conſecrat. diſt. 1.

CALUMNIATOR

Non eſt licitum religioſo vel clerico calumniatorem gravia



via crimina de ſe, vel de ſua religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi, non ſuppetit: ut ſi v.g. calumniator ſit paratus vel ipſi religioſo, vel ejus religioni publicè, & corâ graviſſimis viris prædicta impingere *a*.

*a* In Decr. Alexand. VII. anno 1665. 24. Septemb.

# DISPVT. II. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### CAMBIVM.

1. CAmbium eſt permutatio negotiatoria numiſmatis pro numiſmate. Cambiorum ſpecies ſunt *a* variæ. Primò dicitur cambium permutum, cùm permutatur numiſma majus cum minori, vel minus cum majori cum aliquo lucro. Secundo dicitur cambiū ſiccū, quando quis Romæ dat pecuniam reddendam ſibi Mediolani in nundinis cum lucro. Si campſor certus ſit pretium pecuniæ aſcendum fore ultra juſtū lucrum, & paciſcatur de reddenda ſibi pecunia ſecundum valorem, qui habitus eſt in dictis nundinis, cambium eſt illi. Tertiò Cambium per litteras, quando quis campſori dat pecunias Limæ, ut campſoris ſervus in imperiali villa ſibi reddat, acceptis litteris prout in ſtatuto tempore valuerit. Quartò dicitur reale, quando ipſe campſor accipit pecuniam ab alio, ſocio ſuo alibi cum lucro reſtituendam.

*a* Vid. Tol. l. 5. c. 52.

2. Ex ſola permutatione pecuniæ pro pecunia, niſi alia ſit juſta cauſa, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, non poteſt *b* aliquid ultra ſortem accipi. Si vero valor rei vel quia præſens eſt, vel quia rara, vel quia multi ſunt emptores, vel propter materiam, pondus, vel figuram augeatur, poteſt cambiari prædictis modis cum lucro.

*b* Commu. DD.

3. Si campſor det Mediolani pecuniam reddendam Romæ cum pacto, quod ſi intra duos menſes non reddatur Romæ, reddatur ei Mediolani, vel alibi cum lucro cambii & recambii, committit *c* uſuram, & tenetur ad reſtitutionem.

*c* Avila in ſum. verb. *Camb.*

4. Qui deponit pecuniam apud Bancharium, non poteſt *d* aliquid ultra ſortem accipere ex eo, quod Bancharius cum illa negotietur; quia hoc ei conceditur propter cuſtodiam & obligationem reddendi pecuniam quàm primùm petatur.

*d* Nava in ſum. c. 17. n. 2. q. 1.

5. Qui habet pecuniā, quā nec exponit, nec vult exponere negotiationi: dat tamen Limæ, ut in civitate Cuſquenſi ſibi cum lucro reddatur, uſuram cambio palliatam committit *e*.

*e* Mena c. 17. n. 281.

6. Pro dilatione temporis non poteſt *f* ultra ſortem accipi; niſi lucrum ceſſet

*f* Comm. DD.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

15. Qui ova & lacticinia in aliis diebus præter Quadrageſimam edunt, nec venialiter peccant, etiamſi bullam non habeant. Eſt autem evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadrageſima obliget *p*.

*p* In Decr. Alexand. VII. anno 1666. 18. mart.

BULLA COENAE

Sententia aſſerens, Bullam cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt; & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Julij in conſiſtorio S. Congregationis Emin. Cardinalium, viſa, & tolerata non eſt; ſed damnata ab Alexand. VII. Anno 1665. 24. ſept.

# DISPUT. I. SECTIO I.

## RESOLUTIONES IV.

## C.

### CALIX.

*a* P. Suar. t. 3. diſ. 81. ſec. 7.

1. CAlix tornatilis non amittit conſecrationem, ſi cvathus ſeparetur à pede: nec ſi per uſum deauratio excidat; ſi vero de novo deauretur, ſolet de novo conſecrari.

2. Calicis conſecratio fit criſmate, & ab Epiſcopo. Ex privilegio autem conceſſo Societati Jeſu à Paulo III. poſſunt *b* in India Patres Provinciales, & reliqui ſuperiores de ejus licentia veſtes ſacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria & cæmeteria, ſi Epiſcopus, qui ea faciat, catholicus ibi non adſit, benedicere, & conſecrare. Si tamen ea, quæ benedicenda ſunt, ſint externorum, non benedicantur, niſi inſtante aliquâ gravi neceſſitate, aut aliâ causâ magni momenti.

*b* Vide comp. Ind verb. *Benedictio.*

3. Quia tamen de calice agimus, conſideret *c* ſacerdos aurea verba S. Bonifacij Epiſcop. & Mar. ex *c. Vaſa de conſ. diſt. 1. Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc lignei ſacerdotes aureis utuntur calicibus.*

*c* c. Vaſ. de con. diſt. 1

4. Calicis, & patenarum materia debet *d* eſſe ex auro vel argento; vel ſi magna paupertas ſit, ex ſtanno; ex nulla alia materia fiat.

*d* c. Vt Calix de conſecrat. diſt. 1.

CALUMNIATOR

Non eſt licitum religioſo vel clerico calumniatorem gravia



via crimina de ſe, vel de ſua religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi, non ſuppetit: ut ſi v.g. calumniator ſit paratus vel ipſi religioſo, vel ejus religioni publicè, & corà graviſſimis viris prædicta impingere *a*.

*a* In Decr. Alexand. VII. anno 1665. 24. Septemb.

# DISPUT. II. SECT. UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### CAMBIUM.

1. CAmbium eſt permutatio negotiatoria numiſmatis pro numiſmate. Cambiorum ſpecies ſunt *a* variæ. Primò dicitur cambium permutum, cùm permutatur numiſma majus cum minori, vel minus cum majori cum aliquo lucro. Secundo dicitur cambiũ ſiccũ, quando quis Romæ dat pecuniam reddendam ſibi Mediolani in nundinis cum lucro. Si campſor certus ſit pretium pecuniæ augendum fore ultra juſtũ lucrum, & paciſcatur de reddenda ſibi pecunia ſecundum valorem, qui habitus eſt in dictis nundinis, cambium eſt illi. Tertiò Cambium per litteras, quando quis campſori dat pecunias Limæ, ut campſoris ſervus in imperiali villa ſibi reddat, acceptis litteris prout in ſtatuto tempore valuerit. Quartò dicitur reale, quando ipſe campſor accipit pecuniam ab alio, ſocio ſuo alibi cum lucro reſtituendam.

*a* Vid. Tol. l. 5. c. 52.

2. Ex ſola permutatione pecuniæ pro pecunia, niſi alia ſit juſta causâ, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, non poteſt *b* aliquid ultra ſortem accipi Si vero valor rei vel quia præſens eſt, vel quia rara, vel quia multi ſunt emptores, vel propter materiam, pondus, vel figuram augeatur, poteſt cambiari prædictis modis cum lucro.

*b* Commi DD.

3. Si campſor det Mediolani pecuniam reddendam Romæ cum pacto, quod ſi intra duos menſes non reddatur Romæ, reddatur ei Mediolani, vel alibi cum lucro cambii & recambii, committit *c* uſuram, & tenetur ad reſtitutionem.

*c* Avila in ſum. verb. *Camb.*

4. Qui deponit pecuniam apud Bancharium, non poteſt *d* aliquid ultra ſortem accipere ex eo, quod Bancharius cum illa negotietur; quia hoc ei conceditur propter cuſtodiam & obligationem reddendi pecuniam quàm primum petatur.

*d* Nava in ſum. c. 17. n. 2. q. 1.

5. Qui habet pecuniã, quã nec exponit, nec vult exponere negotiationi: dat tamen Limæ, ut in civitate Cuſquenſi ſibi cum lucro reddatur, uſuram in cambio palliatam committit *e*.

*e* Mem. c. 17. n. 18.

6. Pro dilatione temporis non poteſt *f* ultra ſortem accipi; niſi lucrum ceſſet

*f* Comm. DD.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*g* Nau. ubi ſup.

7. Non omnia cambia ſicca damnantur, à Pio V. niſi ficta, & ſimulata, quando prætextu Cambii palliatur uſura *g*.

*h* Comm. DD.

8. Qui rogatur pecuniam accipere alibi reddendam, licitè recipit *h* aliquod lucrum; quia quaſi aſportandam accipit ad dantis utilitatem. Hoc lucrum taxandum eſt ex loci diſtantia, & à conſuetudine jam à bonis recepta. Quod etiam poteſt recipere, qui campſoris non habet officium.

*i* Comm. DD.

9. Fraude ceſſante in eodem regno cambiare licet *i*, etiamſi aliquâ lege prohibeatur.

10. Cambia dubia ſi jam facta non condemnanda; ſi facienda non approbanda.

*l* In Decr. Alexand. VII. anno 1666. 18. mart.

11. Non eſt licitum mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus *l*.

---

# DISP. III. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## CANONICI, ET PRAEBENDATI.

*a* Nau. ca. 21, n. 156,

1. CAnonici, & omnes Eccleſiaſticam dignitatem obtinentes, tenentur *a* infra duos menſes fidei catholicæ profeſſionem facere coram Epiſcopo, & coram Capitulo, alioquin non facient fructus ſuos.

*b* Idem ib.

2. Nemo poteſt *b* Canonicatum recipere, quin ſit initiatus eo ordine ſacro, quem Canonicatus requirit; vel in ea ſit ætate, ut tempore ſtatuto valeat initiari.

*c* Trid. ſeſ. 24. c. 12. de ref.

3. Canonicus abſens ſine cauſa tenetur reſtituere diſtributiones, nec alii poſſunt remittere ut colligitur ex Tridentino *c*.

*d* Vid. Mol tr. 2, de ſacerd. par. 4, f. 90.

4. An de quotidianis diſtributionibus eleemoſynas facere teneantur, alii negant, alii probabilius affirmant. *d* Quod verius eſt, cùm omnes redditus Præbendati ſunt diſtributiones, quia licet, ut ex jure conſtat, diſtributiones dentur eis, quaſi quotidiani laboris ſtipendium, quæ illis ex congrua ſuſtentatione ſuperſunt, pauperum ſunt. Contrarium tenent viri docti; ſed major fides adhibenda *e* eſt Bernardo dicenti: *Quidquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.*

*e* D. Ber. in ep. ad Ful.

*f* Ex c. un. de chor. non reſid. in 6,

5. Qui unâ, vel alterâ die in choro non aſſiſtit, ſolùm amittit *f* quotidianam diſtributionem; non vero annuum redditum principalem ſuæ præbendæ.

6. Per



*g* ex Trid. ſ. 24, c. 12 de ref.

6. Per tres menſes à choro poſſunt *g* abeſſe facultate conceſſâ à concilio, ut à labore requieſcant.

*h* Garcias n. 151

7. Pœnam debitam propter abſentiam non tenentur *h* ſolvere, niſi poſt judicis ſententiam.

*i* Sylveſt. verb. Hora q. 10.

8. An qui abeſt à choro mortaliter peccet, alii aſſerunt, *i* alii probabiliùs negant. *l*.

*l* Sanch. t. 1, conſ. l. 2. c. 1. d. 11.

9. Qui choro aſſiſtunt, & non cantant, nec attendunt, vel dormitantes, vel colloquentes quotidianas diſtributiones non lucrari tenet *m* Navarrus; quia hæc illis dantur, ut publicè orent, & magis digni ſunt pœnâ, quàm præmio. Alii defendunt contrarium, ſed minus probabiliter.

*m* Nav. in c. quando c. 10. n. 29 & alii multi.

*n* Trid. ſeſ. 24, c. 12, de ref.

10. Per conſuetudinem introduci non poteſt, quòd abſentes diſtributiones quotidianas lucrentur *n* *ex Trid. ſeſſ. 24. c. 12 de refor.* ibi. Non lucrentur diſtributiones non obſtante quâvis conſuetudine. Si verò juſta aliqua cauſa introducitur à Capitulo ut abſens, qui Hiſpaniam petit, & præbendæ renunciat, ſex menſium diſtributiones lucretur pro viatico, & mortuus ut ſuffragiis juvetur, ſicut in Cuſchonſi Eccleſia obſervatur, non eſſe cõtra decretũ Concilii viri docti defendũt.

*o* Bona. de horis can. diſp. 1, q. 5. p. 4.

11. Pœna pecuniaria impoſita pro Præbendati delicto, non debet *o* applicari aliis Præbendatis, ſed Eccleſiæ, vel pio operi ad judicis arbitrium.

*p* Trid. ſeſ. 24, c. 12, de ref.

12. Pœnæ impoſitæ propter abſentiã à choro non poſſunt, *p* ut diximus ſupra, mutuo à Præbendatis remitti. An vero poſtquàm Præbendatus eam acquiſivit, poſſit intuitu amicitiæ illam condonare, alii affirmant, alii negant probabiliùs; quia ipſius Concilii verbis conſtat quamcunq; remiſſionem, & quocunq; modo fiat, prohibitam eſſe; & quia decreti fruſtraretur finis. An verò hæc condonatio ſit nulla, & Præbendatus eam reſtituere teneatur, dubium eſt inter DD. probabiliùs autem fuiſſe nullum: quia hæc pœna in publicum divini cultus introducta eſt in favorem, & privatorum conſenſu tolli non poteſt *ex l. jus public. ff. de pactis*.

*q* Trid. ſeſ. 22, c. 1. de ref.

13. Non poſſunt *q* per Bullam Cruciatam componere fructus, & diſtributiones, quas reſtituere tenentur eo quòd choro non aſtiterunt; quia ex Tridentino non acquirunt eorum dominium, & ſunt noti creditores præbendati, qui præſentes fuere divinis officiis.

*r* c. Vni. de cler. non reſid. in 6. *ſ* la d. c.

14. Abeſſe poſſunt *r* ſine diſtributionum, & fructuum amiſſione propter infirmitatem, vel neceſſitatem *ſ* corporalem, ſi quando aſſiſtere non poſſunt ſine gravi damno vitæ, honoris & temporalium bonorum.

15. Injuſtè excommunicati faciunt diſtributiones, & fructus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

[*t Palao t. 2. tr. 7. d. 3.*] ctus ſuos; ſecus ſi juſtè, niſi abſolutionem petant, *t* & per contumaciam non ſtet, quod abſolutio differatur.

16. Quæ dicta ſunt de excommunicatione, intelligenda ſunt proportionaliter de ſuſpenſione, & interdicto; ſed de ſola ſuſpenſione notoria, non de ſecreta, *u* & tolerata. [*u Vide cond. Palao ubi ſup.*]

17 In ceſſatione à divinis, ſi is qui cauſam ceſſationi dedit, non habeat unde diſtributiones ſolvat Præbendatis, debet *x* Epiſcopus applicare eis quotidianas diſtributiones; quia quod culpa caret, in damnum vocari non debet, ut habetur *in c. de conſtit.* [*x Sanc. t. 1 conſ. lib. 2 c. 2. d. 14.*]

18 Si irregularitatem incurrunt, non privantur *y* quotidianis diſtributionibus; quia non privantur aſſiſtentiâ in divinis officiis. Si vero, antequam Præbendam conſequantur, irregularitatem incurrant, dubium eſt inter DD. affirmativa ſententia eſt probabilior. [*y Hug. de cenſ. [illegible]*]

19 Degradatum actualiter, & realiter diſtributionibus & fructibus privatum eſſe communis *z* eſt ſententia DD. & conſtat ex *c. degradatio, de pœnis in 6.* Degradatus vero verbaliter, id eſt depoſitus, ſi non habeat unde ali poſſit, debet Epiſcopus ei ſubvenire de redditibus Eccleſiaſticis; ſi autem habet, nihil ei debetur. [*z c. Degr. de pœnis in 6.*]

20 Qui litteris dant operam, vel docendo, vel addiſcendo, vel Epiſcopis miniſtrant, vel in Eccleſiæ utilitatem occupantur, diſtributiones non amittunt. *a.* [*a Comm. DD.*]

21 Canonici, & Præbendati debent *b* Epiſcopum aſſociare ex decreto Cardinal. [*b Vil. tr. 1. q. 7. art. 7. n. 12.*]

22. Si in cantando & reſpondendo in choro ſunt notabiliter negligentes, peccant *c* mortaliter. [*c Barb. ap. fund. 10. 1 q. 8. art. 21.*]

## CAPELLANVS.

1. Si Capellaniæ fuerint juris patronatus, non poteſt *a* Epiſcopus ſpreta præſentatione alium Capellanū providere præter eum, quem fundator nominavit, etiamſi patronus negligens fuerit in præſentando intra terminum à jure præfixum. [*a c. Ex insi. de iur. patr. [illegible] 16. q. 7.*]

2. Si patroni intra ſex menſes Capellanum non præſentaverint, & à fundatore non fuerit alius nominatus, jure devoluto poteſt Epiſcopus alteri Capellaniam conferre. *b.* Vide verb. *Beneficium.* [*b Comm. DD.*]

3. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet, non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet. *c* [*c Decreta Alexand. VII. an. 1665. 24. ſept.*]





# DISPVT. IV. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### CAPITVLVM.

1. Capitulum ſede vacante ſuccedit Epiſcopo in juriſdictione ordinaria; & ideo poteſt abſolvere, diſpenſare, ſtatuere, inquirere, viſitare, & dare indulgentias, ut Epiſcopus. Non poteſt tamen conferre beneficium, id enim Papæ eſt reſervatum. Navarrus vero ait, *a* quod ſi illius collatio communiter ad Epiſcopum, & Capitulum pertinebat, poteſt in ſede vacante. Sed in hoc videatur, quid uſu receptum ſit. [*a Nav. l. 1. conſil. 10. de præb.*]

2. Vocem in Capitulo non habet, *b* qui non eſt ſubdiaconus. [*b Trid. ſeſſ. 22. c. 4.*]

3. Cùm requiritur Capituli conſenſus, vel præſentia, poteſt *c* ad id alios deputare. *c* [*c Sa verb. Carer.*]

4 Quod fit à majori parte Capituli, dicitur fieri unanimi conſenſu. Debitum Capituli, non eſt debitum ſingulorum. *d.* [*d Idem ubi ſup.*]

5. Capitulum non dat *e* dimiſſorias, niſi poſt annum à morte Epiſcopi; diſpenſat tamen cum illegitimo ad ordines minores, & ad ſimplex beneficium. Cogit teſtamentorum executores ad illorum executionem, & his negligentibus exequitur. Dat facultatem aſſiſtendi matrimonio. [*e Trid. ſeſſ. 7. c. 10.*]

6. Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in iis, quæ ei ſpecialiter commiſſa ſunt, ni committantur à jure communi.

# DISP. V. SEC. VNICA.

## RESOLVTIONES III.

### CARCER.

1. Qui injuſtè conjicit aliquem in carcerem, vel eſt cauſa ut conjiciatur, peccat *a* mortaliter, & tenetur ad damni reſtitutionem. [*a Nav. c. 13. n. 13.*]

2. Qui eripit à carcere debitorem, tenetur *b* creditori debitum ſolvere; niſi debitor ita pauper eſſet, ut nullo modo haberet, nec ſperaret habere unde ſolveret. [*b Idem ubi ſup.*]



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Incarceratus ob delictum dignum morte, vel abſciſſione membri, licitè poteſt *c* compedes limare, & januas frangere, ut fugiat; dummodo cuſtodi vim non inferat.

*c* Comm. DD.

## CARDINALIS.

DEcreta Congregationis Cardinalium, niſi interpoſiti authoritate S. Pontificis, ſunt tantùm *a* doctrinæ probabilis.

*a* P. Sanch. de matr. l. 8. d. 1. nu. 10.

# DISP. *VI.* SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES. *V.*

### *CASVS FORTVITVS.*

1. NEmo tenetur *a* de caſu fortuito regulariter loquendo, niſi interveniat culpa, mora, vel pactum.

*a* Nava. c. 27. n. 179

2. Qui mutuo acceptum amiſit caſu fortuito, tenetur, *b* quia verum rei dominium accipit.

*b* Comm. DD.

3. Mandans tenetur de damno caſu fortuito, ſi probabile erat eventurum, & mandatarius gratis ſerviebat; ſecùs *c* ſi ob ſtipendium, vel debitum; aut ejus culpâ damnum accidit.

*c* Sa hoc verb.

4 Inito pacto genericè, quod quis maneat in omni caſu obligatus, caſus fortuitus niſi expreſsè exprimatur, manet *d* exceptus.

*d* Sylveſtr. verb. Caſ fortuit.

5. Culpa præcedens caſum fortuitum, niſi influat in illum, non facit *e* quod imputetur ad hoc, ut quis teneatur de caſu fortuito.

*e* Comm. DD.

# DISP. VII. SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *CASVS RESERVATVS.*

#### *De caſuum reſervatione in communi.*

1. CAſus reſervatus *a* eſt, cujus abſolutio adimitur inferiori Sacerdoti.

*a* Navar. c. 27 n. 259

2. Nullus caſus eſt reſervatus in articulo mortis; ſi tamen habeat annexam excommunicationem, debet *b* abſolutus, ſi convaleat, recurrere ad ſuperiorem, cui fuerit reſervata.

*b* Comm. DD.

3. Sub-



3. Sublatâ Papali cenſurâ annexa caſui reſervato, tollitur *c* ejus reſervatio, etiam ſi aliunde ſit Epiſcopo reſervatus.

*c* Nava. c. 27. n. 254

4. Epiſcopus concedendo caſus ſibi reſervatos, non videtur *d* concedere cenſuras illis annexas, & ſibi reſervatas.

*d* Idem ib. n. 261

5. Quando Epiſcopus concedit alicui omnem ſuam authoritatem, & poteſtatem ad audiendas confeſſiones, non *e* videtur concedere caſus reſervatos, niſi ſpecialiter dicat: concedo tibi omnes caſus; vel aliundè ejus intentio appareat.

*e* Idem ib.

6. Nullus caſus in dubio eſt reſervatus; & ſiquis confeſſus cum habẽte facultatem abſolvendi à reſervatis alicujus oblitus fuit, de illo à quolibet confeſſario approbato poteſt *f* abſolvi. Idem dicendum quando informem fecit confeſſionem.

*f* Suar. diſ. 11. de pœn. ſ. 14

7. Reſervatio non obligat *g* novitios, niſi ſint ex Societate Jesu, propter ſpecialem ordinationem noſtri Generalis.

*g* Comm. DD.

8. Caſus non reſervat *h* niſi Papa, vel Epiſcopus, vel Prælatus habens authoritatem quaſi Epiſcopalem.

*h* Vide Trid. ſ. 14. c. 7. de reſ.

9. Mortuo Epiſcopo tollitur *i* caſuum reſervatio, non quæ eſt à jure, ſed quam ipſe poſuit.

*i* Comm. DD.

10. De fide *l* eſt juriſdictionem eſſe in Eccleſia reſervandi peccata.

*l* Trid. ſeſ. 14. c. 7

11. Omnis ſuperior, qui poteſt delegare juriſdictionem, poteſt *m* reſervare.

*m* Comm. DD.

12. Irregularitas non *n* facit reſervatum peccatum propter quod imponitur; & poteſt abſolvi peccatum abſque irregularitatis diſpenſatione.

*n* c. Vlt. de temp. ord.

13 Qui ſcit aliquid eſſe grave peccatum, ignorat tamen invincibiliter eſſe reſervatum, reſervatione non tenetur. *o*.

*o* Sanc. t. 3. de matr. l. 9. d. 32. n. 18.

14 Superior qui ſine cauſa reſervat, imprudenter facit; tenet *p* tamen reſervatio.

*p* Comm. DD.

15. Prælati religionum non poſſunt reſervare omnes caſus, niſi tantùm aſſignatos à Clemente VIII. in quadam *q* conſtitutione; neque in ea aſſignati, niſi ſpecialiter reſerventur, manent reſervati.

*q* Clem. VIII. in conſt. edi. an. 1594

16. Poſſunt tamen prædicti Prælati reſervare *r* cenſuras, & per accidens peccata, quibus ſunt annexæ, erunt reſervata. Non autem poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunq; ſæculares ab hæreſi occulta, & excommunicatione propter eam incurſa. *

*r* Suar. t. 4 d. 25. ſec. 5

* In decr. Alexand. VII. an. 1665. 24. Sept.

17. Peregrini, & iter agentes, ſi peccata commiſerint reſervata in ſuo Epiſcopatu, non verò in eo, in quo ſunt, poſſunt *ſ* abſolvi ab eis ac ſi reſervata non eſſent.

*ſ* Comm. DD.

18. Licet Epiſcopis, &c. & in quibuſcunq; caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis delinquentes quoſcunque ſibi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſeipſos, aut per Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis *t* abſolvere impoſitâ ſalutari pœnitentiâ. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ iis tantum non eorum vicariis permiſſum.

*t* Trid. ſeſ. 14. c. 6. de refor.

*u* Congr. Card. ex Marſilla lib. 1, tit. 9

19. Epiſcopus, ſi quod Deus avertat, in aliquot ex his caſibus inciderit, poteſt à ſuo confeſſario abſolvi. *u*.

20. Facultatem Epiſcopis conceſſam à Tridentino abſolvendi ab hæreſi occulta, revocatam fuiſſe per Bullam Cœnæ alii ajunt, alii negant *x*: probabile utrumque; tutius tamen eſt confeſſario, facultatem impetrare à D. Inquiſitoribus. Damnata eſt autem ab Alexand. VII. ſequens propoſitio: ſententia aſſerens, bullam cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Julii in conſiſtorio S. Congregationis Emin. Cardinalium, viſa & tolerata eſt. *

*x* Suar. to. 4, diſp. 38 ſect. 2, n. 10

* In decr. an. 1665. 24. Sept.

21. Probabilior *y* eſt privilegia conceſſa ad abſolvendum à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, non revocari per ipſam, & contrarium eſt etiam probabile.

*y* Sanch. in ſumma lib. 2, c. 11 n. 25

22. Religioſi mendicantes ex privilegio poſſunt *a* abſolvere quoſcumque Chriſti fideles ab omnibus caſibus Epiſcopo reſervatis, ſed obtenta ad id Epiſcoporum facultate.*

*a* Paul. III. ubi ſupra.

* Decret. Alexandri VII. an. 1659. 24. Septemb.

23. Religioſus, qui habet facultatem à ſuperiore, ut abſolvatur à Sacerdote ſæculari, vel regulari alterius religionis, & ex alio capite, habet etiam facultatem, ut abſolvatur à reſervatis, ſi incidat in reſervatum, nec ſit confeſſor ſuæ religionis poteſt *b* à quolibet alio abſolvi.

*b* Vide Villal. 1. p. tr. 3. diſſ. 65.

24. Societatis religioſus iter agens, ſi ut hoſpes per breve tempus ſit in Collegio Societatis, poterit ab aſſignato confeſſario illius collegii abſolvi cum onere comparendi coram ſuperiore ſui collegii; ſi diu autem ut hoſpes ſit in illo Collegio, à Superiore illius, vel ab alio de ejus licentia poterit *c* abſolvi.

*c* Ex V. Congr. n. 6

25. Non tenetur *d* Prælatus concedere ſemper facultatem petenti ut à reſervatis abſolvatur. Si tamen ex conceſſione talis facultatis nullum ſequatur inconveniens, tenetur ſub mortali. Poteſt autem illam cum aliquo honore concedere, & non *e* debet niſi viro docto, & ſpirituali committi.

*d* D. Tho. in 4. diſt. 17. q. 3. art. 3

*e* Ex decr. Clement. VIII.

26. Peccata reſervata, quæ ſemel confeſſa ſunt juriſdictionem habenti, non manent *f* amplius reſervata; ideoq; ut materia non neceſſaria poſſunt cuilibet Sacerdoti confiteri.

*f* Suar. t. 4 d. 32 ſe. 4

27. Si patefacta ſemel ſunt juriſdictionem habenti in con-





feſſione etiam invalida, & informi, tollitur reſervatio. Idem contingit ſi alicujus peccati reſervati fuerit oblitus in prædicta confeſſione. Idem dicendum de cenſuris reſervatis, & de illis annexis peccatis.

28. Qui bona fide abſolutus fuit virtute Jubilæi, poſtea verò illud ob defectum alicujus circumſtantiæ non lucratus eſt; nihilominùs manet *g* ſublata peccatorum reſervatio. Idem dicendum de oblitis.

*g* Idem to. 5. d. 7. ſe. 5 n. 13.

29. Qui ignorat, etiam vincibiliter an caſus reſervatus ſit, ſive juris ſive facti ignorantia ſit, poteſt *h* abſolvi.

*h* P. Quin. in ſingul. to. 2.

30. Quando bona fide, & ſine culpa pœnitentis ipſe abſolvitur à culpa, non præmiſſâ abſolutione à cenſura non reſervata Papæ, abſolutio Sacramentalis valida *i* eſt; ſecus verò ſi cenſura ſit reſervata Papæ.

*i* Suar. t. 4 de pœnit. ſec. 2, n. 10

31. Papa cæteris omnibus poteſt *l* limitare facultatem abſolvendi; & tenebit reſervatio etſi ſine cauſa imponatur.

*l* Idem ubi ſup. n. 6. & 7.

32. Epiſcopus practicè, & moraliter loquendo limitare poteſt facultatem abſolvendi, quâ Parochi funguntur; licet ſpeculativè non ſatis probetur, cùm non ab Epiſcopo, ſed à Summo Pontifice facultatem acceperint.

33. Non poteſt ſuperior abſolvere à reſervatis tantùm, non auditis aliis; licet aliqui docti viri ex antiquis contrarium ſenſerint, qui verum aſſerunt, ſi de abſolutione loquantur non ſacramentali.

35. Qui voluntariè in libidinoſis delectatus, involuntariam & non procuratam pollutionem patitur, non incidit in reſervatum, etiam ubi reſervata eſt voluntaria pollutio.

---

## SECTIO II.

### DE RESERVATIS IN NOSTRA *Societate, eorumque abſolutione.*

1. Perjurium vel falſum teſtimonium in judicio vel extra.
2. Furtum, & uſurpatio alicujus rei contra votum paupertatis in ea quantitate, quæ efficiat peccatum mortale.

3 Carnis lapſus voluntarius; & quidquid eſſet contra votum caſtitatis, quod in actum externum prodeat.

4. Inobedientia expreſſa, quâ quis aſſerit ſe nolle parere.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Seditio in ſuperiorem, & diviſio à capite in grave nocumentum Societatis.

6. Detractio famæ, bonæque exiſtimationis aliorum, & diſcordiarum ſeminatio inter fratres.

7. Impedimentum excludens à Societate retinuiſſe in examine, vel in eo aliquid mentitum eſſe, unde grave aliquod incommodum oriri poſſit.

8. Acceptio, ſeu miſſio literarum abſque licentia expreſſa, quæ ſcilicet acceptio, ſeu miſſio contineat rationem peccati mortalis.

9. Tranſgreſſio votorum ſimplicium, quæ profeſſi committunt poſt profeſſionem.

10. Cenſuræ Societatis noſtræ ſeu peccata, quæ in noſtris Conſtitutionibus, Bullis, vel Decretis annexa ſunt excommunicationi. Hæc omnia cum manifeſtè erunt mortalia, & in actum exteriorem prodierint, reſervantur ſuperiori domûs, & collegii, & ab alio, niſi de expreſſa licentia illius, abſolvi non poſſunt.

## *INSTRVCTIO*
### *Pro ſuperioribus, & confeſſariis Societatis circa reſervata.*

Quando confeſſarius tacito nomine petierit facultatem ad abſolvendum, facilè det ſuperior; imo peccabit, ſi ſine juſta cauſa neget. Tamen ex juſta cauſa poterit negare, ſed rarò, nempe quando probabiliter timetur ſcandalum, aut recidivum, damnum domus, ruina pœnitentis, vel alterius, in quo caſu pœnitens debet per ſe, vel per confeſſarium rem ipſam ſuperiori manifeſtare, ſalvo ſigillo.

Superior caveat interrogare, conjectare, &c. Confeſſarius ne ita petat, ut aliquando manifeſtet; Etſi viderit proponendo caſum in ſpecie dari occaſionem ſuperiori, proponat in genere dicendo aliquem in caſum reſervatum incidiſſe, qui nec Societati, nec ulli, nec ipſi pœnitenti damnum afferre poſſit, ſalvo ſigillo; ſi factâ relatione caſus, & circumſtantiæ ſub ſigillo judicat ſuperior non dare facultatem. Et hoc non obſtante confeſſarius urget hoc caſurum in majus detrimentum pœnitentis, & ruinam, quia illum videt obſtinatum, nec velle ullo modo ſuperſtitem adire.

Si Confeſſarii conſcientia oneratur, tentanda erunt media, de quibus inter ſe conferant, ac tandem ſi nullum prodeat



deat, ne ſperetur prodeſſe, ſuperior non debet facultatem negare.

Si ſubditus non per confeſſarium ordinarium, ſed per alium petat facultatem, non facilè debet acquieſcere ſuperior, niſi talis Sacerdos ſit cui merito committi poſſit. Si verò noluerit ſubditus ſuperiorem adire, aſſignet ſuperior ſeniorem, doctum, prudentemque, qui melius, ac confeſſarius ordinarius, aut ipſe poſſit mederi. Hæc omnia ſunt reſpectu eorum, qui ſunt in qualibet domo Societatis.

Quando confeſſarius bonâ fide dubitat an peccatum ſit mortale, etiam ſi ex genere ſuo ſit reſervatum, poteſt abſolvere, licet hujuſmodi dubitatio ex ignorantia procedat, & licet poſtea advertat eſſe mortale non eſt repetenda confeſſio, bona enim fuit.

Notandum quòd ſemper expedit hortari ut alia à reſervatis, ut diuturnæ tentationes, pericula, &c. à pœnitentibus ſuperioribus manifeſtentur ob bonum ipſorum, & communitatis, ſed non ſunt cogendi.

---

## SECTIO III.
### *De Reſervatis pro Religioſis Reſolutiones Variæ.*

1. VIcarius, Subprior, Vice-Rector, Miniſter, Præſes ſi prælatus abſit ex civitate profectus itinere unius diei, poſſunt [a] dare facultatem abſolvendi à reſervatis. Non verò ſi in prædio vicino recreationis, vel viſitationis cauſâ per unum aut duos dies ille abſit.

2. Religioſi ex noſtra Societate de peccatis mortalibus, etiamſi reſervata non ſint, non poſſunt [b] confiteri, niſi cum confeſſariis à ſuperiore deputatis ex Bulla Greg. 13. qui noſtrorum confeſſiones aliter factas irritas, & inanes decernit.

3. Confeſſarii à ſuperiore deputati poſſunt [c] ſemel in vita diſpenſare, cum noſtris in irregularitatibus exceptâ bigamiâ, homicidio, membrorum obtruncatione, & ſanguinis effuſione, quæ diſpenſationes Præpoſito Generali reſervantur.

4. Confeſſores ordinarii noſtrorum non poſſunt [d] cum illis diſpenſare in jejunio, in cibis vetitis, & in aliis præceptis Eccleſiaſticis; hoc enim ad ſolos ſpectat ſuperiores ex conceſſione Julii III. Poſſunt [e] tamen abſolvere quemcumque ex noſtris à quacumq; ſuſpenſione ſive à jure, ſive ab homine generaliter lata, & idem eſt de interdicto. Ab irregularitate autem, quæcumque ſit, non [f] poſſunt, quia hoc ſpectat ad ſummum Pontificem, vel ad ſuperiores.

[a] Vide Dian. in ſum. verb. caſ. reſ.
[b] Vide P. Quint. tr. 3. de pœn. ſing. 21
[c] Vid eundem ubi ſup. ſing. 25.
[d] Iul. III. bulla quæ incip. ſac. relig. an. 1552.
[e] Ex Bulla Pauli III.
[f] Vide compend. verb. Diſpenſatio.

5. Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Si Rector collegii ſub excommunicatione ſibi reſervatâ aliquid faciendum, vel omittendum præciperet, qui præceptum frangeret, poteſt ab excommunicatione ab ordinario confeſſore abſolvi; quia illa reſervatio fuit nulla, non enim poteſt caſus reſervari ſine conſenſu totius ordinis in provinciali, vel generali capitulo ex decreto Clem. VIII. Contrarium g tenet P. Suarez.

g Suar. to. 4. de relig. lib. 2 c. 18. n. 24.

6. Omnia quæ circa votorum diſpenſationem, & commutationem, & ſimilia poſſunt noſtri confeſſarii ex noſtris privilegiis circa externos, poſſunt etiam circa noſtros, ſi ſint deputati ad audiendas eorum confeſſiones, & niſi id expreſſè eis vel in privilegiis, vel à ſuperiore, qui eos deſignavit, ſeu à quo facultatē habēt audiēdi noſtrorū confeſſiones, limitetur.

## SECTIO IV.

### *De caſibus ſanctæ Inquiſitionis tribunali reſervatis.*

1. Quodcumque crimen contra Catholicam fidem, & blaſphemiæ hæreticales.

2. Habuiſſe familiarem, aut pactum tacitum, vel expreſſum cum Dæmone.

3. Si religioſus profeſſus, aut in ordine ſacro conſtitutus matrimonium contraxit.

4. Si non Sacerdos celebravit, aut alia ſacramenta adminiſtravit.

5. Si confeſſor ſive clericus, ſive religioſus in actu confeſſionis, vel proxime ad illum filiam vel filium confeſſionis ad inhoneſta ſolicitavit.

6. Si quis vivente uxore, vel marito ſecundò, aut ſæpius matrimonium duxit.

7. Si quis affirmavit fornicationem ſimplicem, aut uſuram, aut perjurium non eſſe peccatum.

8. Si quis dixit melius eſſe concubinatū, quàm matrimoniū.

9. Si quis uno integro anno in excommunicatione permanere voluit non procurando abſolutionem, aut cenſuras Eccleſiæ dictis, aut factis contempſerit.

10. Si quis prætextu Aſtrologiæ, aut per aſpectum ſtellarum aut per lineas manuum, aut per alias hujuſmodi artes reſpondit, aut res futuras dependentes à libero arbitrio annuntiavit, aut ſi de hujuſmodi ſuperſtitionibus interrogavit.

11. Si quis libros hæreticorum habuit, aut alios ex prohibitis per catalogum ſanctæ Inquiſitionis, aut Biblias in Hiſpano ſermone.

12. Si



12. Si quis non revelavit ſanctæ Inquiſitioni id quod ſciebat, vel audierat ad illius tribunal pertinere, vel aliis, ne id manifeſtarent, perſuaſit.

13. Si teſtes induxit ut falsò probaret id, quod ad officium inquiſitionis delatum erat.

14. Si quis falsò accuſavit aliquem ad hoc tribunal, vel ad hoc falſos teſtes ſubornavit.

15. Si quis receptavit hæreticos, aut eorum bona defendit, aut per ſe vel per alios impedimentum appoſuit executioni ſancti officii.

16. Si quis ſuſtulit, aut auferri juſſit aliquos habitus ſancti officii, vel appoſuit alios.

17. Si per Inquiſitionem condemnati non adimpleverunt ſententiam, aut habitum reconciliationis ſecum afferre neglexerunt.

18. Si pœnitentiati dixerunt id quod confeſſi ſunt in Inquiſitione de ſe aut de aliis fuiſſe falſum, & illud timore ductos dixiſſe.

19. Si fregit ſecretum ſibi ab Inquiſitione commiſſum.

20. Si dixit relaxatos fuiſſe Martyres, & ſine culpa cōbuſtos.

21. Si aliqui Notarii, vel Tabelliones habent proceſſus, aut aliquid hujuſmodi, in quibus contineantur res ad officium ſanctæ Inquiſitionis pertinentes.

22. Iis caſibus obſtringuntur excommunicatione majori hi qui ſciunt, fecerunt, viderunt, aut audierunt, comprehenduntur que viventes perſonæ præſentes, abſentes, & vitâ functæ, tenenturque intra ſex dies deferre antequam id cum aliquo communicent.

### *Caſus ſanctæ Inquiſitionis adverſus Aſtrologos.*

1. Contra las perſonas que toman bebidas de yerus como el ahuma, chumico, y coca para enagenarſe de los ſentidos, y luego decir, qui tienen revelaciones.

2. Contra los que tienen libros, cartapacios, y de aſtrologia judiciaria.

3. Contra los que interpretan, y califican con demaſiada anchura los caſos contra la dicha aſtrologia a conſeiando, que ſe puede abſolver dellos ſin manifeſtarſe a la Inquiſition.

4. Reſervaſſe alli el hacer juyzio de los futuros contingentes, y caſos fortuitos, y actiones dependientes de la volontad divina, o del libre albedrio de los hombres y ſobre los nacimientos de las perſonas adivinando por el dia y hora en que nacieron el eſtado que han de tomar, &c. declarando por las rayas de las manos, y otros aſpectos las inclinaciones de las perſonas; y por los ſueños, que han ſoñado, y el uſar de ciertas maneras de ſuertes con habas, trigo, maiz, monedas, ſortijas; y otras ſemillas, o coſas ſemejantes;



&c.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

&c. y que traen conſigo, y dan a otras perſonas que traigan ciertas cedulas y cabellos, cintas, poluos, y otros hechiços, ſemejantes dando a entender que con ellos ſe libraran de muerte ſubitanea, &c. Y para effecto de caſarſe, o alcançar los hombres a las mugeres, o las mugeres a los hombres, que deſean, y paraque los maridos, y amigos traen b.... y no pidan zelos a las mugeres, y amigas, o para ligar, o impedir a los hombres el acto de la generacion, o hacer a ellos, a las mugeres otros daños, o maleficios en ſus perſonas, miembros, y ſalud y que vſen aſſimiſmo para eſtos, y ſemejantes effectos de ciertas oraciones vanas, y ſuperſticioſas invocando en ellas a Dios nueſtros S. y eſperando deſpues de las dichas oraciones aguros, y preſagios de lo que pretenden ſaber por lo que ſueñan durmiendo, o por lo que oyen hablar en la calle, o les ſucede otro dia, o por las ſeñales del cielo, o por las aves, que buelan, &c.

Comprehendence en la pena del derecho commun no ſolamente los caſos adivinaciones, y ſortilegios en que interviene pacto expreſo o tacito con el Demonio, o ſu invocacion. Sino tambien los que ſe cometen ſin eſta circunſtancia por via de embuſte, y para engañar las dichas perſonas a las que conſultan, o por ſacar dineros, conceguir otros fines, y moſtrar que ſaben las dichas artes, o ciencias, &c.

No abſuelvan a ninguna de las perſonas, que a cerca de lo dicho eſté culpada, ſino huviere dicho, y manifeſtado en el ſanto officio lo que dello ſupiere, o hauiere viſto o oydo. Ni fuera de la confeſſion ſe entremetan a calificar o interpretar los dichos caſos ſo color de que no ay pacto con el Demonio, ni meſclas de coſas ſagradas, ny debaxo de otro ningun titulo, o prætexto antes remitan todas las dichas perſonas ante nos.

*Caſus Sanctæ Inquiſitionis adverſus Aſtrologos.*

1. Contra illos, qui ſumunt potiones herbarias, v.g. achuma, chumico, & coca (quæ eſt herba parvorum foliorum in regno Peru) ad procurandam abſtractionem ſenſuum, ut dicantur habere revelationes.

2. Contra illos, qui habent libros, ſcripta, & regiſtros de Aſtrologia judiciaria.

3. Contra illos, qui excuſant cum nimia amplitudine caſus contra dictam Aſtrologiam: conſilium dantes quod poſſit quis ab illis abſq; denunciatione Inquiſitioni faciẽdã abſolvi.

4. Deinde reſervatur judicium futurorum contingentium caſus fortuiti, & actiones dependentes à voluntate divina, vel à libero hominum arbitrio: & qui ex Nativitatis die & hora futurum hominis ſtatum prædicunt & conjecturant per lineas manuum, phyſionomiam, ſomnia, aut certos quoſdam uſus ſortium cum fabis, frumẽto, legumine Indico, monetis, annulis, & aliis ſeminibus aut his ſimilibus; aut qui conferunt & aliis tradunt certas ſcedulas, crines, cingula, pulveres, invocationes & ſimilia diabolica verba, quibus à ſubitanea morte



te liberandos affirmant: qui conſequendo matrimonium viros ad amorem mulierum, aut mulieres ad virorum amorem pelliciunt; qui illicitis mediis amicorum aut conjugum amorem, aut inter eoſdem diſſenſionem, odiumque diſſeminant; qui in conjugibus generationis actum impediunt, aut impediendum certa maleficia, damna, & media mulieribus earũq; membris, &c. inferunt, quiq; ad hæc vanis & ſuperſtitioſis orationibus Deum & Sanctos in iis invocando utuntur, ut præſagia & futurorum auguria eliciant, vel ex aliorum ſomniis aut vanis ſermonibus, vel e ſignis cæli, & avium volatu.

In hac pœna juris communis non tantum comprehenduntur caſus conjecturæ, ſortilegia, &c. in quibus intervenit pactum expreſſum vel tacitum cum dæmone, & ejus invocatione; ſed etiam ii, qui committuntur abſque illa circumſtantia, qui per viam ſcilicet deceptionis, decipiendo conſulentes, aut promovendo lucrum ſuum palam dictas ſe artes aut ſcietias calere proclamant & profitentur, &c. Nullam ejuſmodi perſonam prædictorum ream confeſſarii abſolvant, antequam denunciarit aut aperuerit in S. Officio, quod hac de re ſciverit, viderit vel audierit. neq; extra confeſſionem excuſent dictos caſus ſub ſpecie, quaſi non ſubeſſet pactum cum dæmone nec rerum ſacrarum mixtio, nec ſub alio titulo aut prætextu; ſed omnes ſupradictas perſonas ad nos ablegent.

## CASOS DE LA INQVISICION CONTRA *los que en la confeſſion ſolicitan a pecar.*

Palabras del edicto ſi ſupieredes, entendieredes, ouvieredes viſto, ſabido, o oydo deci, que alguno, o algunos confeſſores, clerigos, o religioſos exemptos, o no exemptos de qualquier ordẽ grado, o preeminencia, o dignidad, que ſean aunque immediatamente eſten ſugetos a la ſede Apoſtolica que por obra o de palabra ayan ſolicitado, provocado ò intentado o intentaron provocar, y ſolicitar a quales quiera perſonas hombres, o mugeres para actos torpes, y deshoneſtos que entreſimiſmos ſe ayan de cometer en qualquier manera, o paraque ſean terceros, o terceras de otras perſonas, o tuuieren con ellos, o ellas, platicas y converſationes de amores illicitos, y deshoneſtos en el acto de la confeſſion Sacramental; o proximamente a ella antes, o deſpues, o con ocaſion, o pretexto de confeſſion aunque realmente no la aya, o ſin el dicho pretexto fuera de la confeſſion en los confeſſonarios, o qualquiera otro lugar en que ſe oygan confeſſiones o eſtẽ diputado, o ſeñalado para ellas con capa, o demoſtracion de que ſe confieſſan, o quieren confeſſar, hicieren, y perpetraren qualquiera de los delitos de ſuſo referidos ſin comunicarlo con nadie, &c.

*Caſus Inquiſitionis contra illos, qui in Confeſſione ſollicitant ad peccandum.*

Si ſciatis, audiatis, videatis, ſciveritis vel audieritis referri,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

referri, quod aliquis vel aliqui Confeſſarii, Clerici vel Religioſi exempti, vel non exempti, cujuſcumq; ordinis, gradus, aut præeminentiæ aut dignitatis ſint, etiamſi immediatè ſint ſubjecti Sedi Apoſtolicæ, quod facto aut verbo ſollicitarint, provocarint, aut conati fuerint provocare aut ſollicitare quaſcumq; perſonas, viros aut mulieres ad actos turpes & inhoneſtos, tam inter ſe invicem quocumq; tandem modo committere, vel ut ſint mediatores vel mediatrices aliarum Perſonarum, vel habuerint cum illis id q; viris vel fœminis ſermones & converſationes de illicitis amoribus, & inhoneſtis in actu Confeſſionis ſacramentalis, vel proximè ante illam, vel poſtea, vel occaſione data, vel ſub prætextu confeſſionis fictæ, vel abſq; dicto prætextu extra Confeſſionem in ſedibus confeſſionalibus, vel in quocumq; alio loco ubi excipiuntur confeſſiones, vel ſit deputatus aut deſignatus ad illas cum pellio, vel demonſtratione facta confiteantur, vel velint confiteri, fecerint & perpetrarint quilvis ex ſupramemoratis delictis abſque communicatione cum aliis facta, &c.

## SECT. V. RES. VARIÆ.

### *CIRCA RESERVATA PROPTER SOLICITATIONEM IN CONFESSIONE HÆC NOTANDA SUNT.*

1. FOemina ſolicitans confeſſarium, & cum eo peccans, non *a* tenetur eum denũtiare; niſi mutato animo fœminæ in melius, confeſſarius ſolicitaret ipſam volentẽ confiteri.

*a* Vide Dian. l. 4. tr. 1. re. 4.

2. Tunc dicitur confeſſarius immediatè ante confeſſionem ſolicitare, quando fœminæ dicenti ſibi velle confiteri *b*, diſſuaderet in ordine ad venerea.

*b* Comm. DD.

3. Si tamen fœmina diceret, ſe velle craſtino confiteri, & tunc diſſuaderet, propriè non *c* dicitur ſolicitator.

*c* Comm. DD.

4. Confeſſarius immediatè poſt confeſſionem *d* ſolicitat, quando peractâ ipſe vel fœmina ad nihil aliud ſe divertunt.

*d* Comm. DD.

5. Si poſt ſolicitationẽ immediatè cõfiteatur, non eſt immediatè ſolicitare poſt, nec ante; niſi diſſuadeatur cõfiteri volẽs.

6. Quamvis intra genus luxuriæ vellicare fœminam, vel premere pedem, vel mammillas tangere animo ibi ſiſtendi ſecundum aliquorum ſententiam veniale ſit, ſi talia agantur tempore miniſtrandi Sacramentum, vel immediatè ante, vel poſt, mortalia peccata ſunt & confeſſarius denuntiandus.

Omnes has reſolutiones in ſelectis Ioan. Sanchez reperies.

7. Si fœmina inducat confeſſarium ad inhoneſta, & confeſſarius conſentit, non eſt *e* denuntiandus.

*e* Sanch. in ſelec. ſed contrariũ

8. Si fœmina ſolicitet ad naturalem concubitum confeſſarium,



rium, ipſe autem reprovocet ad nefandum, denuntiandus eſt.

judicat probabilius Diana p. 4. reſ. 41.

9 Si fœmina ſolicitet ad nefandum, & renuat confeſſarius ſolicitans ad naturalem, eſt denuntiandus.

10. Si fœmina ſolicitet ad fornicationem, & confeſſarius renuat; provocet tamen ad ſola oſcula, eſt denuntiandus.

11. Tribuens fœminæ immediatè ante vel poſt confeſſionem chartam amatoriam, ut poſtea legat, denuntiandus eſt.*

12. Qui objurgat concubinam ante vel poſt pidiendo zelos, denuntiandus eſt.

* Decreta Alexandri VII. an. 1665 24. Septemb.

13. Epiſcopi non comprehenduntur, nec laici confeſſionẽ audiẽtes, niſi ratione ſimulati ſacerdotii, ſi abſolutionem impenderint. Sed licet Epiſcopi non comprehendantur, poſſent tamen inquiſitores teſtium depoſitione recipere Pontifici remittendas; & ſi fuga Epiſcopi timeretur, eum detinere. Epiſcopi autem electi, & non conſecrati comprehenduntur.

14. Si tres anni ſint elapſi poſt factam ſolicitationem, & credatur emendatum jam eſſe confeſſarium, ceſſat obligatio denuntiandi.

15. Non ſolùm ſolicitata, *f* ſed omnes ſcientes ſolicitationem fuiſſe factam tenentur denunciare.

*f* Comm. DD.

16. Mulier ſolicitans confeſſarium non eſt denuntianda *g*, quia conſtitutiones Pontificum in confeſſarios diriguntur, non in pœnitentes.

*g* Ioa. Sanch. apud Dian. in comp. hoc verb. n. 7.

17. Si confeſſarius ſtatim poſt confeſſionem ducat puerum ad cubiculum, *h* ut tradat ei chyrographum confeſſionis, & ibi eum ad inhoneſta ſolicitet, eſt denuntiandus.

*h* Dian. ubi ſup. n. 15

18. Si ex auditis in confeſſione fœminam inſequatur in domum ejus *i*, ibique ſolicitet, alii negant denuntiandum, alii probabiliùs affirmant.

*i* Vide Dian. 18. l. 4. tr. 5. reſ. 18

19. Fœmina etſi conſentiat ſolicitationi, tenetur *l* tamen denuntiare, ſed non ſuum crimen detegere, & poſſet, ſi interrogaretur, negare; quia crimen ad Inquiſitionem non pertinet, nec contra eam agendum, etiam ſi à confeſſario denuntietur; quod illi non licet facere. Quod ſacra Cardinalium congregatio reſolvit.

*l* Dian. ſu. reſ. 19. 31

20. Qui audivit aliquem confeſſarium *m* ſolicitaſſe, etiamſi teſtes ſint infimæ conditionis, famæ & fidei, tenetur ſub excommunicatione denuntiare; imò ad id tenetur; ſi ſub ſigillo ſecreti naturalis intellexit.

*m* Caſtropal apud 10. Dian. ubi ſup. n. 77.

21. Fœmina, quæ propter dilatam denuntiationem *n* incurrit excommunicationem, ſi denunciet, poteſt abſolvi per Bullam Cruciatæ, vel per religioſorum privilegia; quia jam obligationi ſatisfecit.

*n* Sanc. in ſelec. apud Dian. ubi ſup. n. 24

# SECTIO VI.

## CASOS RESERVADOS EN EL ARço-Obiſpado de los Reyes del Peru.

1. Los que no pagan diezmos, y primicias o impiden que otros las paguen, los Indios, o las demas que las devieren.

2 Los que vendieren chicha de cora ſola o meſclada con yuca, o guarapo de miel de purga del primer barro, o moſto.

3 Los que hazen trabajar a los Indios contra ſu voluntad los Domingos, y fieſtas y los compelen a ello por ſi o por otras perſonas, y fueren cauſa de que dexen la dotrina por ſus ganancias, o que ſe huygã los maridos de las mugeres, o las mugeres de ſus maridos.

4 Los Corregidores, Mayordomos, Adminiſtradores o otras qualeſquier perſonas Eccleſiaſticas o ſeglares que en ſus grangerias, o aprovechamientos gaſtaren, o tuvieren ocupados por ſi o por interpoſitas perſonas los bienes de las fabricas de las Igleſias, o hoſpitales, o cofradias o otros lugares pios.

5 Los clerigos que ſe ordenaren por ſalto, o por letras dimiſorias de ſus prelados.

6. Los que violaren la Igleſia en qualquiera manera.

7. Los que hicieren hechiços, o encantamientos.

8 Los que ſe perjuran en daño del proximo.

9. Los clerigos que llevaren mugeres de la mano, o a ancas de mulas, o las acompañaren yendo en ſilla, o a pie.

10 Los que ſacan retraidos de las Igleſias.

11 Los que uſaren mal de los ſantos olios, o de otra coſa ſagrada.

12 El que procurare el malparto de alguna muger con efeto.

13 Los que blaſphemarẽ publicamente de Dios, o de algun ſanto.

14 Los que no ſe huvieren velado dentro de los ſeys meſes de ſu caſamiento.

15 Los homicidas voluntarios, y los inceſtuoſos.

16. Los que hurtan coſa ſagrada, o de lugar ſagrado.

17 Los que falſean eſcrituras, y los teſtigos falſos.

18 Aſſi miſmo no podran abſolver de los pecados a qualquiera, incurrido en alguna de las deſcomuniones pueſtas en las ſynodales haſta averles concedido la abſolucion.

### *Caſus reſervati in Archiepiſcopatu Regni Peru.*

1. Illi qui non ſolvunt decimas & primitias, vel impediunt quo minùs alii illas ſolvant, Indi vel reliqui qui illas tenentur ſolvere.

2. Illi qui vendiderint chicha de cora, ſeparatim vel miſcuerint cum yuca vel guarapo de miel de purga del primer barro, o moſto.

3. Qui faciunt laborare Indos contra ipſorum voluntatem diebus Dominicis, & feſtis, & illos cogunt vel per ſe, vel per alios, & fuerint in cauſa quod negligant doctrinam ratione



lucri, vel ut fugiant mariti ab uxoribus, vel uxores à maritis ſuis.

4. Correctores, Præfecti domûs, adminiſtratores vel quæcumq; aliæ perſonæ Eccleſiaſt. vel ſæculares, quæ in ſuis lucris vel utilitatibus impenderint aut occuparint per ſe aut intermedias perſonas bona fabricarum Eccleſiarum, vel hoſpitalium, vel Confraternitatum, vel aliorum piorum locorum.

5. Clerici qui ordinati per ſaltum, vel per litteras dimiſſoriales ſuorum Prælatorum.

6. Qui violarint templum quocunque modo.

7. Qui exercuerint magiam vel incantationes.

8. Qui præſtant falſum juramentum in damnum proximi.

9. Clerici qui rapuerint mulieres manibus, vel miniſterio mularum, vel illas comitati fuerint equites vel pedites.

10. Qui demunt aliquid bonis Eccleſiaſticis.

11. Qui aliis ſanctis abuſi fuerint vel alia re ſacra.

12. Qui procurarint abortum alicui mulieri cum effectu.

13. Qui blaſphemarint publicè in Deum vel aliquem Sanctum.

14. Qui non velarint ſeſe intra illos ſex menſes ſui matrimonii.

15. Homicidæ voluntarii & inceſtuoſi.

16. Qui furantur rem ſacram vel ex loco ſacro.

17. Qui adulterant Scripturas, & falſi teſtes.

18. Etiam non poterunt abſolvere de illis peccatis quamcumq; perſonam, quæ incurrit in aliquam excommunicationum poſitarum in ſynodalibus, uſque dum ipſis conceſſa ſit abſolutio.

Quamquam de his omnibus peccatis vel per Bullam Cruciatam, vel per privilegia mendicantium poſſint pœnitentes abſolvi, oportet confeſſarium gravitatem horum criminum ex reſervatione cognoſcere, ut pœnitentem admoneat, eique ſalutarem medicinam adhibeat.

### *CATHEDRA.*

Qui impedit dignum à conſecutione cathedræ, tenetur [a] reſtituere, maximè ſtante ſtatuto, quod conferri debeat legitimo oppoſitori.

[a] Comm. DD.

### *CAUPO.*

1. Tenetur [a] reſtituere damnum per alterum factum in ſua taberna.

[a] Nava. c. 27. n. 16

2. Si tribuat cibos, quibus ſcit vel ſcire debeat aliquẽ tranſgreſſurum jejunium, vel ſe inebriaturũ peccat [b] mortaliter.

3 Si vinum in oppido vendat mixtum aquâ, vel tollat aliquid

[b] Idem ubi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quid ex debita menſura, *c* debet vel communitati reſtituere, vel tanto tempore ſupra debitam menſuram in eodem oppido vinum vendere quanto eà fraude uſus eſt.

An verò poſſit Bulla Compoſitionis uti, alii *d* ajunt, alii probabilius negant.

*c* Molina & Villalob. to, 1. tr. de Bul. comp.
*d* Vaſquez apud Dianam ſ. p. reſ. 46.

---

# DISP. VIII. SECT. VNICA
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### CENSVS.

1. CEnſus *a* eſt jus exigendi penſionem de re utili alterius. Differt ab Emphiteuſi, quia Empluteuſis eſt in re propria; cujus uſus per vitam ad alterum pertinet.

2. Cenſus non *b* poteſt emi minore pretio, quàm impoſitus fuit à principio, poſt extravagantem Pii V. niſi fuerit ultra taxam impoſitus. Si autem cenſus fuerit irredimibilis, & perpetuus *c*, poteſt emi minore pretio, quia nullà lege taxatum eſt. Si vero res, in qua impoſitus eſt cenſus redimibilis, ſit in periculo, ut pereat, vel ſi difficile ſolvatur, poterit minori emi, quia minus valet.

*a* Navar. & Azor. 3. p. lib. 10. cap. 2.
*b* Moll. 2. de iuſ. diſp. 391.
*c* idem ubi ſup.

3. Ex parte fidejuſſoris *d* poteſt pactum eſſe, ut venditor cenſûs intra determinatum tempus illum redimat, dummodo non præcedat fraus emptoris.

*d* Villal. to. 2, tr. 27, dif. 5.

4. Non poteſt emi cum pacto retrovendendi. Poteſt *e* tamen cum pacto quod ſi intra ſex annos non redimatur, maneat perpetuus; ſed debet emi majore pretio, quàm redimibilis.

*e* Leſſ. lib. 2, cap. 22, dub. 9.

5. Conditiones appoſitas à Calixto III. & à Martino V. ſi habeat cenſus, approbatur; ſi careat illis non *f* reprobatur. Sufficit enim quod habeat, quæ jure naturali requiruntur. Hæ ſunt ut enim juſto pretio ematur, & venditor non teneatur ad redimendum cenſum.

*f* Extr. 1, & 2, de emp. & vend.

6. Conſtitutio Pii V. non *g* obligat in regnis Hiſpaniæ, quia ab eâ fuit ſupplicatum.

*g* L. 10, tit. 15, lib. 5, recop.

7. Cenſus ſupra alium cenſum imponi *h* poteſt; non verò ſupra majoratum, nec ſupra *i* feudum, nec ſuper rem alienam ſine Domini conſenſu. Debet eſſe ſupra rem ſpecialiter aſſignatam, poteſt tamen *l* addi generalis hypotheca.

*h* Mol. 2 de juſ. diſp. 389.
*i* Azor. 3. p. lib. 10, c. 7, q. 1.

8. Emptio cenſûs debet eſſe pecunia numerata coram Notario, & teſtibus. Quando verò redimitur, non eſt neceſſaria pecunia numerata.

*l* Rebel. de juſt. 2. p. liq. 10 q. 6 num. 4.

9. Non



9. Non eſt *m* apponenda pœna propter menſam ſolutionem vendentis, non augendus cenſus ex debitis redditibus niſi prius ſolvatur pecunia, & poſtea numeretur coram Notario, & teſtibus.

*m* Vide Villal. ubi ſup.

10. Si quis vendat cenſum, pretiumque mutuò det amico cum conditione, ut ſolvat redditus, non *n* eſt uſurarius contractus.

*n* Comm. DD.

11. Anno etiam, quo nullus colligitur fructus *o*, ſolvendus eſt cenſus.

*o* Comm. DD.

12. Cenſum ex utraque parte vendentis, ſcilicet, & ementis redimibilem licere alii *p* ajunt, alii negant.

*p* Sà verb. *Cenſus.*

13. Redditus annui *q* ſunt quinque pro centum, & mille pro viginti millibus: & qui aliud amplius recipit, peccat & reſtituere tenetur.

*q* Ex conſtit. Regiis.

14. Cenſus poteſt *r* imponi ſuper Emphiteuſim, & ſuper alium cenſum redimibilem.

*r* Comm. DD.

15. Cenſûs generalis hypotheca non *ſ* habet ſpeciale prælationis privilegium, niſi circa rem ſpecialiter obligatam ad cenſum.

*ſ* Molina to. 2, diſp. 516.

16. Pereunte re, ſupra quam eſt cenſus *t*, perit cenſus, & diminuto ejus pretio, minuitur; ſi tamen ſufficiat ad ſolutionem integer cenſus debetur.

*t* P. Mena. in manuſcrip.

---

# DISPVT. IX. SECT. VNICA.
## RESOLUTIONES IV.
### CENSVRA.

*Cenſura quid ſit, & quotuplex.*

1. CEnſura *a* eſt pœna ſpiritualis, & medicinalis privans uſu ſpiritualium bonorum Eccleſiaſticam poteſtatem, ita impenſa ut per eamdem ordinariè abſolvi poſſit.

*a* Suar. de cenſ. diſp. 1, ſec. 2, num. 5.

2. Tres tantum ſunt Eccleſiaſticæ cenſuræ. Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.

3. Irregularitas etiam quæ provenit ex delicto non eſt cenſura, nec poteſt abſolvi per Bullam Cruciatæ. Contrariam opinionem *b* defendunt viri docti, eaque uti licebit in gravi neceſſitate, cùm non eſt facilis recurſus ad ſuperiorem.

*b* Soto Medina Aragon. Bannez & tres alii videndi apud Villal. to. 1, tr. 16. diff. 2.

4. De fide eſt poteſtatem eſſe in Eccleſia inſtituendi cenſuras: quæ poteſtas licet ſit de jure divino, ipſa tamen inſtitutio eſt de jure humano.

SECTIO

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## DE EO QVI POTEST INSTITVERE, & imponere cenſuras.

1. POteſtas inſtituendi cenſuras *a* eſt tantùm in ſummo Pontifice, & in concilio generali, non autem in Epiſcopis.

2. Nullum delictum, licet ſit hæreſis, annexam *b* habet cenſuram jure divino.

3. Papa *c* poteſt diſpenſare, ut aliquis communicet in ſacris cum excommunicato; quia hæc prohibitio non eſt immediatè à jure divino.

4. Cenſura alia eſt à jure, alia eſt ab homine; effectus tamen ejus ſemper eſt à jure, ideoque ubique obligat.

5. Omnes qui in foro exteriori habent Eccleſiaſticam juriſdictionem, habent poteſtatem imponendi cenſuras, Parochi autem non poſſunt *d*, niſi ſit conſuetudo.

6. Qui habet poteſtatem ordinariam, poteſt *e* illam delegare; ſecùs verò ſi habeat delegatam.

7. Mulier non eſt *f* capax hujus juriſdictionis; ſed hæc incapacitas non eſt à jure divino. Unde poſſet Papa de potentia abſoluta hanc juriſdictionem mulieri concedere, licet hoc nullus fecerit.

8. Epiſcopus non *g* poteſt excommunicare familiares religioſorum mendicantium, nec eis ponere interdictum, dum ſunt in ipſorum obſequio, & ſi faciat ſine ſpeciali mandato ſummi Pontificis, invalidè faciet ex privil. Alexand. IV.

9. Si Epiſcopus eſſet excommunicatus, & denuntiatus, vel eſſet notorius clerici percuſſor, vicarius ejus *h* invalidè cenſuras poneret.

10. Qui ponit cenſuras non *i* incurrit eas, non poteſt tamen communicare cum excommunicato à ſeipſo in prohibitis à jure.

11. Concilium, vel Capitulum *l* poteſt ponere cenſuras adverſus aliquem capitularem.

*a* c. Corripiantur 24. q. 3.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Suar. de cenſu. diſp. 18. ſec. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Navar. de ſent. excom.
*g* Henriq. to. Lib. 7. de Indul. cap. 24.
*h* c. 1. de offic. vicar. in 6.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.

# SECTIO III.

## DE CONDITIONIBVS REQVISITIS ex parte imponentis cenſuras.

1. IN ſtatuendis cenſuris *a* requiritur intentio: nec præſumendum eſt quòd non habuerit ſi verbis conſtat, licet invitus ponat, valet; ſecus verò abſolutio.

*a* c. Cum voluntate de ſent. excom.

2. Ju-



2. Judex prohibitus cenſuras ponere, ſi habet juriſdictionem, & ponit, valent. Imponendæ autem ſunt per aliquem actum *b* literis, vel ſaltem verbis expreſſum. Et cenſura debet eſſe determinata, & contra determinatam perſonam.

3. Secundùm diſpoſitionem juris non ſunt infligendæ *c* cenſuræ niſi in ſcriptis. Leo autem X. conceſſit, quod Prælati ordinis Minorum regularis obſervantiæ, cùm aliquem fratrem propter Apoſtaſiam, vel aliam cauſam excommunicant in Capitulo fratrum, aut in communitate, non tenentur proferre ſententiam in ſcriptis, prout in jure ſub pœna ſuſpenſionis præcipitur proferentibus.

4. Cenſura inflicta ſine ſcriptis eſt *d* valida; Prælatus verò cenſuram per modum ſtatuti infligens ſine ſcriptis, pœnam à jure impoſitam *e* incurrit.

5. Cenſuræ cauſa in ſcriptura *f* exponenda eſt, ejuſque totale tranſcriptum à judice intra unum menſem exhibendum eſt reo petenti. Quæ ſi judex non obſervet, ab ingreſſu Eccleſiæ, & divinis officiis per menſem ſuſpenditur.

*b* Suarez ubi ſup. & ex c. 1. de ſen. excom.
*c* Ex d. c. 1. de ſent. excom.
*d* Ex ſupradicto c. 1. de ſen. excom.
*e* Villal. ubi ſup.
*f* Ex ſupr. dic. c. 1.

# SECTIO IV.

## AN MONITIO DEBEAT PRAECEDERE cenſuram, & ob quam cauſam imponenda eſt?

1. IN cenſura à jure neceſſarium *a* non eſt, quòd præcedat monitio, neque in ea, quæ eſt ab homine, ſi infligitur ob delictum futurum: nec quando infligitur in pœnam.

2. Monitio debet *b* eſſe trina, vel una pro trina, & perſonalis, niſi perſona malitioſè abſcondatur; tunc enim ſufficit in domo ejus notificationem fieri.

3. Cenſura non debet infligi ob proprium peccatum; *c* interdictum verò imponi poteſt ob [illegible] peccatum, quod aliquo modo ſit proprium.

4. Non *d* poteſt cenſura infligi niſi ob actum purè interiorem, & cùm ponitur ob actum conſummatum, non incurritur ob non conſummatum; quia non debet extendi ad id, quod in ea non declaratur. Nec *e* infligenda eſt niſi propter peccatum mortale & in ſuo genere grave, dummodo cenſura gravis ſit.

5. Qui à mortali excuſatur, excuſatur à cenſura, & cùm Prælatus aliquid præcipit ſub ſententia excommunicationis, licet non ſit latæ ſententiæ, obligat ſub *f* mortali.

6. Excommunicatio minor incurritur ob veniale; major

*a* Comm. DD.
*b* c. Sacr. de ſent. excom.
*c* c. Si ſententia de ſent. excom.
*d* Comm. DD.
*e* Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3.
*f* Suar. de cenſu.

non

non poteſt imponi niſi ob contumaciam, & niſi imponatur in pœnam, quod poteſt ſolus Papa.

7. Quoad forum conſcientiæ, reo correcto, ejuſque contumaciâ ceſſante, non ceſſant cenſuræ *g*.

---

# SECTIO V.

## *Quando ſit nulla vel injuſta, & de illius effectu?*

1. QUando cenſura eſt nulla timenda non eſt; ſi verò eſt valida, quamvis injuſta, *a* timenda eſt.

2. Cum lex aut mandatum ſuperioris non obligat, nec cenſura *b* ſub qua præcipitur. Quod contingit cum infligitur à non habente juriſdictionem, vel ab habente ſuſpenſam; vel deeſt aliquid ſubſtantiale juris: ut ſi quis excommunicetur nullâ monitione præcedente, vel ſine cauſa.

3. Si nullitas non eſt notoria, cenſura in publico ſervãda eſt.

4. Si nullitas eſt in opinione, tenetur ſubditus ſequi ſuperioris opinionem.

---

# SECTIO VI.

## *An metus, & ignorantia excuſent à cenſura: & an ejus effectus ſuſpendatur per appellationem?*

1. MEtus gravis excuſat à cenſura; & qui ob metum gravem aliquod peccatum committit, licet à peccato non excuſetur, non *a* incurrit cenſuram.

2. Metus infamiæ, & ſcandali *b* excuſat à cenſura clericum celebrantem excommunicatum.

3. Qui peccat contra jus naturale, & divinum, cui annexa eſt cenſura, ſi ignorat eam invincibiliter, non *c* incurrit in illam.

4. Qui occidit hominem, quem ignorabat eſſe clericum, quem etiam ſi ſciret eſſe clericum occideret, non *d* incurrit excommunicationem. Si tamen Petrus vellet occidere Joannem, occidit Franciſcum ſciens eſſe clericum non excuſatur à cenſura.

5. Qui ignorat peccatum vincibiliter, *e* cenſuram autem invincibiliter, non incurrit in illam.

6. Ignorantia, quæ excuſat à peccato mortali, licèt non à veniali, *f* excuſat à cenſura.

7. Eum, qui non obedivit intra terminum præfixum, poſtea

*Margin notes:* diſp. 18. ſect. 3. — *g* In decr. Alexand. VII. anno 1666. 18. mart. — *a* c. 111. q. 5. — *b* Comm. DD. — *c* Comm. DD. — *d* Suarez de cenſu. diſp. 4. ſect. 9. n. 6 — *a* Comm. DD. — *b* Suar. diſput. 6, ſec. 5, n. 14. — *c* Idem diſp. 4. ſec. 8, num. 6. — *d* Vaſq. 1. 2. diſp. 1. 36. n. 4. — *e* Suar. diſ. 4, ſec. 10. — *f* Sanch. de Matr. lib. 2, diſp. 32. num. 37.



ſtea tamen pœnituit de contumacia, ſi contra eum proferatur cenſura, illam incurrere alii negant, alii probabilius *g* affirmant. Vide hoc verbo *Cenſura* ſect. 4. n. 7. pag. 78.

8. Cùm cenſura infligitur contra eum, qui ſcienter, & temerariè aliquid fecerit, non ligat *h* eum, qui fecit ex ignorantia etiã craſſa, niſi temeritas fuerit ex magna affectatione.

9. Cenſura non *i* ſuſpenditur per appellationem, ſed quæ infligitur poſt legitimam appellationem eſt *l* nulla, & qui appellavit legitime, ſi excommunicatus poſt appellationem celebravit, non fit irregularis, quamvis vincatur in lite.

10. Excommunicatio novo *m* jure poteſt eſſe à futuro dependens: ut in ſimoniacè vendente rem ſpiritualem, qui in excommunicationem incurrit cùm redditur pretium.

---

# SECTIO VII.

## *De Cenſuræ ſubjecto: & an poſſit aliquis duplici ligari cenſura?*

1. SUbjectum cenſuræ capax ſolùm eſt homo vivus, non defunctus *a*: quem abſolvere nihil aliud eſt, quàm concedere vivis facultatem, ut eum ſepeliant in loco ſacro, & orent pro eo. Debet etiam eſſe baptizatus, & uſum rationis habere.

2. Ut quis juris cenſuram incurrat, ſufficit quòd ſit doli *b* capax. Hominis autem cenſuram non *c* incurrit, niſi qui nubiles annos attigerit.

3. Qui cenſuræ cauſam dedit mentis compos, & poſtea inſanus factus eſt *d* poteſt excommunicari. Si autem amentia fuerit perpetua, abſolvendus eſt etiam ab ea, quam inſanus incurrit.

4. Ut cenſura liget *e*, debet eſſe contra determinatas perſonas. Cõmunitas poteſt interdici, non autem excommunicari.

5. Summus Pontifex nullâ cenſurâ poteſt ligari; quia nullum *f* habet in terra ſuperiorem. Epiſcopi autem, niſi illorum fiat ſpecialis mentio, non tenentur ſuſpenſione, nec interdicto generali; juris autem generalibus excommunicationibus obligantur *h*.

6. Unus homo poteſt ligari pluribus cenſuris, & abſolvi ab una & non *i* ab aliis, quæ toties multiplicantur, quoties peccatum committitur, cui annexa eſt cenſura; non verò cùm multiplicantur actiones, & ſolùm eſt unum peccatum.

7. Qui occidit plures clericos uno actu, an plures excommuni-

*Margin notes:* *g* Suar. ubi ſup. n. 8 — *h* Sanchez ubi ſup. lib. 8 diſp. 32. n. 16. — *i* c. Paſtoralis. pa. ra. verum de appell. — *l* c. per tuas de ſent. excom. — *m* Extrau. 2. de ſimon. — *a* Comm. DD. — *b* Dic. c. 1. & ult. & ibi gloſ. v. *Pueris.* — *c* Comm. DD. — *d* Villal. tom. 1, tr. 16. diſp. 4. — *e* c. Roman. par. in univerſit. de ſen. excom. — *f* c. cuncta per mundam 3. q. 3. — *g* 2. quia periculo tum de ſent. excom. in 6. — *h* Comm. DD. — *i* c. cum pro cauſa de ſent. excom.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

municationes incurrat alii negant, alii probabilius *l* affirmant; idemque dicendum de eo, qui facit unum actum cum pluribus circumſtantiis, quibus annexæ ſunt plures excommunicationes.

*l* Vide P. Suar. de cenſu. diſ. 5, ſec. 3, n. 8.

8. Qui occidit religioſum ſacerdotem duas excommunicationes incurrit, *m* unam, quia occidit religioſum; aliam, quia ſacerdotem.

*m* Idem ubi ſup. num. 11.

9. Ut quis incurrat in cenſuram, debet *n* eſſe ſubditus imponentis illam, vel habere domicilium in ejus territorio, vel in eo deliquiſſe.

*n* Comm. DD.

10. Ubicumque fuerit excommunicatus denuntiatus, vitandus eſt; & qui excommunicationem inflixit, *o* poteſt monere etiam non ſubditos, ne cum eo communicent, & ni paruerint, excommunicare.

*o* Suar. de cenſ. diſp. 5, ſec. 4, n. 2.

11. Epiſcopi ſtatuta non *p* obligant ſubditos, qui ſunt extra ipſius territorium.

*p* c. ut animi de conſt. in 6.

12. Si peccatum incipit in territorio alicujus Epiſcopi, & extra illud conſummatum fuit, *q* ligat cenſura.

*q* Comm. DD.

13. Eum, qui in alieno territorio peccatum commiſit, cui annexa erat cenſura, in illam incurrere, alii ajunt, alii *r* negant probabilius.

*r* Villalob. ubi ſup.

14. Cenſura poſita per modum ſententiæ *ſ* ligat ſubditum exiſtentē extra territorium; ſecùs vero ſi ſit per modū ſtatuti.

*ſ* Auil. de cenſ. 2, p. c. 3, dub. 11.

## SECTIO *VIII.*

### *De modo tollendi Cenſuras.*

1. NOn tollitur *a* cenſura per mortem infligentis, nec per mortem cenſurâ ligati, nec per ſolam pœnitentiam; ſed per legitimam abſolutionem.

*a* c. Paſtoralis de off. ordin.

2. Rector, qui excommunicatus fuit, quia debitum non ſolvit, non *b* liberatur finito officio, immò ſucceſſor niſi intra menſem ſatisfaciat, eidem ligatur cenſurâ.

*b* c. Adverſ. de excom.

3. Si ſuſpendatur, & interdicatur quis donec reſtituat, facta reſtitutione liberatur. Si autem eodem tenore excommunicetur, dubia res eſt inter DD. utrumque probabile; ſed in practica ſecurius eſt, ut abſolvatur.

## SECTIO IX.

### *De eo, qui abſolvit.*

1. DE jure *a* communi, & ordinario, qui ligavit, debet abſolvere

*a* c. Inferior. 21, &



ſolvere, vel ejus ſucceſſor, ſi officium finivit, vel ſuperior ejus, qui poſuit cenſuram, vel qui ab eo habet juriſdictionem delegatam.

dicto c. Paſtoralis.

2. Epiſcopus, & proprius Parochus poſſunt abſolvere à cenſura juris non reſervata. Parocho autem multi DD. hanc facultatem negant *b*.

*b* Vide Villal. ubi ſup. n. 8.

3. In mortis articulo *c* quilibet Sacerdos poteſt ab omni cenſura abſolvere.

*c* Trid. ſeſ. 14, c. 7.

4. Religioſi noſtræ ſocietatis, & quibus communicantur noſtra privilegia *d*, poſſunt abſolvere quoſcumque Chriſti fideles ab omnibus caſibus reſervatis, etiam contentis in Bulla Cœnæ, & à cenſuris omnibus illis annexis, excepta hæreſi. Idem poteſt quilibet ſacerdos approbatus ab ordinario per Bullam Cruciatæ.

*d* Ex Bulla Pauli III. videnda in noſtro comp.

5. Quando Papa concedit facultatem abſolvendi à cenſuris ſibi reſervatis, cenſetur *e* concedere reſervatas Epiſcopis.

*e* Comm. DD.

6. Qui confeſſus eſt cum habente juriſdictionem abſolvendi generaliter à cenſuris *f*, manet abſolutus etiam ab oblitis, nec indiget novâ abſolutione, ſi poſtea recordetur: ſecùs verò in peccatis reſervatis, quæ licèt non maneant reſervata, confitenda tamen ſunt, ſi in memoriam venerint.

*f* Comm. DD.

7. Conceſſio abſolutionis à cenſuris per Bullam, vel Jubileum *g*, intelligenda eſt in foro interiori tantum, niſi aliud exprimatur.

*g* Navar. c. 27, n. 278.

8. Cùm dicitur, quòd abſolutio impendatur ſatisfactâ parte, ſi ad id non eſt obligatus, vel obligatio eſt dubia, poteſt abſolvi parte non ſatisfactâ. Si verò obligatus eſt, & poteſt, non eſt abſolvendus donec ſatisfaciat, vel cautionem præſtet, vel pignus *h* tribuat, ſi pars ſit abſens.

*h* P. Suar. ubi ſup. num. 40.

9. Si obligatus eſt, & non habeat unde ſolvat, abſolvendus eſt ad *i* reincidentiam.

*i* c. eos qui de ſent. excom. in 6.

10. In mortis articulo quilibet ſacerdos poteſt abſolvere ab omnibus cenſuris, (ſi vero ſuperior fuerit præſens ſecurius erit ad illum recurrere) ab alio autem hæc abſolutio eſt ad reincidentiam, ſi convaluerit, & non debet fieri niſi ſatisfactâ parte, vel præſtitâ cautione, ſi per tempus licebit. Et poſt convaleſcentiam ſi fuerit articulus præſumptus, debet comparere coram ſuperiore; quod ni fecerit in cenſuras *l* reincidet.

*l* c. eos qui de ſent. excom.

11. Si autem articulus mortis fuit verus, & abſolvi non potuit; dedit tamen ſigna contritionis, poſt mortem abſolvendus *m* eſt à judice, cui reſervata erat cenſura.

*m* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO X.

## *De Abſolutione metu vel fraude extortâ.*

1. ABſolutio metu gravi, vel fraude extorta, eſt invalida, & taliter abſolutus excommunicationem incurrit *a*.

2. Abſolutio empta pecuniâ eſt injuſta, & ſimoniaca; *b* ſed valida.

3. Abſolutio cenſuræ data ſub cõditione de præſenti, vel de præterito jam adimpleta eſt valida. Quæ autem datur ſub conditione de futuro in caſu gravis neceſſitatis *c* valida erit, & licita.

4. Nemo *d* poteſt abſolvi virtute Bullæ ad reincidentiam, nec papa hoc poteſt confeſſori concedere, poteſt autem judicij & ab eo terminum aſſignatum prorogare. In quo caſu ſunt DD. qui dicant tranſacto termino, reum non reincidere in cenſuram, niſi à judice novâ cenſurâ ligetur.

5. Eum qui tranſacto termino non potuit ſatisfacere, in cenſuram reincidere alii ajunt, alii probabilius *e* negant.

*a* unic. de his quæ vi.
*b* c. Ad aures de ſimonia.
*c* Suar. de cent. diſp. 7, ſect. 8. n. 7.
*d* Comm. DD.
*e* Villal. tr. 16, dif. 23.

# SECTIO XI.

## *DE FORMA ABSOLUTIONIS A Cenſura.*

1. ABſolutio à cenſura *a* valet ſub quacunque forma ſignificetur, & uno verbo poteſt quis à multis cenſuris abſolvi.

2. Abſolutio *b* petenda eſt à pœnitente, ſi autem non petatur, eſt tamen valida.

3. Reliquæ ceremoniæ ſi commodè ſervari non poſſunt, poſſunt *c* ſine peccato prætermitti. Si autem publica fuit cenſu

*a* Suar. de cent. diſ. 7, ſect. 9.
*b* c. per tuas de ſentent. excom.
*c* Suar. ubi ſup. diſp. 19, ſect. 2.



publica debet eſſe abſolutio, & aliqua injungi medicinalis pœnitentia.

# DISP. X. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *De ceſſatione à Divinis, & eius effectibus.*

1. CEſſatio à Divinis *a* eſt quædam omnimoda deſiſtentia à Divinis officiis, & ab adminiſtratione quorundam ſacramentorum in locum decreta.

2. Non eſt *b* propriè cenſura, unde non eſt interdictum; præſupponit autem illud, & ideo manent cum ea illius effectus.

3. Tempore ceſſationis non *c* licet recitare publicè officia Divina; cum ſocio autem recitare non eſt *d* prohibitum.

4. Audire Miſſam, & officia divina non licet. Suſpenditur autem ceſſatio in aliquibus ſolemnioribus feſtivitatibus, quæ videri poterunt *in c. alma mater.*

5. Cymbalis ſignum dare ad Miſſam, vel ad divina officia non licet. Ad recitandas Angelicas ſalutationes, & ad audiendam concionem non eſt *e* prohibitum; ſervanda tamen loci conſuetudo.

6. Prohibetur uſus ſacramentorum præter Baptiſmum, Catheciſmum, Confirmationem, & Pœnitentiam. Euchariſtia autem per modum viatici poteſt *f* ſolemniter portari ad infirmos, & ad hoc cymbalis ſignum dari: & ſi non fuerit hoſtiâ conſecrata ad hoc, clauſis januis cum uno acolytho Miſſa celebrari.

7. Singulis hebdomadis *g* licet Miſſam dicere ad renovandam Euchariſtiam.

8. Extra infirmitatem non licet *h* Euchariſtiam ſumere Neque Ordo, neque Extrema unctio poſſunt miniſtrari. Matrimonium verò ſine benedictionibus poteſt celebrari.

*a* Navar. in ſum c. 27, n. 158.
*b* Suarez ubi ſup.
*c* c. non eſt vobis deſp.
*d* Suarez ubi ſup.
*e* Henriq. n. 53, n. 8.
*f* Villal. to. 1, tr. 10 dif. 1.
*g* c. permittimus de ſent. excom.
*h* Commu. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## *DE EO, QVI POTEST CESSATIONEM ponere.*

1. OMnis, qui poteſtatem habet ad ponendum interdictum *a*, poteſt ponere Ceſſationem à Divinis.

*a* Comm. DD.

2. Qui dedit cauſam ponendæ ceſſationi, debet ſolvere omnia ſtipendia amiſſa ratione Ceſſationis. Ponenda verò eſt non ut pœna, ſed propter contumaciam. *b*

*b* Comm. DD.

3. Qui Ceſſationem non ſervat, peccat mortaliter: & cum eſt generalis, religioſi eam non ſervantes *c* ſunt ipſo facto excommunicati. Reliqui autem nullam pœnam incurrunt; & clericus, qui tempore ceſſationis poſitæ poſt interdictum, ſi clauſis januis Miſſam non ſolemnem diceret, non incurreret irregularitatem, peccaret tamen mortaliter.

*c* Clem. 1. de ſent. excom.

# SECTIO III.

## *De eo, qui poteſt ceſſationem à Divinis tollere.*

1. QUi Ceſſationem poſuit, *a* poteſt illam relaxare, vel in totum, vel in partem Si autem poſita fuit uſque ad determinatum tempus, finito termino ſine nova relaxatione finitur.

*a* Comm. DD.

2. Non *b* ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem, benè autem per antecedentem.

*b* Comm. DD.

3. Poſſe autem ſecundùm partem ſuſpendi ab eo qui poſuit, alii *c* negant, alii probabilius *d* affirmant.

*c* P. Avil. de cenſu.
*d* P. Suar. de cenſ. diſp. 39. ſec 4. n. 1.

4. Privilegia Ordinum mendicantium pro tempore interdicti, vel Ceſſationis à divinis non *e* ſunt revocata per Concilium Tridentinum, nec per Bullam Cruciatæ ſuſpenſa, quominus religioſi poſſint ſuſpendere in aliquibus ſolemnitatibus.

*e* Idem ubi ſup.

5, Inter-



5. Interdictum & Ceſſationem, quam tenet Cathedralis, *f* tenentur ſervare religioſorum conventus, etiam à civitate mediâ leuca diſtantes.

*f* Comm. DD.

6. Si interdictum ponitur non populo, ſed ſoli monaſterio, non *g* tenentur religioſi illud ſervare, niſi eis alimenta præſtentur, vel ipſi cauſam interdicto dederint.

*g* Ex conceſſ. Leonis X.

7. Religioſi mendicantes ex conceſſione Leonis X. tempore Interdicti, & Ceſſationis à divinis tam profeſſi, quam novitij converſi, & donati *h* poſſunt celebrare & recipere ſacramenta, & recitare in choro, & extra officium divinum clauſis januis, & ſubmiſſa voce, ut habetur in c. *Alma mater*; ſed non poſſunt clericos ad celebrandum admittere. Prædicta tamen omnia non ſolum *i* poſſunt in generali interdicto, ſed etiam in ſpeciali ex concesſione Julii 2.

*h* Ex conceſſ. ejuſdem.
*i* Refertur in compend verb *Interd.*

8. Proceſſiones facere, litanias, & hymnos dicere intra clauſtra *l* licet.

*l* Ibidem.

# SECTIO IV.

## *De Privilegiis Mendicantibus conceſſis quoad ſæculares.*

1. PRivilegia, quæ habent religioſi Mendicantes quoad ſæculares tempore Interdicti, & Ceſſationis à divinis non ſunt *a* revocata per Bullam.

*a* Villal. ubi ſup.

2. Tercerones, Beatæ, familiares tam viri, quam fœminæ, ſyndici, Oeconomi, Advocati, Procuratores, & alii qui inſerviunt monaſteriis virorum, ac mulierum *b* poſſunt admitti ad officia divina, & ſacramenta, & ſepeliri in illorum eccleſiis cum moderata pompa, niſi ipſi dederint cauſam interdicto, vel ſint excommunicati.

*b* Comp. verb. *Interdict.*

3. Hoc privilegium *c* habent Patres Minimi, quoad omnes, qui ipſorum habitu utuntur, & Patres Carmelitæ quoad ſuos Confratres, qui afferunt parvum ſcapulare, & Patres ſanctiſſimæ Trinitatis, quoad Confratres, qui ipſorum ſcapulari utuntur. Qui autem chordam D Franciſci, vel chartam confraternitatis habent, non gaudent hoc privilegio.

*c* Ex conceſſ. Leon. X. & Iulii III vide cõp verb. *Interdict.* parag. 25. & verb. *Familiaris.*

4. Ex privilegio *d* conceſſo Patribus S. Benedicti, ipſi

*d* Refertur in comp. verb. & *Interdict.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& qui ipſorum privilegia communicant, poſſunt eligere ſex perſonas tam viros, quam fœminas, quæ ad prædicta omnia, quibus ipſi religioſi gaudent, admittatur. Et ex alia conceſſione Nicolai Franciæ Legati à latere hæ perſonæ eligendæ poſſunt eſſe quindecim ſingulis diebus. Hoc etiam privilegio gaudent Abbatiſſa, & Prioriſſæ in ſuis monaſteriis.

5. Secularibus, qui ægrotant in domibus religioſorum mendicantium, poteſt miniſtrari ſacramentum extremæ unctionis cum licentia Parochi ipſorum. Reliqua privilegia, quoad ſæculares, videri poſſunt *c* in P. Emanu. Roder. *to.* 2. *qq. reg. q.* 114. *art.* 1.

6. Societas noſtra non habet feſta aſſignata, in quibus ſuſpendatur Interdictum; admonendus eſſet noſter generalis ut aſſignaret ſolemnitates, & nobis communicaret prædicta privilegia.

---

# DISPVTATIVNCVLA INTERIACENS

## *DE CESSIONE bonorum.*

*a* Comm. DD. 1. Excuſat *a* à reſtitutione in foro exteriori; in interiori autem, ſi devenit ad pinguiorem fortunam non excuſatur, qui bonis ceſſit.

DISP.



---

# DISPVT. XI. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *CHARITAS.*

### *De Charitatis definitione, & quando obliget eius præceptum.*

1. CHaritas eſt virtus ſupernaturalis, quæ facit nos Dei *a* amicos. *a* Ioan. 15.

2. Non eſſe realiter diſtinctam à gratia dicunt aliqui DD.

3. Hac virtute *b* amamus Deum, nosmetipſos, animam, & corpus, & proximos propter Deum. *b* D. Thom 2. 2. q. 25. art. 1.

4. De fide eſt eſſe præceptum diligendi Deum ſuper omnia appretiative, & propter ipſum; in hac autem vita *c* perfecte non adimpletur. Eſt præceptum affirmativum, & includit aliud negativum; quantum ad affirmativum, non habet determinatum tempus. *c* Aug. in lib. de perf. juſt.

5. Non *d* obligat in primo inſtanti uſus rationis, nec in gravi tentatione, niſi fuerit odii Dei. Obligat verò cùm quis tenetur juſtificari, & copiam confeſſoris non habet. *d* Suar. t. 4 ſec. 4. n. 14

6. Qui ſemper vivere deſideraret in hac vita, mortaliter *e* peccaret. *e* Azor. 1. p. lib 9. c. 4 q. 2.

7. Præceptum diligendi Deum ſuper omnia ſufficienter adimplet, qui nullum ejus frangit præceptum, ſed conſultius, utilius, ac ſuavius erit totis viribus conari nullum inſtans ſine ferventiſſimo charitatis actu prætermittere.

---

# *SECTIO II.*

### *Quomodo meritum procedat ex bonis Operibus in Charitate factis?*

1. DE fide eſt noſtris bonis operibus nos *a* poſſe mereri apud Deum. Hoc autem meritum non eſt ex rigore juſtitiæ, licet abſolute ſic nominetur. *a* Trid. ſeſ. 6, c. 16. & can. 32.

 2. Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Ad meritum de condigno apud Deum neceſſarius eſt ſtatus gratiæ, non verò ad meritum de congruo, ad quod juvant opera bona facta in peccato *b*.

*b* Comm. DD.

3. Ad utrumque meritum neceſſaria eſt *c* libertas, ſed ſufficit ſemiplena; dummodo referatur ad Deum tanquam in finem ultimum.

*c* Eſt de fide.

4. Relatio operis ad Deum vel *d* eſt actualis, vel virtualis, ac habitualis. Actualis eſt cùm actu refertur. Virtualis, cùm durat aliquis effectus actualis intentionis ſeu relationis in quo dicitur ipſa durare, ut in eo qui ponit hoſtiam in calice ad conſecrandum, & cùm actu conſecrat, non recordatur relationis actualis illius, ſeu intentionis, quæ virtualiter manet in hoſtia poſita. Habitualis dicitur ejus, qui eſt in gratia, ratione cujus omnia, quæ habet, relata ſunt ad Deum.

*d* Vide Thom. 1.2 ubi ſup.

5. Habitualem relationem ſufficere ad meritum ſunt qui affirant; probabilius autem videtur neceſſariam eſſe ſaltem virtualem; conſultius autem quàm frequenter opera noſtra ad Deum actualiter referre.

6. Meritum ſic *e* definiendum: Opus bonum liberum in obſequium Dei amici, cui de juſtitia debetur præmium.

*e* Comm. DD.

# SECTIO III.

## *QVAE POSSINT PER MERITVM acquiri: & de præcepto diligendi proximum.*

1. OPus bonum hominis grati relatum in Dei obſequium *a* meretur gratiam & gloriam. Gratiam autem primam, remiſſionem peccatorum & pœnæ æternæ nemo meretur de condigno, ſed tantùm de congruo.

*a* Trid. ſeſ. 6. c. 16. & can. 32.

2. Chriſtus *b* meruit nobis de condigno primam gratiam; nullus autem poteſt alteri illam mereri de condigno, ſed tantùm de congruo.

*b* Trid. ſeſ. 6. c. 1.

3. Nequit juſtus mereri ſibi de condigno reparationem ſui lapſus; de congruo autem probabilius eſt quòd poſſit.

4. Perſeverantiam uſque in vitæ finem non poteſt quis mereri de condigno, *c* poteſt autem de congruo.

*c* Comm. DD.

5. Eſt



5. Eſt præceptum de diligendo proximum, quod nos obligat ei ſubvenire non ſolùm in extrema, ſed in gravi neceſſitate, cùm poſſimus ſine magno diſpendio noſtro.

*d* Navar. in ſum. c. 14. n. 11.

6. Non ſolùm amici, ſed inimici diligendi ſunt ex præcepto divino; Licet *e* tamen optare eis malum temporale propter bonum æternum; & ſi inimicus eſt vir potens, & aliter non potes evadere mortis periculum, vel rei familiaris grave diſpendium, potes ei mortem optare; non tamen procurare, niſi cùm ipſe te conatur occidere.

*e* Comm. DD.

7. Non *f* teneris ſpecialia amoris ſigna ei præbere, communia autem non licet negare.

*f* Comm. DD.

8. Culpam *g* teneris remittere, non tamen ſatisfactionem debitam, præcipuè ſi ſis pater, ſuperior, aut judex.

*g* Comm. DD.

9. Deus diligendus *h* eſt ſuper omnia appretiativè, non verò intenſivè ex neceſſitate præcepti.

*h* Comm. DD.

10. Amor benè *i* ordinatus incipit à ſeipſo; debet tamē bonum alienum ſpirituale anteponi bono proprio temporali, etiam vitæ. Et bonum univerſale reipublicæ præferendum eſt bono proprio particulari. Et unicuique mandavit Deus de proximo ſuo in eo, quo poteſt in bono ſpirituali juvare.

*i* Vide P. Sa verb. Charitas.

11. Ut quis teneatur alienæ ſaluti opē ferre, cum vitæ ſuæ periculo, debet ſalus alteri eſſe phyſicè *l* impoſſibilis, niſi ego ſuccurram; aliud tamen eſt in his, qui ex officio obligantur.

12. Non teneris cum diſcrimine vitæ propriæ adire, & abſolvere illum, qui in articulo mortis putat ſe contritionem non habere ſufficientem, & ideo petit confeſſarium; niſi fortè ille tam rudis eſſet, ut modum ſe excitandi ad contritionem omnino ignoraret.

*l* Vide Dian. in ſum. verb. Præceptum nu. 9

13. Homo tenetur vitæ ſuæ tempore elicere actum fidei, ſpei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium *m*.

*m* In decr. Alexandri VII. an. 1665. 24 Sept.

# DISP. XII. SECT. VNIC. RESOLUT. VARIÆ.

## *QVID SIT CIRCVMSTANTIA, & quando aperienda in confeſſione?*

1. CIrcumſtantia *a* eſt accidens actionis humanæ, quæ in genere moris illum variat, vel efficiendo actum deteriorem, vel minuendo ejus malitiam.

*a* D. Th. 1. 2. q. 7. ar. 1

2. Circumſtantiæ aliæ *b* mutant ſpeciem, aliæ non; ut autem mutent ſpeciē, debent eſſe voluntariæ; res in eſſe morali poſſunt eſſe ſimul in multis ſpeciebus.

*b* Comm. DD.

3. Cir-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Circumſtantiæ communes omnibus peccatis non mutant *c* ſpeciem, nec ſunt in confeſſione aperiendæ.

4. Circumſtantia eſt ſextuplex ſcilicet: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

5. Circumſtantia omnes, quæ mutant ſpeciem, & quæ de peccato veniali faciunt mortale *d*, aperiendæ ſunt in confeſſione, etiam ſi ſint actuum interiorum. Mutant ſpeciem cùm habent diverſæ ſpeciei objecta in genere moris. Et qui talium circumſtantiarum oblitus fuit in confeſſione, tenetur poſtea confiteri cum in memoriam venerint.

6. An ſponſa de futuro, ſi fornicetur cum alio præter ſponſum, teneatur circumſtantiam deſponſationis fateri, dubium eſt inter DD. utrumque probabile; ſed *e* videtur probabilius tantum eſſe circumſtantiam aggravantem.

7. Eum, qui rem habuit cum novitia teneri hanc circumſtãtiam aperire, alii ajunt, alii *f* negant. Idem de circumſtantia Epiſcopatus, Generalatus, ſacrorum ordinum in effuſione ſanguinis: & viri, qui prima vice virginitatem amiſit, & fœminæ, quæ cum ſponſo primo fornicata eſt, & Confeſſarii qui carnaliter pœnitentem cognovit *g*. Qui autem habuit copulam cum ſoluta, non ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens: commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam *.

8. Religionis profeſſus, qui fecit votum de ſe non polluendo, ſi ſe polluat, non facit niſi unum peccatum; nec *h* tenetur utrumque votum exprimere.

9. Qui ter cum tribus fœminis fornicatus eſt, ſi fateatur ſe ſic fornicatum fuiſſe, & qui mille aureos furatus fuit, ſi dicat ſe rem notabilem ſurripuiſſe ad amplius *i* non tenetur. De furto verò dubium eſt inter DD. utrumque probabile.

10. Unico actu voluntatis volentem plures occidere, vel plures mulieres cognoſcere, unicum peccatum committere alii ajunt, alii negant, dicentes non unicum ſed plura. Hæc ſententia videtur probabilior: & ſi objecta fuerint diſtincta ſpecie, erunt ſpecie diſtincta peccata, v.g. ſi unico actu concupiverit ſolutam, & conjugatam.

11. Copulam inter conjugatos habitam in loco ſacro, ſi ibi maneant ultra quatuor, vel quinque dies, non eſſe peccatum mortale alii ajunt, *l* alii negant. Alii abſolutè dicunt, occultè habitam nullum eſſe peccatum, ſive parum ſive multùm ibi maneant. Quod putat probabile P. Vaſquez *to. 1. in 2. p. diſp. 98. cap. 3.* Sed adverte nomine loci ſacri non *m* intelligi oratorium, etiam ſi Miſſa in eo celebrata fuerit, nec porta Eccleſiæ à parte extrema, nec cellæ religioſorum, nec ſacriſtia Eccleſiæ. Unde talis circumſtantia non eſt aperienda.

*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* Vill. to. 1. tr. 9. dif. 16
*f* Vide Dian. to. 1. tr. 7. reſ. 7.
*g* Facun. apud Dian
* In decr. Alexand. VII an. 1665. 24. Sept.
*h* Vide Dian. to. 1 tr. 7. reſ. 13 & 14
*i* Suar in 3. p. to. 4. diſp. 22 ſect.
*l* Vide Leſſ. l. 4. c. 3. dub. 12 nu. 56
*m* Facun. præc. 1. lib. 4. c. 4. nu. 34.



12. Clerici, qui ludum taxillorum, vel chartarum frequentant, & cum fraude notabilem quantitatem lucrantur, tenentur *n* fateri illam fraudem feciſſe in ludo taxillorum, vel chartarum; quia talem ludum frequentando peccant mortaliter.

13. Judex etſi ex officio habeat cuſtodire urbem, ne alii furentur, non *o* tenetur fateri, quòd ſit judex, ſi furatus eſt.

14. Raptûs circumſtantia, ſi puella ſponte conſentit, non eſt neceſſario fatenda.

15. Temporis duratio aperienda *p* eſt in confeſſione non ut circumſtantia, ſed ſolùm quando aliter numerus exprimi non poteſt.

16. Teſtis, qui unico juramento multa falſa affirmat, unicum tantum facit *q* peccatum; ideoque ſufficit ſi dicat ſe falſo ſemel juraſſe; & declaret damnum, quod fecit. Idem dicendum de ſacerdote pluribus monſtrante Euchariſtiam in peccato mortali in opinione eorum, qui dicunt peccare mortaliter. Quod alii probabilius negant, dicentes nullum eſſe peccatum.

17. An qui pœnitentiæ ſacramentum in peccato mortali pluribus miniſtravit *r* toties peccet, quot fuerint perſonæ, an ſemel, dummodo ſucceſſive, & ſine magna interruptione illas abſolverit, dubium eſt inter DD. utrumque *ſ* probabile.

18. Qui ſe expoſuit peccandi occaſioni, & poſtea incidit in peccatum, non *t* facit duo peccata; niſi inter occaſionem, & peccatum notabilis mora interceſſerit.

19. Qui peccatum confeſſus circumſtantiæ oblitus fuit, poterit poſtea ſolam circumſtantiam fateri ſine peccato, quando ſine hoc illa ſufficienter exprimitur. *u*

20. Confeſſarius, qui incipit audire confeſſionem in peccato mortali, *x* ſi habeat intentionem eliciendi actum contritionis antequam abſolvat, non peccat mortaliter; licet contrarium ſit etiam probabile apud Poſſevinum *de offic. Curati c. 43. nu.* 41.

21. Delectationes moroſæ quando ſolùm conſiſtunt in appetitu ſenſitivo, & non exeunt in opus externum an ſint omnes ejuſdem ſpeciei, dubium eſt inter DD. Probabilius videtur *y* non eſſe fatendam neceſſariò circumſtantiam, an fuerint cum ſoluta, an cum conjugata.

22. Circumſtantiam complicis aperiendam eſſe in confeſſione, quando nullum aliud damnum ſequitur præter infamiam apud Confeſſorem alii ajunt, alii negant. Affirmativa *z* vide-

*n* P. Sab. tract. de Ludo. dub. 24. num. 2.
*o* Sanch. de matr. to. 1. lib. 7. diſp. 4. nu. 5.
*p* Dian. tr. 7. reſ. 39. to. 1.
*q* Henr. l. 5. c. 5. nu. 6. in Gloſ. lit. F.
*r* vide, Dian. to. 1. tr. 7. reſ. 41.
*ſ* Dian. to. 1. tr. 7. reſ. 44.
*t* Comm. DD.
*u* Suar. in 3. p. to. 4. diſ. 22 ſec. 2 nu. 8. & 9.
*x* Vide Henr. lib. 6. c. 15. nu. 6.
*y* Vaſq. in 2. p. to. 2. diſp. 112.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

z videtur probabilior, & præcipuè ſi cedat in utilitatem ſpiritualem ipſius complicis.

23. Mollities, ſodomia, & beſtialitas non ſunt peccata ejuſdem ſpeciei; idoque non ſufficit dicere in confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem. *a*

24. Improbabilis eſt opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale peccatum oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris & pollutionis.*

z Tolet. lib. 5. c. 2. nu. 4.
a In decr. Alexandri VII. an. 1665. 24 Sept.
* In decr. Alexand. VII. an. 1666. 18. Mart.

## SECTIO II.

### *De aliis dubiis circa eandem materiam.*

1. QUalitas blaſphemiæ an poſſit reticeri, dubium eſt inter DD. Probabilius *a* videtur non eſſe neceſſariò fatendam, niſi contineret formalem hæreſim, vel odium Dei.

2. Qui unico actu ſæpius eandem repetit blaſphemiam, non *b* tenetur numerum aperire; nec ſi divertat.

3. Qui tangendo profeſſum, vel ſacris initiatum, ſe ipſum ſolum polluit, aperire tenetur circumſtantiam.

4. Circumſtantiam apoſtaſiæ aperiendam eſſe in confeſſione, nec ſufficere in hæreſim incidiſſe confiteri, aſſerunt multi DD. Contraria *c* autem eſt probabilior, quia magis, & minus non variant ſpecies.

5. Circumſtantiam conſuetudinis in peccato eſſe aperiendam, & propter eam poſſe confeſſarium differre abſolutionem unanimiter DD. defendunt *d* præter Joannem Sanctium *e* virum ſanè doctum, qui poteſt videri in ſuis practicis diſput. *diſput. 9. num. 6.*

6. An prælatus, ſi omittat correctionẽ ſubditi, vel dominus mancipii, ſufficienter confiteantur dicendo, ſe omiſiſſe correctionem proximi, dubium eſt inter DD. Probabilius videtur *f* teneri ad declarandum ſe eſſe prælatos vel dominos.

7. Qui habuit voluntatem non reſtituendi alienũ, & poſtea mutavit tale propoſitum, & iterum rediit ad voluntatẽ non reſtituendi, & ſic ſe habuit per annum ſæpius revocando voluntatem retinendi alienum, ex aliquorum ſententia non tenetur aperire diuturnitatẽ *g* hujus voluntariæ retentionis. Quod vix capere poſſum quomodo diverſi actus voluntatis cum tot interruptionibus non ſint numero diſtincta peccata.

8. Medicus, qui ſine legitima cauſa licentiam dedit edendi carnes in die jejunii, duplex peccatum *h* commiſit, unum ex fra-

a P. Valen. to. 3. diſp. 1. q. 13. p. 1.
b Vide Dian. tr. 7 to. 1. reſ. 31
c Vide Dian. ubi ſup. reſ. 32
d P. Azor. lib. 8. c. 21. to. 1.
e Ioan. Sanc diſp. 9. nu. 6.
f Villa. to. 2 tr. 6. 4. diff. 6. 3
g Vide Dian. verb. *Circumſtantia.*
h Vide Dian. to. 1. tr. 7. reſ. 60,



ctione abſtinentiæ à carnibus, aliud ex fractione jejunii.

9. Furentem cum manifeſto vitæ periculo unum tantum furti peccatum committere alii ajunt, alii negant. Affirmativa *i* videtur probabilior.

10. Cauſa immiſſionis confeſſi, non eſt neceſſarium *l* ipſam omiſſionem involuntariam fateri; licet contrarium multi DD. teneant.

11. Non audientem ſacrum in die Dominica, in qua incidit aliud feſtum obligans ad audiendum ſacrum; unicum peccatum committere, & non teneri hanc fateri circumſtantiam alii ajunt, alii negant. Affirmativa *m* videtur probabilior.

12. Qui furatus fuit ut mœcharetur, ſi confiteatur furtum, & mœchiam, non *n* tenetur fateri ſe unum ad aliud ordinaſſe.

13. Qui aliquid fecit, non diſtinguens an eſſet peccatum mortale, an veniale, & poſtea invenit non eſſe mortale, *o* teneri ad aperiendam circumſtantiam conſcientiæ erroneæ alii ajunt, alii negant. Affirmativa videtur probabilior.

14. An pollutio occulta facta in Eccleſia contineat ſacrilegii malitiam neceſſariò in confeſſione aperiendam, dubium eſt inter DD. Utrumque probabile. Affirmativa *p* videtur probabilior. Idem dicendum de fornicatione occulta.

15. An latro ſuratus crumenam divitis in Eccleſia committat ſacrilegium, & hanc circumſtantiam teneatur aperire, res dubia *q* eſt inter DD. Negativa videtur probabilior; ſecùs verò ſi res furata in Eccleſia ſit ſaltem commodata ad divinum cultum.

16. An qui unico impetu profert in ſervos plures injurias, vocando illos fures, ſodomitas & alias, ſolùm teneatur fateri ſe in aliquem gravem injuriam dixiſſe, non explicando numerum, neque perſonas, dubium *r* inter DD. Probabilius videtur, quod tantum poteſt creſcere gravitas contumeliæ, ut eam aperire ſit de neceſſitate confeſſionis, ut ſi quem hæreticum, aut patriæ proditorem appelles. Quod attinet ad perſonas in opinione eorum qui dicunt in unico actu non poſſe eſſe plures numero malitias, non eſt numerus aperiendus: ſecùs verò in contrariâ. Vide *ſ* P. Vaſquez *in 3. p. to. 4. q. 91. art. 1. dub. 4. nu. 4* cujus ſententia videtur probabilior.

17. Qui ex odio vult proximo malum grave non teneri aperire, utrum ſit circa vitam, utrum circa honorem vel circa facultates alii ajunt, alii negant. Probabilius *t* videtur non eſſe neceſſarium aperire talem circumſtantiam.

18. Circumſtantiam inductionis ad peccatum, quando perſona eſt parata ad peccandum, non tenetur *u* quis confiteri; licèt alii contrarium teneant probabiliter.

19. Cir-

i Dian. ubi ſup. reſ. 61.
l Vaſq. to. 1. diſp. 94 c. 4.
m Vaſq. in 3. p. to. 4. q. 91. art. 7. dub. 4. n. 9
n Dian. to. 1. tr. 7 reſ. 23
o Vaſq. in p. 2. to. 1. diſp. 59
p Suar. de relig. to. 1. l. 3 c. 7. n. 4
q Negat Vaſq. in p. 2, to. 1. q. 72. art. 7. diſp. 58
r Vide Henr. lib. 1. c. 6. n. 5. in gloſſa.
r Vide Sot. de juſ. li. 5. Plura eſſe peccata dicit Henriq. l. 5. c. 8
ſ Vaſq in 3. p. to. 4 q. 91. art. 1.
t Bona. in tr. de leg. d. ſp. 1. q. 4
u Azor. p. 1. lib. 2. c. 16. q. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19. Circumſtantia modi in copula conjugali, niſi periculũ ſit effundendi ſemen extra vas, non eſt neceſſario *x* fatenda.

20. Quando confeſſor ſcit circumſtantiam perſonæ, non eſt neceſſario *y* confitenda.

21. Cùm multæ actiones partiales antecedunt actum principalem *z*, ſufficit actum principalem confiteri; niſi actiones ſint extraordinariæ & continens malitiam alterius ſpeciei.

*x* Dian. tr. 5. rel. tr. to. 1.
*y* Comm. DD.
*z* Comm. DD.

---

# SECTIO III.

## *ALIA DVBIA CIRCA EANDEM materiam.*

1. Circumſtantias notabiliter gravantes peccatum intra eandem ſpeciem aperiendas eſſe alii *a* ajunt, alii negant, utrumque probabile, & tutum in praxi. Quæ autem notabiliter aggravent prudentis viri judicio relinquendum eſt.

*a* Suar. to. 4, diſp. 18. ſec. 1.

2. Circumſtantiæ ita peccatum diminuentes, ut mutent ſpeciem vel de mortali fiat veniale, *b* neceſſario dicendæ ſunt. Secus verò ſi ſolùm diminuat notabiliter intra eandem ſpecië.

*b* Comm. DD.

3. Religioſus profeſſus, qui incidit in carnis peccatum, debet tantum aperire votum caſtitatis ſecundum probabilem opinionem. Probabilior tamen eſt, quod *c* debeat etiam aperire ſe eſſe profeſſum. Si autem ſit ſimul ſacerdos, ſufficit quod dicat ſe eſſe profeſſum, vel eſſe Sacerdotem. Et ſi tandem ſit Epiſcopus, hæc circumſtantia non eſt aperienda, niſi ſecundùm diverſitatem opinionum circa circumſtantias notabiliter aggravantes.

*c* Sanches de matr. to. 1. lib. 7. diſp. 21.

4. Qui per annum concupivit mulierem ad peccandum ſine voluntatis retractatione, unum tantum numero peccatum commiſit; *d* ſed cum circumſtantia notabiliter aggravante.

*d* Comm. DD.

5. Circumſtantia perſonæ, an ſit conſanguinea, vel affinis, & in quo gradu aperienda eſt; nec ſufficit dicere quod ſit in primo gradu cognationis, ſed *e* exprimendum eſt an conſanguinitatis, vel affinitatis ſit.

*e* Vide infra verb. Confeſſio.

6. Omnes gradus conſanguinitatis, vel affinitatis præter primum ſunt ejuſdem ſpeciei; unde ſufficienter crimen confitetur, qui dicit ſe peccaſſe cum conſanguinea, vel affine extra primum gradum. Navarrus autem *f* aſſerit ſecundùm diſtinctionem graduum ſumendam eſſe ſpecificam diſtinctionem

*f* Navar. c. 7. n. 4. in ſum.



diſtinctionem horum peccatorum. Unde alia ſpecies eſt copula cum conſanguinea in primo gradu, alia in 2. alia in 3. alia in 4. Et ideo quis fuerit gradus neceſſario exprimendum eſt. Probabilior videtur hæc ſententia.

7. Filius, qui injuriâ afficit patrem, & ſervus dominum hanc tenetur *g* circumſtantiam fateri; ſimiliter qui clericum percuſſit etiam primæ tonſuræ.

*g* Comm. DD.

8. Qui filiam ſollicitavit ante, vel poſt confeſſionem, niſi multum temporis interceſſerit, debet fateri hanc *h* circumſtantiam, & peccatum hoc ſanctæ Inquiſitioni reſervatur.

*h* Vide caſus reſervat. S. Inquiſ. ſupra hoc verb.

9. Religioſus, qui Prælato non obedit, committit *i* unum peccatum cum duabus malitiis, & contra religionem, & contra obedientiam; ſufficit autem inobedientiam fateri.

*i* Vide Villalob. in ſum.

10. Circumſtantia reſervationis, vel cenſuræ annexæ neceſſariò aperienda eſt. *l*

*l* Comm. DD.

11. Stuprum non differre à ſimplici fornicatione, quando puella non coacta conſenſit, aſſerunt viri docti. Unde ſecundùm hanc opinionem in prædicto caſu circumſtantia virginitatis non eſt neceſſario *m* aperienda.

*m* Vide verb. Luxuria.

12. Circumſtantia loci ſacri in furto, in ſanguinis, vel ſeminis effuſione, & violenta extractione ad locum ſacrum confugientis *n* fatenda eſt; ſed qui in loco ſacro aliquid horum foras committendum mente concipit, non tenetur hanc circumſtantiam aperire. Secùs verò ſi foras conſenſerit in loco ſacro perpetrandum.

*n* Comm. DD.

13. Circumſtantia ſcandali formalis, & per ſe intenti non eſt reticenda, *o* & tunc dicenda ſpecies peccati in quod proximum induxit. Et quamvis opus bonum ſit, ſi ſciebat, vel ſcire debebat occaſionem ruinæ futuram eſſe. Nec non ſi publice peccet etiam ſine intentione ſcandalizandi, dummodo ſit coram his qui ſcandalum verosimiliter patientur.

*o* Navar. c. 6. n. 7. in ſum.

14. Circumſtantia, quæ interrogatur à Confeſſario, & non poteſt taceri ſine gravi incommodo ſpirituali: circumſtantia voti dando peccandi in particulari; & circumſtantia conſcientiæ erroneæ, ut qui arbitrabatur peccatum eſſe, quod verè non erat, & tamen fecit, hæ omnes circumſtantiæ *p* aperiendæ ſunt.

*p* Comm. DD.

15. Circumſtantiæ ſequẽtes non ſunt neceſſariò *q* fatendæ. Circumſtantia diei feſti, vel jejunio, vel orationi conſecrati. Circumſtantia peccantis ſpe veniæ, circumſtantia acediæ. Circumſtantia durationis eſt ſub conſilio confitẽda. Circumſtantiã

*q* Navar. c. 6. nu. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

cunſtantia complicis an ſit aperienda dubium eſt inter DD. quando aliter peccatum non poteſt confiteri. Debet ſi commode poteſt, quærere alium confeſſorem, cui notus non ſit complex; ſi autem hunc non invenias, non potes ob hoc alieno confiteri, nec communicare ſine prævia confeſſione, ſervando quæ ſupra diximus.

16. Circunſtantias maris, vel fœminæ in peccato Sodomiæ, vel beſtialitatis confitendas eſſe alii ajunt, *r* alii negant, affirmativa videtur probabilior.

*r* Dian. to. 1, tr. 7. reſ. 2

Reliqua quæ ad hoc verbum pertinent, invenies in verbo *Confeſſio*.

---

# DISP. XIII. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### CLERICVS.

### DE VARIIS DVBIIS AD CLERICOS *ſpectantibus*.

1. CLerici ſunt *a* veri domini bonorum patrimonialium & quaſi patrimonialium, & cùm ex his ſe alunt, poſſunt *b* recompenſationem facere ſibi tantundem reſervantes ex ſuorum beneficiorum Eccleſiaſticis bonis.

2. Sunt etiam *c* veri domini fructuum beneficiorum ad congruam ſuſtentationem neceſſariorum, & eorum, quæ ex tali ſuſtentatione ſibi reſervant. Congrua ſuſtentatio eſt ea, qua viri prudentes utuntur ſecundum decentiam ſui ſtatus; ad hanc ſpectant donationes moderatæ, liberales, & remuneratoriæ, moderata hoſpitum, & amicorum convivia, & his ſimilia.

3. Eorum, quæ ex his ſuperſunt, an ſint veri domini grave dubium eſt inter DD. utraque opinio probabilis; tutior *d* negativa. Peccare autem ſi non contra juſtitiam, ſaltem contra charitatem mortaliter, qui hæc in profanos uſus conſumit, omnium DD. unanimis eſt ſententia; ſed ſecundum affirmativam non *e* tenentur ad reſtitutionem, nec clericus, qui alienavit nec, qui illa poſſident. At reſtitutio à Pio V. impoſita beneficiatis non recitantibus, debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam, eò quòd ſit pœna.*

4. Equites ordinum militarium non *f* obſtringuntur his legibus.

*a* Molin. de juſt. to. 1, diſp. 142
*b* Navar. in apol. q. 1, nu. 11
*c* Comm. DD.
*d* Leſſ. de juſt. lib. 2 c. 4, dub. 6, nu. 9.
*e* Mol. to. 1 de juſt. dub. 143
* in decr. Alex. VII. an. 1665 24. Sept.
*f* Comm. DD.

5. Sæcu-



5. Sæculares judices poſſunt *g* Clericis auferre venationis inſtrumenta, ut nociva Reipublicæ.

6. Clerici habentes temporalem juriſdictionem, non poſſunt capitis ſententiam ferre; poſſunt *h* tamen ad hoc juriſdictionem delegare.

7. Clerici ſunt jure divino exempti *i* à judicibus ſæcularibus in rebus ſpiritualibus; in aliis autem temporalibus jure humano.

8. Si judex ſæcularis fecit proceſſum contra clericum, ut remittat illum ad judicem Eccleſiaſticum, non *l* tenetur iſte judicare ſecundùm dictũ proceſſum. Nec ſi clericus confeſſus eſt delictum corã judice ſæculari, poterit ob id eum condemnare. Nec clericus poteſt *m* renuntiare exceptionis privilegio.

9. Poteſt *n* tamen eligere judicem arbitrum ſæcularem, non verò tenebitur parere illius ſententiæ ſecundùm vim coactivam; tenebitur autem ſecundum directivam.

10. In rebus civilibus per reconventionem *o* poteſt à judice ſæculari judicari.

11. Clerici beneficiati, vel ſacris initiati, chartis ludentes, vel alio ludo legibus prohibito *p*, peccant mortaliter, ſi fiat cum ſcandalo; & qui notabilem quantitatem amittunt ex redditibus Eccleſiaſticis non excuſantur à mortali; non tamen tenentur ad reſtitutionem neque ipſi, nec qui lucrantur, niſi amittentes ſint religioſi.

12. Religioſi licitè recreantur, imò & meritoriè ludis honeſtis, & non eſt ſimonia, nec irreverentia, imò *q* laudabilis uſus lucrari res ſacras, angelicas ſcilicet ſalutationes, & ſimilia.

13. Clerici in concilio Limenſi ipſo facto *r* excommunicantur, ſi ſummam excedentem quinquaginta aureos ludo exponant. Permittuntur tamẽ aliquando recreationis gratiâ comeſtibile quidpiam ludere, quod non excedat duorum aureorum valorem.

14. Ab eodem concilio prohibentur uti *ſ* ſericis veſtibus, & habitu profano, & ab omnibus his quæ vulgò vocari ſolent lechagillas, polainas, puñetes guarniciones de ſeda faxas en los manteos, alamares, monteras, pantuflos, capatos de ſeda & ſimilia.

15. Prohibentur etiam fœminas comitari, vel equitando ducere ex tergo, niſi ſoror, aut mater ſit.

16. Clerici concubinarii à Prælatis, & viſitatoribus poſſunt, ac debent puniri non ſervatâ figurâ judicii. Verba ſunt concilii: Et poſtpoſitâ omni appellatione ad executio-

*g* Covar. q. 33.
*h* Comm. DD.
*i* a novis, de judiciis.
*l* Jul. Clar. in pract. q. 36, nu. 9.
*m* c. ſi diligenti de for. compet.
*n* Comm. DD.
*o* c. 1. de mur. petit
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Concil. Lim. art. 3, c. 17. ſi eſcudos valendo peſos de a 8 reales.
*ſ* Ibidem c. 18.
*t* Vbi ſupra c. 19.



nem

cuſtionem etiam ſine ſtrepitu,& figura judicii facti veritate inſpectâ procedant.

*u Ibidem c.10*

17.Clericus ſacris initiatus,qui perſonam ludicram in ſcenicas egerit,ipſo facto incurrit excommunicationem *u*.

*x Concil. Lim.ubi ſup.*

18.Sub reatu mortis æternæ prohibetur *x* ab eodem concilio presbyteris celebraturis,ne tabachi fumum ore,aut ſayri vel tabachi pulverem naribus etiam prætextu medicinæ ante Miſſæ ſacrificium ſumant.

*y Extr.ne cler.c.t 21,q.*

19. Sacris legibus prohibitum *y* eſt clericos conductores fieri.

# SECTIO II.

## DE ALIIS DUBIIS AD CLERICOS *ſpectantibus.*

*a Concil. Lim.art.5. eiuſ.*

1. Primâ etiam tonſurâ initiati diebus feſtis debent ad ſibi aſſignatas Eccleſias convenire,*a*.

*b Advertendum hanc excommunicationē ablatam fuiſſe à Paulo V. ne in aliquem Parochis eſſet damnationis æternæ.*

2.Siquis clericus mercaturæ operam dederit, præter pœnas à jure impoſitas,excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrit*b* Si vero fuerit Indorum Parochus,neque per ſe, neque per aliam interpoſitam perſonam poteſt negotiationem exercere, neque pecora alere præter neceſſaria ad victum, aut agros colere, aut vehendis mercibus animalia tenere,vel locare,neque Indos ipſos ad mineralia ſibi eruenda mittere,vel eorum opera locare. Denique neque cum ipſis Indis negotiari, neque cum aliis per ipſos. Qui iſtorum aliquid egerit,etiam excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo ſe noverit innodatum.

*c Vid.Lim conc.c.5. fol.51*

3.Advertendum Limenſe Concilium *c* in toto regno Peruano,Chilenſi,Tucumanenſi,& Quitenſi clericos obligare. De religioſis autem dicetur ſuo loco.Vide verbum *Parochus*, & verbum *Religioſus*.

*d Vide P. Sa verb. Clericus.*

4.Nomine clerici in favorabilibus venit *d* Monachus Epiſcopus,& qui habet primam tonſuram; in odioſis vero neuter ex his.Et ſunt DD.qui aſſerant neque dignitatem, neque Canonicum Eccleſiæ Cathedralis, neque eum qui non eſt in ſacris.Unde cum aliquid prohibetur,vel præcipitur clericis à jure,vel ab homine,ſolùm comprehenduntur, qui ſunt ſacris initiati,aut habent beneficium,

5.Cle-



*e Vide eum non ab homine de judicio.*

5.Clerici etiam in ſacris de licentia ſui Epiſcopi poſſunt in civilibus coram judice ſæculari conveniri. Et ſi dimiſſo habitu & tonſurâ clericali enormiter ſe gerat, poteſt capi, & puniri à judice ſæculari; quia perdit privilegium clericale ſecundùm gravium DD. opinionem. Probabilius tamen eſt hoc non *e* licere judici ſæculari niſi de licentia Prælati, quando ipſius curiæ traditus eſt clericus propter incorrigibilitatem,

*f Vide Sil. verb.iud. n.4.*

*g Trid.ſeſ. 23.c.6. de ſent.exc.*

6.Clericus qui non eſt in ſacris, non gaudet *g* Eccleſiaſtici fori privilegio, niſi aſſignatus ſit alicui Eccleſiæ, cui inſerviat,vel ſit in ſeminario, vel in univerſitate de licentia Epiſcopi ſtudeat, habitum clericalem habens, & tonſuram, & ſit quaſi in via ad ordines majores.

*h Vid Navar.lib.t. conſ.17.*

7. Clericus etiam in ſacris comprehenſus in crimine poteſt *h* capi à judice ſæculari,ut Eccleſiaſtico tradatur: & idē, ſi noctu armatus incedat, vel velit alterum lædere, poteſt à quolibet ſæculari includi.

*i Comm. DD.*

8.Clerici tenentur *i* legibus communibus populo in ordine ad bonum Reipublicæ,non quoad vim coactivam, ſed directivam, dummodo non impediant officium Eccleſiaſticum, & libertati Eccleſiaſticæ non repugnent.

*l Dian.p. 9.tr.ol.[illegible] p-5.*

9.Clericus quilibet,& etiam laicus poteſt abſolvere à cenſuris exiſtentem in articulo mortis ſecundùm Dianam *l* & alios viros doctos,quod eſt probabile.

*m Fil. tom tr.15, c.8. n.35.*

10.Clericum ſuſpenſum à divinis officiis,neque tamquam laicum illis poſſe aſſiſtere alii aſſerunt *m* probabiliter; alii verò probabilius defendunt irregularitatem non incurrere,neque peccare.

*n Dian.tr 1 reſ.7,p.5.*

11. A clerico poſſe conveniri laicum coram judice Eccleſiaſtico pro rebus non ſolùm Eccleſiæ, ſed etiam pro fructibus dubium eſt inter Doctores. Affirmativa *n* videtur probabilior.

*o Vide Facun.p.3,l. 1,c.3, n.12*

*p Idem ubi ſup.*

12.Clericum pravo animo percutiens percuſſione levi,& veniali, non incurrit *o* excommunicationem, & à fortiori, qui cùm conatus fuit percutere,non percuſſit.

13. Clericum publicè percutiens non eſt vitandus ante ſententiam judicis;quia forte ebrius erat, vel amens, vel ſe defendendo percuſſit.

*q Dian. p. tr.1,reſ.[illegible]*

14.Clerici non tenentur *q* ſolvere gabellas,etiamſi Epiſcopus conſentiat,niſi Papa conſenſum præſtet, vel urgeat gravis neceſſitas,nec poſſit expectari Papæ conſenſus.

*r Vide Dian.ubi ſup.tr.5, reſ.87.*

15. Clerici poſſunt *r* diſponere ad libitum tamquam de bonis patrimonialibus de omni eo, quod illis datur pro induſtria



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

duſtria perſonali, vel labore, ut pro comitando funere, pro re ſacra facienda, & ſimilibus.

16. Clericus utens veſtibus prohibitis, non incurrit ſuſpenſionem, ſi occultè, vel ſubtus alias veſtes, vel propter celebrationem magni feſti illis utatur. Imò hanc ſuſpenſionem conſuetudine eſſe *ſ* derogatam aſſerit Henriq. *lib. 13. de excom. c. 39. nu. 3.*

17. Clerici non *t* tenentur ſolvere vectigal in extractione frumenti, vini, & ſimilium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo charius vendant.

18. Clerici *u* poſſunt aperire tabernas, & vendere vinum, fructus, & alia recollecta in ſuis prædiis, etiam in terra Baronis prohibentis alibi vendi, niſi in ejus taberna.

19. Clerici publicè concubinarii licet jure antiquo erant ipſo facto ſuſpenſi; talis tamen ſuſpenſio abrogata *x* eſt per contrariam conſuetudinem.

20. Clerici audientes comœdias, & ſtipendia ſolventes quibus aluntur hiſtriones, peccare mortaliter alii ajunt, alii negant *y* probabilius, ſi abſque ſcandalo, ut communiter fit, & ſine periculo conſentiendi in actus turpes, ob ſolam curioſitatem audiant Res eſt maximè ruinæ obnoxia, ſed communiter omnes audientes invincibili ignorantiâ à mortali culpa excuſantur, cùm videant à religioſis etiam audiri, à magiſtratibus non prohiberi, & ab Ordinario approbari tanquam nihil contra bonos mores habentes. Limæ niſi ſint approbatæ non recitantur.

21. Clericus primæ tonſuræ abſente ſacerdote, & utroque abſente laicus *z* poteſt indulgentias applicare Cruciatæ, & quilibet ex eis etiamſi ſit abſens.

22. Clerici an gaudeant Eccleſiæ immunitate in criminibus non exceptis in Bulla, dubium eſt inter DD. Affirmativa videtur probabilior.

23. Non licet clerico vel religioſo calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit: uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus vel ipſi clerico aut religioſo, vel ejus religioni publicè, & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur. *a*

*ſ* Henriq. lib. 13. de excom. c. 39 n. 3.
*t* Dian. p. 3. tr. 1. reſ. 17.
*u* Idem ubi ſuprà tr. 1. reſo. 20.
*x* Suar. dep 31. ſec 4. à n. 10.
*y* Vide Dian. p. 3. tr. 17. reſ. 31.
*z* Dian. p. tr. 3. reſ. 114.
*a* In decr. Alexan. VII. an. 1665. 24. Sept.

SECT.



# SECTIO III.

## *PROSEQVITVR EADEM materia.*

1. CLericus, qui aliquando dimittit habitum, & tonſuram, non ideo fori privilegium *a* amittit, nec à judice laico poteſt puniri.

2. Clericus non *b* poteſt compelli à judice laico ſolvere gabellas, quas aliquando ſolvere tenetur.

3. Clericis non poteſt *c* Princeps laicus imponere gabellas propter reparationem pontium, murorum, & ſimilium, licet contrarium teneant aliqui juriſtæ; ſed neque tempore peſtis pro publica utilitate, niſi à judicibus Eccleſiaſticis *d* poſſunt compelli.

Clerici, qui primam tonſuram, & habitum aſſumpſerunt ſine animo clericandi, ſed tantùm in fraudem collectarum, & gabellarum *e*, gaudent nihilominus clericali privilegio, quia verè clerici ſunt.

5. Clericus negotiator niſi ter moneatur, non *f* amittit privilegium clericale, & fori, ideo non poteſt ab eo gabellas exigere judex laicus, quamvis alii contrarium ſentiant.

6 Non poſſe principem laicum ex rebus venditis à clericis ab emptore exigere gabellam extra pretium legale probabilius *g* videtur; licet contrarium viri docti defendant.

7. Clericis licitum *h* eſt recurrere ad laicos judices, quando arbitrio boni viri ſit illis violentia in non admittenda eorum appellatione, & non habent alium ſuperiorem Eccleſiaſticum, ad quem confugiant. Et judices laici poſſunt cognoſcere de tali cauſa non ut judices, ſed ut defenſores, & admonere Prælatum ne violentiam faciat. In aliis autem caſibus, in quibus non ſunt prædictæ circumſtantiæ, non licet. Idem dicendum eſt de religioſis.

8. Clericus percuſſus à laico poteſt *i* agere coram judice Eccleſiaſtico.

Clericus calumnioſus accuſator debet *l* privari officio, & verberatus in exilium mitti.

*a* Commu. DD.
*b* Diana tr. 1r. reſ. 42. to. 1.
*c* Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. c. 6.
*d* Dian. to. 1. tr. 2. reſ. 41.
*e* Diana ibidem reſol. 44.
*f* Leſſ. lib. 2. c. 33. dub. 5. nu. 25.
*g* Vide Dian. to. 2. tract. 2. reſ. 49.
*h* Vide Dian. tr. 1. reſ. 4. to. 1.
*i* Si hoc verb.
*l* Idem ibidem

 10. Cleri-

10. Clericus non *m* poteſt conſentire in judicem non ſuum etiam Eccleſiaſticum ſine conſenſu ſui Epiſcopi.

11. Clericus pauper non *n* tenetur cedere bonis, nec pro debito (niſi fuerit ex delicto contractum) poteſt conveniri ultra quam facere poteſt, nec, ſi eſt in ſacris, puniri corporaliter pro debito, quod non poteſt ſolvere.

12. Clericorum privilegiis gaudent *o* Eremitæ, ſi ſint aſtricti alicui regulæ, aut ſuperiori talibus privilegiis gaudenti.

13. Clericis prohibitum *p* eſt advocati exercitium exercere, niſi in cauſa propria, pia, & miſerabilium perſonarum, vel propinquorum intra quartum gradum, cum commode alium habere non poſſunt.

14. Non *q* poteſt Clericus eſſe procurator laicorum, niſi in negotio ſpeciali aliquando, nec locum tenens Principis ſecularis; benè tamen conſiliarius, & ob ſuam vel ſuorum neceſſitatem non prohibetur negotiari per ſe, nec vendere, quæ arte fecit honeſtè.

15. Non *r* poteſt exercere medici, aut chirurgi officium, quando uſtione, vel inciſione opus eſt; niſi ſua, aut pauperum neceſſitas id poſtulet.

16. Omnibus Clericis *ſ* conceſſum eſt teſtari, & ab inteſtato ſuccedere, niſi ſint Epiſcopi.

17. Non *t* poteſt Clericus in præjudicium patris teſtari de bonis, quæ acquiſivit ante clericatum, in quibus pater habet uſumfructum.

18. Clericum habitantem cum fœmina ſuſpectâ peccare mortaliter *u*, dicunt viri docti.

19. Clericus abſens in alio Epiſcopatu, niſi domicilium mutet, ſubditus eſt adhuc *x* proprii Epiſcopi, & non tenetur deſervire Eccleſiæ, in qua non habet beneficium.

20. Clericus *y* poteſt cogi ab Epiſcopo, ut urbem cuſtodiat ab hoſtibus invaſam, & in tali neceſſitate non prohibetur pugnare.

21. Recipiens patrimonium occultè ſub conditione, ut poſt ordinum ſuſceptionem illud reſtituat; non *z* tenetur reſtituere, niſi aliunde habeat, unde ſuſtentetur. Contrarium tamen aliqui viri docti veriùs judicant.

*m* Idem ibidem.
*n* Covar. lib. 1, c. 4. var. n. 4.
*o* Sa hoc verb.
*p* Vide Silveſt. verb. Advocatus.
*q* Vide Mol. diſp. 67.
*r* Sa hoc verb.
*ſ* Vide Mol. diſp. 47.
*t* Vide Navar. c. 25 nu. 109.
*u* Sa verb. Clericus.
*x* Idem ibidem.
*y* Ex congreg. Concilii.
*z* Sa verb. Clericus.





# SECTIO VLTIMA.

## CIRCA EANDEM materiam.

1. CLericus qui poſt factam prohibitionem frequentat monaſteria Monialium ſine neceſſitate *a*, peccat mortaliter.

2. Clericus beneficiatus vel ordine ſacro inſignitus, habitum clericalem vel tonſuram non ferens, barbam vel comam *b* nutriens peccat mortaliter. Idem dic de eo qui indecentibus veſtibus, vel armis utitur.

3. Clericus qui emit aliquid, & arte mutat ejus formam, & vendit *c*, non dicitur exercere mercaturam.

4. Clericus tenetur etiam ſervare *d* taxationem reipublicæ circa triticum.

5. Clerici mineralibus intendere prohibiti ſunt *e* per regiã ſchedulam. Si tamen illa habeant jure hæreditario, dum per venditionem ab eis ſe exonerant, permittendi ſunt.

6. Collega in ſeminario Eccleſiæ, qui Eccleſiaſticus eſſe non vult, ſi hoc non juravit, nec promiſit in ingreſſu, non *f* peccat, nec reſtituere tenetur.

7. Clericus conjugatus cum corrupta, à ſeipſo non amittit *g* privilegium fori.

*a* Sanch. nu. 8.
*b* Navar. c. 25. nu. 100. p. 3.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* Solerzan. de Ingober. lib. 1, c. 13.
*f* P. Menocho in manuſcript.
*g* Idem ubi ſupra.

# DISPVTATIVNCVLÆ

## AD EANDEM LITTERAM pertinentes.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### COGITATIO.

IN cogitationibus venereis cùm voluntas nec poſitivè conſentit, nec poſitivè diſſentit; peccatum eſſe mor-

Vide Regi. to. 1, li. 15. c. vii. n. 65



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

mortale alii ajunt, alii negant. Probabiliùs videtur, quòd ſi quis aliò divertat cogitationem quaſi tentationem cotemnens; non eſſe neceſſarium actum poſitivum, & peccatum mortale non eſſe, niſi cum plena advertentia ex permiſſione cogitationis periculo ſe exponat conſentiendi.

## COGNATIO.

a Dian. tr. 4. reſ. 2. to. 1.

1. Qui nomine non ſuo, ſed alterius tenet puerum in Baptiſmo, probabiliùs videtur *a* nullam contrahere cognationem; ſed neque is, cujus nomine tenuit, quia neceſſarium eſt in Baptiſmo, & Confirmatione, quod patrinus phyſicè tangat puerum.

b Suar. in 3. p. q. 67

2. Eum qui ſtatim poſt partum uxoris ob periculum mortis baptizavit proprium filium adſtantibus aliis contrahere cognationem cum uxore, & non poſſe debitum petere alii ajunt, alii negant: probabilius videtur *b* nullam contrahere cognationem, & ideo poſſe debitum petere.

3. Laicum præſente ſacerdote baptizantem in caſu neceſſitatis peccare mortaliter alii ajunt, alii negant. Probabiliùs videtur non peccare mortaliter, niſi faciat ex contemptu.

c Sanch. de matr. to. 2. l. 7. diſp. 61 no. 15

4. An in privato Baptiſmo tempore neceſſitatis ſit adhibẽdus patrinus, & an contrahat cognationem ſpiritualem. Utrumq; eſt dubium inter DD. ſed neq; *c* adhibendum eſſe; neque ſi adhibeatur contrahere videtur probabiliùs, etiamſi teneat infantem animo obeundi patrini munus.

d Vide Dian. t. 2. tr. 4. reſ. 11

5. Non confirmatus, qui in confirmatione puerum tenet non contrahit *d* cognationem ſpiritualem cum eo, nec peccat mortaliter; utrumque eſt probabile, licèt non deſint qui teneant contrarium.

e Idem p. 3. tr. 4. reſ. 160

6 An qui in Eccleſia ut patrinus tenuit domi jam baptizatum, contrahat cognationem ſpiritualem, dubium eſt inter DD. Probabilius *e* videtur non contrahere.

## COLLECTÆ.

Vide Dianam tr. 1. to. 1. reſ. 17

1. Collectam certam, & invariabilem etiam poſitam per ſtatutum ſuper bona aliqua antequam ad clericos perveniſſent, non tenentur ſolvere.





## COLONI.

1. Coloni partiarii religioſorum non tenentur ſolvere gabellas ex Bulla Pii V. in qua ſummus Pontifex eximit fratres, monachos, moniales ac alias regulares perſonas, eorumque monaſteria, cœnobia, conventus, Eccleſias, capellas, oratoria, & alia loca, ac terras, poſſeſſiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores, colonos, arrendatarios, affectuarios, ac geſtores ſuorum negotiorum ab omnibus exactionibus tam urbanis, quàm ruſticis, nec non datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impoſitionibus, mercibus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quàm perſonalibus, meris, & mixtis etiam ſubſidionalibus, & augmentis, ac focularibus equorum, taxis, militumque hoſpitiis, &c. tam impoſitis, quam imponendis.

2. Coloni partiarii ſunt, qui conducunt agros religioſorum ad medietatem fructuum. Sed licet non ſint partiarii, conducant verò prædia religioſorum, ut illis tribuant certam partem fructuum quotannis in omnem eventum & reliquum ſibi acquirant, exempti ſunt à ſolutione decimarum.

## COLUMBAE.

1. Columbas profugas à ſuo columbario, cuilibet licitum eſt capere. Et idem dic ſi domicilium mutent. Arte autem, vel fraude illas attrahere ad proprium columbarium illicitum eſt. a Comm. DD.

## COMEDERE.

1. Comedere abſque neceſſitate ob ſolam delectationem vix poteſt excuſari à peccato veniali. Contrarium tamen docet *a* Joannes Sanctius.

2. Si quis comedendo cibos calidos, & tali ſitu decumbendo experitur pollutionem præter voluntatem & conſenſum, non *b* tenetur à talibus abſtinere cibis, nec aliter decumbere, etiam ſi id faciat non propter neceſſitatem, ſed ob ſolam majorem commoditatem. Hæc communior ſententia licet contrarium defendat P. Fagundez.

a Ioan. Sanch. de ſelec. diſp. 3. nu. 14.
b Vide Leſſ. lib. 4. c. 3. dub. 14. num. 100.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Comedentes carnem ob valetudinem, ſi parum piſcati edant ad excitandum appetitum, licet vix ab intemperantia excuſentur, *c* excuſantur tamen ab excommunicatione, quæ ſolet eſſe in aliquibus ſynodalibus contra comedentes in diebus prohibitis ſimul piſces, & carnes. Vide Dianam, qui excuſat eos à peccato, etiamſi in magna quantitate piſces ſumant, dummodo piſces ſint ſani.

*c* Vide *Dian.* to. 1. tr. 5. reſ. 50.

4. Comedere carnes humanas in gravi neceſſitate *d* licet, veluti in magna fame, vel alio vitæ periculo, vel ſi caro humana alterata ſumatur, ut medicamentum. Nec erit peccatum haurire ſanguinem ex vena adoleſcentis, & bibere ad confortandas vires infirmi, quod medici dicunt remedium eſſe ſingulare.

*d* Leſſ. lib. 4. c. 1. dub. 2. nu. 10.

5. Comedere ex intentione uſque ad vomitum, peccatum eſſe mortale alii ajunt, alii *e* negant; ſi autem fiat ex conſilio medici, *f* licet.

*e* Cajet. verb. *Gula.*
*f* Vide P. Sà verb. *Comedere.*

## COMOEDIAE.

Comœdiis intereſſe an liceat, vide verbum *Clericus*.

## COMMERCIVM.

Cum infidelibus quando utilitas ex eo capta à Chriſtianis eſt major quàm damnum, fit licitum ratione neceſſitatis.

## COMMISSARIVS.

Cruciatæ vide verbum *Bulla Cruciata.*

Commiſſarii particulares Cruciatæ officio ſuo poſſunt fungi uſquequo officio priventur *a*.

*a* Parag. judices 18 ff. de judic.

## COMMODATVM.

1. Qui commodat amico petenti cubiculum ad peccandum, timens, ſi neget, grave damnum, *a* non peccat mortaliter. Idem dicendum de eo, qui locat juſta de cauſa domum meretrici.

*a* Vide Dian. to. 1 tr. 6. reſ. 11

2. Com-



2. Commodatarium dubium an res ſua culpa perierit, teneri ad reſtitutionem alii *b* ajunt, alii negant. Affirmativa videtur probabilior, quando datur culpa juridica, etiamſi non ſit mortalis. Sed ſi accipit in gratiam ſui tenetur de leviſſima.

*b* Vide Dian. ubi ſup. reſ. 49

3. Commodatum ad certum uſum non poteſt *c* repeti, etiamſi ſuperveniente neceſſitate ejus qui commodavit. Contrarium defendit P. Molina, & videtur probabilius.

*c* Sylveſ. Verb. *Commod.*

4. Commodans rem vitioſam non admonens commodatarium, tenetur *d* de damno ſecuto.

*d* Comm. DD.

5. Diutius utens commodatis, vel ad alium uſum contra voluntatem commodantis, furtum *e* committit.

*e* Vide Mol. diſp. 295. nu. 7.

6. Qui remiſit commodatum per perſonam fidelem, ſi pereat, non *f* tenetur reſtituere; ſecus ſi per non fidelem.

*f* P. Avila in comp. hoc verb.

7. Commodatum quomodocumque pereat, domino *g* perit, niſi interveniat pactum, dolus, culpa, vel mora.

*g* Navar. c. 17 nu. 185.

8. Peccat, *h* qui commodatum non vult reſtituere, niſi ſolutis ſumptibus, quos fecit, quando hi ſunt ex iis, qui communiter ſiunt, niſi fuerint magni, & extraordinarii.

*h* Idem ubi ſup. n. 186.

9. Commodatarius *i* poteſt detinere commodatum pro recompenſatione debiti liquidi.

*i* Idem ibidem.

10. Illicitum eſt aliquo pretio *l* commodare pecuniam ad oſtentationem divitiarum.

*l* Idem n. 226.

## *Communio Sacramentalis.*

1. Non eſt neganda peccatori occulto, etiam ſi alibi ſit publicus, ſi publicè petat; ſi autem hæc infamia facilè præveniri queat, ex ſententia Valentiæ eam denegare *a* licebit.

*a* Val. to. 4 diſp. 6. q. 8 p. 1.

2. Publico peccatori publicè petenti omnino *b* neganda eſt.

*b* Comm. DD.

3. Si Laicus neceſſitate ſumeret vinum conſecratum, *c* ſatisfaceret præcepto communionis.

*c* Suar. to. 3. diſp. 71. ſec. 1.

4. Bis recipere communionem in eodem die ob vitandam injuriam Sacramenti *d* licet.

*d* Comm. DD.

5. Sacerdos extra confeſſionem ſciens aliquem eſſe in peccato mortali occulto, occulte petenti negare *e* debet communionem.

*e* Sà verb. *Communio.*

6. Paratus proximè ad communionem, ſi recordatur peccatum mortale, *f* poteſt ſi timet ſcandalum communicare, & poſtea confiteri.

*f* Comm. DD.

COM-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## COMPENSATIO.

1. Ut ſit juſta, & ſine peccato debet habere has conditiones, Primam, ut debitum ſit moraliter certum. 2 ut non plus capiat, quàm ſibi debetur. 3. ut admoneat debitorem vel hæredes jam debitum eſſe ſolutum, ne bis ſolvatur. Aliqui DD. ponunt ãlias duas. 1. ut per judicem non poſſit recuperari, quod non videtur neceſſarium, ut ſcitè notat *b* Villalobos. 2, ut actu res debeatur, quod non eſt ſemper neceſſarium; nam ſi tempore præfixo non ſperat creditor rem ſuam recuperaturum, poteſt uti compenſatione, ut doctè advertit *c* Diana. Nec tandem neceſſarium eſt quod dicunt aliqui DD. quod res non ſit depoſita de qua fit compenſatio. Si enim aliter rem recuperare non poſſum, licet *d* mihi non reddere depoſitum.

*a Vide Villal. to. 2, tr. 11. dub. 23, num. 7.*
*b Idem ubi ſup.*
*c Dian. to. 1, reſ. 46. tr. 16.*
*d Navar. lib. 5, c. 7, num 183.*

2. Compenſationem famæ pecuniâ fieri poſſe, & infamatū occultè *e* poſſe rem infamantis ſibi retinere, ſi aliter compenſationem facere non poſſit, dicit Tannerus citans Leſſium.

*e Tanner. in 2.2. D. Tho. diſp. 4. q. 6.*

3. Qui falsò alium infamavit, ſine eo quod utens æquivocatione dicat ſe mentitum, vel malè locutum, poteſt facere compenſationem ſuadendo, & honorando infamatum, & tribuendo illi tantum honoris quantum abſtulit. Hic modus placet doctiſſimo P. Villalobos *f*, vide illum,

*f Villal. to. 2. tr. 11, dif. 57.*

CONCIONATOR Vide *Prædicator*.

## CONCESSIO.

Conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum.

## CONCILIUM.

1. Concilium Provinciale debet *a* fieri tertio quoque anno; Diœceſanum quotannis.

*a Vide Trid. ſeſ. 24. c. 2. de refor.*

2. Concilium Provinciale poteſt excommunicare Archiepiſcopum. Ejus autem decreta non ſunt publicanda Papâ inconſulto.

3. Ad decreta Concilii Diœceſani requiritur clerici approbatio.

Conci-



## CONCUBINARII.

1. Concubinarii tam ſoluti, quàm uxorati ſi ter admoniti non reſipuerint, excommunicentur ab ordinario, & mulieres graviter ab eodem puniantur, & à populo exulare cogantur.

## CONDUCTIO.

1. Si veſpere Petrus colonum conduxit, mane autem propter alium eventum illius operâ non indigens tempeſtivè eum admonuit, non *a* tenetur ſolvere diei mercedem, niſi conductio eſſet cauſa ut amitteret lucrum diei.

*a Dian. to. 3, tr. 4, reſ. 14.*

2. Conducens agrum *b* poteſt remittere penſionem ob fortuitam, & inſolitam ſterilitatem, niſi hæc poſſet compenſari anno ſequenti.

*b Vide Dian. ubi ſup. reſ. 57.*

3. Conductor rei dubius an ſuâ culpâ perierit, non *c* tenetur reſtituere ſecundum probabilem ſententiam.

*c Vide Dian. tr. 6 tom. 3, reſ. 49.*

4. Conductor *d* poteſt expelli domo, quando locatori opus eſt eam habitare, vel reparare, vel conductor ibi inhoneſtè ſe habeat. Sed an aliquid de penſione remittendum ſit, dubiū eſt inter DD Probabilius videtur eſſe remittendum, quãdo conductor habitaturus erat domum ſibi non adimendam.

*d Moli diſp. 499.*

5 Conductor equi *e* tenetur ad expenſas ordinarias, ut ad pactum; non ad extraordinarias ut ad medicinas.

*e Sylveſt. hoc verb. num. 16.*

6. Famulo conducto non *f* debetur ſtipendium tempore quo ægrotat, nec extraordinaria medicina, niſi aliud ſit in pacto, vel in conſuetudine.

*f Sã hoc verb.*

7. Conductor, qui non ſolvit, *g* poteſt ſtatim expelli; ſed ſi conduxit ad decennium, biennio expectandus eſt. Quòd ſi locator promiſit non expulſurum, intelligitur ſi ſolvat penſionem.

*g Idem ibidem.*

8. Qui timet rem perituram conductoris culpâ, poteſt eum cogere, ut ſuſcipiat in ſe periculum, ſed ob hanc obligationem minuendum eſt aliquid ex penſione.

9. Extravagans *Ambitioſæ* de non locanda re Eccleſiæ ultra triennium, non *h* videtur uſu recepta, quoad pœnas extrinſecas.

*h Vide Navar. c. 17. nu 149 & 150.*

10. Locationes beneficiorum anticipatâ ſolutione non valēt in præjudiciū ſucceſſorum ex concilio *i* Tridentino. Pater autem

*i Trid. ſeſ. 25, c. 11, de refor.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

l Mol. diſp. 497. tem Molina *l* dicit, quòd ſi conductor ſolverit, & converſum fuerit in utilitatem Eccleſiæ, ſucceſſor ratum habere debet.

m Sylv. ubi ſup. num. 12. 11. Si conductor domo vel aliâ re non utatur propter peſtem, vel aliâ juſtâ causâ *m*, remittenda eſt penſio pro rata.

n Comm. DD. 12. Nec res Eccleſiaſtica, nec fructus penſionis locari *n* poſſunt ad longum tempus, ut ad decem annos, niſi cum conditionibus ad alienationem requiſitis.

o Sâ hoc verbo. 13. Beneficiatus *o* poteſt locare fructus beneficii ad novem annos, quando penſio non ſolvitur, niſi tertio quoque anno; conductio autem eo mortuo expirat. *Si tamen* Rector Eccleſiæ nomine Eccleſiæ rem *ejus* locaverat, eo mortuo durat.

p Mol. diſp. 496. 14. *Conductori p* debentur expenſæ neceſſariæ, & quibus res facta eſt melior.

q Idem diſp. 491. 15. Locationi factæ à viro de re uxoris, eo mortuo non *q* tenetur uxor ſtare, niſi facta fuerit de ejus conſenſu.

16. Conductor poteſt rem locare alteri perſonæ honeſtæ, niſi aliter pactum fuerit.

r Sylveſt. verb. Familia. num. 6. 17. Qui ſine conventione de pretio colorum conduxit, *r* tenetur ei tantum dare, quantum talibus reddi ſolet.

ſ Vide Mol. diſp. 510. 18. Alienum torquem locans, ſi Dominus non erat locaturus, nil tenetur reſtituere. Videtur autem probabilius ad id *ſ* teneri, in quo factus eſt locupletior.

t Tolet. in ſum. lib. 9. c. 91, nu. 5. 19. Conductio rei ſpiritualis ipſo jure eſt *t* nulla, ſicut & venditio. Vide verbum *Locatio*.

---

# DISPUT. XIV. SECT. UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## CONFESSIO.

### *Quid ſit Sacramentalis Confeſſio?*

a Navar. c. 1. nu. 1. 1. SAcramentalis *a* Confeſſio eſt ſecreta accuſatio peccatorum coram proprio Sacerdote, ut ab illis Sacramentaliter abſolvatur.





2. Ut confeſſio ſit ſacramentalis, non ſufficit, quòd quis ſigno crucis ſe muniat, ac dicat confeſſionem; ſed *b* neceſſarium eſt ut accedat animo confitendi, & recipiendi abſolutionem. Unde confeſſio facta laico non eſt Sacramentalis. Ejus inſtitutio fuit à ſolo Chriſto, & cœpit obligare poſt Euangelii promulgationem, & obligat omnes, qui habent conſcientiam peccati mortalis. b Comm. DD.

3. Ut ſit legitima, debet habere has ſexdecim conditiones:

Sit ſimplex, humilis, confeſſio pura. fidelis.
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

4. Non *c* licet regulariter loquendo fieri coram tertia perſona; facta autem coram multis valida eſt. c Navar. c. 5. num. 5.

5. Examen autem illud *d* requirit, & ſufficit, quod viri prudentes facere ſolent in diſcutiendis gravibus negotiis. Si autem nullâ præviâ diſcuſſione accedat quis ad confitendum, confeſſio erit nulla. d Comm. DD.

6. Qui mentitur in confeſſione aliquod mortale affirmando vel negando, *e* peccat mortaliter, & confeſſio eſt nulla, & ſacrilega. Secus autem ſi quod negat, vel affirmat ſit tantum veniale, vel mortale jam ritè confeſſum: nec ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, qui facit confeſſionem voluntariè nullam *f*. e Comm. DD.

7. Peccat mortaliter, qui confitetur laico, vel clerico non Presbytero cum tenetur, & poteſt Sacerdoti confiteri; & qui ſe imprudenter infamat detegendo ſua peccata mortalia, niſi faciat bonâ fide. f In decr. Alexand. VII. anno 1665. 24. Septemb.

8. Concilium Tridentinum *g* decrevit ſub anathemate hæc ſequentia. 1. Confeſſionem Sacramentalem fuiſſe inſtitutam, & præceptam à Chriſto Domino. 2. Eſſe neceſſariam à jure divino. 3. Nos obligatos eſſe eodem jure ad confitendum omnia peccata mortalia, & circumſtantias mutantes ſpeciem. 4. Quòd Confeſſio eſt poſſibilis. 5. Quòd tenemur confiteri in Quadrageſima. 6. Quòd licet confiteri venialia. 7. Quòd ſine juriſdictione ordinaria, vel delegata ſacerdotis confeſſio illi facta, eſt nulla; Sacerdotium enim non dat juriſdictionem, ſed eſt fundamentum illius. g Trid. ſeſ. 14. c. 5. de confeſ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## DE MATERIA, ET FORMA *confeſſionis.*

*a* Comm. DD.

1. FOrmæ eſſentia ſtat *a* in illis ſolis verbis, *Te abſolvo*, reliqua, quæ antecedunt, & ſubſequuntur ſunt ad majorem congruitatem.

*b* Comm. DD.

2. Sufficit *b* manifeſtare ſtatum, quando quis nequit numerum.

*c* Navar. c. 4. n. 4.

3. Sufficit *c* dicere ſe quæſiviſſe laudem de peccatis mortalibus, etiamſi non aperiat ſpecificè; ſed non eſt idem de delectatione in præteritis, in qua neceſſarium eſt ſpeciem diſtinguere.

*d* Comm. DD.

4. Taceri *d* poteſt peccatum quando ex ejus confeſſione imminet pœnitenti, vel confeſſario grave damnum animæ, vel corporis, vel famæ. Sed omnibus his debet præponderare ſalus animæ.

*e* Navar. c. 10. n. 7.

5. Quando pœnitens eſt dubius an aliquod ſit peccatum mortale, an veniale *e*, tenetur illud confiteri, & de illo dolere quaſi de mortali.

*f* Suarez apud Dian p. 5. tr. 4. reſ. 111.

6. Non *f* peccat mortaliter, qui ne bonam exiſtimationem amittat, uni confitetur graviſſima, alteri tantum venialia.

*g* Navar. c. 9. num. 4.

7. Qui manens in excommunicatione confitetur, & recipit ſacramentalem abſolutionem, *g* illicitam facit confeſſionem, non autem invalidam; niſi ſciat, vel credat id eſſe peccatum mortale.

# SECTIO *III.*

## CONFESSIO QVOAD *iterationem.*

1. COnfeſſio facta confeſſario excõmunicato non notorio valida eſt, ſi fiat cũ ignorantia. Si autem ſcienter, ſed ita ut



ut accipiens abſolutionem mortaliter non peccet, non eſt *a* iteranda, quia valida.

*a* Navar. c. 9. nu. 4.

2. Mentiri in confeſſione peccatorum venialium, vel alias confeſſorum mortalium, veniale ſolum peccatum *b* eſt. Erit autem mortale, ſi aliud non confiteatur, quod ſit abſolutionis tota materia falſa,

*b* Sà verb. *Confeſſio*

3. Ad declarandam ſpeciem tui peccati, ſi neceſſe eſt, *c* potes dicere alienum; imo etiam cum tibi valdè utile eſt ad ſalutem animæ, aut alius cujus fortè fama periclitatur, famæ enim præponenda eſt ſpiritualis ſalus; cum autem tu potes dicere, poteſt & Confeſſor te interrogare.

*c* Sà verb. *Confeſſio* num. 17.

4. Iteranda *d* confeſſio ſine ullo dolore facta, aut ſine propoſito vitandi peccata, aut ei, qui non poterat abſolvere, vel cũ omiſſum eſt aliquod peccatum mortale ſcienter, vel quod tale putabatur, & ſi cum dubio; Secus autem ſi putabatur non eſſe mortale. Addunt aliqui, ſi confeſſor eſt valdè imperitus; vel omiſſum fuit aliquod peccatum mortale per craſſam ignorantiam, vel oblivionem. Et tandem ſi confeſſio ſit facta alienò etiam ſpe ratihabitionis.

*d* Vide Tol. lib. 3. cap. 10.

5. Confeſſio facta cum dolore de culpis præteritis, & propoſito vitandi futura, licet dolor non ſit talis, ut cũ ſacramẽto gratiam pœnitens conſequatur, valida eſt *e* licet informis.

*e* Probabilior ſententia DD

6. Facta ei qui nullum titulum nec bonum nec malum habet, vel notoriè amiſit illum, *f* iteranda eſt, etiam ſi facta fuerit bonâ fide.

*f* Navar. c. 9. nu. 11.

7. Confeſſio facta ſacerdoti, qui de quibuſdam poterat abſolvere, de quibuſdam non, non eſt *g* iteranda, nec quando ſatisfactio non eſt adimpleta; vel ſi fuit adimpleta in peccato mortali, vel pœnitens credidit in eadem relapſurum.

*g* Idem c. 9. num. 14

8. Qui iterat confeſſionem cum eodem ſacerdote, cui invalide confeſſus fuerat, ſi is ſtatum ejus ſaltem in confuſo cognoſcit, non *h* tenetur dicta peccata repetere, ſed tantum culpabiliter omiſſum.

*h* Comm. DD.

9. Scrupuloſus, qui ſemel prudentis arbitrio legitimam diligentiam appoſuit, ut omnia peccata confiteretur, etiam ſi poſtea ignoret utrum hoc vel illud confeſſus fuerit, non tenetur confiteri. Sed poteſt tutâ conſcientiâ judicare ſe illud jam confeſſum fuiſſe, & ſi forte oblitus verè fuit non imputabitur *i* illi in peccatum.

*i* Idem Navar. c. 21 nu. 42.

10. Per confeſſionem, quam non ſequitur abſolutio, non impletur *l* præceptum; niſi differatur ab ipſo Confeſſario ob ſalutem animæ ipſius pœnitentis.

*l* Idem c. 10. n. 4.

11. Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*m In decr. Alexand. VII. anno 1665. 24. ſeptemb.*

periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, tenemur in ſequenti confeſſione exprimere. *m.*

# SECTIO IV.

## CONFESSIO QUOAD *obligationem.*

*a Tolet. lib. 3. c. 76 in ſum.*

1. NUllus *a* tenetur conſiteri tertiâ perſonâ audiente, nec per interpretem, nec in ſcriptis; ſed ſi taliter fiat, validè fit. Abſolutio autem miſſa in ſcriptis, nulla eſt ex novo decreto Clementis octavi.

*b Navar. c. 21, nu. 31.*

2. Tempus confeſſionis non eſt definitum *b* jure divino, ſed humano. Non autem obligat ſtatim ac peccatum commiſſum eſt; nec peccat, qui differt uſque ad Quadrageſimam, etiam ſi ſciat oblitorum aliqua peccata mortalia.

*c Comm. DD.*

3. Obligat *c* etiam contritum, ſi vult accedere ad Euchariſtiam. & etiam in articulo mortis, vel ſi tempore debito habiturus quis eſt impedimentum, tenetur prævenire, vel ſi voverit pluries facturum. Obligat ejus præceptum omnem uſum rationis habentem ad peccandum.

# SECTIO V.

## CONFESSIO QUOAD *ſigillum.*

*a Navar. c. 8. num. 1.*

1. SIgillum *a* eſt obligatio aliquid occultandi. Quod eſt duplex. Aliud quod dicitur ſecretum naturale, & eſt à lege naturali, & divina. Aliud dicitur ſigillum confeſſionis, quod etiam includit naturale.

*b Comm. DD.*

2. Sigillum confeſſionis obligat *b* etiamſi non ſecutâ abſolutione; & non poteſt revelari niſi ex conſenſu pœnitentis.

*c Comm. DD.*

3. Compræhenduntur *c* hoc ſigillo non ſolùm peccata mortalia & venialia, ſed etiam omne illud, per quod directè, vel indirectè poteſt ſciri aliquod peccatum pœnitentis in particulari etiam leviſſimum, quod revelare erit mortale, quia plurimum lædit ſacramentum.

*d Suar. tr. 4. diſp. 33. ſec. 4.*

4. Obligat *d* non ſolùm Confeſſarium; ſed omnem eum qui licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediatè audit aliquod pec-



peccatum, ſive ſit interpres, ſive conſiliarius, ſive caſu audierit, & hos omnes etiam cum periculo mortis; & hæc obligatio durat poſt mortem pœnitentis.

5. Debet autem Confeſſarius *e* cautè admodum loqui de auditis in confeſſione, quia ex incauta locutione ſæpe contingit revelari confeſſioné. Ut ſi dicas: Illi negavi abſolutioné propter concubinatũ, vel propter peccatũ reſervatum, etiamſi concubinatus, vel peccatum reſervatũ fuerint publica.

*e Vide Villal. tr. 1. n. 7. dif. 64.*

6. Si duobus, vel pluribus confeſſis dicas de uno: Iſte peccata ſolùm venialia confeſſus eſt, indirectè *f* detegis mortalia aliorum. Vel ſi e loco, ubi audias confeſſiones, ſurgas ad conſulendum caſum, vel dicas aliquas circumſtantias dici, perſonæ, vel loci, ex quibus poſſit quis conjicere, quis talia fuerit confeſſus, vel quod aliquod grave ſaltem in communi confeſſus fuerit, ut ſi dicas ille bene confeſſus eſt, hic autem non mihi plenè ſatisfecit.

*f Vide Auil. in camp. Navar. hoc verbo.*

7. Cum pœnitens dat facultatem, ut peccatum reveletur, extrahit *g* illud à confeſſionis ſigillo: & imprudenter Confeſſarius facit, ſi dicat ſe illud in confeſſione audiviſſe.

*g Comm. DD.*

8. Non *h* frangit ſigillum, qui non abſolvit publicum concubinarium, & erga eum volentem communicare ſic ſe habet, ac ſi cum audiviſſet in confeſſione, arcendo eum à communione propter peccatum, quod ſciebat extra confeſſionem.

*h Navar. c. 8. num. 11*

9. Pœnitentia publica ita *i* imponenda eſt, ut non credatur impoſita à Confeſſario, ne lædatur ſacramenti ſigillum.

*i Vide Auil. verb. Satisfactio.*

10. Non violat ſigillum, qui propter peccatum, quod audivit in confeſſione *l*, denegat alicui ſuffragium, dummodò cauſam non exprimat.

*l Villal. ubi ſup. dif. 65, nu. 4.*

11. Nec qui ex confeſſione Petri cognito peccato Joannis, cujus cautè *m* interrogat in confeſſione.

*m V. Sanc. lib. 1. de matr. 1. 1, diſp. 15*

12. Nec qui *n* admonet hæredes pœnitentis, ut reſtituant quod ipſe pœnitens faciendum ejus fidei commiſit.

*n Navar. c. 17. n. 15*

13. Nec qui *o* vocatus in teſtem dicit id quod audierat in confeſſione, ſi id extra confeſſionem ſciebat.

*o Idem ubi ſup.*

14. Nec qui *p* dicit: In tali loco, ubi confeſſiones audivi, perpetrantur talia crimina. Hic tamen repræhenſione dignus eſt.

*p Navar. c. 8. n. 16.*

15. Interrogatus Confeſſarius quomodo ſe geſſerit circa pœnitentem *q*, debet reſpondere ſe ſuo munere fuiſſe perfunctum. Non tamen licebit dicere ſe illum non abſolviſſe.

*q Idem num. 14.*

16. Qui interrogatur ab alio an Petrus confeſſus fuerit illi aliquod peccatum, *r* poteſt etiam cum juramento negare.

*r Comm. DD.*

17. Confeſſarius non debet ſe intromittere *ſ* ad liberandum.

*ſ Navar. c. 15, nu. 16.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dum eum, quem ex confeſſione ſcit eſſe innocentem. Nec pœnitentē licet extra confeſſionem, nec publice, nec ſecretò corripere de auditis in confeſſione, niſi de ejus licentia, vel cùm ipſe cum Confeſſario miſcet colloquium eum conſulendo.

---

# SECTIO *VI.*

## *De Præcepto Confeſſionis, tempore, & modo illud adimplendi.*

*a* Comm. DD.

1. NOn *a* frangit præceptum Confeſſionis, qui illam differt ultra tempus præſcriptum ex conſilio confeſſoris, vel aliâ juſtâ causâ.

*b* Comm. DD.

2. Qui nihil vult dicere in confeſſione niſi interrogatus, non eſt diſpoſitus *b* ad abſolutionem.

*c* Vide Dian. p. 2. tr. 17. reſ. 46.

3. An qui aliter non poteſt confiteri niſi ſcripto, aut nutibus, eo modo quo poteſt teneatur, dubium eſt inter DD. Utrumque *c* eſt probabile, tutius vero confiteri; mutus autem ſi poteſt nutibus tenetur.

*d* Tolet. lib. 3. c. 6. num. 5.

4. Tradere Sacerdoti legenda peccata non *d* licet niſi ex juſta cauſa, ut propter nimiam verecundiam in puella.

*e* Comm. DD.

5. Licet teneatur confiteri, qui peccati capax eſt, Eccleſia tamen non *e* videtur eum velle obligare ante pubertatem ad pœnas non confitentibus impoſitas.

*f* Sà hoc verb. & Dian. p. 1. tr. 4. re. 81.

6. Præceptum annuæ confeſſionis in quovis anni tempore poteſt *f* adimpleri, qui annus incipit à Paſchate in Paſcha. Qui tamen eſt in peccato mortali, ut adimpleat præceptum communionis, in Paſchate debet confiteri. Idem dic de articulo mortis, vel periculo.

*g* Navar. c. 6. nu. 4.

7. Qui confitetur ſe ſex, aut octo peccaſſe, & poſtea recordatur fuiſſe octo, non *g* tenetur illa duo confiteri; ſecus verò ſi dixiſſet ſe tantum ſex peccaſſe.

*h* Sà hoc verb. n. 35.

8. Qui ignorabat aliquid eſſe peccatum mortale cùm puer eſſet, & poſtea advertit, ſufficit *h* illud fateri. Si vero confeſſus eſt cum eo, qui juriſdictionem non habebat, & grandis factus, errorem cognovit, ſufficiet illas ſolùm confeſſiones repetere.

*i* Navar. c. 2. nu. 15.

9. Poteſtas eligendi Confeſſores non *i*, expirat morte concedentis.

*l* Silveſt. verb. *Confeſſio* num. 6.

10. Quando quis juſtam habet cauſam non confitendi proprio ſacerdoti petita licentiâ & non obtentâ, poſſe alteri



ri confiteri, alii ajunt, alii negant; affirmativa videtur probabilior. *l* Et ſi in hoc caſu licentiam non petat ſufficiet rationabiliter præſumpta.

11. Poteſt *m* quis ſimul pluribus Confeſſoribus confiteri, & in neceſſitate unus Confeſſor plures audire, & abſolvere.

*m* Sà hoc verb. nu. 18.

12. Meretrices non comprehenduntur *n* in excommunicatione contra non communicantes in Paſchate.

*n* Idem num. 41.

13. Nemo tenetur *o* ob periculum oblivionis peccata ſcribere.

*o* Navar. in c. fratris n. 87.

14. Pius V. decrevit, *p* quòd medici admoneant ægrotum ut confiteatur, & ne eum ter inviſant, niſi eis conſtiterit in ſcriptis jam confeſſionem feciſſe. Hoc autem conſuetudine moderatum eſt, & videtur ſufficere, ſi admoneant infirmum cùm imminet periculum.

*p* Pius V. motu proprio qui incipit ſuper gregem an. 1562. Vide Villal. tr. 9. dif. 17.

15. Præcepto divino obligatur ad confeſſionem, qui timet, ſi differat, ſe peccata oblitururm; & ſi plura habeat reſtituenda, debet *q* ea habere in ſcriptis.

*q* Idem ubi ſuprà.

16. Monachi S. Benedicti tenentur ex præcepto, (quod etiam extenditur ad omnes religioſos) confiteri, *r* cum habent conſcientiam peccati mortalis. Hoc autem præceptum per non uſum videtur ablatum.

*r* Clementina. Ne in agro. para. ſanè deſta tu Monachi.

17. Qui tempore ab Eccleſia ſtatuto non confeſſus eſt, illo tranſacto etiam *ſ* tenetur, & quo plus differt, plus peccat. Idem dicendum probabilius de communione in Paſchate.

*ſ* Comm. DD.

18. Qui navigaturus & ſcit tempore præcepti non habiturum copiam Confeſſoris, tenetur *t* prævenire confeſſionem ſecundum probabiliorem opinionem.

*t* Suar. diſp. 36. ſec. 5.

19. Qui audit pœnitentem *u* in maris tempeſtate, ſufficit quòd uniuſcujuſque audiat duo, vel tria peccata, ſi omnia non poteſt.

*u* Conin. apud Dian. p. 2. tr. 16. reſ. 44.

20. Si quis recordatur ſe peccatum mortale commiſiſſe, cujus autem ſit ſpeciei non recordatur, tenetur *x* illud confiteri, & poteſt abſolvi ſecundum probabiliorem opinionem etiamſi nullum aliud habeat, quod in ſpecie fateatur.

*x* Suar. to. 4. diſp. 23. ſec. 1.

21. Cum complice peccati facta confeſſio *y* valida eſt, ſed non licet, niſi urgeat neceſſitas.

*y* Comm. DD.

22. Non poteſt *z* ſuperior de ſolis reſervatis ſubditum abſolvere & remittere eum ad alium pro non reſervatis; ſed ſi velit eum ſacramentaliter abſolvere, omnia debet audire. Eſt contra Navarrum & alios, ſed omnino tenenda.

*z* Vide P. Suar. to. 4. diſp. 31. ſec. 2.

23. Quando non eſt recurſus ad ſuperiorem, & pro vitando ſcandalo eſt neceſſarium, quòd pœnitens communionem recipiat, *a* poteſt abſolvi de non reſervatis directè, & indi-

*a* Vide P. Suar. ubi ſup. ſec. 5.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

indirecté de reſervatis cum onere comparendi coram ſu- periore. Vel ex ſententia Vaſquez poteſt conteri, & ſine confeſſione communicare, ac ſi non eſſet copia confeſſoris. Sed adverte teneri pœnitentem tam reſervata, quam non reſervata confiteri in prædicto caſu, ut Confeſſarius ſciat ſtatum ejus, & velut medicus poſſit & medicinam adhibere, qui non poterit abſolvere, etiam ſi peccata reſervata habeat annexam excommunicationem etiam reſervatam. Quod Toleto, & aliis non *b* placet, ſed videtur probabilius.

*b* Vide Toletum in ſumma. *c* In decr. Alexand. VII anno 1665. 24. ſeptemb.

14. Non ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſte reprobato *c*.

## SECTIO VII.

### *De Miniſtro ordinario hujus Sacramenti.*

*a* Suar. to. 4. diſp. 25. ſec. 4.
*b* c. ne pro dilat. de pœnit. & remiſ.
*c* c. ult. de cenſu in 6.
*d* Villal. ex dicto c. ne pro dilat. ubi ſup.
*e* Silveſt. verb. *Confeſſ.*
*f* Vide Villal. ubi ſup.
*g* Henriq. lib. 6. de pœnit. c. 11. nu. 1.
*h* Vide Trid. ſeſſ. 14. c. 15. & decret. Alexandr. VII. anno 1665. 24. ſeptemb.

1. SUmmus Pontifex eſt *a* primus, & ſupremus miniſter de poteſtate ordinaria hujus Sacramenti; & ejus familia ipſi, ac ejus pœnitentiario ſubjecta eſt.

2. Epiſcopi habent Papam *b* pro ordinario, & ex privilegio ſi confirmati, & conſecrati ſunt, quemlibet poſſunt eligere.

3. Archiepiſcopus cum actu viſitat Archiepiſcopatum, eſt *c* ordinarius in eo, cùm autè non viſitat, ſolùm in ſua diœceſi.

4. Provinciales, Guardiani, Priores, & Abbates *d* ſunt ordinarii reſpectu ſuorum ſubditorum, & poſſunt ſibi ipſis eligere Confeſſores, niſi prohibeantur aliquo ſui ordinis ſtatuto.

5. Cardinales non habent juriſdictionem niſi ſint Legati, ſed conſuetudine ſunt Papæ immediatè *e* ſubjecti, & ipſis illorum familia. In propriis Eccleſiis habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Si autem non ſunt ſacerdotes, poſſunt juriſdictionem delegare.

6. Decanus, & Archidiaconus, & ſimiles aliquando Epiſcopo immediatè *f* ſubjiciuntur, ſed in hoc conſule conſuetudinem.

7. Vicarius generalis Epiſcopi, non verò foraneus, ordinariã habet juriſdictionem ſecundum probabiliorem ſententiam.

8. Capitulum ſede vacante *g* ſuccedit loco Epiſcopi, & Proviſores ejus loco Proviſoris Epiſcopi.

9. Parochi immediatè Epiſcopo *h* ſunt ſubjecti, nec poſſunt eligere Confeſſorem niſi approbatum ab ordinario. Parochis autem ſubjiciuntur omnes Parochiani, exceptis religioſis.

10. Præ-



10. Prædicti omnes, ſi ſit communis error, & habeant aliquem titulum, licet coloratum, ipſo jure *i* habent juriſdictionem; dummodo non ſint incapaces jure divino ad dandam abſolutionem, ut mulieres, & non ſacerdotes. *i* Comm. DD.

11. Prædictorum omnium juriſdictio non eſt *l* determinata locis, ſed perſonis. *l* Suar. to. 4. diſp. 18. ſec. 1. nu. 17.

## SECTIO VIII.

### *Quomodo poſſit ſciri, ad quam quis Parochiam pertineat?*

*a* Sanch. de matr. to. 1. lib. 3. diſp. 19. num. 1.
*b* Idem ibidem.
*c* Suar. to. 4. diſp. 15. ſec. 1.
*d* Comm. DD.

1. AD eam quis Parochiam pertinet, *a* in qua habet domicilium, vel domum habitationis ex die, quã ibi incipit habitare.

2. Qui mutat habitationem in aliquem locum, niſi ad breve tempus; & qui propter negotia ibi moratur, & domum conducit, domicilium *b* acquirit, licèt contrarium alij ſentiant probabiliter.

3. Qui in duobus locis moratur, utrobique *c* eſt Parochianus, & omni tempore poteſt cuilibet ex duobus Parochis confiteri.

4. Vagi, iter facientes, & peregrini *d* poſſunt confiteri cum Parocho illius loci, in quo ſunt, vel cum alio delegatam juriſdictionem ibi habente.

## SECTIO IX.

### *Quis ſit Miniſter hujus Sacramenti ex poteſtate delegata: & quis poſſit eam delegare?*

*a* Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſ. reſer. &c. inter extera de off. ordi.
*c* c. 1. de off. Vicar. in 6.
*d* Comm. DD.

1. IN articulo vel periculo mortis etiam præſumpto, ut in longa, & periculoſa navigatione, omnes Sacerdotes delegatam juriſdictionem *a* habent.

2. Quilibet habens ordinariam juriſdictionem poteſt eam delegare; niſi juris impedimentum *b* habeat.

3. Papa in tota Eccleſia, Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu *c*.

4. Qui autem delegatam habet, non *d* poteſt eam ſubdelegare, niſi ex ſpeciali commiſſione.

 5. Vica-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

5. Vicarius generalis, & Epiſcopus, ſi ille non eſt ſacerdos, & hic etiamſi non ſit conſecratus, & ſit confirmatus, poſſunt *a* delegare.

*a* Villal. c. 3, tr. 9, dif. 49.

6 Quando ſuperior delegat juriſdictionem, non eſt neceſſaria inferioris licentia, niſi detur ſub ea conditione. Quare religioſus, cui Epiſcopus delegavit juriſdictionem, poteſt audire confeſſiones contradicente Parocho in ejus Eccleſia.

7. Parochus non *f* poteſt delegare ſuam facultatem ſimplici ſacerdoti.

*f* Suar. diſ. 26, ſec. 1, nu. 9.

8. Prælatus religioſus ſuis ſubditis concedere *g* poteſt facultatem, ut cuicumque etiam ſimplici ſacerdoti confiteantur. Quod iter agentibus ſæpe conceditur.

*g* Comm. DD.

9. Fratres prædicatores, & Minores *h* habent privilegium, ut poſſint iter agentes, ſi non habeant Confeſſarium ſui ordinis, aliis etiam ſæcularibus confiteri.

*h* Eman. Rodr. fol. 44. in ſu. co. 51.

10. In ordine Minorum quilibet Confeſſarius approbatus habet *i* facultatem confeſſionis audiendi omnium fratrum totius ordinis.

*i* Idem to. 1, q. 21, art. 3.

11. Conſuetudo legitimè præſcripta dat *l* juriſdictionem delegatam.

*l* Comm. DD.

12. Nuſquam Epiſcopus approbat religioſos ad audiendas confeſſiones ſine conſenſu ſaltem interpretativo ipſorum Prælati; & probabile *m* eſt ſine eo eos approbare non poſſe. Si autẽ de facto hoc faceret contra voluntatẽ Prælati, ex natura rei validæ eſſent confeſſiones; ſed taliter approbatus, ſi eſſet frater Minor *n*, incurreret excommunicationem, & ſi eſſet ex ordine Prædicatorum invalidæ eſſent confeſſiones.

*m* Clemen. dudum de ſepu. para. ſtatuimus.
*n* Vide Villal. ubi ſup.

13. In aliis ordinibus dum talis facultas non irritaretur *o*, valerent confeſſiones. Sed tales Confeſſarii non poſſent abſolvere à caſibus Epiſcopo reſervatis, quia hoc privilegium non poteſt illis conferri niſi à ſuo ſuperiore; ſed non niſi obtenta ad id Epiſcopi facultate. *

*o* Henriq. lib. 6, de pœn. c. 1, num. 3.
* In decr. Alexand. VII anno 1615, 24. Septemb.

14 Quamvis religioſus ſit legitimè approbatus, poteſt & ſuperior præcipere ne confeſſiones audiat, & ſi audiat *p* erunt invalidæ: contraria vero eſt probabilior, ſed peccabit.

*p* Henr. lib. 5, de pœnit. c. 6, n. 6.

## SECTIO X.

### *In qua Forma deleganda eſt hæc juriſdictio, & quantum duret.*

1. DEbet dari aliquo exteriori ſigno; mentale ſolùm non ſufficit, nec ratihabitio *a* de futuro. Benè autem ſi ſit de præſenti, vel de præterito.

*a* Suar. c. 4, diſp. 26, ſec. 1.

2. Quan-



2. Quando juriſdictio eſt dubia, & neceſſitas gravis urget, danda *b* eſt ſub conditione abſolutio cum onere iterum confitendi.

*b* Idem to. 4. diſp. 26, ſec. 6

3. Si delegata fuit ad tempus, eo tranſacto ſpirat; ſed inceptæ confeſſiones poterunt *c* perfici ſecundùm probabiliorẽ. Si delegans juriſdictionẽ moriatur, durat *d* donec revocetur.

*c* Villa. ubi ſup. diſ. 31.
*d* c. gratum de off. & poteſt. jud. delegat.

## SECTIO XI.

### *VTRVM EPISCOPVS POSSIT COARCTARE licentiam religioſis, quos approbat, & approbatio hæc an ſit perpetua?*

1. EPiſcopus ſine juſta cauſa non *a* poteſt coarctare approbationem; poteſt autem ex cauſa quoad tempus & perſonas. Si autem ſine juſta cauſa coarctaverit, *b* manebunt abſolutè approbati.

*a* Henriq. de pœn. lib 3. c. 6. nu. 6.
*b* Villa. ubi ſup. dif. 13

2. Religioſus approbatus in uno Epiſcopatu, ſi alium petat, & poſtea redeat in eundem à quo exivit, non indiget *c* nova approbatione.

*c* Comm. DD.

3. Epiſcopus non poteſt religioſo ſemel approbato facultatem auferre ſine juſta cauſa, nec Capitulum ſede vacante; poteſt tamen Epiſcopus ſucceſſor.

## SECTIO XII.

### *QVIS SIT IDONEVS MINISTER HVIVS Sacramenti; & à quo Ordinario debeat approbari, ut poſſit eligi Bullæ virtute.*

1. NOn *a* ſufficit quòd ſit notoriè doctus, niſi ſit præſentatus à ſuo Prælato, & approbatus à ſuo Epiſcopo.

*a* Comm. DD.
*b* F. Eman. Rodr. in addit. ad Cru. para. 9, nu 4

2. Parochus, qui Parochiæ renuntiavit, non ideo *b* amittit approbationem.

3. Omnes habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exemptam ab Epiſcopali, poſſunt *c* confeſſarios approbare; ſed novo decreto Innocentii X non poſſunt, niſi ab Ordinario ap-

*c* Suar. to. 4, diſp. 20, ſec. 4, nu. 10, Inn. X. ann. 1654



pro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bentur ſubditorum confeſſiones audire.

*d* Idem diſp. 18. ſec. 6, n. 11.

4. Pro Ordinario intelligitur *d* Epiſcopus, & omnes qui habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, exceptis Prælatis regularium.

5. Approbati à ſuo Ordinario poſſunt eligi etiam in alio Epiſcopatu virtute Bullæ. Quod videtur probabile viris doctis. Probabilius *e* autem eſt approbandum eſſe ab Ordinario pœnitentis.

*e* Vide Villal. ubi ſup. diſt. 6.

*f* Ex novo decreto Innoc. X. an. 1614.

6 Religioſi in una diæceſi ab Ordinario approbati, ſi tranſeant ad aliam ab ejus Epiſcopo de novo debent *f* approbari ut confeſſiones audiant, & ſine facultate Epiſcopi concionantes, & confeſſiones audientes poteſt Epiſcopus prohibere, excommunicare, & punire; Et in ſuis Eccleſiis ſine Epiſcopi benedictione, & in alienis ſine ejus facultate non poſſunt prædicare, neque in ſuis Eccleſiis contra illius voluntatem.

*g* Ex eodem decreto.

*h* Villal. ubi ſupra.

*i* Comm. DD.

7. Epiſcopus poteſt *g* præcipere religioſis, ut ſibi exhibeant facultatem audiendi confeſſiones, & concionandi; & etiam inconſulto Provinciali Epiſcopo tenentur obedire.

8. Religioſi virtute Bullæ, vel Jubilæi non poſſunt *h* confiteri niſi cum approbato ab Ordinario.

9. Novitii *i* poſſunt confiteri cum quo voluerint, ſive ſit religioſus, ſive ſæcularis; dummodo ſit approbatus ab Ordinario. Hoc tamen non *l* procedit in novitiis Societatis JESU, qui ſecundum noſtras ordinationes ſolùm poſſunt confiteri cum aſſignato à ſuperiore. Si tamen cum alio confiteantur, valida erit confeſſio.

*l* Ex ſpeciali decreto N. 9. Generalis.

10. Si mulier aut non ſacerdos communi errore legitimus confeſſarius reputaretur, validas eſſe abſolutiones aſſerunt *m* nonnulli DD. Licet hæc ſententia à neothericis improbabilis reputetur.

*m* Innoc. c. dudum de elect. Maſcard. de prob. Eccl. 049.

*n* Lugo de Sacr. diſp. 9. ſec. 2.

11. Confeſſarius, qui ſequens probabilem opinionem, quæ ei juriſdictionem concedit, abſolvit, etiamſi talis opinio in ſe non eſſet certa, *n* valide abſolvit.

12. Qui tamen ita dubius eſt, ut nullam ſuæ opinionis probabilitatem habeat, in urgenti neceſſitate ſub conditione ſi poteſt, abſolvat *o* cum onere, ut pœnitens poſtea confiteatur cum habente juriſdictionem. Quod onus alii non obligare affirmant, quia nemo ſua peccata bis confiteri cogi debet.

*o* Suar. to. 4. diſp. 26, ſec. 6.

13 Dubius de juriſdictione in urgenti neceſſitate moneat pœnitentem, ut veniale vel mortale jam confeſſum fateatur, ut de his directè, & de aliis indirectè, valide tamen abſolvat.





# SECTIO XIII.

## *DE CONDITIONIBUS ET OBLIGATIONIBUS CONFEſſARII: & utrum teneatur pœnitentem interrogare?*

1. Confeſſarius *a* debet habere ordines, juriſdictionem, ſcientiam, virtutem, ſecretum, prudentiam, & fortitudinem. *a* Comm. DD.

2. Confeſſarius *b* tenetur ſcire, quæ communiter ſciuntur circa cenſuras, caſus reſervatos, & reſtitutionem, & habere principia, quibus dubitet de reliquis, & conſulat viros doctos; non enim tenetur omnia ſcire, quia hoc eſt impoſſibile. *b* Comm. DD.

3. Qui certus de ſua inſufficientia confeſſiones audit, etiam præcipiente Prælato, peccat *c* mortaliter. Si autem dubitet, poteſt credere præcipienti. *c* Navarr. c. 1. de pœn. dub. 6.

4. Qui habet poteſtatem, ordines, & juriſdictionem, licet non habeat ſcientiam, valide *d* adminiſtrat; peccat tamen niſi in neceſſitate extrema. *d* Suar. to. 4. diſp. 28, ſec. 1

5 Tenetur *e* confeſſarius interrogare ea omnia, in quæ ex qualitate perſonæ, & officii judicat ut plurimum quod tales homines ſolent impingere. Si tamen judicet pœnitentem ſe bene examinaſſe, vel eſſe virum doctum, & timoratæ conſcientiæ, nihil interrogare tenetur. *e* c. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.

6 Sit ſacerdos diſcretus, *f* & cautus more periti medici diligenter inquirens peccatorum circunſtantias. *f* Ex eod. c.

7. Confeſſarius, qui ob ſomnium, vel inadvertentiam venialia confitentem non integrè audivit, non debet *g* ad repetenda pœnitentem obligare. *g* P. Suar.

8. Quando confeſſarius certò ſcit pœnitentem eſſe in ſtatu peccati mortalis, ipſe verò de eo non ſe accuſat, tenetur interrogare; quod ſi neget, non debet eum abſolvere.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO XIV.

## *QUOMODO RUDES INSTRUENDI ſunt.*

1. SI habeant uſum rationis, & aliqualem notitiam hujus ſacramenti, & præcepti, tenentur confiteri; ſecùs ſi invincibili ignorantiâ laborent. Parochi autem, & domini ſi eos docendo capaces non reddant, rationem reddere debent.

2. Æthiopes, Indi, & alii neophyti tenentur ſcire neceſſaria ad conſequendam æternam ſalutem, qualia ſunt credere Deum eſſe unum in eſſentia, & trinum in perſonis; & ex his ſecundam, Filium Dei ſcilicet, hominem factum fuiſſe pro nobis in ûtero Virginis, ex ea natum, & paſſum, & mortuum pro noſtra, totiuſque mundi ſalute, ſurrexiſſe à mortuis, ſedereque ad dexteram Dei Patris, indeque venturum ut judicet mundum, bonisque æterna præmia, malis æterna ſupplicia largiturum. Inſuper tenentur ſcire Pater noſter, & orare, & mandata Dei & Eccleſiæ obſervare. Non tamen obligantur hæc omnia in memoria retinere; ſufficit, quod ſubſtantiam aliquomodo percipiant, & interrogati bonum à malo diſtinguant. Cùm autem ex incuria ſua, vel dominorum nec Pater noſter, nec Credo didicerint, non ſunt abſolvendi donec addiſcant, ſecùs enim nunquam addiſcent: Si verò nec culpâ ſuâ nec dominorum, ſed ex naturali incertitudine prædicta ignorant, juvandi ſunt, ne tanto beneficio priventur, poſſuntque audiri, & abſolvi, admonendique ſunt priùs, ut de incuria in addiſcendo, ſiquam habuerint, conterantur.

3. Inſuper admonendi ſunt ſacerdotem Chriſti vicem gerere ad remittenda peccata; ideoque Chriſtianos ad confeſſionem accedere. Interrogandi etiam ſunt quem adorent audientes ſacrum, ſufficietque ſi dicant ibi eſſe Chriſtum verum Deum & hominem Interrogandi tandem ſunt, quare prædicta hæc omnia credant, docendique ſunt ideo credenda, quia verba Dei ſunt.

4. In articulo mortis cùm per tempus aliud non licet, ſufficiet eos docere Deum eſſe remuneratorem, & Chriſtum Filium ejus verum Deum, & hominem mundi Redemptorem; & licet hæc quomodo ſint non intelligant, ſufficiet quod aſſentiant, & credant, Hoc eſt valdè advertendum, quando aliter non poſſunt inſtrui, ſatis eſt quòd reſpondeant ſe credere, quæ à confeſſario proponuntur ut dicta Dei licet non intelligant: Idiota enimvero credit, licet non capiat, quæ continentur in Bibliis.



5. Quanquàm non benè examinati, nec cum debito dolore miſeri hi ad confeſſionem accedant benignè juvandi, & audiendi ſunt; partim enim continuo labore, partim naturali incapacitate excuſabiles ſunt. Exponatur eis immenſus Dei amor erga homines, & præcipuè erga pauperes, & quomodo eis de cœlis benefaciat; & admoneantur, ut de peccatis doleant; quia optimi Patris, ac Domini offenſæ ſunt. Induat confeſſarius viſcera piiſſimi patris, & omnibus omnia factus inſtruat cum patientia pœnitentem ſuum, dicatque ei: Audi fili, & vide, & ſcito, quia intra hoc corpus tuum latet anima tua, quam Deus creavit, & quæ nunquam moritura eſt: ſi benè vixeris, æterno gaudio perfrueris in cœlo cum Deo ſemper vivens Deus eſt, qui cœlum, & terram fecit, & omnia hæc quæ vides. Ipſe te multum diligit, oculos, manus, & pedes, & omnia quæ habes ipſe tibi dedit, ama eum ex toto corde tuo, Ipſe eſt Dominus tuus, & omnium hominum, ipſe te alit, & veſtit, dole quia eum offendiſti. Ipſe pro te de cœlo deſcendit, natus eſt de Virgine, & ut tibi vitam æternam daret, mortem non recuſavit His & ſimilibus verbis inſtruatur pro captu, & repetito actu contritionis, dummodo dictis annuat, ſine ſcrupulo poteſt abſolvi.

6. In examine hæc obſervanda—— Sinat eum ſua peccata confiteri. Si nullum dixerit, vel pauca, & ſiſtat, interroget ea, in quæ ut plurimum incidunt Æthiopes, & Indi; quærat de numero, & de ſpecie, & faciat quantum in ſe eſt, & quamvis credat multa peccata habere, quæ propter incapacitatem non declarat quoad numerum, vel quoad ſpeciem, dummodo materiam abſolutionis extorſerit ſervatis prædictis poteſt eum abſolvere; integra eſt enim formaliter confeſſio, & tam pœnitens, quàm confeſſarius quantum moraliter poſſibile eſt faciunt; nec ſi pœnitens dimittatur per totum annum examinandus, cum meliore diſpoſitione redibit.

7. Pro ſatisfactione imponatur eis captivitas, & egeſtas, & omnia alia quæ in ſervitute patiuntur, & primam Miſſam quam audituri ſunt, & ut ibi aliquid breve, ut Pater noſter, & Ave Maria recitent, etiam pro graviſſimis delictis; hæc enim patienter ſublata, & Deo oblata ſufficiens ſatisfactio cum meritis Chriſti videtur.

8. Qui linguam Indorum non benè intelligunt, & Parochi

eorum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eorum non ſunt, ſed gratis, ut ſacerdotes noſtræ ſocietatis huic pio miniſterio ſe dicant zelo animarum; quia rari ſunt, qui ſerio eorum ſaluti incumbant, dummodo aliqua interrogando ſtatum pœnitentis & dolorem de præteritis, & propoſitū ſe emendandi cognoſcant, licet peccata omnia, quoad numerum, & quoad ſpeciem perfectè non capiant, tutâ conſcientiâ poſſunt Indorum confeſſiones audire. Hi enim miſeri plures habent ſpoliatores, quàm confeſſores, qui ipſorum incumbant animarum ſaluti.

9. Circa Æthiopes minus dubium eſt, quia cùm nemo ſit, qui illorum linguam calleat, omnes in hoc ſunt æquales, & ipſorū neceſſitas exigit, ut abſque ſalutis remedio deſerantur.

10. Parochi Indorum tenentur addiſcere eorum idioma, & in eo peritiores præferri debent ab Epiſcopis ad beneficia curata. Si autem benè intelligentes linguam non habeant, addiſcere incipientibus poſſunt tutâ conſcientiâ Indorum Parochias committere.

11. Quando auditâ confeſſione dubius manet confeſſarius an pœnitens ſufficienter diſpoſitus ſit ad abſolutionem, præcipuè ſi eſt rudis, & incapax melioris diſpoſitionis, poteſt eum abſolvere ſub conditione, quia in hoc nec ipſi pœnitenti, nec ſacramento ſit injuria.

---

# SECTIO XV.

## PAROCHI INDORUM, DE QUIBUS *interrogandi ſunt in confeſſione: & quæ ſint eorum peccata frequentiora.*

1. QUi per ſe non catechizat, ſed per pueros, & hiſpano ſermone, peccat.

2. Non licet confeſſiones Indorum audire per interpretem Indum, vel Meſtizum, benè tamen in caſu neceſſitatis per religioſum, vel alium virum prudentem, & conſcientiæ timoratæ; de his enim non loquitur prohibitio ſynodalis, quæ prohibet confeſſiones per interpretem audire.

3. Si plures audit, quàm poteſt benè diſponere in eodem die, peccat. Si impatienter eos audit, iraſcitur, vel percutit eos deterrens à confeſſione, peccat.

4. Qui curam ſumit plurium animarum, quàm poteſt docere, & regere. Qui ita idiota eſt, ut ignoret neceſſaria ad ſa-

cra-



cramentorum bonam adminiſtrationem, & ineptus eſt ad exponendam eis doctrinam Chriſtianam, non eſt tutus in conſcientia.

5. Abeſſe Parochum à ſuo beneficio per tres menſes ex juſta cauſa alium ſubſtituendo licet per Tridentinum cum facultate proprii Epiſcopi, amplius non licet, niſi ex graviſſima cauſa. Per paucos autem dies abeſſe licitum eſt ex juſta cauſa, etiam ſi alium non ſubſtituat, verbi gratia ut ſi ſua peccata confeſſurus vicinam petat Parochiam, vel vocetur ab Epiſcopo ad feſtum Corporis Chriſti, vel ad concionandum, vel ad ſimilia.

6. Peccat Parochus, qui nō curat ut Indi Miſſam audiant in diebus præcepti. Nec ſufficit ſignum dare ut veniant, quia tenentur omnem poſſibilem diligentiam adhibere, ut cum effectu ſacro adſint. Quamvis enim Parochis prohibitum ſit Indis ſupplicium infligere, poſſunt admonere Regium Prætorem, & alios juſtitiæ miniſtros, ut eos venire cogant.

7. Peccat Parochus, qui negligens eſt in extirpandis idololatriis, ebrietatibus, & aliis publicis peccatis. Hoc verò faciendum cum circumſpectione, & prudentia.

8. Paſtores, qui in deſertis paſcunt greges viſitare non tenetur, curare tamen debet ut confeſſuri ad populum veniant, & ut eorum infantes baptizentur.

9. Qui Miſſas non dicit ab Epiſcopo aſſignatas dicendas pro populo pro rata reſtituere tenetur. Non verò ſi horas Canonicas non recitet, licet peccet: Hæc enim non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, ſed ſtipendia mera.

10. Peccat, qui cùm poſſit, non impedit damna, quæ Curacæ & Commendatarii inferunt Indis.

11. Peccat qui Indis Euchariſtiæ, & extremæ unctionis ſacramenta non adminiſtrat, nec curat eos docendo idoneos facere. Et qui habent infideles in ſua Parochia, ſi non curant eos inſtruere & ad fidem convertere, vel ſine catechiſmo eos baptizare.

12. Peccat, qui ſine facultate proprii Epiſcopi tranſit ad alium Epiſcopatum, & poſitam cenſuram incurrit, niſi in oppreſſione manifeſtè injuſta.

13. Qui pueros habet in obſequiis, ſi hoc ſit pretio æſtimabile, ut coquere in culina, pecora, & alias beſtias paſcere, & ſimilia, debet mercedem ſolvere; ſecùs verò ſi tantum ad menſam ſerviant.

14. Peccat qui non ſolvit ſtruem lignorum, vel herbarum, quem pueri offerre ſolent venientes in domum Parochi,

ut

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut doceantur doctrinam. Hæc enim conſuetudo quia mala; non eſt toleranda. Idem dicendum de ſuperfluis ædificiis, ad quæ Indi non ſunt obligandi.

15. Tenentur clerici ſervare leges humanas juſtas ſpectantes ad bonum commune, & ideo Parochi tenentur obſervare conſtitutionem Proregis, jubentis ne Indos ſupplicio afficiant. Quod etiam ſervant ipſi Epiſcopi, qui ſæculares non puniunt, niſi invocato brachio ſæculari, niſi ſupplicium ſit paternum.

16. Qui ſtipendia accipiunt pro ſacramentorũ adminiſtratione, vel ſepultura, peccant. & tenentur reſtituere. Si verò Indi fuerint alienigenæ, poteſt ſtipendia conſueta recipere.

17. Cum Indus offert arietem, ut Parochus tot Miſſas dicat, quot aries valet ſecundùm menſuram ſtipendii, non ſufficit unam Miſſam dicere. Si autem ſponte offerat, ad nihil tenetur, ſi Indus nihil petit.

18. Non peccat, qui pro propria utilitate facit, ut Indi offerant, dummodo eos non cogat.

19. Peccat qui defuncti bona hæredem habentis ſibi aſſumit, pro Miſſis dicendis. De quarta parte bonorum cum inteſtatus deceſſit, poteſt Vicarius diſponere pro anima illius.

20. Peccat qui negotiatur per ſe vel per interpoſitam perſonam in ſua Parochia, & incurrit cenſuras, & pœnas impoſitas à jure, & à ſynodalibus contra Indorum Parochos, qui negotiationi vacant, contra quos Limenſe concilium fulminat excommunicationem ipſo facto incurrendam. Sed hæc ablata eſt à Paulo V. ut ſupra diximus.

21. Poteſt tamen vendere ea quæ ex ſuo neceſſario alimẽto ſuperfluunt, & in aliena Parochia per interpoſitã perſonã non prohibetur negotiari; nec pecora alere ad victum neceſſaria, & hæc vendere quando opus eſt in propria Parochia.

22. Parochus Indorum, qui vitio carnis ſubjectus eſt, ſi longam experientiam habeat ſe continere non poſſe, non poteſt abſolvi niſi Parochiæ renuntiet; quia voluntariè eſt in proxima occaſione peccandi. Idem dic de eo, qui domi Indas habet cum ſcandalo, etiam ſi cum eis non peccet, nec debet abſolvi donec ejiciat.

23. Qui ſacrum facit in Eccleſia polluta notoriè, peccat mortaliter; nullam tamen cenſuram incurrit.

24. Qui ob ſævitiam Indos à confeſſione deterret, vel eſt cauſa, ut in ea mentiantur, graviter peccat.

25. Peccant mortaliter, qui quotannis non faciunt indicẽ Indorum, ut ſciant utrùm ſacramenta recipiant, vel non. Idẽ dic de eo qui ſine neceſſitate pueros domi baptizat.



26. Qui domi baptizatos iterum in Eccleſia baptizat, quia ſubitam diligentiam non adhibuit, ut ſciret jam eſſe baptizatos, peccat, & in foro exteriori puniri debet ut irregularis, licet in interiori eam non incurrerit, quia non fecit ſcienter.

27. Qui in ſtatu mortalis ſine prævia confeſſione celebrat, peccat graviter, niſi in caſu, in quo non ſit copia confeſſoris, & non poteſt ſine ſcandalo ſacrum omittere. Vide conc. Limen. act. 2. c. 15.

28. Qui canes venaticos, & accipitres alunt, non videntur peccare mortaliter, niſi ut venationi ſtudeant Indorum curam deſerant.

29. Qui domi habuit concubinam per annum integrum, & in eo ſæpe confeſſus fuit, poſt annum verò ejecit eam, & cum hac bona diſpoſitione per quatuor annos confeſſiones frequentavit. Primas confeſſiones factas in concubinatu reiterare debet non alias.

# SECTIO XVI.

## VARIA DUBIA DE CONFESSIONE.

1. QUi temerariè judicavit proximum, non ᵃ tenetur ſpeciem peccati, quod judicavit, confiteri; ſufficit ſi dicat ſe temerè proximum in re gravi judicaſſe, ſecundùm probabiliorem opinionem. Si verò de viro ſancto crimen nefandum temerè judicaſſet, eſſet circumſtantia aggravans, quæ ſecundùm paucorum ſententiam non eſt neceſſario fatenda. ᵃ Summæ author.

2. Qui facit confeſſionem nullam propter defectum examinis, & doloris, & quia ſciens ob verecundiam peccatum mortale non aperuit, an unum peccatum, an tria committat, dubium eſt, & an ſufficiat in confeſſione iteranda dicere ſe ſemel confeſſionem nullam ſcienter feciſſe. Reſpondetur ᵇ cum diſtinctione, quod licet verum ſit quodlibet ex prædictis diſtinctum peccatum eſſe, qui tamen animum habuit faciendi peccatum in confeſſione, & per conſequens faciendi confeſſionem nullam, non facit novum peccatum ſe malè examinando, vel ſine dolore confitendo, quia hæc non requiruntur in confeſſione nulla. ᵇ Idem.

3. Excommunicatio poſita in *c. omnis utriuſque ſexus de pænit. & remiſ.* non eſt latæ ſententiæ ſed ferendæ, & ideo non incurritur *c* niſi à Prælato Eccleſiaſtico feratur. Continet tamen præceptum obligans ſub mortali.

*c* Comm. DD.

4. Numerus peccatorum augetur, quoties voluntas peccandi interciſa renovatur, ſi peccatum ſit purè interius; ſi autem uno exteriori actu conſumetur, etiam ſi per plures actus interrumpatur *d*, unum eſt numero peccatum, ut cùm homicida longum iter agit ad occidendam inimicum, in quo itinere comedit, & dormit, & ad plura divertitur.

*d* Navar. in Manuali.

5. Ad remittenda peccata venialia in confeſſione *e* ſufficit accedere ſine complacentia eorum venialium, quæ faciunt materiam illius confeſſionis, licet formaliter non deteſtetur.

*e* P. Menacho in manuſcr.

6. Confeſſionis, & matrimonii ſacramenta invalidè *f* miniſtrantur invito ſuperiore, etiam cum facultate ordinarii, in religione, in qua ut in ſocietate receptum eſt privilegium Julii III. per quod ſocietatis Provinciales, & non alius ordinarius eſt ſuorum ſubditorum.

*f* Idem ubi ſupra.

7. De rebus venereis cautè interrogandus *g* eſt pœnitens, præſertim pueri & puellæ, ne ipſi ſcandalizentur, & confeſſarius lapſus periculum patiatur, quod majus damnum eſt, quàm non perfectè cognoſcere peccati circumſtantiam.

*g* Comm. DD.

8. Non ſit anxius Confeſſarius de injuncta pœnitentia ſacramentali, dummodo dixerit: *Quidquid boni feceris & mali patienter ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum.*

---

# DISP. XV. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### DE CONFIRMATIONIS Sacramento.

### CONFIRMATIO.

1. Eſt Sacramentum *a* unctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus ungit frontem baptizati ſub certa forma verborum.

*a* Navar. c.22, nu.1.

2. Ejus materia eſt chriſma, quod conficitur ex oleo & balſamo. Balſamum verò non eſſe de eſſentia hujus ſacramenti, eſſe



eſſe autem de præcepto ajunt plures; contrarium *b* videtur probabilius.

*b* P. Suar. to. 3, diſp. 33, ſec. 2.

3. Forma eſt: *Conſigno c te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.*

*c* Comm. DD.

4 Miniſter eſt Epiſcopus, *d* poteſt ex diſpenſatione Pontificis eſſe Presbyter.

Vide Suar. ubi ſupra.

*d* Comm. DD.

5. Hoc Sacramentum imprimit characterem; qui autem reiterat licet mortaliter peccet, non *e* incurrit irregularitatem.

*e* Suar. ubi ſup. ſec. 6,

6 Hic character præſupponit Baptiſmalem, & dat gratiam his, qui obicem non ponunt; effectuſque ejus ſpecialis, eſt dare Spiritum Sanctum ad robur.

*f* [illegible] de confeſ. diſt. 5.

7 Non eſt *g* præceptum recipiendi hoc ſacramentum; ſi omittitur ex contemptu, erit peccatum mortale, ſi verò ex negligentia ſolùm veniale.

*g* Suar. to. 3, diſp. 38, ſec. 1.

8. Ætas conveniens ad receptionem eſt ſeptennium, *h* niſi Epiſcopi abſentia timeatur, vel ſit alia juſta cauſa, in quis ante ſeptennium confirmetur. Amentes etiam perpetui, & moribundi, ſi tis commodè dari poteſt, non *i* ſunt privandi hoc ſacramento.

*h* Pius V. in Cathec.

*i* Suarez ubi ſup.

9. Peccat *l* mortaliter & qui recipit, & qui miniſtrat hoc ſacramentum ſine patrino, & inter confirmantem, & confirmatum, ejuſque parentes & patrinum datur ſpiritualis cognatio *m* impediens, & dirimens matrimonium.

*l* Navar. c.22, nu.2.

10. Chriſma debet eſſe unius anni, & vetus comburendum.

*m* Vide matrimonii impedimenta.

11. Patrinus debet eſſe confirmatus; an autem à non confirmato contrahatur ſpiritualis cognatio alii ajunt, alii negant; negativa *n* ſententia probabilior videtur.

*n* Suar. q. 72, art. 10

12. Si pater filium teneat, non *o* poteſt petere debitum; patrinus debet eſſe unus; ſi tamen plures teneant, omnes contrahunt.

*o* Sà hoc verbo.

13 Balſamum Indicum *p* eſt verè balſamum.

*p* Idem ubi ſupra.

14 Adultus, qui ad Confirmationem recipiendam ſe ingerit, dummodo ſciat rudimenta fidei, vel ſi ignoret, conteratur de hoc & de aliis peccatis, & ſic inſtructus de ſacramento recipiendo licitè *q* accipiet.

*q* P. Quintanad. tr. 2 ſing. 2.

15. Moribundi, & ſuſpendendi ſi petant Confirmationis ſacramentum, Epiſcopus *r* tenetur ſub mortali illos hoc beneficio non privare.

*r* Idem tr. 2, ſing. 4.

16 An oleo infirmorum ſine balſamo poſſit validè confirmatio conferri, alii ajunt, alii probabilius negant *ſ*.

*ſ* D. Tho. q. 27,

 17. Ante

17. Ante confirmationis receptionem matrimonium inire, profeſſionem in religione emittere, Euchariſtiam, aut alia ſacramenta ſuſcipere nullum *f* eſt peccatum.

*f* P. Suar. diſp. 18. ſec. 1.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *CONIVRATIO.*

1. PResbyter ſine irregularitatis timore *a* poteſt conjurationem judici denuntiare, dummodo faciat proteſtationem. Quod verum eſt, etiam ſi ſe non revelaturum juraſſet.

*a* Navar. c. 18, n. 14.

CONSANGUINEUS. Vide verbum *Matrimonium*.

### *CONSCIENTIA.*

1. EST dictamen *a* practicum actuale de re facienda, vel non facienda.

2. Notandum *b* diſcrimen inter ſcientiam, fidem, credulitatem, opinionem, ſuſpicionem, dubium, & ſcrupulum. Scientiam rei dicimur habere, quando res ita eſt certa, ut eſſet impudentia non credere. Fides eſt notitia, quæ nititur in authoritate dicentis, eadem eſt credulitas. Opinio eſt aſſenſus cum formidine oppoſiti. Suſpicio eſt inclinatio intellectus magis ad unam partem, quàm ad aliam, ſed ſine aſſenſu. Dubium eſt quando intellectus nulli partium aſſentit. Scrupulus eſt formido contra id quod aliquis credit vel opinatur, orta ex levibus fundamentis.

3. Scientia, opinio, fides, & dubium poſſunt accipi ſpeculativè id eſt in generali; vel practicè, id eſt, hic & nunc ut oportet fieri ſecundùm has circumſtantias. Judicium autem practicum conformandum eſt ſemper cum ſpeculativo, niſi hic, & nunc ſit alia ratio.

*a* Navar. c. 17. nu. 275.
*b* Vide Villal. to. 1. tr. 1. diſ. 1. Vide etiam P. Tho. Sanc in ſumm.

4. Con-



4. Conſcientia tandem eſt recta, vel errans, vel opinativa, vel dubia, vel ſcrupuloſa. Recta eſt, quæ verum dictat; errans quæ falſum, ut quæ dictaret furandum eſſe ad faciendam eleemoſynam; opinativa, quæ aſſentit uni cum formidine oppoſiti; dubia, quæ nihil dictat, ſed manet in æquilibrio; ſcrupuloſa, quæ aſſentit uni rei cum formidine orta ex levibus fundamentis. De conſcientia recta certum eſt quòd omnes naturaliter obligat, ut lex quædam naturalis ſuadens bonum & prohibens malum.

5. Conſcientia erronea ſi eſt invincibilis obligat, & facere contra illam in materia gravi erit peccatum mortale; ſi autem eſt invincibilis debet deponi.

6. Qui operatur contra conſcientiam opinativam peccat, nec non qui contra dubiam. Vide verbum *Opinio*.

### *CONSECRATIO.*

1. Eccleſia quolibet die *a* poteſt conſecrari, ſed à proprio Epiſcopo, vel de ejus licentia ab alieno.

2. Conſecrationem Eccleſiæ, virginum, vel altaris ſolus Papa poteſt *b* ſimplici ſacerdoti committere.

3. Conſecranda *c* eſt Virgo die Dominicâ ſolemniter ab Epiſcopo, ſed in neceſſitate quolibet die. Velum autem continentiæ dat etiam Presbyter.

4. Conſecrari *d* poſſunt voluntariè pollutæ, & etiam ſecundùm alios occultò ſtupro violatæ; non enim tenentur ſuum crimen prodere. Contraria tamen ſententia eſt communis.

5. Conſecrandus *e* eſt Epiſcopus die Dominicâ, & intra tres menſes à confirmatione, & ſaltem ab uno Epiſcopo aſſiſtentibus duabus dignitatibus.

6. Calix, & corporalia non manent conſecrata eo ſolùm quòd corpus, vel ſanguis Chriſti in eis conſecrentur.

*a* Vide c. 2. de conſ. Eccl.
*b* Vide Gloſſam diſt. 4. de conſecr.
*c* Sà hoc verb.
*d* Vide Cajet. verb. Virg. Conſecr.
*e* c. qui in aliquo diſt. 12.

### *CONSENSVS.*

1. Tacens *a* conſentire videtur in eo, quòd ſine ejus conſenſu fieri non poteſt.

2. Conſenſus interpretativus de objecto prohibito eſt malus, ad què ut ſit mortaliter malus quatuor hæc *b* requiruntur. 1. Quòd ſit de objecto mortaliter malo. 2. Quòd plenè advertat ſe delectari. 3. Quòd non reſiſtat delectationi. 4. Quòd omiſſio hujus reſiſtentiæ ſit abſque rationabili cauſa.

*a* Sà hoc verb.
*b* Navar. c. 11. nu. 4.



3. Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

3. Qui conſentit peccato alterius in eodem crimine peccat, & poteſt conſentire novem modis, qui videri poſſunt in verbo *Participatio*.

## CONSERVATOR.

1. Judex datus à Papa ad defendendum aliquem contra manifeſtas injurias, poteſt a cogere brachium ſæculare ſub excommunicatione, ut te adjuvet.

2. Eligi non poſſunt b in judicem conſervatorem Guardiani, nec ſimiles Prælati religioſi, ſed clericus ſæcularis in dignitate conſtitutus, ſunt tamen qui doceant contrarium.

3. Canonicos tam Cathedralium, quam Collegiatarum Eccleſiarum eſſe poſſe judices Conſervatores multi DD. affirmant.

4. Non poteſt d Conſervator judex creari niſi fuerit injuria, & violentia publica & manifeſta, & quæ nulla tergiverſatione poſſit celari. Et ſi voluerit extendere ad alias cauſas juriſdictionem, incurrit ſuſpenſionem per unum annum, & quidquid egerit eſt nullum.

5. Poteſt e contra inobedientes, & impedientes ſuam juriſdictionem, etiam Epiſcopos cum cenſuris procedere.

6. Societas JESU & ſingulæ ejus perſonæ, & familiares clerici tam in cauſis civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis ſive actores ſint ſive rei, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos Epiſcopos, & Abbates, nec non alias perſonas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, Canonicos Metropolitarum Eccleſiarum vel cathedralium, & vicarios Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in ſpiritualibus, eorumque officiales generales ubilibet conſtitutos contra quaſcumque communitates, & collegia ejuſmodi in ſuos Conſervatores, & judices ordinarios aſſumere f poſſunt. Circa id, quod hoc paragraph. dicitur, quoad familiares advertatur admonitio, quæ ponitur verbo *Familiares* §. 5.

7. Conſervatores, & judices ſic electi etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati fuerint, habent poteſtatem ut tam per ſe, quàm per alios ſocietatem defendant, nec permittant illam ſuper bonis, & privilegiis tam Apoſtolicâ, quàm ordinariâ, & aliâ rite regiâ authoritate conceſſis, aliiſque rebus ad ipſam pertinentibus à quibuſcumque perſonis, tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis indebitè moleſtari, aut gravari.

a Silveſt. verb. Conſervator.
b Ex decl. Card. ad ſacr. conc.
c Barb. de poſt. Epiſcop.
d c. 1. & ultimo de offic. deleg.
e Vide Barboſ. de poteſt. Epiſcop. Vide quia Pontificale de off. deleg. in 6.
f Pius V. in Bulla per Greg. XIII edita pag. 282.

8. Con-



8. Conſervatores, & judices ſic electi cùm fuerint requiſiti ſuper noſtrorum bonorum reſtitutione, & privilegiorum obſervatione, nec non ſuper injuriarum, & damnorum compenſatione poſſint appellatione poſtpoſitâ per cenſuras Eccleſiaſticas, quoties opus fuerit, uſque ad auxilii ſæcularis brachii invocationem procedere.

9. Quando judicibus, & Conſervatoribus hujuſmodi tutus non pateret acceſſus ad loca, in quibus morari contingeret eos, qui monendi, inhibendi, atque citandi ſunt, poſſunt hæc per edicta publica efficere, locis publicis ea affigendo, de quibus eſſet veroſimilis conjectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorum & inhibitorum notitiam valerent pervenire.

10 Poſſunt præterea eiſdem detentoribus, injuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus inhibere ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis ſub arbitrio moderandis, liberèque ſuam juriſdictionem exercere, non obſtantibus quibuſvis inhibitionibus ſibi factis etiam prætextu quarumvis litterarum conſervatoriarum, aut privilegiorum conceſſorum, & concedendorum.

11. Poſſunt item Eccleſiaſtico ſubjacere interdicto loca, ad quæ dictas perſonas declinare contigerit, & in quibus ſcienter ſtare permiſſæ fuerint.

12 Quilibet Conſervatorum, & judicum præfatorum poteſt proſequi articulum per alium inchoatum, etiamſi idem inchoans nullo Canonico impedimento præpeditus ſit.

14 Mandatur cuilibet in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto, & Metropolitanæ, & alterius Cathedralis Eccleſiæ Canonico quatenus, à nobis, vel Procuratoribus noſtris requiſiti per ſe vel per alios privilegia noſtra conceſſa, & concedenda ſolemniter publicent, & efficacis defenſionis præſidio nobis aſſiſtentes faciant pacifica poſſeſſione vel quaſi eorumdem gaudere. Conceſſit Sixtus IV. Minoribus, ut in eorum *manuali fol. 144. & eq conceſſ. 354. juncta conceſſione* 366. Teneanturq; præterea omnes perſonæ aliàs de jure capaces pro parte noſtrorum requiſitæ, niſi legitimo impedimento detentæ fuerint, juriſdictionem, & conſervationem noſtram ſub excommunicationis pœna ſuſcipere. Habetur in dictis monumentis *fol. 126. Conceſſ. 279*.

15. Prima pars, & conceſſio Sixti IV. habetur per ejus Bullam pro Minoribus, quæ eſt decima quarta Sixti IV. *num.* 53. *in Bull. regul. apud Rodrig.* Et idem habetur in Bulla ejuſdem pro Prædicatoribus quæ eſt 33. *numero* 54.

 *&* in

*& in Bulla* 37. *num.* 108. pro Carmelitanis, quæ habentur in eodem Bullario. Secunda vero pars ab illis verbis: *Teneanturque præterea*, habetur ex Bulla Julii II. pro Minoribus, quæ eſt nova ejuſdem *num.* 7. in eodem Bullario regularium.

16. Hi, quos conſervatores eligere poſſumus per Bullam Pii V. conceſſam ordini Prædicatorum 23. Septembris an. 1571. & impreſſam Romæ an. 1572. excommunicationes, ſeu ſuſpenſiones latæ ſententiæ incurrunt ſtatim, quod munus ſive officium conſervatoris hujuſmodi acceptare, ac debite, ac plenarie exequi neglexerint, & reſervatur abſolutio ſummo Pontifici.

17. Privilegiis hujus verbi uti poſſunt Provincialis, & alii ſubordinati ſuperiores de eorum licentia. Circa ſupradicta autem advertantur ea loca Concilii quæ notantur infra verbo *Exemptio*: Et videatur decretum Innocentii X. infra verbo *Epiſcopus*.

## CONSILIVM.

1. Non obligat *a* neque ad veniale ſecluſo contemptu, licet melius ſit opus conſilii, quàm præcepti.

2. Non peccat conſulens minus malum.

3. Peccat, *b* qui conſulit etiam bonâ fide non adhibitâ diligentiâ ad indagandam veritatem, & qui præbet conſilium antequam dubietatem deponat.

4. Cenſura lata contra conſulentem non comprehendit *c* eum, qui ita ſimplex conſilium dedit, ut ſine illo æque, ac cum illo res fieret.

5. Conſilium dare alicui ut nubat, quia *d* melius eſt illi ob ſpecialem cauſam, quàm religionem ingredi, licitum eſt.

*a* Navar. c. 19. nu. 2.
*b* Idem c. 24. nu. 31.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.

## CONSVETVDO.

1. Eſt jus *a* non ſcriptum, quod ex longo, & continuo uſu ortum eſt, & eſt optima humanarum legum interpres, quæ juriſdictionem dare poteſt, non vero derogare juri naturali, ac divino.

2. Conſuetudo immemorialis *b* facit titulum præſumi requiſitum ad ejus valorem.

3. Conſuetudo etiam circa Sacramentalia *c* induci poteſt; ſed quæ eſt contra jus non eſt amplificanda. Habet tamen vim

*a* Vide Suar. in proœmio leg. fori fol. 23. nu. 11.
*b* Navar. c. 17. n. 257.
*c* Comm. DD.



vim circa feſta, & jejunia quædam tollendo, vel addendo, vel moderando, imò & circa leges humanas eas abrogando.

4. Conſuetudo licet mala excuſat *d*, licèt non à culpa, ſaltem à pœna ordinaria, non verò ab extraordinaria.

5. Conſuetudinem legitime introductam vim legis habentem non *e* poteſt Epiſcopus abrogare, ſicut nec jus cōmune.

6. Conſuetudo rationalis ſi eſt contra jus quadraginta annos præſcribit, *f* ſi eſt præter jus, decem. Probabiliter autem viri docti ſentiunt non ſolùm contra jus civile, ſed etiam contra canonicum conſuetudinem præſcribere decem annos Papâ ſciente, & non contradicente.

7. Conſuetudo non *g* obligat niſi id intendat, qui poteſt legem condere, vel cum eſt immemorialis, vel annorum 40.

8. Conſuetum, vel ſolitum *h* dicitur, quod bis factum eſt ex Jaſone, qui ait duos actus judiciales notorios ſufficere ad inducendam conſuetudinem.

9. Conſuetudo poteſt facere ut quod obligabat ad mortale, ſolùm obliget ad veniale, vide verbum *Lex*.

*d* Navar. c. 23. n. 257.
*e* Azor. lib. 5. c. 17.
*f* Vide ſã hoc verbo. num. 5.
*g* Idem ubi ſupra num. 4.
*h* Iaſon in l. de quibus ff. de legi. n. 51.

---

# DISP. XVI. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## CONTRACTVS.

### *Quid ſit Contractus, & quot eius ſpecies.*

1. Eſt ultro *a* citroque obligatio, quæ vel eſt naturalis, & oritur ex propria conſcientia, vel eſt civilis in foro exteriori.

2. Pactum *b* eſt duorum conventio, & contractus omnis eſt pactum; omne vero pactum non eſt contractus, quia promiſſio acceptata eſt pactum, non vero contractus.

3. Quaſi contractus *c* eſt obligatio, quæ naſcitur non ex pacto, ſed ex officio, ut medici, & advocati obligatio.

4. Contractus alii ſunt circa perſonas, alii circa res: alii ſunt nominati, qui habent omnia ſpecialia, ut emptio, & venditio; alii ſunt innominati, qui carent nomine, ut do ut des,

*a* l. Labeo 2. ff. de verb. oblig.
*b* l. 1. in princ. ff. de pactis.
*c* Inſt. de oblig. quæ ex quaſi &c.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facio ut facias, facio ut des, do ut facias. Alii ſunt reſpectivi *d*, alii non reſpectivi. Reſpectivi ſunt cùm utraque pars obligatur, & hi ſunt propriè contractus. Alii non ſunt reſpectivi, quando non eſt mutua obligatio, ut in promiſſione quæ non eſt propriè contractus.

*d* L. jurigentium in princ. ff. de pactis.

5. In aliis *e* transfertur dominium, ut in emptione: in aliis non, ut in commodato. Alii ſunt lucrativi, ut donatio; alii oneroſi, ut emptio, & venditio.

*e* Parag. unico inſt. de oblig. quæ ex cons naſ.

6 Species horum contractuum *f* ſunt ſeptem. Emptio, aut venditio, cambium, mutuum, emphiteuſis, commodatum, permutatio, conductio, vel locatio. Reliqui ad hos reducuntur. Innominati reducuntur ad permutationem.

7. Alii perficiuntur interiori conſenſu, ut emptio & venditio. Alii certa formâ verborum, ut ſtipulatio. Alii per chyrographum, ut emphiteuſis. Alii per traditionem, ut mutuum, donatio, &c

8. Alii ſtricti juris, alii bonæ fidei. Stricti juris ſunt omnes illi, in quibus non eſt utriuſque partis obligatio, ut donatio, & promiſſio. Bonæ fidei verò ubi eſt ultro citroque obligatio. Diſcrimen eſt inter hos contractus, nam contractus ſtricti juris poſſunt reſcindi, quando aliquid evenit, quo prævisò non fieret talis contractus, ſecus verò ſe habent bonæ fidei. Si enim poſt contractum matrimonium uni ex conjugibus aliquid eveniat, quo prævisò non fieret; tenet tamen, nec poteſt reſcindi.

## SECTIO II.

### *An liceat à Contractu recedere invitâ parte?*

1. NOn licet *a* in contractibus nominatis, nec in foro exteriori nec in interiori, nec in conventionibus eis ſimilibus, ut in donationibus acceptatis.

*a* 1.1. de pactis.

2. In innominatis contractibus *b* an liceat in foro interiori alii ajunt, alii negant; non licere videtur probabilius, & in Caſtella lege ſtatutum eſt.

*b* L. 3, tit. 8. lib. 5. ordin. Hodie l. 2, tit 16, lib. 1. recop.

3. In aliquibus contractibus recedere quis pro libito poteſt, ut



ut in depoſito, commodato, precario, & ſocietate ad tempus finito tempore.

4. A contractu, qui perficiendus eſt per chyrographum antequam fiat, licitum eſt recedere.

## SECTIO III.

### *Vtrum Contractus, cuius causa vis, aut metus fuit, ipso iure irritus ſit?*

1. VBi vis eſt, *a* non eſt voluntarium, eſt autem ubi metus eſt.

*a* Commi DD.

2. Metus alius eſt cadens in conſtantem virum, alius non. Hic non tollit valorem contractûs, niſi voluntas contrahendi non ſit. Ille autem an tollat controverſum eſt. Alii enim aſſerunt contractum eo metu factum ipſo jure eſſe irritum, alii validum, ſed irritandum. Prima ſententia videtur probabilior. Vide Molinam *b*

*b* Molina t. 1, de juſt. diſp. 328.

3. Cùm, qui metum paſſus eſt, habuit culpam, non reſcinditur contractus *c*.

*c* P. Sanch. apud Villal. ubi ſupr.

4. In foro exteriori non irritatur *d* communiter contractus factus metu levi. Si autem ſit lucrativus, non eſt validus in foro conſcientiæ; oneroſi autem invalidi omnino ſunt ex parte ejus, qui metum cadentem in conſtantem virum incuſſit injuſtè.

*d* Vide Rebel. de juſt. nu. 1.

5. Advertendum eſt eſſe maximum diſcrimen in foro exteriori, & interiori; hoc facti veritatem attendit, illud verò præſumptionis, & extinctionem litium.

## SECTIO IV.

### *An valeat Contractus de re aliena?*

1. NEmo ſine peccato poteſt rē alienā vendere, permutare, vel alienare; ſi autē volente domino fecerit cōtractus

*a* L. alienam. c. de furtis.

ctus valet; ſi autem nolente, committit furtum, & tenetur ad evictionem.

2. Si res furto ſublata eſt, & utriſque hoc conſtat, non *b* valet contractus.

3. Si res eſt ex his, quæ uſu conſumuntur, valet contractus, & licet, ſi is qui emit rem, præſumat à venditore ſatisfaciendum Domino pretio rei, vel re ſimili, vel ipſe ſit paratus ad ſatisfaciendum, ſi venditor non ſatisfaciat.

*b* L. ſi in emptione para. item ff. de cont. em. emp.

# SECTIO V.

## *An valeant alienationes factæ in fraudem creditorum, & an ſit reſtituendi obligatio?*

1. SI cùm ſit alienatio, poteſt adhuc debitor creditoribus ſatisfacere, etiamſi ipſe hoc ignoret, & malo animo fecerit, contractus *a* tenet, nec dicitur facta in fraudem creditorum.

2. In contractu oneroſo, qui recipit bonâ fide rem venditam in fraudem creditorum, acquirit *b* dominium; ſecus vero in lucrativo. Si tamen ab eo non petatur, poteſt retinere in conſcientia. Si autem malâ fide recipiat, etiam ſi contractus ſit oneroſus, datur contra eum actio recitoria. Si verò tantùm dedit venditori quantum ipſe recipit, non dicitur facere in fraudem creditoris.

*a* Rebel. de juſt. 2. p. lib. 1. q. 7. ſec. 2. *b* Molina de juſ. to. 2. diſp. 328.

3. Cum mercator cedens bonis facit donationem uxori, hæc in conſcientia non eſt *c* tuta.

4. Qui hæreditatem unde poterat ſolvere non acceptat, non eſt in conſcientia *d* ſecurus, licet abſolvatur in foro exteriori.

*c* Silv. verb. reſti. 3. nu. 10. *d* P. Sanch. lib. 6. de matri. diſ. 14. nu. 9.





# SECTIO VI.

## *Qui capaces non ſint ad contractuum celebrationem?*

1. AMentes, & prodigi *a* nequeunt celebrare contractus.

2. Religioſi niſi habeant conſenſum Prælati, non *b* poſſunt contrahere, vel hic ſit ſaltem præſumptus. Naturaliter autem vel honorariè in rebus licitis poſſunt contrahere, & tenebit contractus, niſi Prælatus irritum faciat.

3. Princeps ſi contrahat, cum ſuis ſubditis naturaliter *c* manet obligatus, non verò civiliter ſi eſt ſupremus; & idem dic de quolibet ſuperiore.

4. Servus naturaliter *d* poteſt obligari, non verò civiliter.

5. Maritus non poteſt alienare dotem uxoris, niſi de ejus conſenſu, & uxor non poteſt contractus celebrare niſi de his rebus quorum dominium, & adminiſtrationem habet.

*a* L. 15. qui ff. de verb. oblig. *b* c. Monachi 29. q. 4. *c* c. 1. de probat. *d* Rebel. de juſ. 2. p. nu. 1. q. 1.

# SECTIO VII.

## *An minores, & filij-familias poſſint celebrare contractus?*

1. MInores *a* dicuntur, qui non habent viginti quinque annos. Pubertatis anni in viris ſunt 14. in fœminis 12. Hi vocantur pupilli mortuo patre cùm ſunt ſub curatoris tutela. Emancipatus eſt, qui exit à patria poteſtate, ut qui nupſit in Caſtella.

2. Minores ſoli capaces *b* poſſunt naturaliter obligari; ſed pater, vel tutor poſſunt talem obligationem irritare.

3. Pubertati proximus *c* poteſt obligari cum authoritate tutoris, & ſine illa alium obligare.

4. Minor ſine judicis authoritate non poteſt immobilia alienare *d*.

5. Filius-familias poteſt naturaliter, & civiliter obligari in



*a* L. 1. ff. de minorib. *b* L. pupillus, parag. 1. ff. de auth. tut. *c* Parag. pupillus inſt. de inutil. ſtip. *d* L. 60. tit. 18. p. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

his, in quibus patri non præjudicat, ut locando opera ſua, & ſimilia. Idem dicendum de bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus.

## SECTIO *VIII.*

*Qui poſſint reſtitui, quando notabile damnum in contractibus paſſi ſunt.*

[a l. 1. & 36. de in integ. reſt.] 1. MInores 25. annis *a* poſſunt in integrum reſtitui in omnibus contractibus, etiam cum tutoris authoritate celebratis, etſi pretium conſumpſerint, & ditiores facti non ſint, illud venditor amittet, & rem reſtituet. Quapropter qui cum minoribus contrahit, videat ne faciat ſine fidejuſſore.

2. In tribus caſibus non poſſunt reſtitui 1. Quando poſt 25. annum contractum *b* confirmavit. 2. Quando obligationem juramento confirmavit, hoc tamen *c* poteſt à tutore relaxari. [b l. 1. & 2. & de mal. fact.] [c Auth. ſacram. puber. C adverſus vend.]

3. Minores, qui habent 20. annos ſi viri, ſi fœminæ 18. poſſunt *d* veniam impetrare, & impetrata liberè de bonis diſponere. [d Comm. DD.]

4. Poſſunt *e* etiam in integrum reſtitui Eccleſiæ, loca pia, univerſitates, ruſtici, milites, & abſentes causâ reipublicæ. [e c. 1. & 2. de reſt. in integ. in 6]

5. Cum minor reſtituitur *f*, poteſt rem, & fructus repetere in foro conſcientiæ. [f Vide l. quod ſi minor. paragr. 6. reſt. ff. de min.]

6. Læſus dicitur *g* non qui invenit qui plus dabit pro re vendita, ſed qui illam vendidit minori pretio, quàm juſto. [g Comm. DD.]

## SECTIO IX.

*An ratione juramenti teneatur quis ſervare contractum jure invalidum?*

[a Comm. D.] 1. CVm juramentum non obligat, non *a* eſt neceſſaria relaxatio.

2. Jura-



2. Juramentum contra bonos mores, nec obligat *b* nec confirmat contractum, & quod fit contra bonum, nullum eſt. Quod autem nec eſt contra bonos mores, nec in dominium tertii, obſervandum eſt. [b Regula non eſt de reg. iur. in 6.]

3. Quando extortum eſt metu cadente in conſtantem virum, ſecundum probabiliorem ſententiam obligat; ſed relaxandū eſt. Si autem metus fuerit levis, obligat *c*, & confirmat contractum. In foro tamen exteriori *d* poteſt concedi relaxatio ab Epiſcopo, licet contrarium teneant viri docti, [c Molina 1. 20. de juſt. diſp. 144.]

4. Cùm contractus prohibetur in odium creditoris, quia habet turpitudinem ut in furto, & uſura, non firmatur juramento; illum tamen jurans tenetur adimplere niſi relaxetur; ſi autem ſolutio fiat *e*, poteſt repetere. Relaxatio verò poteſt fieri ab Epiſcopo; vel à judice poteſt *f* compelli creditor ut juramentum remittat. [d Vide Thom. ſanc. diſp. 20. nu. 7.] [e Comm. DD.] [f Sanch. lib. 1. diſp. 31. nu. 15.]

5. Inductus dolo ad contractum ſpiritualem ut ad religionem, vel ad matrimonium, tenetur *g*, niſi talis ſit dolus ut prudens eo decipi poſſet, tunc enim præſumitur non fuiſſe conſenſum. In temporalibus verò invalidus eſt contractus, cui dolus cauſam dedit. [g Sā hoc verb.]

6. Contractus ſubditorum *h* poteſt princeps ex cauſa diſſolvere. [h Idem ibidem.]

7. Ex contractu anteceſſoris facto nomine dignitatis, tenetur ejus *i* ſucceſſor. [i Idem ibidem.]

8. Conditio poſita per utrumque contrahentem contra ſubſtantiam contractus *l* irritat contractum. Si autem ſit turpis, aut impoſſibilis in ſpiritualibus, judicatur ut non appoſita; in temporalibus vitiat contractum. [l Silv. verb. pactum nu. 10.]

9. Siquis paciſcatur de annuo ſervitio, & per ægritudinem impediatur, non tenetur *m* ſupplere; ſed tantum pretium minuere. [m Sā hoc verb. nu. 19.]

10. Pactum de non recuperando pignore ſi præfinito tempore non ſolvatur, non *n* valet, niſi pignus valeat plus quam debitum, vel ponatur hæc conditio in pœnam. [n Sā hoc verb. nu. 20.]

11. Pactum de futura ſucceſſione etiam juramento firmatum, an valeat dubium eſt. Alii ajunt, alii negant; in conſcientia autem valere certum eſt *o*. [o Comm. DD.]

de el uso del P. fr. Ant.º de Olivares con licencia de los Prelados

DISPUT

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISP. XVII. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *CONTRITIO.*

### *Quid ſit Contritio, quando obliget, & in quo ab attritione differat.*

a Comm. DD.

1. EST dolor *a* de peccatis voluntariè aſſumptus, quia fuerunt contra Deum commiſſa, cum propoſito cavendi in futurum, confitendi, ſatisfaciendique, & cum ſpe veniæ divinitus obtinendæ.

b Villal. to. 1, tr. 9, diſp. 15. c Navar. in ſum. n. 15. cap. 1. d Comm. DD. e Suar. to. 4, diſp. 1, ſec. 1. f S. Bonav. in 4. diſp. 17, p. 2, art. 1.

2. Non eſt neceſſarium habere dolorem de quolibet peccato in ſpeciali, *b* ſufficit habere in communi.

3. An hic dolor debeat eſſe formalis, an virtualis ſufficiat, alii ajunt, alii negant; probabilius videtur *c* virtualē ſufficere.

4. Cùm pœnitens recordatur futurorum peccatorum *d* tenetur habere actuale propoſitum de illis vitandis.

5. Qui habet conſcientiam peccati mortalis *e* tenetur ex præcepto ad actum contritionis.

6. Obligatio ſatisfaciendi Deo eſt *f* naturalis; contritio autem per quam ſatisſit eſt ſupernaturalis.

7. Non eſt neceſſariū toties conteri, quoties memoriæ peccata commiſſa occurrunt: qui enim ſemel de aliquo peccato contritus eſt, ad conterendum de illo ampliùs non tenetur; conſultius tamen erit ſæpe contritionis actus elicere.

g Suar. to. 4, diſp. 15, ſec. 4. n. 1. h Comm. DD.

8. Præceptum divinum obligat *h* calore mortalis conſcium ad eliciendum actum contritionis in articulo, vel periculo mortis, ſi ante de illo peccato contritus non eſt.

9. Eccleſiæ præceptū non obligat ad actum contritionis ſemel habendum, ſed ad confitendum; obligatur tamen qui eſt in peccato mortali cùm vult adminiſtrare Sacramentum.

i Comm. DD.

10. Attritio *i* eſt dolor de peccatis vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ pœnarum metu concepta, cum propoſito cavendi in futurum ſpe veniæ divinitus obtinendæ.

l Trid. ſeſ. 6, can. 8, m Suar. to. 4, diſp. 20, ſec. 1.

11. Attritio propter metum gehennalium pœnarum bonam eſſe definitū eſt, & in Tridentino *l* definitum.

12. Attritio cognita ut talis ſufficiēs diſpoſitio eſt ad ſacramentum pœnitentiæ. Hanc concluſionē ita certā eſſe *m* aſſerit noſter



noſter Suarez, ut nequeat hodie abſque errore contraria defendi. Alii autem aſſerunt non eſſe attritionem diſpoſitionem ſufficientem niſi putetur contritio.

n Comm. DD.

13. Peccator per *n* ſacramentum fit de attrito contritus; quia ei infunditur gratia, & cum ea habitus pœnitentiæ cum cæteris virtutibus.

14. Dolor contritionis debet eſſe propter Deum ſummè dilectum, & magis timere debet pœnitens peccatum quàm quodlibet aliud malum generaliter; non verò *o* debet, nec ſæpe expedit ſpecificare in particulari.

o Navar. 1, c. 1, n. 22.

15. Contritio *p* delet peccatum ante confeſſionem, ſed non ſine illius voto.

p Idem num. 17.

16. Circa contritionem definivit Concilium *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 3. & 4. hæc ſequentia: 1. Pœnitentiam fuiſſe ſemper & eſſe neceſſariam ad impetrandam veniam peccati mortalis. 2. Contritionem eſſe unam ex tribus partibus, quas ſibi tanquam materiam ſubſtituit pœnitentiæ ſacramentum. 3. Neceſſarium eſſe, & optimum, examinare conſcientiam ad faciendam peccatorum memoriam cum ipſorum deteſtatione & emendationis propoſito; quamvis ad gradum integræ contritionis non perveniatur. 4. Eſſe de fide contritionem non ſolùm includere in ſe ceſſationem à peccato, & vitæ novæ propoſitum, & inchoationem; ſed veteris etiam odium continere, & propoſitum illud confitendi tempore debito cum ſpe obtinendi veniam, & miſericordiam. 5. Contritionem eſſe neceſſariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis poſt Baptiſmum admiſſæ deletionem.

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## COOPERATIO.

a Navar. c. 10, n. 16.

1. NON *a* cooperantur peccato dominæ famulæ miniſtrantes ei mundum muliebrem, ut ornetur, nec vendentes meretricibus ſimilia ornamenta; dummodo non faciant mala fide; cooperantur verò peccato luſorum, qui ei chartas, menſam & candelas miniſtrant, & ſunt in ſtatu peccati

 peccati

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mortalis, nec poſſunt abſolvi, niſi à pernicioſiſſimo hoc maleficio deſiſtant.

*b* Idem ibidem.

2. Denique cooperari *b* dicuntur peccato, qui illi conſentiunt, qui ad illud juvant peccantem, illum invitant, vel monent, vel ei ita aſſiſtunt, ut ſint cauſa peccandi.

## CONTVMELIA.

*a* Sà hoc verb. *b* Comm. DD.

1. Omnes contumeliæ, id eſt injuriæ publicæ contra honorem, & omnes detractiones, id eſt occultæ contra famam, injuriæ ſunt ejuſdem ſpeciei. *a*.

2. Contumelia gravior *b* eſt furto ex ſuo genere, niſi furtum excedat ratione quantitatis.

## CORPORE VITIATVS.

*a* Comm. DD.

1. Peccat *a* mortaliter, ſi ordines ſuſcipiat. Non eſt irregularis claudus, cui in altari non eſt ſcipio neceſſarius, nec habens maculam in oculo, quæ non impedit viſum, nec facit notabilem deformitatem. Nec gibbus niſi ſit notabilis deformitas. Quæ autem talis ſit ad Epiſcopum ſpectat determinare.

---

# DISPVT. XVIII. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## CORREPTIO.

*a* Comm. DD. *b* Theol. 2. 2, q. 33. art. 2, Canoniſtæ in c. novit de judic. *c* Villal. to. 2, tr. 4. diſ. 21. *d* Idem ubi ſup. *e* Comm. DD.

1. VNicuique data eſt cura de fratre ſuo, *a* teneturque eum corripere, ſi ſcit eſſe in peccato mortali, eſſque tempus opportunum, & putat correptionem profuturam.

2. Hæc obligatio eſt ſub præcepto *b* naturali, divino, & poſitivo, & ex ſe obligat ad mortale.

3. Peccatorum venialium correctio non obligat ſub mortali, niſi ex notabili negligentia Prælati relaxatio in religione *c* introducatur.

4. Licitum eſt permittere *d* lapſum alicujus, cùm ex eo melior correctio ſperatur.

5. Qui munus habet alios docendi, *e* tenetur ex ignorantia extrahere; niſi timeat ex ſcientia majus damnum eis venturum.

6. Nemo



6. Nemo tenetur docere aliũ, quod ipſe ſcire non tenetur; ſi tamen habeat ignorantiam facti contra jus naturale, divinum, vel humanum, & ſperatur vel dubitatur correctionem profuturam, tenetur eum docere. In ignorantia autem juris humani non eſſe talem obligationem *f* defendunt viri docti; tutior opinio contraria.

*f* Arg. tr. 21. q. 13. art. 1.

7. Prælatus tenetur corripere ſubditum *g*, qui eſt in gravi neceſſitate, etiamſi non ſit extrema, etiam cum periculo vitæ, honoris, & aliorum temporalium bonorum. Qui autem prælatus non eſt, non tenetur niſi in extrema cum ſimili jactura bonorum.

*g* D. Tho. q. 131, art. 5.

8. Si proximus peccat ex malitia, nemo *h* tenetur eum corripere cum periculo horum bonorum.

*h* D. Tho. 2. 2. q. 16, art. 8.

9. Tam ſubditi, quàm Prælati *i* tenentur præcepto correctionis, ſtrictius autem Prælati; & ideo tenentur non ſolùm ad correptionem, ſed etiam ad inquiſitionem delicti, ad quod ſubditus non tenetur.

*i* D. Tho. ubi ſuprà.

10. Maritus, pater, ac dominus majorem corripiendi habent obligationem, & poſſunt moderatè punire.

11. Subditus tenetur *l* Prælatum corripere, ſed magna prudentia neceſſaria eſt. Si delictum eſt publicum, & timetur ruina parvulorum, publicè corripiendus eſt, etiamſi non ſperetur profutura correptio; ſed ad hoc magnâ conſpectione opus eſt. *m*.

*l* c. ſicut inquit. 2, q. 7. *m* Vide c. qualiter, & quando 1, de accuſ.

12. Prælatus vel perſona publica, ut cum fructu corripiat, tenetur *n* peccata publica relinquere; privata autem perſona ad hoc non tenetur niſi in extremo neceſſitate.

*n* Comm. DD. Matth. 18.

13. Ordo correptionis à D. Matthæo poſitus in Evangelio in tantum ſervandus eſt, in quantum profuturum eſſe ad vitæ emendationem ſperatur; & ideo qui hunc finem melius fore comparandum judicat, rem ſoli Prælato detegendo *o*, hoc debet facere, cætera omittendo.

*o* Comm. DD.

14. Si peccatum eſt publicum notorietate facti, id eſt quando nullâ tergiverſatione poteſt celari, neceſſarium non eſt quod denuntiationem *p* ſecreta admonitio præcedat.

*p* D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7.

15. Si verò peccatũ unus vel alter faciat, vel infamatus quis ſit de aliquo delicto, non tamen ſit notorietas facti, præcedere *q* debet ſecreta admonitio, ſi ſpes eſt quòd ſit profutura.

*q* Comm. DD.

16. Peccata, quæ ſunt in perniciẽ reipublicæ regulariter loquendo ante ſecretam monitionẽ *r* denuntianda ſunt, niſi ex confeſſione ſacramentali ſint cognita, vel quis moraliter certus ſit ſolâ admonitione malum eſſe impediendum,

*r* D. Tho. ubi ſuprà.

tutius *f* tamen erit cùm imminet periculum, monitionem immittere.

17. Quando peccatum vergit in damnum tertii, hic monendus *t* eſt ut caveat.

18. Cùm quis vult injuriæ ſibi illatæ ſatisfactionem à judice petere, non tenetur *u* admonere. In reliquis verò debet admonitio præcedere.

19. Si Prælatus ſit vir prudens, & ſperetur ab eo fructuoſius faciendam fore correctionem, ipſi ut patri delictum poteſt *x* detegi non præmiſsâ monitione.

20. Etiamſi delictum ſit ſecretum, poteſt *y* duobus teſtibus revelari, ſi aliter non fiat cum fructu fraterna correctio.

21. Si peccatum eſt ſecretum, & ſolum ſcitur à Prælato ex correctione fraterna, non poteſt *z* publicè punire delinquentem.

22. Cùm non ſperatur vitæ in melius mutatio ob peccatoris pertinaciam, ceſſat correctio fraterna, & incipit judicialis, in qua poteſt denuntiator eſſe teſtis, ſi eſt alius qui denuntiet. Quod videtur *a* probabilius, & colligitur ex c. *in omni de teſtamentis*; licet aliis placeat contrarium.

23. Quivis blaſphemus ſtatim corripiendus eſt ab audiente, etiam ſi nulla emendatio *b* ſperetur, ſi fieri poteſt abſque proprio periculo.

24. Peccat *c* mortaliter, qui cùm poſſit, non impedit peccantem mortaliter, ſi poteſt ſine verecundia, incommodo, vel dedecore.

25. Non peccat *d* mortaliter, qui permittit aliquem gravius peccare ut caſtigatus reſipiſcat, quod etiam verum eſt non ſolùm permittendo, ſed etiam occaſionem offerendo.

26. Cum ſecreta admonitio non profuit, adhibendi *e* ſunt teſtes, etiam qui neſciunt delictum, ſi alii non ſint, & coram ipſis facienda correptio.

27. Fornicationis peccatum eſt contra bonum commune religionis, atque adeo ſuperiori denunciandum præmiſsâ tamen fraterna correctione, niſi quis ceſſerit juri ſuo, ut in ſocietate *f* Jeſu.

*f* Leſſius de juſt. c. 20, dub. 1.
*t* Comm. DD.
*u* Comm. DD.
*x* Villal. ubi ſupra.
*y* D. Tho. 2, 2. q. 33, art. 8.
*z* Comm. DD.
*a* Aug. 2, 2 q. 33, art. 8 verſ. ſed eſt aliud dubium.
*b* Navar. c. 1, n. 83.
*c* Comm. DD.
*d* Navar. ubi ſupra.
*e* Diana p. 5, tr. 11, reſ. 41.
*f* Ex ſuis conſt.

DISPU-



# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## CRIMEN.

Crimen Læſæ Majeſtatis non committit, qui non eſt ſubditus Principi, in quem inſurgit. Vide *Peccatum.*

## CVLPA.

1. Culpa *a* eſt voluntaria inordinatio actûs, vel deviatio à bono.

2. Culpa *b* eſt triplex: lata, quam ordinariè homines vitant; levis, quam vitant diligentes: leviſſima, quam diligentiſſimi vitare ſolent.

3. Quando fit contractus in favorem *c* unius partis tantùm, hæc tenetur etiam de leviſſima. Altera autem de dolo tantùm. Si autem fiat in utilitatem utriuſque, utraque pars tenetur de culpa lata, & levi, non verò de leviſſima.

4. Culpa lata, *d* quæ obligat depoſitarium, & commodatarium ad reſtitutionem, non ſemper debet eſſe neceſſariò mortalis. Si depoſitum ſit in utilitatem recipientis, tenetur in foro exteriori etiam de leviſſima; in foro autem interiori de lata, & levi, non autem de leviſſima.

*a* Navar. c. 11, n. 177.
*b* Comm. DD.
*c* Navar. ubi ſupra. num. 179.
*d* Vide Villal. tr. 11, diſ. 4.

CURATOR: Vide *Tutor.*

## CVRIOSITAS.

1. Eſt vitium *a* movens ad ſciendum immoderatè.

2. Curioſitas ex ſe tantùm eſt culpa *b* venialis, niſi adjungatur circumſtantia mortalis.

3. Mortale eſt videre aut ſcire velle id, cujus vitio, aut ſcientia in culpam mortalem inductura creditur.

4. Velle *d* ſcire crimina aliena auſcultando ſacramentalem confeſſionē, vel legendo chartā, ubi habet quis peccata ſcripta ad confitendū, mortale peccatum eſt. Interrogare, vel inquirere in malū finem aliena delicta, mortale etiam peccatū eſt. Idem dic de eo, qui ſcire vult aliquod ſecretum ab eo,

*a* P. Avila in compendio hoc verb.
*b* Comm. DD.
*c* Tolet. dub. 7, c. 12.
*d* Idem ubi ſupra.



qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui illud non poteſt ſine peccato mortali revelare.

## *Cuſtos.*

1. QUi non impedit damnum, quod videt, ſaltem vociferatione, *a* tenetur in ſolidum; ſed ſi abſcondatur ut deprehendat furripientem, & eum corripiat non *b* peccat, dummodo interim non permittat damnum fieri notabile.

*a* Sà hoc verb.
*b* Avila hoc verb.

2. Cuſtos urbis, cui jubetur ut quos invenerit poſt ſonitum campanæ accuſat, peccat *c* mortaliter ſi non accuſet; non tamen tenentur reſtituere pretium, quod ut taceret accepit, nec pœnas quas accuſati ſolvere tenentur. Hoc intelligitur præcipue de eo, qui obligatus eſt ſub juramento.

*c* Navar. c. 25, n. 34.

3. Cuſtos, & præfectus, quorum curæ commiſſum eſt ne permittant merces aſportari in alia regna, peccant *d* mortaliter, ſi permittant; ſed non tenentur reſtituere pœnas, quas tranſgreſſores ſolverint, ſi denuntiarentur; nec merces, quibus privarentur, bene tamen vectigalia, quia hæc non ſunt pœnæ, ſed intereſſe.

*d* Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. c. 21 dub. 10. contra alios.

4. Cum fures à culpa excuſantur propter neceſſitatem, poteſt *e* cuſtos diſſimulare.

*e* Sà hoc verb.

5. Cuſtos tenetur *f* de culpa lata, & levi, non de leviſſima.

*f* Bann. q. 72, art. 7.

DISP.



# DISPUT. I. SECT. UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

# D

## *DAMNUM.*

1. DOminus ſervi occiſi ab animali *a* alterius habet actionem petendi expenſas medicamentorum, & quod ſervus ſanus lucriſeciſſet; non tamen poteſt aliquid petere pro cicatrice, vel deformitate, nec pro ipſa occiſione.

*a* Navar. c. 15, n. 15.

2. Qui occidit animal brutum alterius tenetur *b* reſtituere valorem ejus, etſi percutiens deformavit id, quod minus valet propter deformitatem.

*b* Idem ubi ſup.

3. Is, è cujus domo aliquid ejectum damnum fecit, tenetur *c* reſtituere.

*c* P. Avila in comp. hoc verb.

4. Peccat *d*, qui animal alienum inventum in ſuo prædio damnum inferens occidit; poteſt tamen illud includere donec dominus damnum ſatisfaciat.

*d* Navar. ubi ſup. n. 120.

5. Regulariter nemo tenetur *e* de damno contingente caſu fortuito, niſi culpa, vel mora, vel pactum præceſſiſſet.

*e* Idem c. 17, n. 178.

6. Si plures ex conventione inter ſe vineam petierunt ad furandum, unuſquiſque tenetur *f* in ſolidum. Si autem ſeparatim iverint, unuſquiſque tenetur reſtituere id tantum quod ipſe abſtulit; quod ſi unum tantum racemum abſtulerit, nec mortaliter peccavit etiamſi devaſtetur vinea, ſi ignarus de aliis ipſe advenerit

*f* Villalob. tract. 11, diff. 7.

7. Qui damnum ab alio illatũ ratum habuit *g* tenetur reſtituere, cùm ille non feciſſet ſi crederet ipſum ratum non habiturũ.

*g* Comm. DD.

8. Qui interrogatus legitimè à judice tacet, propter quod damnificatus rem furto ablatam non recuperat, tenetur *h* reſtituere, niſi tacuerit ob metum vitæ, honoris, & aliorum bonorum.

*h* Rebel. de juſt. 1. p. lib. 1. q. 14.

9. Quicumq; rem alienã, vel negotia tractant ſi in utilitatem ipſius, cujus negotia agunt, damnũ inferant *i*, tenentur in ſolidum, ſi principalis non reſtituat; poſſunt tamen ex bonis principalis reſtituere; ſi autem non habeant unde reſtituant, admoneant ipſum principalem.

*i* Comm. DD.

10. Impediens eundem ad impediendum damnum alteri inſe-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui illud non poteſt ſine peccato mortali revelare.

### *Cuſtos.*

1. QUi non impedit damnum, quod videt, ſaltem vociferatione, *a* tenetur in ſolidum; ſed ſi abſconditur ut deprehendat furripientem, & eum corripiat non *b* peccat, dummodo interim non permittat damnum fieri notabile.

*a* Sà hoc verb. *b* Avila hoc verb.

2. Cuſtos urbis, cui jubetur ut quos invenerit poſt ſonitum campanæ accuſat, peccat *c* mortaliter ſi non accuſet; non tamen tenetur reſtituere pretium, quod ut taceret accepit, nec pœnas quas accuſati ſolvere tenentur. Hoc intelligitur præcipue de eo, qui obligatus eſt ſub juramento.

*c* Navar. c. 15. n. 14.

3. Cuſtos, & præfectus, quorum curæ commiſſum eſt ne permittant merces aſportari in alia regna, peccant *d* mortaliter, ſi permittant; ſed non tenentur reſtituere pœnas, quas transgreſſores ſolverint, ſi denuntiarentur; nec merces, quibus privarentur, bene tamen vectigalia, quia hæc non ſunt pœnæ, ſed intereſſe.

*d* Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. c. 18 dub. [illegible] contra alios.

4. Cum fures à culpa excuſantur propter neceſſitatem, poteſt *e* cuſtos diſſimulare.

*e* Sà hoc verb.

5. Cuſtos tenetur *f* de culpa lata, & levi, non de leviſſima.

*f* Bann. q. 72. art. 7.

DISP.



# DISPUT. I. SECT. UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

# D

## DAMNUM.

1. DOminus ſervi occiſi ab animali *a* alterius habet actionem petendi expenſas medicamentorum, & quod ſervus ſanus lucriſeciſſet; non tamen poteſt aliquid petere pro cicatrice, vel deformitate, nec pro ipſa occiſione.

*a* Navar. c. 15. n. 15.

2. Qui occidit animal brutum alterius tenetur *b* reſtituere valorem ejus, etſi percutiens deformavit id, quod minus valet propter deformitatem.

*b* Idem ubi ſup.

3. Is, è cujus domo aliquid ejectum damnum fecit, tenetur *c* reſtituere.

*c* P. Avila in comp. hoc verb.

4. Peccat *d*, qui animal alienum inventum in ſuo prædio damnum inferens occidit; poteſt tamen illud includere donec dominus damnum ſatisfaciat.

*d* Navar. ubi ſup. n. 120.

5. Regulariter nemo tenetur *e* de damno contingente caſu fortuito, niſi culpa, vel mora, vel pactum præceſſiſſet.

*e* Idem c. 17. n. 178.

6. Si plures ex conventione inter ſe vineam petierunt ad furandum, unuſquiſque tenetur *f* in ſolidum. Si autem ſeparatim iverint, unuſquiſque tenetur reſtituere id tantum quod ipſe abſtulit; quod ſi unum tantum racemum abſtulerit, nec mortaliter peccavit etiamſi devaſtetur vinea, ſi ignarus de aliis ipſe advenerit

*f* Villalob. tract. 11. diff. 7.

7. Qui damnum ab alio illatũ ratum habuit *g* tenetur reſtituere, cùm ille non feciſſet ſi crederet ipſum ratum non habiturũ.

*g* Comm. DD.

8. Qui interrogatus legitimè à judice tacet, propter quod damnificatus rem furto ablatam non recuperat, tenetur *h* reſtituere, niſi tacuerit ob metum vitæ, honoris, & aliorum bonorum.

*h* Rebel. de juſt. 1. p. lib. 1. q. 14.

9. Quicumq; rem alienã, vel negotia tractãt ſi in utilitatem ipſius, cujus negotia agunt, damnũ inferant *i*, tenentur in ſolidum, ſi principalis non reſtituat; poſſunt tamen ex bonis principalis reſtituere; ſi autem non habeant unde reſtituant, admoneant ipſum principalem.

*i* Comm. DD.

10. Impediens eundem ad impediendum damnum alteri infe-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*l Villal.* inferendum *l* tenetur ei reſtituere, qui paſſus eſt damnum.

*m Comm. DD.* 11. Debitor rei in ſpecie ſi res pereat ſine dolo, fraude vel lata culpa ad nihil *m* tenetur, quod procedit etiam ſi fuerit in mora, quando res æqualiter peritura erat in poteſtate domini.

---

# DISP. II. SECT. VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### DEBITVM.

*a Vide Tolet. lib. 5. c. 54.* 1. DEbitum ſolvendum *a* eſt æſtimatione monetæ tempore contractus. At ſi pecuniæ mutata eſt materia, vel pondus, ſolvendum eſt ſecundum æſtimationem temporis contractus. Quod ſi pretium mutatum eſt, & debitor fuit in mora, debet ſolvere ſecundum tempus, quo obligatus erat ſolvere.

*b Sa hoc verb.* 2. Res in ſpecie debita miſſa ad dominum per hominem communiter exiſtimatum fidelem, domino *b* perit, niſi is qui miſit eſſet malæ fidei poſſeſſor.

*c Sa ubi ſup.* 3. Si creditor oblatam pecuniam noluit recipere, & debitor depoſuit eam apud hominem fidelem, domino *c* perit.

*d Comm. & Nav. n. 6* 4. Qui cum non eſt ſolvendo bonis cedit omnia, quæ habet manifeſtando, liberatur *d* e carcere. Si tamen ad meliorem fortunam pervenerit, poteſt ſibi retinere ad moderatam ſuſtentationem neceſſaria.

*e Sa ubi ſupra.* 5. Probabile *e* eſt neminem teneri ad ſolutionem illius, cujus repetitionem lex ſibi concedit, niſi ſolvere juraverit.

*f Idem ubi ſup.* 6. Debitum alicui ex permiſſione, vel juramento non debetur *f* illius hæredibus, ſi promittens in ejus tantum perſonam intendebat.

*g Sylveſt. verb. Moroſ.* 7. Debitor moroſus tenetur *g* de damno, & lucro ceſſante. Uſurarius vero tenetur *h* mutuatario de damno, & lucro ceſſante, non autem de lucro ſuæ induſtriæ.

*h Molina diſp. 316. i Tolet. lib. 5. c. 21.* 8. Qui furto accipit pecuniam, ſolum tenetur *i* valorem ejus reſtituere, non vero quod illâ lucratus eſt, niſi dominus itidem eſſet lucraturus.

*l Comm. DD.* 9. Si pecuniam non habens rem offert meliorem, *l* tenetur creditor recipere, qui poteſt rem petere ad id tempus debitore ſuſpecto.

10. Si vir nolit debitum ſolvere *m* poteſt uxor ipſo etiam prohibente.

*n Sylveſt.* 11. Qui ſolvit ſui creditoris creditori, liber manet *n* in conſcientia.

12. Filio-familias ſine conſenſu patris, vel minori ſine cōſen-

ſu



*o Idem verb. Debitum.* ſu tutoris debitum ſolvens non liberatur, *o* niſi converſum fuerit in utilitatem illorum.

*p Comm. DD.* 13. Si pro nolente ſolvere aliquis ſolverit, debitor ei *p* tenetur.

*q Navar. c. 17. n. 232* 14. Qui ſolvere tenetur poſt annum *q*, poteſt volenti creditori minus ſolvere anticipata ſolutione, quia pecunia præſens magis valet quàm futura. Contrarium tamen tenent viri docti, utrumque videtur probabile.

*r Garcia de contr. lib. 1. c. 3. num. 3.* 15. Rem dilatâ ſolutione vendere ſummo pretio, & poſtea infimo recuperare, *r* licere ait Garcias.

*ſ Sa hoc verb.* 16. Debitum quod aliter recuperare non potes, *ſ* licet clam tollere, dummodo fiat ſine periculo famæ, aut vitæ. nec teneris revelare etiam ſub excommunicatione; nec qui ſciunt te licite accepiſſe.

17. Cum creditor, & debitor ſunt in æquali neceſſitate, tenetur debitor reddere creditori rem, cujus dominium non erat translatum. Alii autem dicunt quamcumque rem reddendam, niſi debitor ſit in extrema neceſſitate, in qua etſi juraverit redditurum, non *t* tenetur.

*t Tolet. l. 5. c. 14. n. 8* *u Idem ubi ſup.* 18. Si utriuſque neceſſitas extrema ſit, creditori reddendam alii ajunt, alii *u* negant.

*x Vide eumdem loc. cit.* 17. Qui mala fide accepit, vel fuit in mora *x* tenetur reddere, niſi majus damnum patiatur reddendo, quàm creditor non accipiendo.

*y Vide eumdem ubi ſupra.* 20. Bonæ fidei poſſeſſor, ſi non poteſt ſolvere niſi cadens ab honeſto ſtatu, quem habet, non tenetur; ſi autem creditor cogitur mutare ſtatum, teneri *y* probabilius eſt, & contrarium communiter rejicitur ut improbabile.

*z Comm. DD.* 21. Non debet *z* pati ſolvendo debitor, quod creditorem velle eum pati, æquum non eſt.

*a Medina q. 7. de eleemo.* 22. Creditorem non indigentem peccare mortaliter *a* ait Medina, ſi exigat à debitore rem illi neceſſariam ad ſuſtentationem, vel quam ſine gravi damno non valet reddere, quod ſatis probabile, & pium eſt.

*b Navar. c. 17. n. 75.* 23. Genuenſium more compoſitionem faciens cum creditoribus, licet minus ſolvat, quàm debet, liberatur in conſcientia; nec tenetur *b* amplius ſolvere, etiamſi ad pinguiorem fortunam devenerit. Quod ſi aliquis reclamaverit, non tenetur reddere ei niſi quod reliquit, aliorum enim conventioni obligatur ſtare.

DISP.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. III. SEC. I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### DEBITVM CONIVGALE.

1. IN primo bimeſtri, qui terminus poteſt à judice differri, non *a* tenentur conjuges debitum ſolvere; tranſacto autem tenentur. Per breve autem tempus negare, non erit *b* peccatum mortale, niſi ſit periculum incontinentiæ.

2. Cùm unus ex conjugibus rationis terminos tranſgreditur, non *c* tenetur alter ſolvere, niſi ſit periculum. Qui autem non poteſt, *d* non tenetur extraordinariis uti remediis, niſi ex charitate ob periculum. Qui autem malitioſè ſe reddit impotentem *e* peccat mortaliter, imo jejunia, & aliæ res licitæ fiunt illicitæ, ſi hujus debiti ſolutionem impediant.

3. Qui ſcit adulterium ſuæ conjugis, non tenetur *f* ei debitum reddere; & conjux, qui occultè commiſit adulterium, quia jus petendi amiſit, non poteſt exigere quaſi ex juſtitia, ſed rogare tantùm, quod alii ajunt, alii negant; negativa *g* videtur probabilior.

4. Cùm petere debitum eſt peccatum mortale ratione alicujus circunſtantiæ ex parte actus, peccabit etiam mortaliter ſolvens; cùm verò prædicta circumſtantia ſe habet ex parte petentis, non eſt *h* peccatum ſolvere, ſi autem commodè poteſt, debet excuſari ob fraternam correctionem.

5. Si petens debitum amiſerat jus petendi, conjux innocẽs non tenetur ſolvere, nec poteſt pœnam Juris remittere. Loquimur in caſu quando alter conjux culpa ſua contraxit affinitatem, vel cognationem ſpiritualem, in quo caſu conjux innocens non *i* poteſt petenti ſolvere, quia cooperatur peccanti, poteſt autem prævenire petendo, ut alter ſine peccato poſſit reddere.

6. Idem dic de eo, qui ſine alterius conſenſu fecit votum continentiæ. Vir autem qui aliquo ex his impedimentis eſt impeditus, ſi videat uxorem propter verecundiam debitum non petere, poteſt *l* accedere ad eam animo ſolvendi, quod non procedit in fœmina reſpectu viri.

7. Quando uterque conjux votum continentiæ emiſerunt, adhuc poſſunt *m* ſine peccato conjugi animo ſolvendi, ſi videat

*a* c. publ. conver. conjug.
*b* Comm. DD.
*c* Henriq. lib. 11. de matr. c. 15 nu. 7.
*d* Comm. DD.
*e* Villa. to. 2, tr. 11. dif. 41.
*f* Sanch. lib. 9 de matr. dub 2. nu. 10.
*g* Idem lib. 1. de matr. diſp. 55. c. 4.
*h* Comm. DD.
*i* Villal. ubi ſup.
*l* Idem lib.
*m* Navar. c. 16, n. 11. quem ſequitur Sanchez.



deat alterum eſſe in periculo incontinentiæ.

8. Peccat mortaliter, qui debitum ſolvit cum ſalutis gravi periculo, ut ſi illa ſit leproſa, vel ethica, vel ſi proximè poſt prandium, vel lautam cœnam. Quod verum eſt etiamſi lepra matrimonium præceſſerit, & ipſe hoc cognoviſſet, quod videtur probabilius, licet contrarium teneant *n* Sanchez, & alii. Quando verò non poteſt ad eum accedere ſine magno horrore non tenetur. Si autem in infirmo periculum ſit incontinentiæ poteſt ſanus, ſed non tenetur *o* ſolvere.

9. Si infectionis non ſit grave periculum, nec horror magnus, tenetur *p* ſanus reddere, etiamſi timeat prolem cum infectione naſcituram. Si autem grave ſit periculum, ita ut cohabitare non poſſint, debet tamen obſequia præſtare, & curam infirmi habere & apud ſe filios enutrire.

10. Si inter ſe conveniant, poſſunt *q* conjuges thorum ſeparare, & cùm plures filios habent quàm poſſunt alere *r*, poſſunt negare debitum, niſi ſit periculum incontinentiæ.

11. Non licet *ſ* negare debitum deſcendenti à Mauris, vel Judæis, ne filii naſcantur hâc notati infamiâ.

12. Qui ſcit impedimentum occultum, propter quod matrimonium fuit nullum, nec *t* poteſt petere nec reddere. In quo caſu non tenetur obedire Eccleſiæ cohabitationem etiam ſub excommunicatione præcipienti, etiamſi periculum ſit incontinentiæ.

13. Etiamſi habeat diſpenſationem, & cohabitare cogatur, non tenetur *u* novum conſenſum præſtare conjux innocens.

14. Remedia quibus uti poterunt conjuges in ſimili caſu videantur *x* in P. Thom. Sanctio.

15. Qui ſine neceſſitate baptizat proprium filium, vel filiũ ſuæ uxoris, non poteſt *y* petere debitum, nec ipſa ſi conſentiat, quod procedit etiamſi ille malitioſè faciat. Si autem in caſu neceſſitatis hoc fecerit non privatur jure petendi.

16. Qui materialiter tantùm tenet infantem ut recipiat baptiſmum, non *z* contrahit ſpiritualem cognationem.

17. In prædictis caſibus poſſunt diſpenſare ad petitionem debiti Commiſſarius Cruciatæ, Epiſcopi, & Confeſſarii Societatis JESU, quibus Provincialis hoc privilegium communicaverit.

18. Qui ſecundas nuptias contraxit ſine ſufficienti certitudine, quod mortua fuerit conjux, donec ſufficienter certus ſit, non poteſt debitum petere; poteſt tamen petenti reddere.

*n* Sanch. lib. 9. de matr. diſp 24, nu. 22.
*o* D. Bona. in 4. diſ. 32.
*p* D. Tho. in 4. diſ. 32.
*q* Comm. DD.
*r* Sanch. de matr. diſp. 26. nu. 4.
*ſ* Comm. DD.
*t* c. inquiſ. de ſent. excom.
*u* Comm. DD.
Vide *x* Sa. lib. 2. de matr. diſ. 39. n. 12
*y* Idem ubi ſup.
*z* Suar. in 3. p. q. 67. de Bap.
*a* Vide comp. privileg.
*b* c. Dominus de ſecũd. nupt.

SECT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## VTRVM CONJVGES PRIVENTVR *jure petendi debitum propter affinitatem ſupervenientem matrimonio?*

1. CUm affinitas ſupervenit matrimonio, inceſtuoſus a non poteſt debitum petere; b poteſt autem reddere.

2. Conjux, qui conſenſit, quod alter committeret inceſtum, privatur c etiam jure petendi.

3. Hæc affinitas non extenditur d ultra ſecundum gradum, licet ſic inceſtus cognoſcere conſanguineam intra 3. & 4. gradum.

4. Si uterque conjux contrahat hanc affinitatem, neuter poteſt petere debitum, niſi malitioſe e fecerint, poteſt autem reddere, qui neſcit delictum alterius, ſi petat.

5. Si vi vel metu gravi oppreſſus conjux contrahat affinitatem, non amittit f jus petendi debitum. De metu autem etiam gravi ſunt viri docti, qui contrarium teneant, nihilominus prima ſententia videtur probabilior.

6. Qui cognovit conſanguineam uxoris invincibiliter conſanguinitatem ignorans, vel juris habet ignorantiam invincibilem, non incurrit hanc pœnam.

a c. 1. de eo qui cognovit, &c.
b c. diſcretionem eodem titulo.
c diſt. c. diſcretionem. Vide Sanc. de mat. lib. 7.
d Toled. ſel. 24. de matr. c. 4.
e c. ſi vir. de cog. ſpirit.
f Suar. to. 5. dub. 6. ſect. 3.

# SECTIO III.

## VTRVM QVI VOTVM CASTITATIS *vel religionis, vel non nubendi ante matrimonium emiſerunt, poſſint petere?*

1. QUi votum religionis emiſit, ſi nubat, peccat mortaliter, niſi aliqua juſta cauſa faciat ſine intentione conſummando.



ſummando. Si autem conſummaverit, peccat mortaliter, & defunctâ uxore tenetur votum adimplere, vivente verò nullo jure prohibetur a petere & reddere.

2. Qui votum caſtitatis emiſit, ſi nubat, peccat mortaliter, an vero teneatur ante conſummationem religionem ingredi, alii ajunt, alii b negant; negativa videtur probabilior, ſed non poterit petere debitum niſi obtentâ diſpenſatione, benè autem reddere.

3. Qui ſciens nupſit cum habente votum caſtitatis, licet peccaverit mortaliter, non privatur c jure petendi.

4. Qui emiſit virginitatis votum poſt amiſſam virginitatem, tenetur votum caſtitatis ſervare. Hoc tamen ex voventis intentione penſandum eſt; ſi intentio illius fuit pro prima illa vice ſe tantùm obligare, non procedit ultra obligatio, & ideo ſi hoc voto obligatus nupſit pro prima vice, non poterit petere; Poſtea vero non impeditur. d

5. Qui habens votum non nubendi nupſit, peccavit mortaliter, poteſt autem petere, & reddere; at defunctâ uxore non poterit aliam ducere.

b Henriq. & Sanc. lib. 7. de mat. diſp. 34.
c Comm. DD.
d Val. 2. 2. diſp. 6. q. 6.

# SECTIO IV.

## QVAM OBLIGATIONEM HABEAT, *qui fecit aliquod ex prædictis votis poſt matrimonium contractum.*

1. COnjux ſi fecit votum non petendi debitum, tenetur adimplere; ſi emiſit votum caſtitatis a poteſt reddere, non autem petere, & defunctâ uxore non poteſt nubere.

2. Qui voto Caſtitatis non eſt adſtrictus, poteſt b debitum petere ab eo, qui votum fecit, etiam ſi ad id ipſe facultatem dederit, niſi hæc facultas fuerit ad faciendam profeſſionem in religione.

3. An maritus poſſit irritare votum caſtitatis factum ab uxore, alii ajunt, alii c negant probabilius.

4. Qui votum religionis ante matrimonii conſummationem emiſit, adimplere d tenetur, ſi autem votum emiſit recipiendi ordines ſacros, non tenetur ingredi religionem, ſed privatur jure petendi debitum, & mortuâ uxore tenebitur votum adimplere.

a c. quidam de conver. conjug.
b Sanc. de matr. li. 9. diſp. 16. num. 5.
c Silveſt. verb. Votum.
d Comm. DD.

5 Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Si uterque fecit caſtitatis votum neuter poterit petere, & ſi hoc fuit ex communi conſenſu, neque *e* reddere.

6. Cùm uterque vovit non petere poſſunt, *f* copulari non petendo, ſi tamen intelligat alterum petiturum ſi poſſet.

7. Copulam ad vitandum fornicationis periculum in ſe peccatum eſſe veniale alii ajunt, alii probabilius *g* negant. Ad vitandum verò in alio conjuge nullum eſt peccatum, nec ſi fiat ad vitandum morbum, erit autem culpa venialis ſi fiat ob ſolam voluptatem.

8. Contumax matrimonium ante Eccleſiæ benedictionem veniale tantum peccatum *h* eſt, quidam verò mortale eſſe dicunt, ſed minus probabiliter.

9. Qui dubitat an ſuum matrimonium validum fuerit, poteſt debitum reddere, & poſt diligentem inquiſitionem deponat dubium practicè *i*, & poteſt petere.

10. A conjuge adultero vel adultera poteſt peti, niſi ex hoc confirmetur in adulterio, ipſéque conjux adulter, vel adultera poteſt *l* petere, ſed alter poteſt negare niſi *m* etiam ipſe fuerit adulter vel cauſa adulterii.

11. Tempore menſtrui petere debitum vel reddere alii dicunt eſſe mortale, alii probabilius negant.

12. Copulam in loco ſacro quidam dicunt peccatum eſſe mortale etiam reddentis; probabilius tamen alii *n* poſſe excuſari propter periculum incontinentiæ, vel aliâ juſta cauſâ.

13. Nullus copulæ modus, ſi fiat in vaſe debito, id eſt intra pudenda uxoris, peccatum eſt *o* mortale, niſi ſit periculum impediendi generationem. Nec ſi fiat in feſto, vel quolibet tempore, vel cum uxore gravida, niſi ſit periculum abortûs.

14. Si experta eſt uxor ex modo concumbendi ſuum effundere ſemen, & virile non attrahere *p*, lethalis culpa erit.

15. Conjugi amenti poteſt alter reddere debitum, ſed non tenetur, quia non petit *q* liberè.

16. Inchoatam copulam relinquere ante ſeminationem non *r* eſt mortale, niſi ſit periculum pollutionis.

17. Permittere quod duo amentes copulentur propter injuriam quæ proli fit, mortale *ſ* peccatum eſt.

18. Vir compos mentis, mentis impotem uxorem cognoſcens *t* peccat propter periculum abortus.

19. Cum uxore nuper enixa rem habere peccatum veniale *u* putat Sotus.

20. Rem habere cum propria uxore quaſi cū aliena, peccatum mortale *x* eſt, & circumſtantia in cōfeſſione explicanda.

21. An cum maritus factâ ſeminatione ceſſat à copula antequam

*e* Sanch. ubi ſup. diſp. 57. num 10.
*f* Sa ex Navar. hoc verb.
*g* Sa hoc verb. n. 5.
*h* Vide Sa & Sylveſt. hoc verb.
*i* vide c. 44. de ſent. excomm.
*l* Val. to. 4. dub. 8, q. 6, p. 1.
*m* Idem loc. cit.
*n* Navar. c. 17. n. 15.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Sa hoc verb.
*ſ* Idem ubi ſupra.
*t* Ledeſma in q. 58. art. 4.
*u* Sotus.
*x* Comm. DD.



quam uxor ſeminet ipſa poſſit ſe ad ſeminandum tactibus provocare alii negant, alii probabilius affirmant; dummodo ſemen extra vas non effundat.

22. Conjugatus ſi ſeipſum tangat propter voluptatem captandam abſque pollutionis periculo, an peccet mortaliter alii negant, alii probabilius affirmant.

# DISPVT. *IV*. SECT. *I*.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## *DECIMAE.*

### *AN FIDELES DECIMAS SOLvere teneantur?*

1 DEcimas non ſolvere mortale peccatum eſt; jure enim naturali, & divino tenetur *a* populus ſacerdotem alere, & ideo ſi indiget Parochus, *b* tenentur Parochiani ei offerre ad victum neceſſaria.

2. Quota pars ſit ſolvenda jus Eccleſiaſticum ſtatuit, & ideo ſummus Pontifex *c* poteſt vel minuere vel augere, dummodo ſacerdotes congruam ſuſtentationem habeant. Hoc idem poteſt conſuetudo legitime introducta.

3. Sacerdotibus divitibus *d* debentur etiam decimæ ſicuti creditoribus, nec ſolum dantur ad ſuſtentationem, ſed ut pauperes alant, & cum honeſtate incedant ne à populo deſpiciantur.

*a* Concil. Conſtan. ſeſſ. 8.
*b* Comm. DD.
*c* Suarez to. 1. de tract. 2. lib. 1. c. 10. num. 3.
*d* D. Tho. q. 4. art. 1.

# SECTIO *II*.

### *DE QVIBVS DEBEANTVR DECIMAE.*

1. SEcundum jus ſcriptum de omnibus rebus fructiferis, vel quaſi fructiferis *a* debentur, ſive naturâ, ſive arte, ſive induſtriâ comparentur.

2. Modo non debentur *b* niſi de his tantùm, de quibus eſt ſolvendi conſuetudo. Quod ſi Parochus vellet de aliis decimas recipere, peccaret mortaliter, & ad reſtitutionem teneretur.

3. Qui

*a* c. paſtoralis de decimis.
*b* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*a* c. Commiſſum, e. tua nobis de decimis. *d* Comm. DD.

3. Qui rem, cujus decimam dominus non ſolverit, furtò abſtulit, tenetur ſolvere.

4. Qui in bello juſto ſegetes inimicorum combuſſit, non *d* tenetur.

5. Decimarum ſolutio antepunenda eſt omnibus aliis, terrarum ſcilicet, ſumptuum, & ſtipendiorum.

*e* c. cum non ſit c. tua nobis de decimis. *f* Villal. to. 2. tr. 31. diſ. 2. Vide Leſſ. lib. 2, c. 39. dub. 5.

6. Ubi fuerit conſuetudo, quod religioſi petant eleemoſynam, quando ſemina ſunt in areis, antequam dimetiantur; non tenentur domini ea quæ donant decimare, & qui hoc vellet impedire, peccaret mortaliter cum onere reſtitutionis.

7. Quoad tempus & locum ſolutionis decimarum ſervanda conſuetudo. Prædiales cùm colliguntur fructus ex prædiis. Perſonales in fine anni ex his quæ arte, ſervitio vel induſtria acquirunt perſonæ; mixtæ verò ut prædiales, exceptis fructibus qui ſervantur uſque ad tempus; quo poſſunt deſervire, ſolvendæ ſunt.

---

# SECTIO III.

## QVIBVS DEBEANTVR.

*a* Commi. DD. *b* Vide Villalo. ubi ſuprà.

1. POſt beneficiorum diviſionem unicuique beneficiario debentur *a*, quæ applicatæ ſunt ejus beneficio.

2. Jus primarium recipiendi decimas eſt ſpirituale, ideoq; ad laicos non ſpectat, nec eas accipere, nec de eis judicare. Secundarium id ſcilicet quod ad decimarum emptores pertinet, laicis etiam poteſt convenire *b*.

---

# SECTIO IV.

## Qui debeant Decimas ſolvere.

*a* c. ad Apoſtolicæ de decimis. *b* Sylveſt. verb. Decima.

1. OMnes habentes prædia alicui Eccleſiæ ſubjecta, ipſi debent decimas ſolvere, niſi ſit conſuetudo *a* in contrarium.

2. Clerici debent ſolvere decimas ex prædiis, quocumque alio titulo, quàm ſpirituali poſſideant. Contrarium tamen defendit Silveſter.

3. Cùm quis dat prædium Eccleſiæ, cui erat ſubjectus, debitum decimarum extinguitur; ſi verò alteri Eccleſiæ dat, ſecun-



ſecundum juris rigorem debentur Eccleſiæ, cui antea; jam verò ſecundum conſuetudinem *c* prædium manet liberum.

*c* D. Tho. 2. 2. q. 87 art. 4. *d* Vide comp. & Henriq. lib. 7. de indulg. c. 27. nu. 7. ex privileg. Euge 4. *e* Suarez l. 1. de relig. c. 3. nu. 16. *f* D. Tho. ubi ſupra nu. 4. *g* Navar. c. 27. nu. 11. *h* idem ubi ſupra.

4. Monaſteria, & loca pia debent decimas ſolvere, niſi privilegio excipiantur, vel præſcriptione, vel tranſactione excuſentur. Hodie tamen omnes ut plurimum religioſi tam fœminæ, quàm viri hoc habent *d* privilegium. Ideoq; niſi habeant Epiſcopi privilegium in contrarium, vel conſuetudinem, non poſſunt ab eis decimas exigere.

5. Privilegia verò religioſorum non *e* amittuntur, niſi eis non utantur per ſpatium centum annorum.

6. Quilibet poteſt *f* præſcriptione, vel conſuetudine à ſolutione decimarum liberari.

7. Summus Pontifex beneficiariis, & etiam Epiſcopis, ut decimas ſolvant, ex perceptis decimis *g* poteſt jubere, ſed non ſolet facere.

8. Ut ſolvantur decimæ non ſunt *h* prius deducendæ expenſæ, niſi decimæ fuerint perſonales, in aliis de omnibus uſibus ſolvendæ ſunt.

9. De lucro illicito, vel acquiſito cum peccato *i* non eſt danda decima, ſi peccatum ſit notorium, & lucrum reſtitutioni obnoxium.

*l* Idem ubi ſupra. *m* Idem c. 21, nu. 32. *n* Solorzano de Indiarum gub. lib. 2, c. 21. *o* Solorzano de Ind. gub. lib. 3, c. 1. *p* Ubi ſup.

10. Peccat qui deteriorem partem *l* decimat, debetur mediocris ex præcepto, melior ex conſilio. Peccat etiam qui non ſolvit ubi, quando, & quibus debet.

11. Non ſolvens decimas ob juſtum impedimentum *m* poteſt abſolvi non obſtante Tridentino Concilio. Qui non ſolvit, non eſt ipſo jure excommunicatus, ſed excommunicandus.

12. Decimæ perſonales in tota ferè Hiſpania non *n* ſolvuntur.

13. Decimas S. Pontifex poteſt ex juſtis cauſis laicis *o* concedere, ut Principibus, & Imperatoribus, & ſic conceſſit Alexand. IV. Regibus Catholicis decimas in toto hoc novo orbe, quam conceſſionem confirmarunt ſucceſſores Pontifices cum onere fundandi Eccleſias illas, & Eccleſiaſticos dotandi.

14. Laicus recipiens decimas cum onere diſtribuendi in eleemoſynas quod ei ſupererit, ſi non impleat, peccat *p* mortaliter, ſed ad reſtitutionem non tenetur.

L DISPVT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## SECTIO VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *DEFENSIO, ET DEFENSOR.*

*a* P. Avila in comp. hoc verb. 1. PEccat, qui non defendit, *a* cùm poſſit, invaſum ab inimicis; & ſi eſt perſona publica, tenetur eum defendere armatâ manu.

*b* Navar. c.14, nu. 8. 2. Reges, & ſuperiores *b* tenentur lege juſtitiæ defendere ſuos ſubditos, Patres, tutores, heri, parochi, cuſtodes, & ſimiles; & è contra ſubditi ſuos ſuperiores.

3. Qui non defendit alium cùm commodè poſſit, cenſetur conſentire, non tamen ex eo ſolùm injurianti auxiliari.

### *DEGRADATIO.*

*a* Comm. DD. 1. Alia verbalis, alia realis; verbalis *a* eſt Eccleſiaſtica pœna vel privatio, quâ vir Eccleſiaſticus privatur ab omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico in perpetuum abſque ſpe reſtitutionis; retento tamen privilegio clericali.

*b* Comm. DD. 2. Degradatio, vel depoſitio *b* realis eſt Eccleſiaſtica pœna vel privatio, quâ vir Eccleſiaſticus privatur univerſaliter ab omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico, & ab omni privilegio clericali in perpetuum ſine ſpe reſtitutionis.

*c* Avila de cenſu. 4. p. dub. 1. 3. Qui percutit degradatum notoriè incorrigibilem, non incurrit excommunicationem; nec remigum præfectus, ſi eum flagellat, etiamſi verbaliter tantùm ſit depoſitus. Hunc autem ſi alius in rixa percutiat, *c* incurrit excommunicationem, quia adhuc gaudet privilegio clericali.

*d* Comm. DD. 4. Verbaliter depoſito *d* aſſignanda ſunt alimenta; non verò degradato realiter.

*e* Vide Avil. de cenſu. 5. De jure ſolus Epiſcopus poteſt degradationis ſententiam ferre. Prælati mendicantes ex privilegio *e* poterunt verbaliter deponere ſubditos.

*f* Comm. DD. 6. Ob nullum delictum poteſt *f* infligi degradationis pœna, niſi



niſi in jure ſit expreſſum; & cùm jus pœnam depoſitionis ſtatuit, verbalis intelligenda eſt.

7. Epiſcopus poteſt verbaliter depoſitum reſtituere; non verò degradatum realiter, niſi juſtè petat reſtitutionem, quia falsò accuſatus fuit.

8. Degradatus à ſolo Papa reſtituitur, *g* & licet non poſſit degradari, niſi ob graviſſimum crimen, ob quodlibet aliud poteſt degradari, ſi eſt incorrigibilis. *g* Sa verb. degradatio.

9. Depoſitione digna crimina *h* ſunt adulterium, concubinatus ſine ſpe emendationis, ſtuprum, & ſimilia, & omnia alia his majora. *h* Navar. c. 27. n. 248.

### DELECTATIO MOROSA.

1. Delectatio moroſa eſt *a* peccatum mortale, quando opus eſt mortale. *a* Villal. to. 1. tr. 40 dif. 17.

2. Qui delectatur ex cogitatione copulæ futuræ cùm uxorem accipiat, vel cum alia ſi liceret, peccat *b* mortaliter; etiam ſi contraxerint ſponſalia de futuro. *b* Sanch. de matr. lib. 9. diſ. 45. nu. 4.

3. Vir poſt mortem uxoris, & uxor poſt mortem viri, ſi delectentur moroſè in cogitatione copulæ præteritæ, peccant mortaliter *c*; ſecus verò ſi delectentur de ipſo actu conjugali ut præterito. *d* *c* Comm. DD. *d* Sanchez ubi ſup.

4. Qui durante matrimonio delectatur in cogitatione copulæ cum propria uxore, non peccat *e* mortaliter; quod videtur probabilius, ſi ſit ſine pollutionis periculo; licet contrarium teneant *f* viri docti. *e* Idem l. 9. de matr. diſp. 4. nu. 2. & 4. *f* Silveſt. verb. delectatio.

5. Quando inter conjuges actus conjugalis eſt illicitus ab intrinſeco, ut in voto caſtitatis obſtrictis, tunc delectatio in cogitatione actus eſt *g* peccatum mortale. Si autem impedimentum fuerit tantum ab extrinſeco; ut in infirmitate, aut affinitate ſuperveniente, non erit peccatum mortale. *g* Sanch. de matr. li. 9. diſp. 17. nu. 4.

6. Ut delectatio moroſa ſit peccatum mortale quatuor *h* requiruntur. 1. Quod objectum ſit peccatum mortale. 2. Quod homo plenè advertat. 3. Quod non reſiſtat. 4. Quod omiſſio hujus reſiſtentiæ non ſit ex rationabili cauſa. Si quis enim ne omittat occupationem neceſſariam ut confeſſiones, ſtudium, &c. omittat reſiſtentiam, non peccat, dummodo non ſit periculum conſenſus. *h* Navar. c. 16. n. 8.

7. Cùm quis non eſt certus, quòd non conſenſerit delectationi moroſæ, expedit *i* ut confiteatur illam. *i* Comm. DD.

8. Delectatio de homicidio injuſto *l* eſt peccatum mortale; ſecus verò ſi ſit de utilitate ſecuta ex morte. *l* Navar. c. 17. nu. 10.

9. Omnis delectatio rei venereæ, ſi ſit cum plena adver-

 ten-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tentia eſt peccatum mortale, quia in venereis non *m* datur materia levis.

*m* Comm. omnium DD. ex noſtra ſocietate.

## DELEGATIO. DELEGATVS.

1. Quicumque habet poteſtatem ordinariam, poteſt *a* eam delegare, & dare poteſtatem ſubdelegandi. Poteſt *b* etiam delegatus Principis, niſi ei committatur nudum miniſterium, & non ipſa poteſtas, nec non ſubdelegatus delegati Papæ. Item Vicarius Guardiani, vel Prioris, eſt enim velut Ordinarius; nec non Vicarius Generalis. Denique omnis ille cui tacitè is, qui delegavit, videtur concedere.

*a* Comm. DD.
*b* Vide Sa hoc verb.

2. Poteſt *c* Prælatus delegare privilegium, quod habet ratione officii, abſolvendi ſcilicet, & diſpenſandi.

3. Juriſdictio delegata re integre mortuo delegante *d* expirat; ſecus vero ſi ſit incœpta, vel data fuerit per modum legis.

4. Delegatus à Principe ad ea quæ ſoli Principi reſervata ſunt, non poteſt *e* ſuas vices delegare.

5. Ante certificationem de revocatione *f* delegationis non expirat delegata juriſdictio.

6. Simplex miniſterium abſolvendi ab excommunicatione poteſt *g* ſubdelegari à delegato Ordinarii & à ſubdelegato delegati Papæ, non vero ipſa juriſdictio.

*c* Comm. DD.
*d* c. ſi gratioſè de reſcrip. lib. 6
*e* Covar. l. 3. c. 10. var. n. 10.
*f* Vide Sanch. de matr. l. 3. diſp. 11.
*g* Navar. c. 27, n. 45

## DELIBERATIO.

1. Deliberationis defectus excuſat *a* à peccato mortali, ſicut & defectus judicii in ſemidormientibus, ſemiebriis, & multum perturbatis.

*a* Comm. DD.

## DELICTVM, VEL QVASI DELICTVM.

1. Obligatus ex quaſi delicto tenetur damnum reſtituere, ut judex, qui ob juris ignorantiam iniquam tulit ſententiam.

2. Peccat clam accipiens quod prætendit ſibi deberi ob aliquod delictum *b*.

3. Qui commiſit aliquod delictum propter quod alius innocens eſt in carcere cum periculo vitæ, non *c* tenetur ſe prodere cum eodem periculo.

*a* Navar. c. 17, n. 16,
*b* Idem ib. nu. 11,
*c* Comm. DD.

## DENVNCIATIO.

1. Denunciatori non probanti delictum ſi hoc habet ex officio



ficio nulla datur *a* pœna, quia non præſumitur calumniator; ſi vero de hoc conſtaret in expenſis ſaltem condemnandus eſſet. Qui autem denuntiat, & non ex officio, & delictum non probat, pœna talionis ut accuſator plectendus eſt, ſi aliunde de calumnia conſtet per judicis inquiſitionem. Pœna tamen talionis hodie non datur niſi in aliquibus delictis.

*a* Comm. DD. Vide inſ. Clarem. in prac. q. 7, nu. 11

2. In delictis vergentibus in perniciem reipublicæ tenetur quis denuntiare quod vidit; excuſatur *b* autem ſi probare non poteſt, vel ſi rem alienam accepit quis in debiti compenſationem, vel delictum ex confeſſione, vel ex ipſo reo conſilium petente cognovit.

*b* Navar. c. 11. n. 46

3. Qui delictum ex auditu ſolùm cognovit, ſi ab ipſo denunciatore audivit, vel ab alioqui rem non vidit, vel à non fide digno, non tenetur denunciare. Si autem audivit à perſona fide dignâ, quæ aſſerit ſe vidiſſe, tenetur denunciare, niſi credat jam eſſe emendatum, vel ſe emendaturum, qui peccavit. Hinc damnata ab Alexandro VII. ſequens propoſitio: Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.*

*c* D. Tho. 2, 2. q. 33, art. 2, ad 5

* In decr. An. 1665, 24. Sept.

4. Cum Prælatus præcipit ſub excommunicatione, ut quicumque cognoverit furem, revelet eum, non tenetur quis obedire, niſi præmiſſa correctione fraterna, qua præmiſſa ſi fur nolit reſtituere, ipſe poteſt furtum probare, & tenetur denunciare eum, ſecus vero peccabit mortaliter, & *d* reſtituere tenebitur.

*d* Navar. c. 17. n. 155.

5. Peccat *e*, qui rogatus juridicè revelat ea quæ ſibi in ſecreto fuerunt commiſſa, vel ipſe vidit fieri in ſecreto, niſi in damnum tertii parata eſſent, & damnum aliter impediri non poſſet.

*e* Idem c. 18, nu. 61

6. Peccat, qui denuntiat, quod probare *f* non poteſt, de quo ſi juridicè interrogetur, poteſt reſpondere etiam cum juramento ſe nihil ſcire, intelligendo ut denuntiet juridice.

*f* Comm. DD.

7. Qui non denuntiat intra definitum tempus tenetur *g* quam primum poteſt.

*g* Comm. DD,

8. Demum rejecta & damnata eſt ab Alexandro VII. hæc etiam propoſitio: Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi. *h*.

*h* In decr. An. 1665, 24. Sept.

## DEPOSITUM.

a l.1.ff.depoſiti.
1. Depoſitum eſt, quod ad cuſtodiendum datum eſt.

b Comm. DD.
2. Depoſitarius non poteſt uti re depoſita, niſi de voluntate ſaltem præſumpta deponentis. Si autem res ſit ut pecunia, vel triticum, vel quid ſimile, & certus eſt depoſitarius ſine mora, vel damno deponentis rem æquè bonam ſe redditurum, licitum erit in proprios uſus conſumere.

c Comm. DD. vide Rebel. de juſt. l. 2, q. 1. 10. de depoſito q. unica, n. 11
3. Nemo rem alienam cum propriæ rei detrimento tenetur cuſtodire, niſi aliena ſit valde pretioſa, propria autem vilis.

d Villal. tom. 2. tr. 20. diff. 1.
e c. deſiſte de reg. jur. in 6
4. Si depoſitum ſit in utilitatem deponentis, & pereat, non tenetur depoſitarius niſi de culpa lata vel dolo. Si autem ſit in utilitatem depoſitarii, tenetur e de leviſſima; ſi autem ſuâ diligentia cognoſci nequeat an culpam habuerit, non tenetur reſtituere.

5. Depoſitum apud Abbatem, vel apud alium religioſum de ejus conſenſu, ſi pereat culpa ipſorum, non tenetur monaſterium, niſi in quantum ditius factum fuerit.

6. In aliquibus caſibus non tenetur depoſitarius depoſitum deponenti reddere. 1. Si petat ut aliis damnum infligat. 2. Si bona deponentis fuerint confiſcata. 3. Si res erat furto ablata à deponente, non ei, ſed domino reddenda. 4. Cum in foro conſcientiæ utitur compenſatione.

7. Bona confiſcata reddenda deponenti, niſi id judex prohibuiſſet aſſerit P. Sa, quod videtur probabile.

## DERISIO.

a Navar. c. 18, n. 15
1. Eſt deteſtatio inordinata mali culpæ, vel pœnæ vel alicujus defectus naturalis, vel moralis ad injiciendam erubeſcentiam.

2. Peccat mortaliter qui notabilem erubeſcentiam, vel perturbationem alicui injicit, eſtq; gravior culpa, quo major fuerit perſona; quæ deridetur. Hoc verò non eſt intelligendum de deriſione jocoſa, quando aliquod malum exiguum ſignificatur, alioquin enim poteſt actus eſſe virtutis; ſi autem modum excedat, erit venialis.

3. Detegere furem occultum ad vitandum damnum proprium, vel alienum licitum eſt ſine præmiſsâ monitione, & ſi aliter impediri non poteſt, obligatorium.

## DETRACTIO.

a Navar. c. 18, n. 15
1. Eſt ſignificatio a mali alicujus hominis non canonicati, qua læditur, vel peti dicatur ejus fama; & eſt triplex



triplex materialis tantùm, quando fit ſine intentione famam lædendi; formalis tantùm, cùm eſt intentio famam lædendi, ſed ſine effectu; materialis, & formalis ſimul, cùm datur intentio, & effectus.

2. Injuria verborum omnis, & ſola eſt mortalis, b quæ fit ex animo notabiliter nocendi, vel ſi non fuit ex tali animo, & advertit, vel debuit advertere damnum notabile: erit autem venialis cùm plenè non advertit, vel damnum fuit leve. b Comm. DD.

3. Qui curioſè interrogat de peccato occulto mortali, non peccat c mortaliter ſecundum aliquos, nec qui detegit ei, quem ſcit non fore detecturum. c Manu. quæ in ſumma.

4. Detegere propria delicta etiam gravia, ut plurimùm non eſt d peccatum mortale, quia non eſt injuſtitia, ſed prodigalitas. Erit autem mortale ſi fiat cum periculo propriæ, vel alienæ vitæ, vel notabile damnum patiantur animæ in ſpirituali profectu. d Navar. ubi ſup. nu. 18.

5. Detegere falſos defectus naturales proprios, vel alienos regulariter non eſt e mortale. e Comm. DD.

6. Imponere alicui peccatum mortale de ſe eſt f mortale; imponere verò veniale de ſe eſt veniale, niſi ſequatur damnum notabile. f Navar. nu. 21. c. 18.

7. Idem peccatum g eſt imponere verum crimen putatum ut falſum, ac imponere falſum; gravius tamen eſt imponere falſum quàm detegere verum. g Comm. DD.

8. Loqui generalia verba tam venialia, quam mortalia crimina h comprehendentia de ſe eſt mortale; niſi loquens explicet de levibus tantùm ſermonem fieri. h Navar. c. 18, n. 14.

9. Detegere quodlibet peccatum mortale ſecretum de ſe i eſt mortale, niſi excuſetur aliqua circumſtantia. Detegere autem notoria facti, vel juris, vel famoſa ſine intentione nocendi non eſt peccatum ſaltem mortale, etiam ſi illud ignorantibus vel in regione ubi publicum non erit, detegatur. i Idem ubi ſup. n. 26.

10. Quæ contra ordinem juris divulgata ſunt, non licet l divulgare, ubi infamia non eſt; ſed non erit peccatum mortale quando cito ad eum locum infamia perventura eſt. l Comm. DD.

11. Non peccat, m qui crimen verum quamvis ſecretum detegit bono animo, ut malum impediatur. m Comm. DD.

12. Qui abſque intentione lædendi detegit mortalia peccata ejus, qui de illis ſe jactare ſolet venialiter ſolùm n peccat. Idem dicendum ſi detegat eis, qui non nocituros ſed profuturos eſſe ſperatur ut magiſtris, & parentibus, imò nec venialiter peccat, ſed virtutis actum exercet. n Comm. DD.

13. Qui invenit peccata ſcripta, & detegit, peccat mortaliter,

liter, niſi talia ſint, quæ leviter lædant ſcribentem; ſed ſi ſcripta credantur ad Sacramentalem confeſſionem, *o* peccabit graviter tam legendo, quàm deregendo, etiamſi levia ſint.

*o* Navar. ubi ſuprà num. 14

14. Qui refert aliena peccata, quæ audivit, ſi non addat aliquam circumſtantiam, ex qua certa reddantur, non *p* peccat mortaliter.

*p* Idem ubi ſuprà num 14

15. Qui audit alterius peccata mortalia aſſentiendo, vel non reſiſtendo cùm debet, peccat *q* mortaliter, & præcipuè ſi eſt ſuperior, judex, pater aut magiſter, qui reſiſtere tenentur; ſed ſi credat ea dicentem non peccare, quia publica ſunt, non peccabit, quia ad ſe non ſpectat hoc inquirere.

*q* Comm. DD.

16. Qui non delectatur in detractione mortali, *r* non tamen contradicit propter verecundiam, non peccat mortaliter, niſi ſit ſuperior, vel advertat præter infamiam magnam damnum eventurum dicenti, vel notabiliter lædi famam proximi.

*r* Comm. DD.

## DIABOLVS.

1. Cum Diabolo loqui non licet, *a* in arreptitiis autem curioſe aliquid interrogare ſolum erit veniale. Cum eo verò quævis amicitia eſt peccatum mortale, & longa colloquia etiam in arreptitiis vitanda.

*a* Sa hoc verb.

2. Qui Diabolum vocat, vel ei chartam ſcribit ut cum eo pactum habeat, niſi ipſe veniat, & acceptet pactum tacitè, vel expreſſe non incurrit *b* excommunicationem, & poteſt abſolvi à confeſſore ordinario.

*b* Comm. DD.

## DIACONVS.

1. Diaconus, & ſubdiaconus *a* ſolemniter in ſuis officiis miniſtrantes in peccato mortali an mortaliter peccent alii ajunt, alii negant probabilius. Vide verbum *Ordo*.

*a* Vide quæſitum de temp. ordin.

## DIMISSORIAE.

1. Litteræ validæ ſunt etiam poſt mortem Epiſcopi qui illas conceſſit *a*

2. Non poſſunt *b* dari à Capitulo niſi poſt annum à morte Epiſcopi, aut ſi quis ob beneficium ordinari cogatur.

3. Conceſſæ à ſede vacante valent etiam poſt electionem Epiſcopi. *c*

*a* Comm. DD.
*b* Trid. ſeſ. 4. c. 10 de reſor.
*c* P. Menacho in manualp.





# DISP. V. SECT. PRIMA.

## DISPENSATIO.

1. Diſpenſatio *a* eſt relaxatio legis causâ cognitâ.

2. Differunt *b* inter ſe diſpenſatio, irritatio, abrogatio, & interpretatio per epichejam. Irritatio eſt ceſſatio legis, ut vim legis non habeat. Abrogatio eſt legem, quæ antea obligabat, omnino tollere; ſi autem tollatur per partem, dicitur derogatio. Epicheja verò non tollit legem, ſed in aliquo ſingulari judicat non obligare.

*a* Innocen. dilec. nu. 40, de temp. ordin.
*b* Comm. DD.

3. Privilegium eſt diſpenſatio *c* idem ferè ſunt, & ut benè fiat, diſpenſatio debet fieri cum notitia cauſæ.

*c* Vide Villal. 10. 2. 12 11, diſ. 40,

4. Diſpenſatio alia eſt expreſſa, ut cùm ſuperior expreſſe diſpenſat; alia tacita, ut cùm ſciens, & prudens admittit inhabilem ad id, quod non poteſt facere ſine diſpenſatione. Alia eſt propria, ut ſunt prædictæ; alia impropria, ut cùm conceditur facultas ad id quod non eſt ſimpliciter prohibitum; ſed ne fiat ſine facultate.

# SECTIO II.

## DE DISPENSATIONIS *cauſa*.

1. Diſpenſatio facta ſine juſta cauſa contra jus naturale, & divinum non *a* valet. Nec quæ fit ab inferiore contra legem ſuperioris, etiam ſi fiat *b* per commiſſionem, ſi non ſit cauſa juſta.

2. Si prælatus diſpenſat in lege, quam ipſe tulit judicans cauſam eſſe juſtam, quæ verè non eſt, *c* valet diſpenſatio ſecundùm probabiliorem *d* opinionem.

3. Cum Papa diſpenſat in propriis legibus ſine cauſa *e*, valet. Idem dic de inferioribus; peccabunt tamen venialiter ut plurimùm. Peccat etiam, qui diſpenſationem petit ſine cauſa, impetrata autem libera lege manet.

*a* Comm. DD.
*b* Sanch. de matr. lib. 8. 10. 3. diſ. 17, num. 5.
*c* P. Azor lib. 7, c. 19, q. 6.
*d* Sanch. de matr. 10, & ubi ſup. num. 11.
*e* Silveſt. verb. *Diſpenſ.* q. 3.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# Sectio III.

## *Quæ ſint cauſæ iuſtæ ad diſpenſandum: Et quando cenſeatur diſpenſatio ſubreptitia?*

1. Cauſæ juſtæ *a* ad diſpenſandum ſunt: 1. Temporum mutatio. 2. Communis utilitas, 3. Status, & conditio perſonarum, v. g. ſi eſt valdè benè merita arte aliquâ & ſcientiâ, vel dignitate vel nobilitate inſignis. 4. Neceſſitas. 5. Pietas. 6. Rerum eventus, & tandem multæ aliæ arbitrio boni viri.

2. Diſpenſatio ſubreptitia eſt *b* invalida.

3. Cùm in cauſa impulſiva tacetur veritas, non *c* eſt diſpenſatio ſubreptitia, niſi à jure declarari *d* præcipiatur cum expreſſione cauſæ finalis.

4. Cùm tacetur veritas, quâ cognitâ Princeps non diſpenſaret, diſpenſatio eſt ſubreptitia. Idem *e* dic de falſa expreſſione cauſæ finalis, quæ falſa expreſſio etiamſi fiat ignoranter, diſpenſatio non valet.

5. Qui fraude vel dolo uſus eſt in cauſa impulſiva *f*, facit ſubreptitiam diſpenſationem, ſecùs verò ſi fiat ab alio tertio.

6. Cùm error eſt in nomine, & non in perſona, non eſt diſpenſatio *g* ſubreptitia; ſi verò error ſit in Epiſcopatu Proviſoris, cui committitur, non valet.

7. Verba motu proprio vitium tollunt *h* ſubreptionis.

8. Quando diſpenſatio eſt in impedimẽto *i* proveniẽte ex delicto, neceſſarium eſt exponere, an alia data fuerit diſpẽſatio.

*a* Comm. DD.
*b* c. fin. de filii presbyt. in 6.
*c* Vide Sanch. de matr. lib. 8. diſp. 22.
*d* Moli. to. de juſt. diſ. 171.
*e* c. ſuper litter. de præſcrip.
*f* ex dic. c. & Sanch. ubi ſup. lib. 8. diſp. 21. nu. 54.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Sanch. de matr. to. 1. lib. 8. diſp. 22.

# SECTIO IV.

## *AN DISPENSATIO SIT STRICTE interpretanda.*

1. Diſpenſatio, quia eſt legis relaxatio, ſtrictè eſt *a* interpretanda.

2. Epiſcopus concedens ſuis ſubditis ut ordines recipiant, non videtur *b* diſpenſare in irregularitate.

*a* c. 1. para. ille verò c. 1. & fin. de filii. præſbyt.
*b* Sanc. ubi ſup. n. 15.

3. Diſpen-



3. Diſpenſatio data illegitimo ad ordines, intelligitur *c* ad minores; quod ſi detur ad majores, non intelligitur ad beneficia; nec conceſſa ad clericatum debet extendi ad dignitatem, nec quæ ad dignitatem ad Epiſcopatum.

4. Si Papa abſolutè, & ſine reſtrictione diſpenſat cum illegitimo, ad omnia diſpenſare *d* intelligitur.

5. Argumentum à paritate rationis, & à majori ad minus non valet in diſpenſationibus. Nihilominùs tamen non ita ſtrictè interpretanda eſt diſpenſatio ut captioſa, & illuſoria ſit, & ideo ad inſeparabilia, & connexa, & ad omnia ad quæ prudenter intelligitur concedentem extendere voluiſſe, extendenda eſt.

6. Diſpenſatio in cauſa matrimoniali *e* ſtrictè eſt interpretanda.

7. Diſpenſatio ad edenda ova *f* extenditur ad caſeum, & lac. & quæ datur ad carnem, ad omnia lacticinia.

8. Cum Pontifex concedit aliquid motu proprio, authoritate publicâ, latè *g* interpretandum eſt. Idem dic de diſpenſatione conceſſa toti Ordini, & de ea quæ eſt in corpore juris.

9. Poteſtas ad diſpenſandum eſt latè interpretanda, *h* niſi ſit in damnum tertii, vel ſit conſuetudo in contrarium, vel exprimantur perſonæ cum quibus diſpenſatio facienda eſt, & dicitur privilegium paſſivum.

10. An Bullæ privilegia latè interpretanda ſint alii ajunt, alii negant, negativa *i* videtur probabilior.

11. Cùm dubitatur an poteſtas ad diſpenſandum extendatur ad aliquem caſum, pro affirmativa *l* judicandum eſt.

12. Poteſtas conceſſa à Tridentino Epiſcopis ad diſpenſandum *m* extendenda eſt ad Capitulum ſede vacante.

13. Diſpenſatio, & quævis gratia non expirat morte concedentis, ſecùs verò ſi eſt gratia non facta, ſed *n* facienda; & in foro interiori valebit, ſi Papa verbo tantùm dicat, fiat diſpenſatio, & ſtatim moriatur.

14. Commiſſio diſpenſationis facta determinatæ perſonæ expirat *o* morte ejus, cui facta fuit; ſecùs verò ſi fuit realis.

15. Commiſſio facta Proviſori *p*, poteſt exequi ab ejus ſucceſſore, & à Vicario Capituli ſede vacante, non verò ab Epiſcopo, nec ipſe Proviſor poteſt eam alii committere, benè tamen informationem.

16. Commiſſiones Pœnitentiariæ factæ alicui confeſſori poſſunt *q* alii committi.

*c* Comm. DD.
*d* Suar. de cenſ. diſp. 41. ſec. 3. nu. 1.
*e* Sanch. ſup. nu. 20.
*f* Sanc. ubi ſup. nu. 19.
*g* Idem ubi ſup.
*h* Molin. to. de juſt. tr. 2. diſp. 171.
*i* Sanch. ubi ſup. nu. 7.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* c. ſi cui de præb. in 6. & Sanch. de matr. tr. 4. lib. 8. diſp. 21.
*o* Mol. lib. 1. de pri. mog. c. 7. nu 13.
*p* c. quoniam Abbas de off. deleg. & Sanch. de matr. tr. 8. diſp. 26. nu. 10.
*q* Idem to. 1. lib. 1. diſ. 21. n. 40.

SECT

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO V.

## *An qui cum aliis poteſt diſpenſare, ſecum poſſit?*

*a* Comm. DD. *b* Sanch. ubi ſuprà diſp. 15. *c* Henriq. lib. 6. de pœn. c. 4. num. 3. *d* Comm. DD.

1. PRælatus, qui aliis concedit facultatem, *a* poteſt ſibi; & qui generaliter diſpenſat, ut i poteſt *b* eâ diſpenſatione, vel committere alteri ut cum ipſo diſpenſet.

2. Summus Pontifex ſecum poteſt diſpenſare in omnibus in quibus cum ſubditis. Idem dic de Principibus ſæcularibus, & de eo qui delegatam poteſtatem habet; tutius autem eſt alteri committere.

3. Prælati non ſolùm verbo, ſed ipſo opere ſolent diſpenſare, ut cum admittunt *d* indignum ad id quod habere ſine diſpenſatione non poteſt ſcientes ejus indignitatem.

*e* Suar. de cen ſ. diſp. 41. ſec. 2. *f* Villal. to. 1. tr. 2. diſ. 30.

4. Inferior admittens prohibitum à ſuperiore, ſciens ejus inhabilitatem ſi cauſa juſta ſit, etiam ſi eam non cognoſcat, cenſetur diſpenſare. Hæc ſententia videtur *e* probabilior, contraria tamen eſt probabilis.

5. An cum ſuperior tacet, videns fieri rem prohibitam, diſpenſare videatur alii ajunt, alii *f* negant; negativa videtur probabilior affirmativa eſt mitior & poteſt ſequi.

*g* Sanch. de matr. to. 1. lib. 8. diſp. 8. n. 5. *h* Comm.

6. Papa poteſt diſpenſare in rebus, quæ ſunt de jure divino, quando pendent ex voluntate humana, & ab ipſo jure divino non ſunt prohibitæ, ut in juramento, & in voto, cujus obligationem ut Dei Vicarius remittit. In his autem quæ non pendent ex voluntate humana *g* poteſt in aliquibus ſingularibus urgente neceſſitate magna, in aliis autem non poteſt.

7. Epiſcopus non *h* poteſt diſpenſare in decretis Pontificiis de jure ordinario; poterit autem in magna, & urgente neceſſitate in rebus gravibus, & in levibus, quæ frequenter accedunt.

*i* Sanch. de matr. to. 1. lib. 8. diſp. 5. n. 5. *l* Comm. DD.

8. Cum Papa permittit diſpenſationem, intelligitur facienda ab Epiſcopo, niſi lex fuerit poſita contra ipſum. Idem *i* dic de Canone Generalis Concilii, licet alii ſentiant contrarium.

9. Diſpenſatio facta ab Epiſcopo *l* valet etiam in alieno Epiſcopatu.

10. Qui diſpenſationi renunciavit, dum renunciatio non eſt acceptata à ſuperiore, etiam ſi ruptæ fuerint litteræ poteſt



poteſt *m* eâ uti; ſi autem renunciatio fuerit cum juramento, vel cum voto ſtatim cùm renunciat coram Deo acceptante, remanet obligatus in foro interiori.

*m* Sanch. ubi ſuprà diſp. 37. num. 1.

11. Quævis expreſſio falſi moventis ad diſpenſationem nocet, *n* non tamen quævis taciturnitas veri impedimenti, niſi verum ſit quod jura præcipiunt exprimi. Et cùm quis committit aliquod delictum, ut faciliùs obtineat diſpenſationem, diſpenſatio eſt nulla.

*n* Comm. DD. Vide Navar. c. 22. n. 86. *o* Comm. DD.

12. Provinciales Societatis poſſunt *o* diſpenſare cum ſuis ſubditis illegitimis ad Prælaturas, & dignitates; quia habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

13. In dubio an res indigeat diſpenſatione *p*, poterit Epiſcopus declarare non indigere, vel ipſe diſpenſare.

*p* Azor. l. 5. c. 15. *q* Sylveſt. verb. *Diſpenſ.* num. 3. *r* Sà hoc verb.

14. Ad diſpenſandum ſufficit *q* putare cauſam eſſe rationabilem.

15. An commiſſio facta ut quis diſpenſet cum aliquo in particulari mortuo concedente, & re integra expiret, alii ajunt, alii negant; negativa videtur *r* probabilior.

*ſ* Vide Navar. c. 22. num. 66. *t* Sà hoc verb. *u* Comm. DD. *x* Comm. DD. *y* Navar. concil. 4. de conſang. & affinit. *z* Comm. DD. *a* Sà hoc verb. *b* P. Monacho in manuſcrip.

16. Diſpenſatio facta ſuper cognatione, ſi taceatur quod ſe carnaliter cognoverint, non *ſ* valet.

17. Illegitimus diſpenſatus ad beneficium, ſi petat ſecundam diſpenſationem ad beneficiorum pluralitatem, debet exprimere primam diſpenſationem; ſecus non *t* valet ſecunda. Idem dic de irregulari.

18. Qui diſpenſatur ad ordines, poteſt *u* ſimplex beneficium accipere *x*.

19. Diſpenſatio poteſt peti *y* de uno impedimento publico, vel occulto, tacito alio publico, vel occulto poſtea diſpenſando.

20. Diſpenſatus ad unum beneficium, ſi id ſine culpa ſua amiſit, cenſetur *z* ad aliud diſpenſatus.

21. Contrahentes inter ſe matrimonium cum impedimento, ut Papa cum eis mitius ſe habeat, ſi hoc non patefecerint, non *a* valet diſpenſatio.

22. In diſpenſatione, in qua Societatis Sacerdos eſt aſſeſſor Ordinarii pro Ordinario non *b* poteſt intelligi Vicarius foraneus, ſed vel Epiſcopus, vel Vicarius Generalis; conſtat ex praxi.

DISPUT

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL D

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### DISPVTATIO.

a Navar. c.11, n.16. b idem c.23, n.34.

1. Diſputans laicus de fide peccat *a* mortaliter.

2. Qui contra perſpicuam veritatem circa pertinentia ad fidem, vel ad bonos mores diſputat, *b* peccat mortaliter.

### DOCTOR.

a Comm.

1. Peccat mortaliter qui accipit gradum immeritum, vel qui utitur eo, quem non habet, dicens ſe illum habere.

2. Peccat qui inducit aliorum diſcipulos, ut eos non audiant, & qui habens publicum ſtipendium aliquid accipit à diſcipulis; & qui alios ſubornat, ut indignum eligant in magiſtrum, & qui valdè negligens in ſtudendo, ſi alitur alienis expenſis.

## DISPVT. VI. SECT. VNICA.

### DIVORTIVM.

a Trid. ſeſſ. 24. de matr. cap. 10. b c. ſignificaſti, gaudemus de divortiis. c D. Thõ. 2.2 q. 154, art. 11. d vide Villaloboſ

1. Per divortium non *a* diſſolvitur matrimonium quoad vinculum.

2. Licitum *b* eſt marito relinquere uxorem ob adulterium, etiam ſi fuerit commiſſum ante Baptiſmum, vel pœnitentiam egerit de illo. Idem dic de uxore reſpectu mariti.

3. Copula ſodomitica eſt ſufficiens cauſa divortii, etiam ſi ſit inter duas fœminas, quod *c* probabile judicat Avicenna: & contingit, cùm fœmina immittit ſemen ſuum in vas naturale, vel præpoſterum alterius fœminæ.

4. Oſcula, tactus, & mollities non ſunt cauſa *d* ſufficiens divortii, quia in eis non committitur una carorum alterâ nec



nec copia mariti cum propria uxore propter eamdem rationem.

t. 10. li disp. 1.

5. Adulterium, quoad divortium, non verò quoad pœnas civiles, poteſt *e* peti poſt quinquennium.

e L. adulter. c. ad leg. Iul. de adult. f Vide l. 5. tit. 7. lib. 4. fori.

6. In ſeptem caſibus non licet *f* facere divortium propter adulterium. 1. quando uterque conjux eſt adulter. 2. quando uxor adulterium commiſit rogante, vel conſentiente marito. 3. Quando ipſa credens mortuum eſſe maritum nupſit vel rem habuit cum alio. 4. quando dolo, vel vi cognita fuit, non vero metu. 5. quando maritus poſt cognitum adulterium illi pepercit tacitè ſaltem, ut ſi cum ea copulam habeat, vel admittat ad lectum, vel ad menſam ſigna reconciliationis oſtendens, ut habetur *in l. 5. tit. 7. lib. 4. fori*. Si autem hæc vel alia ſigna dediſſet ſine reconciliationis animo ob vitandum ſcandalum ſpectans opportunitatem eam accuſandi, non amittit *g* jus petendi divortium. 6. tandem ſi in infidelitate maritus uxori dedit libellum repudii.

g Sanch. l. 10, de matr. diſp. 14, num. 17. h Vide Sanch. ubi ſup. lib. 10, diſp. 7, num. 8, tum. 1. i idem ubi ſuprà num. 23.

7. Conjux innocens non tenetur facere reconciliationem cum adultera, etiamſi pœniteat; poteſt tamen ſi velit *h*. Nec tenetur divortium petere vel relinquere uxorem fraternæ correctionis cauſa, licet ad hoc ultimum teneri aſſerant viri docti, ſed minus probabiliter.

8. Etiam ſi timeatur ſcandalum, non tenetur *i* maritus dimittere uxorem propter adulterium, quando ſibi ex hoc timet grave damnum animæ, vel corporis: tenetur tamen ſcientibus adulterium ſignificare, ſe ei nullo modo conſentire ſed ob neceſſitatem retinere uxorem.

9. Uxor non habet præceptum dimittendi maritum adulterum; repudiata autem propter adulterium, ſi velit maritus innocens, tenetur ad eum redire, & reddere debitum.

## SECTIO II.

### *An maritus innocens poſſit authoritate propriâ dimittere adulteram.*

1. Maritus innocens poteſt quoad thorum propriâ authoritate recedere ab uxore ob occultũ adulteriũ nec tenetur

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

netur *a* debitum reddere, etiam ſi præcipiatur ei ſub excommunicatione, licet contrarium minus probabiliter ſentiant Innocentius, & Ancarranus.

*a* Comm. DD.

2. Non licet *b* propriâ authoritate ſine judicis facultate adulteram e domo ejicere, niſi adulterium ſit notorium. Si autem fuerit occultum, non poterit ſi ſit ſcandalum; hoc tamen ceſſante bene licet *c* etiam cum ſola vehementi ſuſpicione adulterii, in quo caſu poteſt ei debita alimenta negare.

*b* D. Tho. in 4. diſt. 35. q. uni. art. 3.
*c* Henriq. lib. 11. de matr. c. 17 num. 2.

3. Quod dictum eſt de marito, intelligitur etiam de uxore; quia in hoc ſunt æquales.

4. Maritus verò adulter ſi commiſit adulterium ante ſententiam judicis non poteſt, *d* etiam ſi adulteria eſſent diverſæ ſpeciei, divortium petere ab uxore adultera.

*d* Sanch. de matr. l. 10. diſp. 6. n. 5. 10.

5. Cum poſt adulterium reconciliati ſunt, *e* redit matrimonium ad primum ſtatum.

*e* Comm. DD.

6. Cum unus commiſit unum tantùm adulterium, alter verò multa, non poteſt *f* petere divortium. Nec cum unum eſt occultum, & aliud publicum.

*f* Comm. DD.

# SECTIO III.

## *An ſit Compenſatio mutua inter maritum & uxorem, quando uterque commiſit adulterium?*

1. Quod attinet ad pœnas civiles *a*, datur mutua compenſatio.

*a* Rodr. 4 dub. 5. p. c. 7. para. 56.

2. Si maritus innocens poſt ſententiam divortii committit adulterium, tenetur revocare adulteram in foro conſcientiæ. Contrarium *b* defendunt viri docti aſſerentes judicem teneri ex officio eos reconciliare.

*b* Sanch. ubi ſup. num. 30.

3. Si poſt ſententiam divortii ante ſuſceptionem ordinis ſacri, vel profeſſionem maritus innocens commiſit adulterium ab utroque debet abſtinere. Si tamen de facto recipiat ordines, vel profiteatur ſecundum probabiliorem ſententiam debet redire ad uxorem, ſed in praxi hæc ſententia non eſt ſequenda: *c* ſed minus probabilis, quod ſcilicet non redeat, maximè ſi adulterium ſit occultum, propter ſcandalum, & magna inconvenientia.

*c* Vill. tr. 25 c. 11. diſ. 5. num. 5.





4. Si poſt adulterium notorium innocens conjux ſuſcepit ordinem ſacrum, vel fecit profeſſionem, non poteſt redire ad uxorem. Si tamen, quia probavit, compellitur à judice redire, non *d* poteſt petere nec reddere debitum.

5. In his omnibus prædictis maritus & uxor ſunt æquales. In criminalibus autem maritus poteſt uxorem accuſare, uxor autem non *e* poteſt maritum, nec opponere exceptionem ſimilis adulterii adverſus maritum accuſantem.

*d* Sanch. lib. 10. de matr. diſp. 9. num. 14.
*e* l. 3. tit. 10. lib. 8. recop.

# SECTIO IV.

## *An liceat innocenti contra voluntatem adulteræ profiteri, vel ordinem ſacrum recipere.*

1. Poſt ſententiam divortii poteſt *a* innocens ingredi religionem, & profiteri manente adulterâ in ſæculo, licet etiam ſacris initiari. Contrarium tenent viri docti, ſed minus probabiliter.

*a* c. conſtitutus, c. veniens

2. Ante ſententiam judicis non licet *b* religionem ingredi, nec profiteri, nec ſacris initiari propter ſcandalum, & injuriam, quæ ſit religioni; quia morali certitudine eventura timentur.

*b* Villal. to. 1. tr. 15. diſ. 9.

# SECTIO V.

## *An liceat adultero profiteri, vel ſacris initiari ſine conſenſu innocentis?*

1. Innocens etiam poſt divortii ſententiam poteſt cogere adulteram ut redeat ad ipſum & debitum ſolvat, & illa parere *a* tenetur. Contrarium tamen viri docti non improbabiliter *b* defendunt, poſſe ſcilicet adulterum poſt ſententiam divortii profiteri, & ſacris initiari.

*a* D. Tho. in 4. diſt. 41. q. unic. art. 5.
*b* Vide Henriq.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Si innocens mutavit ſtatũ, non poteſt revocare adulteram.

3. Si adulter ante ſententiam judicis mutavit ſtatum, *d* poteſt ab innocente revocari.

4. Si judex condemnavit adulteram ad recluſionem in Monaſterio, *e* poteſt ante annos duos revocari ab innocente; ſed ſi poſt duos annos profeſſa fuerit, non poterit revocari; ſi autem ante duos annos profeſſa fuerit, poterit revocari.

5. Adulter etiam poſt divortii ſententiam non poteſt profiteri, nec ſacris initiari ſine conſenſu innocentis ſaltem tacito, quod ſi innocens conſentiat, non poterit *f* revocari.

lib. 1, de matr. cap. 17, n 6,
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*e* Sanch. de matr. lib. 10, diſp. 10, n 8, to. 3.
*f* Sanch. ubi ſuprà num. 14.

# SECTIO *VI.*

## *An ſit ſufficiens cauſa divortii hæreſis, vel apoſtaſia, quæ ſpirituale adulterium dicuntur.*

1. ALiæ tres cauſæ ſunt *a* præter adulterium: Impellere conjugem ad peccandum, ſævitia, & adulterium *b* ſpirituale.

2. Innocens poteſt dimittere conjugem hæreticum, imò & tenetur ſi non reſipiſcat. Si autem egerit pœnitentiam ante ſententiam divortii *c* tenetur revocare; ſi poſt ſententiam, non tenetur.

3. Innocens poſt ſententiam ſeparatus ab hæretico *d* poteſt profiteri & ſacris initiari, vel in ſæculo remanere liberâ cohabitatione, quod alii negant, ſed minus probabiliter.

4. Hæreticus etiam poſt ſententiam non poteſt *e* mutare ſtatum ſine conſenſu innocentis.

5. Innocens etiamſi ſciens, & prudens copulam habeat cum hæretico conjuge non ideo videtur *f* renunciare juri quod habet ad divortium; quia propter ſubverſionis periculum non eſt ei libera cohabitatio.

6. Divortium propter corporale adulterium fit in favorem innocentis; divortium verò propter ſpirituale præcipue in pœnam *g* delicti.

7. In crimine hæreſis non datur *h* compenſatio poſt ſententiam judicis, & ideo conjux hæreticus non poteſt cogere conjugem hæreticum ad cohabitandum, ni conveniant communi conſenſu.

8. Nec *i* valet compenſatio adulterii ſpiritualis cum corporali.

*a* Comm. DD.
*b* C. Fin. de conver. conjug.
*c* Comm. DD.
*d* Villal. ubi ſup. diff. 8.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Sanch. lib. 10, de matrim. diſp. 11, num. 8.
*h* Comm. DD.
*i* Sanch. diſp 16. per totum ubi ſup.

SECTIO.



# SECTIO *VII.*

## *An ſint alia delicta, propter quæ liceat innocenti delinquentem dimittere, & an liceat propter ſævitiam.*

1. CUm conjux conjugem inducit ad peccandum, & hic lapſum timet, poteſt, *a* & debet ab eo recedere.

2. In hæreſi non expectandum, quod conjux velit conjugem ſubvertere, in aliis autem delectis ſic, *b* & divortium hoc ſolum durat dum conjux delinquens reſipiſcat.

3. Si conjux conjugem non intendat ſubvertere etiamſi peſſimus ſit non eſt deſerendus, niſi ex hoc emendandus credatur *c*.

4. Cum mariti ſævitia tanta eſt, ut non poſſit cum eo uxor cohabitare ſine magno periculo *d* poteſt ab eo recedere, nec tenetur redire niſi præſtet cautionem. Idem dicendum de uxore reſpectu mariti. Quod procedit etiamſi ab altero data fuerit cauſa ſævitiæ; metus autem hic debet eſſe cadens in virum conſtantem.

5. Poteſt *e* uxor recedere à marito, qui fur eſt ne credatur complex delicti, & vir recedere ab uxore veneficâ timens ejus maleficia.

6. Cum non eſt recurſus facilis ad judicium, & timetur grave periculum, poſſunt *f* ante ſententiam recedere.

7. Maritus qui uxorem corruptam invenit, vel ſuſpicionẽ habet de adulterio, & vix poteſt ſe cohibere, ne illam interficiat, *g* poteſt ab ea recedere dum fervor iræ quieſcat.

8. Cautio præſtanda à marito ut poſſit uxorem revocare, debet *h* eſſe aliquod pignus, vel ſi non habeat juramentum ſufficiet

9. An conjux innocens poſt hoc divortium, & ſententiam judicii poſſit profiteri vel ſacris initiari, dictum eſt ſupra.

*a* Comm. DD.
*b* Villal. ubi ſup.
*c* D. Tho. in 4. diſt. 39. q. un. art. 6. ad 3.
*d* C. Per litteras & extra ntila de reſt. ſpoll.
*e* Comm. DD.
*f* Sanch. lib. 1, de matrim. diſp. 18, n. 2. tom. 3.
*g* Navarr. conſil. 1, n. 1, de divort.
*h* Vide Sanch. ubi ſup. diſp. 18, à nu. 34. to. 3.

# SECTIO *VIII.*

## *Quis poſt divortium teneatur filios alere.*

1. INnocenti *a* tradendi ſunt filii ut illos alat, ſed ſumptibus delinquentis; hæc autem pœna non obligat niſi poſt judicis ſententiam

*a* Sanch. ubi ſuprà diſp. 20, n. 7.



2. Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Si ex communi conventione conjuges divortium fecerint tribus primis annis matri, poſtea patri tradendi ſunt & alendi communi *b* ſumptu.

*b c. 1, qui filii ſunt legit.*

3. Idem dic cum matrimonium fuit nullum ſine culpa; ſi autem propter crimen alterius ipſe alat ſuis expenſis.

*c Sanch. ubi ſupra num. 11.*

4. Ratione adulterii divortium eſt perpetuum niſi innocens velit reconciliari, & ideo *d* poteſt facultatem dare adulteræ ut religionē ingrediatur, & profiteatur, nec debet obligari ad ingreſſum religionis, nec ad votum caſtitatis, & valide facta profeſſione non poteſt adulteram revocare, ſi autem ante profeſſionem ejus ille adulterium committat, adulterio adulterium compenſatur, & profeſſio erit nulla, niſi ille religionem ingrediatur, vel votum caſtitatis emittat, quod ni faciat poterit conjugem revocare, & cum ipſa reconciliari.

*d P. Manacho in manuſcr. p.*

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### DOLVS.

*a Navar. c.13, n.67.*

1. DOlus eſt *a* machinatio, vel circumventio ad decipiendum adhibita, differt à fraude, quia hæc eſt tantum facto, dolus vero & verbis, & factis poteſt fieri. Dolus alius verus quando ſigna deceptionis ſunt manifeſta, alius præſumptus, quando non ſunt talia. Neuter poteſt probari niſi per confeſſionem partis, vel per conjecturas, quoad forum exterius.

2. Dolus, & fraus quemlibet contractum ita inficiunt, quamvis ſit licitus, *b* ut ſiat irritus, vel irritandus.

*b Comm. DD.*

3. Dolus verus à juriſperitis frequenter *c* nuncupatur culpa latiſſima, & præſumptus culpa latior. Si quis librum noctu relinquat in loco, quem fures frequentant, verus eſt dolus & culpa latiſſima. Si verò interdiu in ſimili loco relinquat ſine cuſtode, eſt dolus præſumptus, & culpa latior, ſi librum amittat.

*c Navar. c.17, nu. 177.*

4. Dolus omnis *d* eſt culpa, non vero omnis culpa eſt dolus, bene enim eſſe poteſt culpa ob negligentiam, vel ignorantiam & tamen propter eam excuſatur à dolo.

*d Comm. DD.*

*e Comm. DD.*

5. Pactum quod depoſitarius non teneatur de dolo eſt illicitum,



tum, & nullum.

6. Doli actio non datur ob quamcumque quantitatem, quæ mortalem culpam facit *f*.

*f Navar. c.17, n.3.*

7. Peccat mortaliter qui in quolibet contractu afficit alium per dolum vel fraudem damno notabili *g*.

*g Comm. DD.*

8. Dolus vel fraus dantes cauſam contractui reddunt illum ipſo jure nullum, deceptiſque tenetur de damno emergente, & lucro ceſſante, ex dolo proveniente *h*.

*h Comm. DD*

*i c. ſi dei de reſcript.*

9. Dolus, & fraus nemini debent patrocinari *i*.

## SECTIO II.

### DOMICILIVM.

*a Sà verb. Domicil.*

1. DOmicilium ſibi quis habet *a* ubi habet familiam, & animum manendi; Clericus autem ubi reſidentiam, quod ſi in duobus locis æqualiter reſident, utrobique habent domicilium.

*b Comm. DD.*

2. Domicilium poteſt *b* quiſq; ſibi eligere poſt pubertatem.

3. Scholaſtici licet non habeant domicilium ubi ſtudent, poſſunt etamen abſolvi, & diſpenſari ab Epiſcopo illius loci, non tamen ordinari.

*c Comm. DD.*

4. Beneficium requirens reſidentiam perſonalem confert domicilium *d*.

*d Navar. c.25, nu. 121.*

5. Qui per annum in aliqua urbe moratur animo ibi manendi, ejus *e* eſt domiciliarius, etiamſi alio pergat, dummodo animum redeundi habeat.

*e l. Domicilium ff. ad municipi.*

# DISP. VII. SECT. PRIMA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### DOMINIVM.

*Quid ſit dominium, & quis dominij capax.*

*a Comm. DD.*

1. DOminium, *a* eſt poteſtas utendi re propria in omnes uſus lege permiſſos referendo rem ipſam in proprium commodum. Dominiū, poſſeſſio, uſus, uſusfructus, & emphyteuſis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tenſis diſtinguuntur. Vide in propriis locis.

[b] Vide Villal. to. 2, tr. 10, [c] Molina de juſt. to. 2, diſ. 1. tom. 2, diſp. 6. Simplex uſus diſtinguitur à dominio.

2. Eſt etiam [b] uſus facti, ſive ſimplex uſus, quem leges humanæ non introduxerunt. Hunc uſum habent aves, & animalia in cibis, quos edunt, & ſervi in veſtibus, quibus utuntur, & invitati in dapibus, quæ ipſis apponuntur.

3. Hic ſimplex uſus diſtinguitur [c] à dominio etiam in his rebus, quæ uſu conſumuntur, & ideo cui datur hic ſimplex uſus non datur facultas diſponendi de re, qua utitur in alios uſus, quam facultatem haberent ſi eſſent veri domini. Contrariam ſententiam negativam ſcilicet defendunt viri docti, ſed affirmativa videtur probabilior, quod ſcilicet Simplex uſus diſtinguitur à dominio.

[d] Comm. DD.

4. Deus eſt primus, ac legitimus dominus omnium rerum, & ideo Iſraelitæ Dei juſſu ſpoliantes Ægyptios non [d] peccaverunt.

5. Angeli non ſunt domini rerum inferiorum, habent tamen à Deo illarum adminiſtrationem.

[e] Ariſt. 6,

6. Irrationales creaturæ non ſunt [e] dominii capaces. Homo vero propriè eſt dominii capax, etiamſi ſit parvulus, vel amens.

[f] l. fin. c. de inoff. & l. 1. cap. ult. ff. ad Macedon.

7. Filiusfamilias poteſt habere [f] bona caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia, adventitia, & profectitia, quæ hæc ſint vide verbum *Bona*.

[g] Vide Villal. tr. 10, diſ. 4. tom. 1.

8. Bonorum caſtrenſium, & quaſi caſtrenſium eſt verus dominus, nec non adventitiorum excepto illorum uſufructu, cujus non eſt dominus niſi in aliquibus caſibus videndis, apud Villalob. [g]

[h] l. ſi. ſi-nita parag. 10. de veſtig. ff. de damn. infec.

9. Bonorum profectitiorum nec dominium, nec uſumfructum habet, confiſcatis autem bonis paternis, hæc erunt à [h] confiſcatione libera.

[i] Parag. item vobis inſt. per quas perſonas nob. acq.

10. Servi nullum rei dominiũ independens habent, [i] quidquid acquirunt domino acquirunt, hic autẽ nec membrorum, nec ſalutis corporis vel ſpiritualis ſervorum dominium habet.

11. Reliqua de dominio ſervorum, uxoris, religioſorum, clericorum, & ſimilium videri poſſunt in ſuis verbis.

## SECTIO *II.*

### DE DOMINII OBIECTO.

[a] Comm. DD. [b] c. jus naturale diſp. 1.

1. DOminium aliud [a] naturale vel divinum, aliud de jure gentium, aliud civile.

2. Homo habet [b] naturale dominium rerum temporalium, quæ vocantur bona fortunæ.

3. Na-



[c] Ariſt. 1. Pol. c. 4. & 5. [d] c. ſi non licet & ex diſtiſſ. 23. q. 5. [e] Comm. DD. [f] Comm. DD. [g] Villal. ubi ſuprà [h] c. jus gentium diſt. 1. l. ex hoc jure ff. de juſt. & jur. [i] Vide Villalob. ubi ſuprà.

3. Naturaliter omnes homines [c] ſunt liberi, ſervitus vero introducta eſt de jure gentium.

4. Solus Deus vitæ & membrorum dominus [d] eſt, homo autem ſolius uſus.

5. Homo non [e] eſt dominus gratiarum gratis datarum, eſt tamen aliarum rerum ſpiritualium, [f] virtutum, & gratiæ habitualis quam propriis actibus ſe diſponens acquiſivit, & auxit.

6. Non eſt obligatus [g] homo ſtatim ac amittit gratiam per peccatum recuperare per pœnitentiam, eſt tamen obligatus proximum corrigere quam primum poteſt ut exeat ab ſtatu peccati.

7. Diviſio rerum eſt de jure [h] gentium, & primo facta eſt ab Adamo authoritate paterna, vel ut multi dicunt regali.

8. Chriſtus Dominus ſecundum probabiliorem [i] opinionem non habuit temporale dominium omnium rerum temporalium, habuit tamen illud indirectè in ordine ad ſalutem ſpiritualem. Idem dic de Summo Pontifice Chriſti Vicario, & ideo poteſt quemlibet Principem hæreticum deponere.

9. Imperator non habet dominium totius orbis, habet tamen quandam ſuperioritatem ſuper omnes Principes.

## SECTIO *III.*

### *AN ANIMALIA AVES, ET PISCES ſint ejus, qui ea venatur, vel piſcatur.*

[a] Comm. DD. [b] Parag. gallinar. inſt. de rer. diu. [c] Parag. illud quæſitum inſt. de rer. divis. [d] Moli. de juſt. to. 1, tr. 26, diſp. 42, [e] Comm. DD. [f] Comm. DD. Vide Moli. de juſt. to. 1, tr. 2, diſp. 28.

1. QVi cœpit animalia manſueta non facit [a] ſua, facit autem ferocia.

2. Quæ arte manſueſcunt dum redeundi animum habent ad ſundum ad illius dominum [b] pertinent.

3. Si unus feram percuſſit, [c] alius vero cœpit, ſit capientis niſi ita lethalis eſſet percuſſio, ut abſque difficultate à percutiente capienda eſſet.

4. Quæ cecidit in tuum laqueum, ita ut effugere non poſſit etiam ſi ab alio capiatur tua [d] eſt. Si autem ab uno perſecuta cecidit in laqueum alterius primo capientis erit.

5. Piſces ſunt [e] ejus, cujus induſtria ſunt incluſi.

6. Columbaria [f] licent ut plurimum niſi lex prohibeat; columbarum autem domini debent eas alere, nec arte uti ut alienas attrahant.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

g lib. 7. tit. 8, lib. 7, recop.
h Mol. de juſt. to. 1, tr. 2, diſp. 48.

7. Cum columbæ amiſerunt conſuetudinem eundi, & redeundi, quilibet poteſt capere. Hiſpaniæ autem lex g eſt ne quis intra leucam à columbario, columbas capiat, unde qui eas extra leucam ceperit etiam inſtrumentis prohibitis, faciet ſuas, ut benè collegit Molina.

---

# SECTIO IV.

## *LIGNA COEDENTES, VEL GLANdes capientes in alienis montibus, an acquirant eorum dominium, & quid de paſcentibus pecora in alienis campis.*

a Comm. DD.
b Leſſius de juſt. n. 3 c. r. dub. 14.

1. IVſte prohibet a reſpublica ne tali tempore ligna cædantur, nec ultra talem quantitatem. Civis autem populi, qui cædit ligna in monte communi tempore prohibito non peccat b mortaliter, niſi faciat notabile damnum, nec obligatur ad pœnæ ſolutionem niſi poſt condemnationem.

2. Quando populi ſunt vicini, & incolæ unius cædunt ligna in monte alterius non peccant mortaliter, c tenentur tamen poſt ſententiam ad ſolutionem pœnæ.

c Idem ubi [illegible]
d Comm. DD. contrarium ſentit Mol. diſp. 15, concl. 2,
e Comm. DD
f Navar. c. 17, n. 142

3. Qui cædit ligna in monte alieno, quem ignorat plantatum [illegible] domino, non tenetur d reſtituere ante ſententiam, niſi mons ſit vallatus, vel in eo fecerit damnum notabile. Nec peccat mortaliter, niſi in prædictis caſibus. Idem dicendum de glande, & paſtibus.

4. Qui invenit alienum animal manſuetum damnum fundo inferens peccat e mortaliter, ſi illud percutiat, vel decidat, poteſt autem includere donec ſolvatur damnum.

5. Cuſtodes montium, paſtuum, & camporum tenentur ſolvere damna culpa ſua illata, f nec licet eis dare facultatem cædendi ligna, vel paſcendi pecora niſi amicis, & propinquis damni ex ejus voluntate præſumpta. Pretium autem quod ob hoc acceperit non tenetur reſtituere, benè autem damnum ad quod reſtituendum tenetur etiam qui pretium dedit.

g Comm. DD.

6. Cuſtodes ex induſtria latentes ut fures capiant, non peccant, g quia hoc eſt neceſſarium, ut fideliter cuſtodiam exequantur.

SECT.



---

# SECTIO V.

## *DOMINIVM THESAVRI INVENTI ad quem pertineat.*

a l. numquam, parag. theſauro, ff. de acq. rer. domi.
b Comm. DD.
c Comm. DD.

1. THeſaurus a eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria ut jam Dominum non habeat.

2. Theſaurus in proprio fundo inventus pertinet ad Dominum fundi, ſi autem invenerit eum in loco ſacro dimidium ad eum b ſpectabit.

3. Si caſu inventus eſt in fundo alieno dimidium c eſt inventoris. Si data opera quæſitus fuit dimidium ſpectabit ad dominum fundi, ſi autem ejus voluntate quæſitus fuit, ſtandum erit contractui.

d D. Tho. 2, 2, q. 66 art. 5, ad 2

4. Qui emit fundum, in quo ſciebat eſſe theſaurum, illum d facit ſuum.

e L. unic. C de theſau.
f L. 7, tit. 12, lib. 6, ordin.
g Vide Villal. tr. 10 diſ. 10, 10, 2.
h Villal. ubi ſup.
i L. numquam, ff. de acq. rer. domi.
l L. 1, cum ſequentib. tit. 13, lib. 6, recop. lib. 9, eod. tit.
m Vide Mol. to. 1, juſt. tr. d. 2, diſp. 54.

5. Cùm invenitur in loco publico dimidium eſt inventoris, ſi verò arte magica inventus eſt poſt judicis ſententiam, pertinet e ad Fiſcum.

6. Lex eſt f in Hiſpania, quæ dicit, quod ubicumque theſaurus inveniatur ad Regem pertineat, & ſola quinta pars ad inventorem. An verò inventum in ſuo fundo poſſit quis tuta conſcientia totum ſibi retinere dubium g eſt inter DD. utrumque probabile.

7. Qui in regno alieno vivunt animo ibi permanendi licitè h poſſunt theſauros quærere.

8. Qui rem abſconditam invenit, non i facit ſuam, niſi ſuperſtitiosè fuerit abſcondita, quia tunc habetur pro derelicta.

9. Fodinarum metalla de jure gentium ad inventores pertinent, ſed per l leges jam hæc regibus applicata ſunt partim inventori, partim regiis ſumptibus, leges videri poſſunt.

10. Idem dicendum m de margaritis, & aliis gemmis inventis.

SECT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO *VI.*

## *QVOT MODIS DOMINIVM transferatur.*

*a* Vide parag. per traditionẽ inſt. de rer. diviſ.
*b* Comm. DD.
*c* L. traditionibus, parag. de vaſt.
*d* Comm. DD.
*e* Sa hoc verb.
*f* Idem ubi ſup.
*g* Sa ubi ſup.

1. ALiquando acquiritur *a* dominium tranſlatione, aliquando ſimeliſa.

2 Poteſt *b* transferri vel ſola voluntate Dei, vel rei Domini, vel Principis.

3 Nequit autem transferri ſolo actu interiori voluntatis.

4. Dominium rei furtivæ non tranſit *d* in furem, ſed ſemper manet penes Dominum. Dominium rei acceptæ in extrema neceſſitate non tranſit in accipientem, neque omnis qui licite utitur res ſit Dominus ejus.

5. Dominus *e* tenetur de damnis, quæ cùm poſſet non impedivit in ſuo dominio.

6 Quod ſolent quidam nobiles dare ſcilicet pueris famulis victum tantum, & veſtitum, licitum *f* eſt, niſi aliud habeat lex, conſuetudo, aut pactum.

7 Licitum *g* eſt Domino in domibus ſubditorum externis dare hoſpitium per aliquot dies ſuis expenſis.

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES ALIQVÆ.

### *DOMINVS.*

*a* Vide Navar. compendium in hoc verbo.
*b* Vide Th. Sanch. de matr.

1 PEccat *a* negligens ea quæ pertinent ad ſalutem ſpiritualem ſervorum, & qui non curat docere eos doctrinam Chriſtianam, & qui negligit ſcire manifeſta peccata ſervorũ, ut ea corrigat. Item qui prohibet ſervos matrimonia contrahere, non tamen tenetur conſenſum præſtare, nec facultatem ad contrahendum. Non licet tandem atrociter punire ſervũ.

2. Conjugatum ſervum invito Domino, non licet *b* Domino vendere in remotas regiones, ubi non poſſit matrimonio uti.

*DOMVS.*



### *DOMVS.*

*a* Vide inſt. de uſu & habit.

1. Conceſſa *a* alicui domus habitatione, conceditur etiam poſſe locare, niſi concedatur ſolus uſus.

# DISPVT. *VIII.* SECT. *I.*

## *DONATIO.*

### *DONATIO QVID SIT, ET QVI donare poſſint.*

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* L. ſtipulatio hoc mod. ff. de verb. oblig.
*d* Comm. DD.
*e* Vide Villal. 10. 2. 11, 20, dif. 10.
*f* Comm. DD.

1. DOnatio *a* eſt pactum, quo gratis, & liberaliter aliquid in alterum confertur, nullo ad id cogente jure.

2 Res aliena donari non *b* poteſt, ita ut vero Domino noceat.

3. Omnia bona ſimpliciter niſi ad pias cauſas donari non poſſunt, *c* debet enim remanere teſtandi facultas.

4. Donatio cuilibet fieri poteſt etiam ignoranti, & abſenti. Donare autem ii ſoli poſſunt, *d* qui habent rei dominium cum facultate alienandi.

5. Prodigus, cui à magiſtratu datus eſt tutor, nec minor ſine conſenſu curatoris, nec filius familias niſi de bonis caſtrenſibus, nec uxor niſi de paraphernalibus vel propria induſtria acquiſitis, donare *e* poſſunt.

6. Uxor poteſt de bonis communibus *f* donare ſine conſenſu mariti, cùm ille eſt irrationabiliter invitus.

7. Servi ſi habeant bona propria de his poſſunt donare, de aliis autem non niſi de præſumpta voluntate dominorum.

8. Clerici de bonis ſpectantibus ad ſuam congruam ſuſtentationem poſſunt donare, de aliis vero, quæ ſuperſunt non niſi in eleemoſynas, & pios uſus, ſed circa hoc vide verb. *Clericus.*

SECT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO *II.*

## *AN ET QVOMODO RELIgioſi donare poſſint.*

1. SUpremam poteſtatem habentes in religione *a* poſſunt donare ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem religionis.

*a* Moli. 2. de juſt. diſ. 276

2. Inferiores ſuperiores competentes eleemoſynas facere non *b* prohibentur, ſi fuerint immoderatæ non valent, & recipientes tenentur ad reſtitutionem. Idem dic de inferioribus officialibus: ſubditi autem non poſſunt niſi de indubitate præſumpta voluntate ſuperioris.

*b* Comm. DD.

3. Excluſi à religione, qui manent regulæ adſtricti, de his, quæ ſibi comparant habent uſum & adminiſtrationem, & poſſunt *c* in uſus honeſtos donare.

*c* Comm. DD.

4. Idem de religioſis extra conventum habitantibus qui poſſunt de his, quæ illis ad propriam ſuſtentationem conceduntur *d* competentes eleemoſynas facere & donationes.

*d* Navar. c. 17. n. 185

5. Decretum Clementis VIII. prohibens religioſis largitionem munerum, non eſt uſu receptum.

6. Donatio excedens ſummam 500. aureorum facta ſine judicis inſinuatione *e* invalida eſt, quoad exceſſum: valet autem ſi ſit jurata, aut in pios uſus.

*e* Molin. de contr. diſ. 278

7. Donatio facta cum vero animo donandi etiamſi ſit in fraudem fiſci *f* valet etiam poſt commiſſum delictum, niſi hoc ſit tale ut propter ipſum ipſo jure bona amittantur, & illorum adminiſtratio interdicatur. Poterit tamen revocari per judicem, & tunc ad Fiſcum ſunt reddenda.

*f* Navar. conſ. 1. de donat. inter vir. & uxor.

8. Donatio facta per metum ad id incuſſum non valet *g* niſi juramento firmetur: tunc enim jurans tenetur juramentum adimplere, recipiens verò reſtituere.

*g* Sa hoc verb. n. 4.

9. Donatum etiam monaſterio *h* revocatur, ſi donanti poſtea filii naſcantur, etiamſi donatio confirmata ſit juramento. Etſi poſtea filii moriantur non convaleſcit donatio, quia ſemel extincta fuit actio. Idem dic de donatione aliis facta niſi ſit remuneratoria.

*h* Comm. DD.

10. Donatio facta conjugi *i* valet ſi fiat ob cauſam piam, vel honeſtam, vel ſit remuneratoria, aut fiat in tempus ſoluti matrimonii, aut cauſa mortis, aut condonando dotem promiſſam, aut ſit confirmata juramento de non revocando, aut poſt rem datam donans moriatur, aut profiteatur in religione nihil poſſidente.

*i* Vide Molin. diſ. 283

11. Non



11. Non dicitur donare, qui alicujus neceſſitati ſubvenit, & ideo, qui pro uxore vectigal ſolvit, vel ei quotidianas, vel lugubres veſtes tribuit, non prohibetur hoc facere, & ſtatim hæc uxoris ſiunt. *l*

*l* Molin. ubi ſupr.

12. Donatio inter ſponſos valet, *m* niſi fiat in tempus futuri matrimonii, tunc enim poterit revocari.

13. Donata uxori à conſanguineis viri an ad virum, an ad uxorem ſpectent dubium eſt inter DD, ad virum ſpectare videtur probabilius.

14. Donata propter nuptias dum contrahitur, vel quaſi contrahitur matrimonium ſoluto matrimonio donanti reddenda.

*p* Comm. DD.

15. Donatio facta per patrem valet in his caſibus, in quibus facta per conjugem valida *p* eſt.

16. Donatio matris, aviæ, vel avi materni *q* valet de jure communi.

*q* Sa hoc verb.

17. Pater poteſt *r* donare filio propter nuptias, vel eunti ad bellum, vel ſtudii cauſa, vel ad honorem acquirendum, & uſum fructum bonorum ipſius filii.

*r* Comm. DD.

# SECTIO *III.*

## DE VARIIS DONATIONIBVS.

1. DOnatio patris convaleſcit *a* emancipatione, vel morte patris, & ideo fructus percepti à tempore donationis ſunt filii.

*a* Molin. diſp. 291

2. Donatio avi cenſetur adventitia, & nepoti acquiritur.

*b* Comm. DD.

3. Donatio firmata ſcriptura, & teſtibus poteſt ante acceptationem revocari. *c* Poteſt autem notarius pro abſente acceptare, & cùm ſit ad pias cauſas quicumque alius. Et qui præſens eſt, & tacet, videtur acceptare.

*c* Sa ubi ſupr. n. 18.

4. Donatio omnium bonorum non eſt invalida, ſi ſit præſentium, & non futurorum, ad pias cauſas, vel cauſa dotis aliquid ad propriam ſuſtentationem reſervando, vel cauſa mortis, vel juramento, vel morte donantis confirmetur.

*d* Comm. DD.

5. Donatio cauſa mortis poteſt *e* revocari pœnitentia, vel præmortuo donatario, niſi ſit juramento vel promiſſione firmata de non revocando.

*e* Molin. diſp. 207. numero

6. Donatio niſi fiat cauſa mortis cenſetur inter vivos, *f* nec poteſt revocari niſi ob ingratitudinem donatarii.

*f* Comm. DD.

7. Do-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*g* Comm. DD.

7. Donatio inter vivos irrevocabilis *g* poteſt fieri addita conditione, ut ejus executio habeatur poſt mortem donantis.

*h* Sa hoc verb.
*i* Idem ubi ſup.
*l* Navar. in ſum.

8. Donatio cum conditione ut poſt mortem detur Eccleſiæ, poteſt *h* poſtea tollere illam conditionem.

9. Datum alicui, ut in pias cauſas eroget non expirat *i* morte donantis.

10. Prohibitus donare ultra menſuram poterit *l* donare cauſa remunerationis, vel gratitudinis, aut eleemoſynæ, etiam ſi minuatur legitima filiorum.

*m* Vide Mol. diſp. 2.0.

11. Donatum ſimulanti ad id ſanctitatem, vel paupertatem reſtituendum eſſe alii ajunt, *m* alii negant, ſi autem fuit notabilis ſumma probabilius videtur eſſe reſtituendam, quia contra donantis voluntatem.

*n* Comm. DD.
*o* Sa hoc verb.

12. Datum alicui, ut melius diſponatur ad religionem, vel ad aliud, etiam ſi id non fiat poteſt *n* retineri.

13. Poteſt *o* Rex donationem ſuam vel anteceſſoris, ſi regnum enormiter lædat, revocare.

14. Si donans dicat do tibi talem agrum viginti jugerum, tuus *p* erit etiam ſi ſit plurium.

*p* Comm. DD.

15. Agrum donatum cum conditione non alienandi dicunt nonnulli poſſe alienari, ſi donans nullum in eo jus ſibi reſervavit. Probabilius autem videtur *q* non poſſe fieri ſine peccato, quia ſub tali pacto ſervando donatio acceptata fuit.

*q* Silveſt. verb. Pactum, q. 4.
*r* Molin. diſp. 208, col. 1.
*ſ* Navar. cap. 17, n. 88.
*t* Idem ubi ſup. n. 17.

16. Modus impoſſibilis, aut turpis donationi, aut alii contractui adjectus pro non appoſito habetur. *r*

17. Donatio ab emente facta ejus in quo exceſſit juſtum pretium, cenſetur *ſ* coacta, ſi fiat in ipſa emptione, ſecus ſi poſtea.

18. Donatio facta ob metum etiam ſi non ſit tantus ut eam faciat invalidam in foro exteriori, eſt nulla *t* in interiori & tenetur donatarius reſtituere.

19. Donatio facta à marito de rebus mobilibus ſine conſenſu uxoris valet *u*

*u* Comm. DD.
*x* Navar. c. 15, n. 19.

20. Cùm prohibetur donare ſimpliciter non prohibetur *x* donare cum cauſa, & ideo pater poteſt donare propter remunerationem, & ad pias cauſas, & dare eleemoſynas, & ſimilia opera facere.

*y* Comm. DD.

21. Donatio non acceptata etiam facta per chyrographum & in cauſam piam poteſt *y* revocari. Vide verb. *Promiſſio.*

DISP.



# DISPVT. IX. SECT. I.

## DOS.

### *Quid ſit, & quotuplex, & quot modis fiat.*

1. DOs eſt, *a* quod viro datur, aut promittitur ratione matrimonii ad onera ſuſtinenda.

*a* D. Tho. in 4 diſt. 49.
*b* Vide Villalob. to. 2, tr. 7.

2. Dos *b* alia profectitia, alia adventitia. Profectitia eſt, quando promittitur ab aliquo ex aſcendentibus via maſculina. Adventitia, quando eſt ex bonis uxoris, vel alterius conſanguinei, qui non ſit ex linea paterna.

3. Dotale fundum id eſt res immobilis in dotem data non poteſt alienari à marito etiam conſentiente uxore, niſi in aliquibus caſibus videndis apud Rebellum. *c*

*c* Rebel. 2. p. lib. 5, q. 7.
*d* Comm. DD.

4. Si res dotales pereant culpa mariti, ſi hæc fuerit leviſſima excuſatur, non autem *d* ſi fuerit levis, aut lata.

5. Si legatum ſit puellæ ſi nubat vel in dotem, & moriatur ante nuptias *e* redibit legatum ad hæredes teſtatoris, ſi autem legatum ſit ut poſſit nubere, ad hæredes puellæ.

*e* Covar. de Hæred. q. 1, nu. 11.

6. Cum aliquid legatum fuerit puellæ ut nubat cum Franciſco, eo mortuo ſi eſt pauper habebit legatum, ut cum alieno nubat, ſi eſt dives *f* non debetur ei.

*f* Emanuel. Rodr. in ſum. 1. p. c. 58. n. 4.

7. Cum matrimonium contrahitur in regno Caſtellæ contractus dotalis non fit ſecundùm medietatem bonorum, ut in Luſitania, ſed per dotem, & arrhas ut dicitur, & tunc capitale non eſt commune, ſed tantum bona lucrata, quorum adminiſtratio ad maritum ſpectat.

# SECTIO II.

## AN PATER TENEATVR dotare filias.

*a* Sanch. de matr. l. 4, diſp. 26, n. 1.

1. CUm pater poteſt filiam exhæredare non tenetur *a* dotare, niſi ſolùm in ea parte, quæ neceſſaria eſt ad alimenta.

2. Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Si filia nupſit conſentiente patre ſine dote, tenetur *b* eam dotare. Idem dic ſi religionem ingrediatur.

3. An teneatur dotare filiam divitem dubium eſt, affirmativa videtur *c* probabilior.

4. Onus dotandi filias tranſit ad hæredes, & Fiſcus tenetur de bonis confiſcatis, niſi crimen ſit hæreſis.

5. Dotis quantitas debet *e* eſſe ſecundum qualitatem filiæ, & mariti, & numerum fratrum, & patris bona.

6. In regno Caſtellæ ſtatuit *f* quædam lex dotis quantitatem, & prohibet filiarum meliorationem propter nuptias.

7. Tenetur pater dotare filiam majorem 25. annis etiamſi cum indigno nupſerit contra patris voluntatem. Idem dic de minori 25. annis ſi cum digno nupſerit *g*; ſecus ſi cum indigno, in quo caſu tenetur ſolum eam moderate alere.

8. Indignus *h* eſt, qui in nobilitate, in divitiis valde inæqualis, & inferior eſt, vel pravis moribus.

9. Dos à patre data præſumitur ex bonis communibus. Quod ſi data fuerit poſt mortem uxoris, dubium eſt an præſumatur dotata ex communibus, an ex propriis ipſius patris; quod ex communibus videtur *i* probabilius.

10. Pater ſolum tenetur dare filiis naturalibus pro dote id quod eis ad alimenta debebat. Si autem filiis ſpuriis dedit ultra id quod ad alimenta debebat, poteſt *l* repetere ſecundum probabiliorem opinionem.

11. Dos data filiæ ſpuriæ, ea mortua, etiam ſi filios habeat reddenda *m* eſt patri, qui nepotes tenetur alere ſi aliunde non habeant, hoc eſt de jure communi: In regno autem Caſtellæ poteſt pater filiis ſpuriis quintam bonorum partē relinquere.

12. Cùm dos perit ſine culpa filiæ, debet *n* iterum a patre dotari, ſecus verò ſi culpa ipſius perit.

13. Si filius vivente patre legitimam accepit, & culpa ſua perdidit, non tenetur *o* pater ei aliam dare, ſecus verò ſi ſine culpa.

*b* L. qui liberos, ff. de ritu nupt. l. fin.
*c* C. de dot. l. 8. tit. 11. p. 4.
*d* Rebell. q. 4, nu. 7, lib. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Lib. 1, tit. 2, lib. 5, recop.
*g* Sanch. de matr. lib. 4, diſp. 26, nu. 11. Vide Molin. lib. 2, de primog. c. 16, nu. 1.
*h* Comm. DD.
*i* Villalob. ubi ſupra.
*l* Rebell. de juſt. 2, p. l. 5, q. 4.
*m* Idem 2, p. l. 1, q. 8, à n. 11.
*n* Comm. DD.
*o* Comm. DD.

SECTIO



# SECTIO III.

## *An mater & alij conſanguinei teneantur filias, vel conſanguineas dotare?*

1. MAter non tenetur *a* dotare filias, niſi urgente causâ; verbi gratia, ſi ſint pauperes ſicut tenetur eas alere, ſic & dotare.

2. Mater infidelis *b* tenetur dotare filiam fidelem.

3. Uxor vivente marito non poteſt dotare filiam ſine mariti conſenſu, niſi *c* in tempus habile ſoluti matrimonii.

4. Frater *d* tenetur dotare ſororem etiam ſi ſit ex ſolo patre. Si autem ſit ex ſola matre non tenetur niſi hæres ipſe ſit matris, vel ſoror pauper ſit, quia tunc tenetur eam alere, & hæc alimenta dare pro dote.

5. Frater, cui majoratus contigit *e*, tenetur ex fructibus dotare ſorores ſecundum prædictam doctrinam.

6. Soror dives *f* tenetur alere fratres pauperes.

7. Frater clericus habens beneficium ex ejus fructibus, tenetur *g* dotare ſorores pauperes, & alere, & dotare filias ſpurias.

8. Avus paternus non tenetur dotare neptes, niſi cùm filius non poteſt, cujus hæres tenetur ſi poteſt priùs quàm avus. Quod ſi neptis habeat avum paternum divitem, & matrem divitem, ille prius tenetur eam dotare ſecundùm probabiliorem *h* opinionem.

9. Patruus non *i* tenetur filias fratris dotare.

10. Filius dives tenetur matrem *l* alere, non verò dotare.

*a* L. neque mater, C. de jur. doti, l. 9. tit. 11. p. 4.
*b* L. cognovimus C. de hæred.
*c* Rebel. de juſt. 2. p. l. 3. q. 6, à nu. 2.
*d* Vide Villal. tr. 17. diff. 4, to. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Navar. de reddit. q. 1, mon. 16, n. 2
*h* Barboſa ſup. 4. p. l. 1, ff. ſol. matr. nu. 125.
*i* Idem ubi ſup.
*l* Rebel ubi ſup. n. 51.

# SECTIO IV.

## *QVAM OBLIGATIONEM HABEANT dotator, & ejus fideiuſſores?*

1. SI dotans fuit pater, *a* vel aliquis ex aſcendentibus viâ maſculinâ, & poſt promiſſam dotem pauperior fiat ſine dolo, non poteſt conveniri in ſolidum, niſi in quantum fa-

*a* L. ſicut autem, ff. de re jud.

cere poteſt ſalvâ honeſta ſui, & ſuorum ſuſtentatione. a

2 Hanc eandem obligationem habet b mater reſpectu dotatæ filiæ. Hæredes autem , & fidejuſſores non gaudent hoc privilegio, ſed tenentur in ſolidum.

*Marg.:* b Mol. diſ. 425.

3. Dotator alienus reſpectu dotatæ non c tenetur in ſolidum; ſecus vero reſpectu mariti, & filiorum.

*Marg.:* c Moli. diſ. 425.

4. Maritus non tenetur d ad ſolutionem acceptæ dotis, niſi inquantum facere poteſt ſi eam ſine dolo amiſit, ſecus ſi cum dolo.

*Marg.:* d Rebel. ubi ſup. nu. 11.

5. A marito non poteſt e peti fidejuſſor pro dote, nec ipſe dare tenetur, niſi ei tradatur ante matrimonium, vel poſt ejus diſſolutionem, ut ſolvat intra terminum à judice aſſignatum, vel cùm dotator eſt extraneus , & dat dotem cum conditione, quod ſi dotata moriatur abſque liberis ei dos reddatur.

*Marg.:* e Comm. DD.

6. Ante dotis ſolutionem non tenetur f maritus alere uxorem, ſi uxor aliunde habeat. Non tamen ideo poteſt eam domo ejicere.

*Marg.:* f Comm. DD.

7. Si maritus aluit uxorem, & onera matrimonii ſuſtinuit, poteſt g petere lucra dotis non ſolutæ ſine uſura , quia ei debentur, ut onera ſtipendia ; & poteſt conventionem facere pœnam imponens dotanti , ſi intra præfixum terminum non ſolvat.

*Marg.:* g a. ſalabricez de uſur.

8. Cùm maritus fuit negligens in petenda dote, & dotator in deteriorem venit fortunam, dotem h amittet , & tenetur uxori ſolvere dotem.

*Marg.:* h Molina to. 1. de juſt. diſp. 447.

9. Cùm alius res dotales ſuas eſſe probavit, & per judicis ſententiam recepit, dotator tenetur de evictione, ſed ſi dotator gratuito dabit bona fide, non tenetur, i & res perit uxori. Si autem matrimonii contractus fuit ut in Luſitania ad dimidium & uxor habuit bonam fidem utriſque perit. Si autem habuit malam fidem, vel dos ob delictum ejus fuit confiſcata, ipſi ſoli.

*Marg.:* i Vide Rebell. de juſt. 2. p. lib. 5. q. 12.

10. Cùm dotis bona tam mobilia, quàm immobilia marito appretiata traduntur , illa alienare l poteſt ſine uxoris conſenſu.

*Marg.:* l Mach. de ſum. verb. Maritus.





# SECTIO V.

## AN UXOR DURANTE MATRIMONIO poſſit dotem petere, & quæ ſint bona paraphernalia, & ad quem ſpectent?

1. MAritus non poteſt a dare uxori dotem , ipſa autem poteſt petere, quando eſt in periculo ut pereat. Si autem non eſt in periculo, etſi maritus partem amiſerit, non poteſt petere.

*Marg.:* a L. uni. c. ſi dos conſt. matr.

2. Non poteſt b maritus uti legis privilegio, ne reddat in ſolidum, niſi ita pauper ſit, ut non habeat unde reddat.

*Marg.:* b L. maritum ff. ſolut. matr.

3. Extraneus dotans non poteſt repetere dotem ob dictum periculum, poteſt c autem maritum obligare de evictione.

*Marg.:* c Rebel. ubi ſup. n. 7.

4. Uxor, cui dos integra reddita eſt per judicem, eamque conſumpſit in ſuſtinendis matrimonii oneribus, d poteſt etiam compenſationem facere de bonis mariti ob lites vitandas, niſi juri ſuo renuntiaverit & ad ſolvêda debita mariti teneatur.

*Marg.:* d Comm. DD.

5 Mulier adultera amittit e omnia ſua bona præter paraphernalia. Si autem maritus etiam adulter fuit, fit recompenſatio.

*Marg.:* e c. Plerumque de donat. inter vir. & uxor.

6. Qui ſcienter bis contraxit f amittit bona, in quæ filii ejus ſuccedunt; ſed ſi filios non habet, quæ dolum paſſa eſt habebit dimidium bonorum, & Rex aliud dimidium. Quòd ſi ambo ſcienter contraxerunt, & filios non habent, omnia Regis erunt.

*Marg.:* f Vide l. 17. tit. 17. p. 7.

7. Bona paraphernalia ſunt g quæ præter dotem quam marito tradidit, uxor ſibi reſervavit ad donationes, & eleemoſynas faciendas. Hæc uxoris voluntas conſtare debet h ut ſint paraphernalia. Hæc veró non habent jus prælationis, nec maritus habet eorum adminiſtrationem niſi ei ab uxore tradantur, in quo caſu faciet ſuos fructus induſtriales ex eis perceptos, & naturales ſi ſint pauci, vel eos cum uxoris conſenſu conſumpſerit.

*Marg.:* g Vide l. 16. tit. 11. p. 4.

*Marg.:* h Vide Rebell. de juſt. p. 2. l. 6. q. 2. n. 4.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO VI.

## *QVID SINT ARRHAE, ET AD QVEM ſpectent, & quæ ſint donationes inter nuptias, & quem effectum habeant?*

1. ARrhæ de jure *a* communi dantur in ſignum futuri matrimonii. In regnis autem Caſtellæ, & Luſitaniæ arrhæ dicuntur dona, quæ ſponſus ſponſæ promittit in dotis, aut virginitatis remunerationem.

2. Hæ arrhæ conſummato matrimonio ſunt uxoris, & ei *b* debentur à marito, & ſi uxor decedat ſine teſtamento, ad ejus hæredes ſpectant. Quod autem ſponſus ſponſæ voluntariè donat, non ſunt arrhæ.

4. In regno Caſtellæ arrhæ non poſſunt *c* excedere decimam partem bonorum, & quoad exceſſum ſunt invalidæ. Quod ſi maritus habuerit majoratum, fructus computandi ſunt per ejus vitam, & decima pars aſſignari poteſt pro arrhis.

4. An confirmatæ juramento valeant quoad exceſſum alii ajunt, alii negant *d* probabilius.

5. Si minor promittat arrhas in rebus mobilibus, ſufficit curatoris conſenſus; ſi verò in immobilibus, neceſſaria eſt judicis authoritas.

6. Si uxor dotem non ſolvit, non debentur *f* ei arrhæ, etiam poſt conſummatem matrimonium. Si verò dimidium dotis ſolverit, dimidium arrharum ei debetur.

*a* L. arrhæ & l. ſin. de ſponſ. & l. 1, tit. 2, p. 4. *b* Molin. 2, de juſt. diſp. 432. *c* Vide L. 1, tit. 1, lib. 5, recop. *d* Covar. in c. quamvis pactũ, 2. p. paragr. 1, n. 8. *e* Comm. DD. *f* Comm. DD.

# SECTIO VII.

## *QVAE SINT DONATIONES INTER ſponſos, quem effectum habeant, & an bona lucrata durante matrimonio ſint communia, & quæ hæc ſint.*

1. SPonſalitiæ largitates dicuntur *a* dona, vel monilia, quæ inter ſe ſponſus, & ſponſa ſibi mutuò condonare ſolent.

2. In regno Caſtellæ *b* dantur etiam poſt conſummatum matrimonium, ſed ſive ante illud, ſive poſt dentur, ſemper dari præſumuntur ratione matrimonii.

*a* L. 1, tit. 11, p. 4. *b* Vide Moli. 2, de juſt. diſp. 420, & Rebel. 2, p. l. 6 q. 1, nu. 5.

3. Cum



3. Cùm ab extraneo *c* donantur, donatio præſumitur facta utriſque; ſi autem à conſanguineis uxoris, ad eam ſpectant: ſi verò à conſanguineis mariti, ad illum pertinent.

4. In regno Luſitaniæ quando fit contractus ad medietatem, omnia bona ſunt *d* communia poſt contractum matrimonium.

5. Cùm matrimonium celebratur per dotem, & arrhas, partiuntur *e* bona lucrata per æquales partes inter virum, & uxorem.

6. Si matrimonium malâ fide contractum eſt *f*, non fit prædicta communicatio in bonis. Si autem bonâ fide, etiamſi nullum ſit, communicantur. Si verò alter eorum malam fidem habuerit, is partem amittet, quæ ad eum ſpectabat.

7. Mulier vidua, quæ inhoneſtè vivit, dimidium bonorum lucratorum *g* amittit; ſed hæc pœna non obligat niſi poſt ſententiam judicis.

8. Cùm dubitatur an bona ſint acquiſita durante matrimonio, intelligendum *h* quod ſint, niſi probetur contrarium.

9 Fructus ex utriuſque patrimonio percepti, & aliorum omnium bonorum, & fructus pendentes, & omne quod lucratur durante matrimonio, communicantur *i* inter maritum, & uxorem.

10. Quod maritus acquiſivit in bello, ſi pugnavit regiis ſtipendiis, non eſt commune *l* uxori; ſecùs ſi pugnavit, & ſumptus fecit ex communibus bonis.

11. Quidquid acquirunt propriâ induſtriâ etiam eſt commune, & quidquid augent ad utrumque *m* ſpectat, etiam ſi augmentum ſit in majoratu.

12. Expenſæ factæ in rebus dotalibus quomodo ſint compenſandæ, vide apud Rebel. *de juſt. 2. p. lib. 7. quæſt. 1. per totam.*

13. Quando fundus, vel domus dotalis pro alia commutata eſt ad eum ad quem vetus, nova, quæ permutatur, ſpectat; *n* ſecùs ſi ematur pecuniâ alterius.

14. Donationes uni ex conjugibus factæ, ad eum ſolum, cui ſiunt, *o* ſpectant.

15. Donationes remuneratoriæ ſi debentur ex juſtitia ſunt communes; ſecùs verò ſi ex ſola *p* gratitudine.

16. Donatio regia facta ob obſequia præſtita ſumptibus communibus fit *q* communis.

17. Dominium dimidii bonorum acquiſitorum ad uxorem *r* ſpectat.

18. Bona acquiſita non verò acquirenda *ſ* poſſunt à conjugibus renuntiari, ſive ante, ſive poſt matrimonium acquirantur.

*c* Vide Villal. tr. 17, diſ. 12. *d* Lib. 4 de ordinat. Luſit. tit. 7, parag. 1. *e* L. 4, tit. 9 l. 5, ordin. *f* L. eum hic ſtat, ff. de donat. inter vir. & ux. *g* L. 5, tit. 9, lib. 5, recop. *h* Reb. de juſt. 2, p. l. 6, q. 3, n. 4. *i* L. 1, tit. 9, lib. 5, recop. *l* L. 5, l. 5, tit. 9. *m* Vide Mol. 10, 2, de juſt. diſp. 423. & l. 7, tit. 7, lib. 5. *n* Vide Villal. ubi ſup. diſ. 15. *o* Comm. DD. *p* Moll. ubi ſup. diſ. 433 *q* Comm. DD. *r* Molin. ubi ſup. diſp. 414. *ſ* Comm. DD.



19. An

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19. An verò qui habet creditores poſſit his bonis renunciare dubium eſt. Pars negativa *t* videtur probabilior.

20. Conjux uterque ſoluto matrimonio poteſt his bonis frui ad libitum, nec tenetur *u* proprietatem, vel uſum fructum filiis reſervare. Et cùm in teſtamento aliquod inter ſe legatum conjuges mutuo ſibi relinquunt, non intelligitur de prædictis bonis.

*t* Moli. diſp. 455.
*u* L. 6, tit. 9, lib. 5, recop.

# SECTIO VIII.

## AN DEFVNCTO MARITO TENEATVR uxor dimidium debitorum mariti ſolvere; & ipſa, & hæredes mariti teneantur perficere contractus à marito inceptos?

1. SI debita ante matrimonium contracta ſunt, & maritus bona non reliquit, uxor ſolvere non *a* tenetur.

2. Donationes magnas, & quæ ipſe maritus ſuâ culpâ conſumpſit, ipſe & non uxor ſolvere *b* tenetur.

3. Si ſoluto matrimonio remanent bona acquiſita, prius extrahenda *c* ſunt debita, quæ maritus contraxit matrimonio durante.

4. An uxor quando non ſunt bona acquiſita, nec reliquit bona maritus, teneatur ex propriis debita ſolvere, quæ in ſuſtentanda familia ille conſumpſit; dubium grave eſt inter DD. Quod non teneatur, videtur *d* probabilius ex quibuſdam legibus.

5. Si maritus in utilitatem uxoris aliqua quorum dominium non habebat, conſumpſit, ipſa uxor reſtituere tenetur.

6. Quando maritus conductam habebat hæreditatem alienam, ſi poſt matrimonii diſſolutionem velit uxor dimidium bonorum acquiſitorum *e*, tenetur perſeverare in contractu.

7. Si maritus locavit bona paraphernalia, quorum adminiſtrationem habebat, tenetur *f* perſeverare in contractu. Secus verò quando locavit res dotales ex natura rei ęcaulative vero, id eſt ne damnum marito cauſet, *h* teneri probabilius eſt.

8. Maritus ſi ante matrimonium cognovit fundum ab uxore fuiſſe locatum, tenetur *i* perſeverare in contractu, ſecus verò ſi ignoravit.

9. Si maritus fidejuſſit, vel ſolvit, non tenetur uxor niſi fidejuſſio, & ſolutio fuerit in utilitatem uxoris.

*a* Comm. DD.
*b* Rebel. de juſt. 1. p. 3. 6. q. 1. nu. 2.
*c* Comm. DD.
*d* L. 9, tit. 3, l. 1, recop. Mol. diſp. 451. l. 6, Tauri hodie l. 9. tit. 5, recop.
*e* Moli diſ. 350.
*f* Rebel. 2. p. lib. 6. q. 9, nu. 2.
*g* Idem ubi ſup. nu. 1.
*h* Vide Rebel. 1. p. de juſt. l. 6. q. 5, nu. 1.
*i* Covar. 7. var. 6. 15. nu. 3.





# SECTIO IX.

## AN DOTIS HYPOTHECA RELIQVIS præferenda ſit: & an maritus vel ejus heredes poſſint opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ dotis?

1. HYpotheca alia expreſſa, alia tacita; hanc habet uxor in bonis mariti ad recuperandam dotem, *a* & bona paraphernalia; in his autem non gaudet prælatione.

2. Dotis hypotheca præfertur aliis tacitis anterioribus non habentibus *b* prælationem.

3. Dotis tacita hypotheca præfertur expreſſis poſterioribus; non verò *c* anterioribus, etiam ſi ipſa ſit expreſſa.

4. Si res empta fuit aliena pecunia, & manſit obligata ad illius ſolutionem, hæc hypotheca præfertur *d* dotali etiam anteriori.

5. Dos ſecunda uxoris non præfertur primæ. *e*

6. Prælationis privilegium eſt perſonale, & ideo non tranſit ad hæredes; nihilominus matris privilegium tranſit *f* ad filios.

7. Si alii facta fuit ſolutio, nec manet unde fiat uxori, poterit *g* repetere, ſi autem in pecunia ſolutio facta fuit, etiam ſi fuerit conſumpta.

8. Intra duos annos poteſt *h* maritus opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & poſt, ſi onus probandi ſuſcipiat.

9. Si maritus huic exceptioni renuntiavit, ut poteſt in regno Caſtellæ, non poterit *i* uti hoc privilegio.

10. Cum notarius reddit teſtimonium, & dicit dotem fuiſſe acceptam, non habet *l* locum hæc exceptio.

11. Si maritus ſe accepiſſe juramento confeſſus eſt, probabilius videtur non poſſe *m* exceptione uti.

*a* L. unic. parag & ut plenius c. de re. uxor. act.
*b* Rebel. 2, p. l. 6 q. 16 nu. 1.
*c* Covar. ubi ſup. c. 5.
*d* L. licet qui potiores.
*e* e qui prior, de reg. jur. in 6.
*f* Rebel. l. 2 p. 6. q. 10. nu. 3.
*g* Vide Rebell. l. 2, p. 6, q. 10, nu. 7.
*h* Vide Villal. tr. 27, diſ. 19. no. 1.
*i* Molin. de juſt. diſp 459.
*l* Comm. DD.
*m* Molina de juſ. diſp. 459.

## SECTIO X.

### QVOMODO DIVISIONES SVNT faciendæ, & quando?

*a Videſt. rebel de juſt. 2. p. 1. 6, q. 11, n. 3*

1. SI matrimonium cum dote, & arrhis contractum fuit, prius uxor dotem, & bona paraphernalia accipere *a* debet.

2. Extractâ uxoris parte ante bona acquiſita, maritus quæ ad eum pertinent extracturus eſt.

3. Si aliquid ex capitali alienatum eſt, debet compenſari ex bonis acquiſitis, Et reliquum, bona ſcilicet acquiſita dividenda ſunt.

*b l. con-ſcutu parag. 1. ſ. de repud. c Mol. t. de juſt. diſp. 442.*

4. Si propter uxoris culpam matrimonium diſſolutum fuit, non eſt illi dos *b* reſtituenda.

5. Mortuâ uxore bona remanent in poſſeſſione mariti, ab eoque hæredes *c* accepturi ſunt.

6. Hodie in regno Caſtellæ in dotis ſcriptura ponitur, quod diſſoluto matrimonio intra 30. dies maritus dotem ſolvat, & huic conventioni potius quàm aliis legibus ſtandum eſt.

*d Comm. DD.*

7. Dum uxori dos non redditur, *d* danda alimenta ſunt ab hæredibus mariti, ſi ipſa aliunde non habet. Tranſacto autem anno ceſſat hæc obligatio.

*e L. 24, tit. 11, p. 4.*

8. Leges ſervandæ *e* ſunt in ſolutione dotis illius regni, in quo maritus habet domicilium, niſi aliud fuerit ex conventione in ſcripturis declaratum.

*f Sa hoc verb. g Sylveſt. verb. matr. 3, nu. 611. h Vide l. ſi ab hoſtibus ff. ſo-lut. matr.*

9. Pactum filiæ nubentis quod renunciat aliis omnibus bonis, ſolâ dote contentâ non valet ſine juramento. Pater autem filium compellens ad jurandum *f* peccat mortaliter.

10. Non poteſt *g* alienari dos, aut donatio propter nuptias ſine juramento uxoris, ſine vi, & dolo.

11. Occidens uxorem *h* amittet bona, quæ alioquin ex ejus morte habuiſſet. Itemque ſi ejus culpa uxor obeat, habebuntque bona ejus hæredes. Perditque uxor lucrum virum occidens.

12. Mortuâ uxore ſine liberis dos reſtituenda eſt non dotanti, ſed hæredibus ejus.





## DISP. X. SECT. PRIMA.

### DVBIVM.

*Quid ſit: & an in dubio teneatur quis reſtituere?*

*a Comm. DD. b Vide Sanch. in ſumm. c Idem de matr. lib. 2. diſp. 42. num. 5. d Azor. lib. 2. to. 1, c. 19. q. 5. e Sanch de matr. lib. 2 diſp. 5. num. 13.*

1. DUbium *a* eſt cùm neutri parti aſſentiris, quia pro utraque ſunt rationes.

2. In opinione eſt *b* aſſenſus, quid deeſt in dubio: in ſcrupulo autem eſt quædam apparentia.

3. Qui facit contra *c* dubium practicum, peccat; qui verò habet dubium ſpeculativum, in praxi autem illud deponit, non peccat. *c*

4. Qui poſſidere cœpit bonâ fide, & factâ debitâ diligentiâ adhuc dubitat, reſtituere tenetur. *d*

5. Si verò non fecit debitam inquiſitionem etiamſi tranſacta ſit occaſio eam faciendi *e*, tenetur reſtituere. Rem autem in hoc caſu eſſe partiendam ſecundum dubii qualitatem aſſerunt aliqui DD. Quod verum eſt quando res à nullo poſſidetur.

*f Idem lib. 2, diſp. 44. g Henriq. lib. 12. de matr. c. 6, num. 15.*

6. Qui cœpit poſſidere bona fide, & poſtea dubitat, non poteſt re uti, donec faciat debitam diligentiam; factâ autem poterit *f* vendere admonendo emptorem de dubio.

7. Qui cœpit poſſidere cum dubio, tenetur *g* reſtituere ſecundum qualitatem dubii, niſi poſtea habeat certitudinem, & bonam fidem.

8. Cùm rumor eſt, vel vehemens ſuſpicio, quod res, quæ venduntur ſunt furto ablatæ, non licet emere niſi factâ inquiſitione.

*h Mol in. diſp. 15.*

9. Qui dubitat an ex conſilio, quod *h* dedit ſecuta fuerit actio injuſta non tenetur reſtituere. Idem dic de depoſitario, qui dubitat an res ſua culpa perierit.

# SECTIO II.

## *An in aliis materiis extra juſtitiam verum ſit meliorem eſſe poſſidentis conditionem?*

1. IN dubio in reliquis etiam materiis melior *a* eſt poſſidentis conditio.

2. Qui dubitat an votum fecerit, non tenetur *b* adimplere ſecundum probabiliorem ſententiam.

3. Qui dubitat an lex ſit, non tenetur adimplere; ſi autem ſciat legem, eſſe dubitat tamen de ejus diſpenſatione, aut conſuetudine in contrarium, implere tenetur. *c*

4. Qui dubitat an cum votum fecit, haberet 14. annos, ac ſi non haberet judicandus *d* eſt.

5. Qui dubitat an ſonuerit duodecima noctis hora quando cœnavit, non poteſt *e* Euchariſtiam ſumere.

6. Qui dubitat die Iovis an ſit 12. noctis hora, poteſt *f* carnibus veſci, & cum prima auditur campanæ percuſſio, hora judicatur completa.

7. Qui dubitat in die jejunii an ſit 12. noctis hora, non poteſt *g* comedere quaſi tranſiſſet dies jejunii.

8. Cum ſonant diverſa horologia, idem dicendum ac ſi eſſent diverſæ opiniones probabiles.

9. Cum juris dubium eſt, vel eſt opinionum diverſitas an quis irregularis ſit, nemo irregularis cenſendus *h* eſt.

10. Qui in caſu homicidii in facto dubius eſt, debet *i* ſe gerere ut irregularis, ſecus *l* vero in aliis caſibus.

11. Qui judicat eſſe irregularitatem, quæ vero non eſt, illam non incurrit. *m*

# SECTIO III.

## *Ad quid faciendum obligatus ſit, qui dubitat de valore ſui matrimonii?*

1. QVi bona fide contraxit, poſteaque dubitat de valore matrimonii, poteſt *a* ſolvere debitum, non autem petere.

2. Qui

*a* Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 41. n. 32.
*b* Sanch. de matr. lib. 1. diſp. 9. n. 11.
*c* Comm. DD.
*d* Sanch. ubi ſup.
*e* Sanch. ubi ſuprà num. 20.
*f* Villalob. tr. 1. diſ. 21.
*g* Idem ubi ſup.
*h* Avil. de cenſ. p. 7. diſp. 2. dub. 5.
*i* c. Ad audientiam c. Significaſti de homicid.
*l* c. Cum ſunt partium de reg. jur. in 6.
*m* c. Is qui de ſent. excom.
*a* Sanch. ubi ſup. n. 15.



2. Qui malâ fide contraxit, tenetur *b* ſolvere: ſed non poteſt petere.

3. Lis conteſtata contra valorem matrimonii nec jus dat, nec tollit. *c*

4. Si conjux conjugi dicat ſuum invalidum fuiſſe matrimonium, innocens poteſt *d* ei negare debitum, vel ſolvere ſi velit; quia credere non tenetur: ſi autem credat, nec petere nec reddere licet.

5. Quæ dubitat an primus maritus vivat, poteſt *e* debitum reddere, & factâ debitâ diligentiâ etiam petere.

6. Qui dubitat an uxor ejus ſit libera, an ancilla, non tenetur *f* ſolvere.

7. Qui dubitat de impedimento frigiditatis, poteſt *g* per duorum annorum ſpacium matrimonio uti.

8 Ad hoc quod aliquis certus ſit de matrimonii *h* nullitate, ſufficit certitudo moralis.

9. Ad dubitandum de nullitate matrimonii ſufficit *i* unus teſtis omni exceptione major.

10. Multo minus ſufficit *l* ad matrimonium impediendum, quam ad diſſolvendum.

11. Ad hoc quod quis ſecundo poſſit nubere, requiritur *m* moralis certitudo, nec ſola fama ſufficit ſine aliis adminiculis.

12. Sufficit *n* nuntius certus cum aliis circumſtantiis, quæ rem faciant moraliter certam, in quo debet judex cum magna prudentia procedere, quia ſæpe contingit apparere virum, qui putabatur mortuus, & ſecundo nuptam & cum filiis alio invenire uxorem.

# SECTIO IV.

## *AN SVBDITVS TENEATVR IN dubio parere Prælato?*

1 PRacticè certum *a* eſt teneri ſubditum in dubio parere Prælato, niſi res cedat in damnum proximi.

2. Cum dubitatur an tributum à Rege impoſitum ſit juſtum, non *b* eſt ſolvendi obligatio.

3. Dubia verba, & indifferentem ſenſum habentia in meliorem partem interpretanda *c* ſunt.

4. Licitum *d* eſt facere, quod quis putat probabili ratione

*b* Comm. DD.
*c* C. 2. ut lite pendente.
*d* Sanch. ubi ſuprà.
*e* Comm. DD.
*f* Azor. e. 1. lib. 2. c. 19. q. 1.
*g* C. Licet de frig. & malef.
*h* Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 45. num. 4.
*i* Idem ubi ſup. n. 15.
*l* Idem ubi ſup. diſp. 17.
*m* Vide eundem lib. 2. de matr. diſp. 46.
*n* Comm. DD.
*a* Comm. DD.
*b* Villal. ubi ſupr.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne, vel viri docti authoritate licere, etiamſi contrarium ſit tutius.

5. Scrupulus deponendus eſt authoritate viri docti, vel ratione probabili.

# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## DVELLVM.

### *Quid ſit, & an aliquando liceat?*

1. DUellum dicitur quaſi durum bellum; eſt autem pugna duorum ex condicto. *a*

2. Non poteſt à Principe concedi, & acceptantes, & conſulentes, & patrini ipſo facto excommunicati ſunt per Tridentinum, *b* necnon conſulentes, & ſpectatores.

3. Duellum licet *c* duci injuſtè oppugnato, qui alioquin victoriam deſperat, & militibus exercitus ex utraque parte, ne hoſtes alioquin audaciores fiant. Item ſi præcipiat ſuperior ob bonum commune. Item ei, qui alioquin eſt occidendus.

4. Excommunicatio contra exercentes duellum ſi hoc ſit privatum, non eſt lata ſed ferenda. *d*

5. Vir equeſtris ad duellum provocatus non vindictæ deſiderio; ſed ut quis conſulat honori ſuo, non poteſt illud acceptare, licet timiditatis notam apud alios incurrat; ſed conſultius faceret ſi diceret: utilius mihi & honorificentius eſt Redemptoris mei parere conſiliis, quàm iniquis mundi legibus; & contra quemcunque, qui me impetierit, paratus ſum me defendere. Sic honori & vitæ corporis, & animæ ſufficienter conſulet *e*.

*a* Comm. DD.

*b* Seſſ. 25. c. 19.

*c* Vide Sà hoc verb.

*d* Vide Trident. ubi ſupra.

*e* Contrarium damnavit Alexander VII. in decretis an. 1665. 24. ſeptembr. vide Quintanadvẽn. ſeqq. ſing.

DISPUT.



# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## E

### EBRIETAS.

EXſe peccatum *a* eſt mortale, quando quis cauſam dat, ut mentem omnino amittat, & hoc ſcienter.

2. Cum quis diſcernit inter bonum, & malum, etiamſi genua labent, non amiſit omnino rationem. Si verò faciat, quæ non conſueverat, jurat, blaſphemat, &c. vel poſt concoctum vinum non recordatur, quæ fecit in ebrietate, ſignum *b* manifeſtum eſt mentem penitus amiſiſſe.

3. Qui medicorum conſilio propter ſanitatem acquirendam uſque ad ebrietatem bibit, vel ad evitandam mortem non peccat, *c* quando non ſuppetit aliud remedium.

4. Qui ſcienter alium inebriat, vel procurat ut inebrietur, peccat *d* mortaliter. Qui autem alium ad bibendum invitat, illum exponens ebrietatis periculo non excuſatur ab eodem peccato.

5. Licet *e* autem ad grave malum impediendum alium inebriare, vel ad ſe liberandum e manibus latronum, ad tuendam propriam, vel alienam vitam.

6. In ſemiebriis eſt imperfecta libertas judicii ſufficiens *f* ad veniale, non tamen ad mortale.

7. Qui ignorans qualitatem potûs, vel judicans illam quantitatem licet nimiam inſufficientem eſſe ad ebrietatem ſe inebriavit, non peccat *g* mortaliter, niſi ea quantitas, & qualitas talis ſit, ut eâ aliàs ſoleret inebriari.

8. Matrimonium, & alii contractus ab ebriis celebrati *h* invalidi ſunt.

9. Peccatum mortale ab ebrio factum, ſi ebrietas voluntaria fuit, & ante eam prævifum peccatum, ei quia voluntarium, imputatur. *i*

10. Dormiens, aut ebrius, qui antea potuit prævidere & caveſe, & non egit, ſi occidat, vel aliud damnum inferat *l* tenetur

*a* D. Tho. 2, 2, q. 150. art. 2.

*b* Comm. DD.

*c* Leſ. lib. 4. c. 3. dub. 3. num. 7.

*d* Comm. DD.

*e* Leſ lib. 4. c. 3. nu. 20.

*f* Comm. DD.

*g* Comm. DD.

*h* Tolet. de pecc. mort. c. 61.

*i* Valent. to. 3. diſp. 7. q. 5. p. 3.

*l* Sà verb. ebrietas. Vide Caſt. lib. 1. de leg. pœn. cap. 14.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne, vel viri docti authoritate licere, etiamſi contrarium ſit tutius.

5. Scrupulus deponendus eſt authoritate viri docti, vel ratione probabili.

---

# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *DVELLVM.*

### *Quid ſit, & an aliquando liceat?*

1. DUellum dicitur quaſi durum bellum; eſt autem pugna duorum ex condicto. *a*

2. Non poteſt à Principe concedi, & acceptantes, & conſulentes, & patrini ipſo facto excommunicati ſunt per Tridentinum, *b* necnon conſulentes, & ſpectatores.

3. Duellum licet *c* duci injuſtè oppugnato, qui alioquin victoriam deſperat, & militibus exercitus ex utraque parte, ne hoſtes alioquin audaciores fiant. Item ſi præcipiat ſuperior ob bonum commune. Item ei, qui alioquin eſt occidendus.

4. Excommunicatio contra exercentes duellum ſi hoc ſit privatum, non eſt lata ſed ferenda. *d*

5. Vir equeſtris ad duellum provocatus non vindictæ deſiderio; ſed ut quis conſulat honori ſuo, non poteſt illud acceptare, licet timiditatis notam apud alios incurrat; ſed conſultius faceret ſi diceret: utilius mihi & honorificentius eſt Redemptoris mei parere conſiliis, quàm iniquis mundi legibus; & contra quemcunque, qui me impetierit, paratus ſum me defendere. Sic honori & vitæ corporis, & animæ ſufficienter conſulet *e*.

*a* Comm. DD.
*b* Seſſ. 25. c. 19.
*c* Vide Sà hoc verb.
*d* Vide Trident. ubi ſupra.
*e* Contrarium damnavit Alexander VII. in decretis an. 1665. 24. ſeptembr. vide Quintanadvẽo. ſeqq ſing.

DISPUT.



# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

# E

## EBRIETAS.

EXſe peccatum *a* eſt mortale, quando quis cauſam dat, ut mentem omnino amittat, & hoc ſcienter.

2. Cum quis diſcernit inter bonum, & malum, etiamſi genua labent, non amiſit omnino rationem. Si verò faciat, quæ non conſueverat, jurat, blaſphemat, &c. vel poſt concoctum vinum non recordatur, quæ fecit in ebrietate, ſignum *b* manifeſtum eſt mentem penitus amiſiſſe.

3. Qui medicorum conſilio propter ſanitatem acquirendam uſque ad ebrietatem bibit, vel ad evitandam mortem non peccat, *c* quando non ſuppetit aliud remedium.

4. Qui ſcienter alium inebriat, vel procurat ut inebrietur, peccat *d* mortaliter. Qui autem alium ad bibendum invitat, illum exponens ebrietatis periculo non excuſatur ab eodem peccato.

5. Licet *e* autem ad grave malum impediendum alium inebriare, vel ad ſe liberandum è manibus latronum, ad tuendam propriam, vel alienam vitam.

6. In ſemiebriis eſt imperfecta libertas judicii ſufficiens *f* ad veniale, non tamen ad mortale.

7. Qui ignorans qualitatem potûs, vel judicans illam quantitatem licet nimiam inſufficientem eſſe ad ebrietatem ſe inebriavit, non peccat *g* mortaliter, niſi ea quantitas, & qualitas talis ſit, ut eâ aliàs ſoleret inebriari.

8. Matrimonium, & alii contractus ab ebriis celebrati *h* invalidi ſunt.

9. Peccatum mortale ab ebrio factum, ſi ebrietas voluntaria fuit, & ante eam prævisum peccatum, ei quia voluntarium, imputatur. *i*

10. Dormiens, aut ebrius, qui antea potuit prævidere & cavere, & non egit, ſi occidat, vel aliud damnum inferat *l* tenetur

*a* D. Tho. 2. 2. q. 150. art. 2.
*b* Comm. DD.
*c* Leſ. lib. 4. c. 3. dub. 3. num. 2.
*d* Comm. DD.
*e* Leſ lib. 4. c. 3. nu. 20.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* Tolet. de pecc. mort. c. 41.
*i* Valent. to. 3. diſp. 2. q. 5. p. 3.
*l* Sà verb. ebrietas. Vide Caſt. lib. 1. de leg. pœn. cap. 14.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur reſtituere. An autem ſit irregularis, alii ajunt, alii negant.

---

# DISPVTATIO II.

## SECTIO VNICA.

### *ECCLESIA IN Communi.*

1. **E**Ccleſiæ nomine non venit *a* monaſterium, niſi in cauſa favorabili, in qua venit etiam hoſpitale erectum Epiſcopi authoritate.

2. Eccleſia dicitur polluta ſex caſibus. 1. Quando in ea effunditur injurioſe ſanguis humanus, *b* vel datur cauſa naturalis talis effuſionis, aut mortis. Secus ſi extra Eccleſiam etiam deſuper in tecto vel ſuper ſpeluncam. Non ſufficit aliquarum guttarum ſanguinis emiſſio, vel percuſſio, quæ non ſit mortifera ſine ſanguinis effuſione. Violatur etiam ſeminis effuſione, neutra autem effuſio Eccleſiam violat niſi ſit publica.

3. Non violat effuſio *c* ſanguinis ob juſtam defenſionem, vel à furioſo facta. Violat ſi percuſſio fiat in Eccleſia, & effuſio ſanguinis extra illam. E contrario non violat percuſſio facta extra Eccleſiam, etiamſi intra illam fiat effuſio. Sufficit aliquem ſuffocare, vel aliter *d* occidere etiam ſine ſanguinis effuſione. Idem dic de ſanguinis effuſione propter fidem.

4. Si telum mittatur *e* ab exiſtente in Eccleſia, & extra illam fiat percuſſio, non violatur, ſecus verò ſi mittatur ab exiſtente extra Eccleſiam, & intra fiat percuſſio.

5. Secundus caſus *f* eſt per voluntariam humani ſeminis effuſionem ſive viri, ſive fœminæ, ſive juxta curſum naturalem, ſive contra naturam, imò per copulam conjugalem, habita autem in ſomnis non violat, nec conjugalis copula, ſi diu ibi conjuges habitare cogantur, vel coeant ad vitandam incontinentiam; ſecus erit peccatum mortale, & polluetur Eccleſia ſi manifeſta fiat.

6. Non violatur *g* Eccleſia percuſſione non mortiferâ etiamſi magna ſit ſanguinis effuſio.

*a* Tolet. lib. 1, c. 18, num. 7.
*b* c. Si Eccl. de conſecr. Eccl.
*c* Vide Navar. c. 27, n. 257.
*d* Idem ibidem.
*e* Comm. DD.
*f* Videatur idem Navar. c. 27, num. 257.
*g* Sà hoc verb. nu. 31.

7 Oratorium,



7. Oratorium, vel quicumque alius locus qui non ſit conſecratus, vel benedictus non polluitur. *h*

8. Tertius *i* caſus eſt, quando in Eccleſia ſepelitur excommunicatus. Quartus quando ſepelitur infidelis. Quintus quando Eccleſia conſecratur ab Epiſcopo publice excommunicato. Sextus quando Eccleſia ita renovatur, ut major pars fuerit deſtructa.

9. Pollutâ Eccleſiâ cæmeterium cenſetur *l* pollutum, non verò è contrario.

10. Qui celebrat in Eccleſia polluta peccat mortaliter, nullam tamē cenſurâ incurrit, *m* & Eccleſia eo ipſo reconciliatur.

11. Reconciliatio Eccleſiæ conſecratæ non *n* fit niſi ab Epiſcopo, & aqua benedicta à ſe vel ab alio Epiſcopo. Si Eccleſia tantùm erat benedicta poteſt reconciliari à Presbytero aqua ab ipſo benedicta. Quando in Eccleſia infidelis ſepultus fuit, radendi parietes ſunt, aliàs non.

12. Eccleſiæ dirutæ materia ut ſerviat in profanos uſus Papæ licentiam *o* eſſe neceſſariam alii dicunt, alii probabilius Epiſcopi ſufficere.

13. Licet *p* in neceſſitate comedere, & dormire, & ſupellectilem ſervare in Eccleſia; hæc autem abſque neceſſitate facere erit peccatum veniale.

14. Non licet *q* in Eccleſia negotiari, judicia, aut ſæculares conventiones facere niſi pietatis cauſa; licet autem ſacras repræſentationes facere, vel gradum doctoratûs dare.

15. Eccleſiæ œconomus in temporalibus non poteſt *r* eſſe laicus.

16. Eccleſiæ rem poſſe obligari à rectore pro ſua, vel illius neceſſitate, tenerique ſucceſſorem multi dicunt probabiliter. Et pro debitis Eccleſiæ ſolvendis res Eccleſiæ non ſunt alienari prohibitæ, dummodo debitæ *ſ* ſerventur ſolemnitates.

17. Ad reparationem Eccleſiæ non tenentur *t* laici.

18. Privilegia omnia conceſſa reipublicæ, Eccleſiis conceſſa cenſentur. *u*

19. Contra libertatem Eccleſiaſticam facit, qui *x* facit contra conceſſa univerſali Eccleſiæ, non verò qui contra conceſſa particulari.

20. Polluitur *y* Eccleſia ſi in utero matris defunctæ, & ſepultæ moriatur infans.

21. Si pauci ſciunt Eccleſiæ pollutionem & non divulgant, non indiget reconciliatione. Et ſiquis bona fide in ea celebret manet reconciliata. An vero ſi malâ fide alii ajunt, alii negant; probabilior videtur ſententia affirmativa. Reconciliata

*h* Suar. to. 3, disp. 87. ſec. 1. col. 2.
*i* c. conſuluiſti de conſ. Eccl.
*l* c. unic. de conſec. Eccl.
*m* Suar. ubi ſuprà
*n* Vide Sà hoc verb. n. 10.
*o* Vide Sà ubi ſuprà.
*p* Comm. DD.
*q* Sà ubi ſup. n. 4.
*r* Archid. in c. decernimus de judiciis
*ſ* Trid. ſeſſ. 5. c. 11.
*t* Ex gloſſ. c. quatuor 12, q. 2.
*u* Comm. DD.
*x* Navar. c. 17, n. 119
*y* Suar. to. 1, diſp. 81. ſec. 4.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Reconciliatâ Eccleſiâ cenſetur reconciliatum cæmeterium.

22. Eccleſiæ prædia alienari prohibita, vendi poſſunt ad ſolvenda debita, ſi fructus non ſufficiant.

23. Eccleſiæ primum lapidem jacere cum cæremoniis conſuetis poteſt ſimplex ſacerdos ex commiſſione Epiſcopi.

a Authent. hoc jus porrectum cap. de 23, ſacroſ. Eccl.

---

# SECTIO II.

## *ECCLESIAE IMMVNITAS quæ ſit: & quæ loca gaudeant illâ?*

1. Eccleſiæ immunitas *a* eſt ejus privilegium, & libertas non eſt de jure naturali *b*, nec divino, ſed utrique juri valde conſentanea.

2. In hac materia tenentur *c* judices potius jus canonicum, quàm civile ſervare.

3. Quælibet Eccleſia, in qua divina celebrantur officia, etiamſi non ſit conſecrata: vel ſit interdicta, aut polluta, & cùm non diruitur ſuperioris authoritate, & reparatio ejus ſperatur, hac gaudet *d* immunitate.

4. Gaudent *e* etiam Xenodochia erecta Epiſcopi authoritate.

5. De jure *f* communi Eccleſia matrix per 40 paſſus in circuitu, & aliæ Eccleſiæ per triginta gaudebant immunitate; ſed jam hoc conſuetudine derogatū eſt, & ſolum gaudet cæmeterium Eccleſiæ ſignatum ab Epiſcopo, & tectum Eccleſiæ.

6. Gaudet *g* immunitate, qui valvas, portas, & poſtica Eccleſiæ manu tenet, vel eſt in ejus atrio, etiamſi extrahatur ex veſtibus, quæ extra fluebant.

7. Eâdem gaudet immunitate, *h* qui aufugit ad ſacerdotem manibus Euchariſtiam ferentem, vel celebrantem, niſi celebret in carcere, vel reo incluſo miniſtret Sacramentum.

8. Gaudent etiā ſacella, & oratoria erecta Epiſcopi authoritate, ſi ſint publica, non verò particularia, quæ domi habētur.

9. Gaudent *l* monaſteria religioſorum quoad atrium, & hortum, & omnia, quæ ſub eorum clauſura continentur, nec non eorum prædia. *m*

10. Cardinalium palatia, nec non Epiſcoporum, ſi ſint *n* ædificata intra 40 paſſus ab Eccleſia.

11. Delinquens, qui refugit ad palatium Regis non poteſt *o* extrahi ſine Regis licentia. Eodem privilegio gaudent in Hiſpania legati Regii, & in regno Navarræ nobilium domus.

a Extr. 1, parag. 1, incendiarios de privil.
b Suar. to. 1, de relig. tr. 1. c. 9.
c Comm. DD.
d c. Eccleſia de immu. Eccl.
e Suar. ubi ſupra.
f c. quiſquis 17, q. 4.
g Covar. 2, var. c. 20, n. 18.
h Idem ſup. n. 6.
i Comm. DD.
l Auth. de monaſt. coll. nec quidem 18, q. 2,
m Eman. Rodr. to. 2, qq. reg. q. 71, art. 1
n Covar. ubi ſupra num. ſ.

12. Pec-



12. Peccat *p* mortaliter, qui facit contra immunitatem Eccleſiæ reo aufugienti aliquam violentiam, eum extrahendo, vel ei dare alimenta prohibendo.

13. Si judex promiſit, vel juravit non caſtigaturum in corpore reum, tenetur adimplere, & peccabit mortaliter non adimplendo. *q*

o Bobad. Polit. lib. 2, c. 14,
p Comm. DD,
q Comm. DD.

---

# SECTIO III.

## *Quæ perſonæ hac immunitate gaudeant, & quæ non gaudeant.*

1. Omnibus delinquentibus valet *a* Eccleſia; & probabilius *b* eſt etiam valere Iudæis, Paganis, & hæreticis, non tamen in hæreſis crimine. Nec non detento in carcere, qui eum fregit, item & qui ut exiret, fecit redeundi juramentum.

2. Perſonis Eccleſiaſticis & ſcholaribus, quorum cauſas cognoſcunt judices Eccleſiaſtici non valere, uſu *c* receptum eſt.

3. Valet ſervo *e* fugienti à Domino; huic tamen reddendus eſt ſi præſtet cautionem, vel juramentum eum non puniendi. Si vero Dominus nimis ſævus ſit ei non reſtituendus, ſed à judice ut illum vendat, cogatur. *f*

4. Non gaudent *g* fures publici, nec ſimplices alii latrones, nec nocturnus ſegetum, fructuum, vel agrorum vaſtator. Nec qui occidit, vel mutilat in loco ſacro etiam ſine ſpe immunitatis. Nec qui inſidioſè occidit, vel percutit animo occidendi.

5. An qui exivit ab Eccleſia ad delictum patrandum gaudeat immunitate, alii ajunt, alii negant, affirmativa *h* videtur probabilior.

6. Non gaudet *i* qui exiſtens extra Eccleſiam exiſtentem intra Eccleſiam occidit, vel è contra exiſtens in Eccleſia exiſtentem extra Eccleſiam occidit. Nec qui Eccleſiam incendit, januas infringit, vel aliud damnum infert.

7. Non facit *l* contra immunitatem, qui in Eccleſia aufert delinquenti arma probibita.

8. Gaudet *m* clerici occiſor, vel percuſſor, quamvis ab aliis contrarium probetur.

9. Non gaudet *n* patricida, nec filicida, nec qui alium interfecit

a C. Inter alia de imm. Eccleſ. & L. 4. tit. 11, p. 1,
b Silveſt. verb. immu 1, n. 2,
c Covar. ubi ſup. n. 13,
d Comm. DD.
e L. 5. tit. 11, p. 1.
f Parag. fin. de his qui.
g c. Fin. de imm. Eccl.
h Vide Villal. to. 2 tr. 19, diff. 7.
i Navar. c. 27, n. 1,
l Comm. DD
m Navar. c. 27, n. 19,
n Comm. DD.

O

fecit veneno, nec hæreticus, nec blaſphemus, nec incendiarius, nec aſſaſſinus, aut læſæ majeſtatis crimen committens.

10 Gregorius XIV. in motu proprio expedito anno 1591. jubet,[o] quòd nullus ſæcularis judex extrahat ab Eccleſia delinquentem ſine licentia Epiſcopi, vel Vicarii, & quòd cuſtodiatur in carcere Epiſcopali, donec judex Eccleſiaſticus cognoſcat, an gaudeat immunitate, vel non.

11. Si delinquens comprehenſus à judice ſæculari ducatur per Eccleſiam, an gaudeat immunitate dubium[p] eſt; affirmativa videtur probabilior.

12. Non licet[q] judici in Eccleſia ligare delinquentem, vel ei compedes injicere.

13. Clericus etiam in minoribus conſtitutus non[r] poteſt extrahi à judice ſæculari.

14. Falliti an gaudeant dubium eſt; ſed jam uſu receptum eos gaudere.

[o] Vide Villal. Emanu. Roder. to. 1, qq. reg. q. 10.
[p] Sà verb. Eccl. immun. Navar. c. 25, nu. 19.
[q] Suar. lib. 5. de relig. tr. 1, c. 12, n. 1.
[r] Comm. DD.

## SECTIO IV.

### *QVALE PECCATVM COMITTAT, QVI extrahit delinquentem ab Eccleſia, & quam pœnam habeat?*

1. CUm certum eſt delinquentem immunitate non gaudere nullum[a] peccatum eſt eum extrahere ab Eccleſia. Idem dic quando rogatus ſponte[b] exiit etiam invitis clericis, vel Rector Eccleſiæ ob juſtam cauſam judici dat[c] facultatem; juſta autem erit cauſa, ſi judex cautionem præſtet eum corporaliter non plectendi.

2. Judex qui violenter extrahit delinquentem ac Eccleſia in caſu, in quo gaudet immunitate, grave ſacrilegium[d] committit, teneturque reſtituere Eccleſiæ delinquentem, huicque damna.

3. Non incurrit[e] ipſo facto excommunicationem, ſed incurrit alias pœnas in foro exteriori.

[a] Comm. DD.
[b] c. inter alia de immun. Eccl.
[c] c. id ſtatuimus 17. q. 4.
[d] Comm. DD.
[e] Suar. ubi ſup. nu. 7.

DISP.



# DISPVTATIVNCVLA

## interjacens.

## RESOLVTIONES VARIAE.

## SECT. VNICA.

### *ELECTIO.*

1. QUi eligit indignum, etiam ſi ex electione multa peccata exoriantur, unum tantùm peccatum[a] committit.

2. Moniales, & monachi nullum Ordinem habentes, ſi faciant prohibita tempore interdicti, licet non incurrant irregularitatem, amittunt[b] tamen jus electionis activæ, & paſſivæ. Idem dic de religioſis, qui poſtquam habitû dimiſerunt, coguntur ad religionem redire.

3. Ignorantia non facit[c] validam electionem ejus, qui alias eſt incapax.

4. Eligere non poteſt[d] nec excommunicatus, nec ſuſpenſus ab officio, nec irregularis, nec impubes.

5. Eligi non poteſt[e] nec excommunicatus, nec ſuſpenſus, nec interdictus, nec ineptus.

6. Non vocati ad electionem cùm deberent, poſſunt[f] eam irritare, vel ratam habere; quòd ſi vocati non veniunt termino competenti non ſunt expectandi.

7. Electio facta ex conſenſu eligentium in conſcientia[g] valet, etiam ſi non adſint juris ſolemnitates, niſi lex expreſſe dicat non valere. Si verò dicat quod ipſo jure irrita ſit expectanda eſt ſententia judicis.

8. Eligens indignum tenetur[h] Eccleſiæ læſæ.

9. Peccat qui non eligit vel præſentat aptiorem, non tamen tenetur[i] reſtituere eligens aptum. Confirmator non peccat confirmans aptum, imò tenetur hunc confirmare ſi à majore parte ſuit electus relicto aptiore.

10. Si tuum[m] ſuffragium non eſt profuturum digniori, potes ac debes eligere dignum, ne indignus eligatur. Non poteſt eligi indignus ne indignior eligatur, ex duobus verò dignis licet tibi quem malueris eligere.

11. Si juramentum præſtiteris te digniorem eſſe electurum, & ſit dignus, dignior, & digniſſimus, potes ac debes digniori ſuffragium dare,[n] ſi certus ſis alioquin dignum eſſe victurû.

[a] Navar. c. 21, nu. 4.
[b] Idem c. 27, nu. 187.
[c] Comm. DD.
[d] Idem Sylvest. verb. electio 1, nu. 5.
[e] Sà hoc verb. nu. 1.
[f] Comm. DD.
[g] Sà hoc verb. nu. 1.
[h] Comm. DD.
[i] Comm. DD.
[l] Vid. Covar. reg. peccatum p. 2. parag. 7. nu. 11.
[m] Vide Sà hoc verb. nu. 9.
[n] Idem ubi ſup. nu. 9.

Q 2 12. Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Qui de collegio eligentium eſt, ſi eligatur ab aliis, poteſt numerum deficientem ſuo ſuffragio ſupplere etiam ad ſummum Pontificatum. Si verò ſolus ſit, etiam ſi jus totius collegii in eum renunciaretur, non poteſt [o] ſe ipſum eligere.

13. Elector legitime abſens poteſt [p] mittere Procuratorem, qui ſit de collegio, non tamen poteſt mittere ſuffragium per litteras.

14. Electus [q] tenetur admittere ſub peccato mortali, ſi præcipiatur ei à ſuperiore ſub mortali, vel ſequatur damnum notabile.

15. Licitum [r] eſt ſtatutum quo eligantur homines ex tali genere. Si verò illi ſunt indigni, poſſint eligi alii, ſecus erit iniquum.

16. In eligendis [ſ] ad curam animarum conſiderari debent vitæ probitas, ſcientia & prudentia in rebus agendis.

17. Eligere dignum relicto digniore ex ſe peccatum [t] mortale eſt; erit autem veniale ex inadvertentia, vel materiæ levitate.

18. Olim Epiſcopi electio fiebat à Canonicis, hodie præſentatur à Regibus, vel à Principibus, & confirmatur à Papa.

[o] Comm. DD.
[p] Comm. DD.
[q] Vide Sil. verb. electio n. 22.
[r] Vide D. Thom. 2.2. q. 63. art. 2.
[ſ] Trid. ſeſſ. 24. c. 18.
[t] D. Tho. 2.2. q. 185. art. 3.

# DISPVT. III. SECT. VNICA.

## *ELEEMOSYNA*

### *ELEEMOSYNA QVID SIT, & quotuplex.*

1. IN Hebræo vocatur [a] Sedech, id eſt juſtitia, quia prodeſt multum ad hominem juſtificandum, & eſt idem, quod miſericordia.

2. Eleemoſyna multis donis ſpiritualibus abundat, & ut habetur Lucæ 4. Ab omni peccato, & morte liberat, [b] & non patitur animas in tenebras ire.

3. Non eſt [c] velut ſacramentum, ut ipſa gratiam cauſet in peccatore, meretur tamen eam de congruo, & ut plurimum eleemoſynarum largitores ſalvantur.

4. Eleemoſyna [d] eſt quidquid fit, aut datur ad ſublevandam hominis indigentiam ſpiritualem, vel corporalem.

5. Eſt

[a] Vide D. Thom. in 4. diſt. 46. q. 2. art. 1.
[b] Luc. 4.
[c] Vide D. Tho. ubi ſuprà.
[d] Ex definitionibus DD.



5. Eſt actus imperatus à charitate, & ſecundùm alios elicitus à miſericordia, & ſecundùm alios non niſi ab ipſa charitate. [e]

6. Miſericordiæ opera ſunt ſeptem ſpiritualia, & ſeptem corporalia: ſpiritualia ex natura ſua nobiliora ſunt.

[e] D. Tho. ubi ſuprà.

# SECTIO II.

## *AN SIT PRÆCEPTVM elargiendi eleemoſynam?*

1. EX tribus bonis poteſt fieri, ex neceſſariis ad ſuſtentandam naturam, ex neceſſariis ad ſtatum, & ex ſuperfluis.

2. Eſt præceptum [a] naturale ac divinum eleemoſynas faciendi.

3. In neceſſitate extrema tenentur [b] omnes dare eleemoſynam ex bonis ſuperfluis, & nemo ex neceſſariis ad naturam.

4. Non [c] eſt in extrema neceſſitate, qui dicit niſi des mihi eleemoſynam, me occidam; eſſe autem in extrema neceſſitate [d] puto, qui eſt in periculo vitam vel aliquod membrum amittendi.

5. In aliis ordinariis neceſſitatibus nemo tenetur dare ex his, quibus opus habet ad conſervationem ſui ſtatus; ſecus verò in extremis, ſed non tenetur [e] reſtituere qui extreme agenti ſuccurrit.

6. Divites poſſunt [f] cogi à judicibus ad ſubveniendum extremè indigentibus, & hi poſſunt coram judicibus clamare adverſus avaros.

7. Extreme indigentes poſſunt [g] aliena capere, nec tenentur reſtituere, nec alii, ut eis ſuccurrant, ſi ſua non habeant.

8. An verò debitor, qui quod debebat conſumpſit in neceſſitate extrema reſtituere, alii ajunt, alii negant; utraque eſt probabilis, affirmativa videtur [h] probabilior, negativa eſt benignior.

9. In neceſſitatibus communibus tenentur divites dare eleemoſynam ex ſuperfluis, ſed non ſemper ac petitur. Quod ſi moderatas eleemoſynas faciant, ut ſolent alii divites, obligationi ſatisfacient. Et ſic videntur concordari contrariæ opiniones, quæ videri poſſunt in Villalob.

[a] Deuter. c. 15.
[b] Comm. DD.
[c] Azor. 2. p. lib. 12.
[d] Comm. DD.
[e] Comm. DD.
[f] Cajet. 2.2. q. 118. art. 1. & 4.
[g] Comm. DD.
[h] Azor. 2. p. lib. 12. c. 8. q. 7.



10. Dubit

10. Duobus æquè indigentibus, qui uni tantùm poteſt ſuccurrere, poteſt, *l* cui maluerit.

11. Cum adſunt multi divites ſcientes proximi indigentiam omnes tenentur *m* in ſolidum; quod ſi unus eroget, alii liberantur. Nemo autem ex eis *n* tenetur quærere pauperes, quibus ſubveniat.

12. Ex dictis colligitur *o* advocatum, medicum, herbipolam, & ſimiles ſcientes extremam neceſſitatem, vel quaſi extremam pauperis infirmi, teneri eis ſuccurrere.

13. Prohibentes eleemoſynam dare religioſis mendicantibus ipſo facto *p* excommunicantur, & incurrunt alias pœnas.

14. Qui tenetur eleemoſynam dare, non *q* ſatisfacit dando mutuum abſolute pauperi, ſecus ſi ſit ex accidenti.

15. Pauperi infirmo nemo tenetur exquiſita, & magni pretii medicamenta erogare, nec longe abſenti is extremæ neceſſitati, quam audivit, ire ut ſubveniat, ſufficit præſentibus ſubvenire.

*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* D. Tho. 2.2. q. 71. art. 1.
*o* Azor. 3. p. lib. 12. c. 5.
*p* Ex privilegio Sixti IV. refer. in comp. verb. eleemoſyna parag. 8. & 9.
*q* Comm. DD.

# SECTIO III.

## *Quis poſſit Eleemoſynam facere: & de obligatione Eccleſiaſticorum eam faciendi.*

1. Solum ille, qui donare poteſt, eleemoſynam facere *a* poteſt.

2. Filius *b* familias non niſi ex bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, ex aliis vero non niſi ex patris conſenſu. Nec ſervus niſi ex eo quod ex ſua portione ſibi reſervat tacitè conſentiente Domino. Nec religioſus niſi ex voluntate prælati ſaltem præſumptâ.

3. Nec uxor *c* niſi ex tacito mariti conſenſu, qui præſumetur in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate, & in illis eleemoſynis, quas uxores aliæ ſui ſtatûs facere ſolent ſecundum terræ conſuetudinem.

4. Qui rerum alienarum adminiſtrationem habent in utilitatem illorum, ad quos pertinent, *d* poſſunt eleemoſynas facere moderatas, & Prælati religioſi debent in hoc ſtare religionis conſuetudini.

5. Eccleſiaſtici habent *e* tria bona: patrimonialia, quæ à parentibus acceperunt: quaſi patrimonialia, quæ concionando, confeſſiones audiendo, vel cantando, vel aliter acquirunt propria

*a* Comm. DD.
*b* Vide Villal. to. 1. tr. 12. dif. 4.
*c* Comm. DD.
*d* Azor. ubi ſuprà verſ. quæres 2.
*e* Vide Villal. tr. 10. 10. 2. dif. 8.



propriâ induſtriâ. Alia tandem ſunt merè Eccleſiaſtica, quæ habent rationem beneficii Eccleſiaſtici.

6. An clerici ſint veri Domini bonorum, quæ poſſident ratione beneficii Eccleſiaſtici, dubium *f* eſt inter DD. Probabilius videtur veros *g* eſſe dominos.

7. De bonis patrimonialibus, *h* vel quaſi patrimonialibus non habent clerici majorem quàm laici obligationem faciendi eleemoſynam, & idem eſt de his quæ auferunt *i* de ſua congrua ſuſtentatione ex bonis Eccleſiaſticis.

8. Peccat *l* mortaliter Epiſcopus, & clericus beneficiarius, qui non conſumit in pia opera ea, quæ illi deſumptâ congruâ ſuſtentatione ſuperſunt, non tamen ad reſtitutionem tenentur *m* ſecundum probabiliorem opinionem.

9. Equites Ordinum militarium poſſunt ſua bona inſumere, juxta ſuas conſtitutiones, nec habent *n* eandem obligationem quam clerici.

10. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri non poteſt per quaſcunque ſed certas & æquivalentes eleemoſynas, quas antea beneficiarius de fructibus ſui beneficii fecerit *o* eaque reſtitutio debetur in conſcientia ante judicis ſententiam declaratoriam *p*.

*f* Vide Navar. de reddit. Eccl.
*g* Vide Villal. ubi ſupra. & D. Tho. 2. 2. q. 85. art. 7.
*h* Molin. de juſt. to. 2. diſp. 143
*i* Idem ubi ſup.
*l* Leſſius lib. 2. c. 4. dub. 6. & eſt comm. DD.
*m* Idem ubi ſup. num. 6.
*n* Comm. DD.
*o* Alexand. VII. in decret. anno 1666, 18, Martii.
*p* Idem an. 1665, 24, Septembr.

# SECTIO IV.

## *De quibus bonis facienda eleemoſyna, & quis ordo in illis faciendis obſervandus?*

1. Eleemoſyna debet fieri ex propriis non ex alienis, vel communibus bonis, niſi in extrema neceſſitate, in qua qui habet propria, non poteſt *a* de alienis.

2. Qui bona contra legem acquirit, ſi habet illorum Dominum, & meretrix de acquiſitis in peccato, & fur qui furato inſtrumento pecuniam lucratur, *b* poſſunt de his erogare pauperibus.

3. Qui habet bona contra leges prohibentes translationem dominii, non poteſt *c* de his eleemoſynas facere, niſi extremè indigentibus.

4. Si Petrus patrem, & filium ſuum videat extremè indigentes prius debet *d* patrem alere, quàm proprium filium.

5. Major obligatio *e* eſt vivis extremè indigentibus, quàm defunctis ſubvenire. Poteſt tamen utriſque auxilium dare, ſi eleemoſynam quam pauperi facis, pro animabus offeras.

6. An liceat eleemoſynas locare, vel conducere alii ajunt, alii negant, affirmativa *f* ſententia videtur probabilior.

*a* Azor. 3. p. lib. 12. c. 11. q. 8.
*b* Vide D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7.
*c* Villal. tr. 14. diſ. 6.
*d* Vide D. Thom. 2. 2. q. 26.
*e* Comm. DD.
*f* Henriq. lib. 7. de indulg. c. 15. nu. 5. ad fin.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO V.

## *De eo qui ſe fingens pauperem vel religioſum eleemoſynas petit.*

*a* Comm. DD.

1. HUjuſmodi peccat *a* mortaliter, & tenetur reſtituere cum præcipuè propter paupertatem vel religionem eleemoſyna ei facta fuit. Reſtitutio autem pauperibus facienda eſt, niſi eum dominus antea petierit.

*b* Villal. ubi ſupra.

2. Non deſunt *b* viri docti, qui aſſerant in prædicto caſu non teneri pauperem ad reſtitutionem, & eſt probabilis ſententia.

3. De eo qui fingit ſanctitatem, idem dic quod de eo qui finxit paupertatem.

*c* Sa hoc verb. q. 7.

4. Subvenire teneris *c* alioquin ob inopiam peccaturo, ſi commodè potes.

# DISPVT. *IV.* SECT. VNIC.

## *EMPHYTEVSIS.*

### EMPHYTEVSIS QVID SIT, ET *de huius contractûs conditionibus.*

*a* Comm. DD.

1. EST *a* contractus, quo res immobilis conceditur quoad utile dominium alteri cum obligatione ſolvendi penſionem ſtatutis temporibus domino proprietatis.

2. De jure communi prima condititio eſt, ut conſtituatur in re immobili, & fructifera.

*b* L. 1. & 3. c. de jure emphyt.

3 Secunda quod dominium directum maneat in primo domino cum poſſeſſione civili, *b* utile vero in emphyteutam transfertur.

*c* Comm. DD.
*d* Vide Rebel ubi ſupra q. 11. num. 2.

4 Emphyteuta tenetur ſolvere quotannis penſionem, quam ſi non ſolvat intra aſſignatum tempus *c*, conſolidatur dominium utile cum directo. Si autem alia pœna appoſita ſit, eliget *d* dominus, quam malluerit.

5. Si res pereat ſine culpa emphyteutæ, non tenetur ſolvere penſio-



nem. Si verò non tota, ſed pars tantùm perierit, totam penſionem nihilominus ſolvit. *e*

*e* l. 1. c. de jure emphyt.
*f* Rebel. ſupr. q. 1. num. 11.
*g* Navar. c. 11. n. 104.

6. Si emphyteuta rem reddat, notabiliter deteriorem latâ culpâ vel dolo *f* tenetur commiſſo, id eſt re ipſa privabitur, & ſecundùm alios ſufficit culpa levis non vero leviſſima.

7. Non poteſt *g* emphyteuta jus, quod in rem habet vendere, niſi prius rei dominum admoneat; ſecus incidet in commiſſum.

*h* Comm. DD.

8. Poteſt *h* tamen rem donare, ſed antequam tradat, debet monere dominum, ut donationem ratam habeat; poteſt enim ratam non habere, ſi idoneus non ſit donatarius.

*i* Rebel. ub. ſupr. q. 5. n. 5. & 6.
*l* Vide l. 3. de jur. emphyt.

9. Non *i* poteſt locare rem per decem annos, vel ultra, niſi ſit conſuetudo.

10. Cùm venditur, debet *l* emptor laudemium, id eſt quinquageſimam partem pretii, vel ſecundum alios trigeſimam directo domino ſolvere. Idem dic in quavis alia alienatione de rem accipiente.

*m* Vide Sylveſt. verb. emphyt. nu. 24. & 25.
*n* Comm. DD.
*o* Comm. DD.
*p* c. nulli de reb. Eccl. non alien.

11 Non debetur *m* hoc laudemium, cùm res accipitur ab hærede, vel à filia in dotem, vel reſcindatur contractus.

12. Cùm res datur in emphyteuſim alicui, ut tranſeat ad filios & nepotes, ſi hæreditatem iſti repudient jus amittitur. *n*

13. Emphyteuſis Eccleſiæ non præſumitur *o* data niſi in tertiam generationem, nec tranſit niſi in filios veros, quale non eſt monaſterium, nec in illegitimos. Aliæ autem emphyteuſes datæ pro filiis tranſeunt etiam in naturales.

14. Prædium Eccleſiæ dari non *p* poteſt in perpetuam emphyteuſim.

# DISPVT. *V.* SECT. *I.*

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### EMPTIO.

### *QVID SIT EMPTIO, ET AN NEGOtiatio emptionis, & venditionis licita ſit?*

*a* Mol. de juſt. to. 2. diſp. 336.

1. EST *a* contractus, qui conſenſu perficitur mercis pro pretio, & à permutatione originem habuit.

2. Conſenſu perficitur, ſed ſi agitur de ſcriptura facienda non



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non perficitur ſine illa; fieri poteſt inter abſentes.

3. Ut hic contractus ſit perfectus, pretium certum aſſignandum eſt, & ſtatim ac perficitur debetur *c* vectigal, ſed ſi ſub conditione fiat non debetur, niſi hæc adimpleatur.

4. Cùm datur arrha, vel pignus, ſi retrocedat dator pignoris illud amittit; ſi vero qui accepit, reſtituet *d* acceptum pignus, & duplum id eſt bis tantum.

5. Si autem pignus datum fuit, ut pars pretij neuter poteſt *e* retrocedere alio invito.

6. Dominium transfertur *f* cùm pretium rei ſolvitur, vel fidejuſſio, vel pignus à venditore acceptatur.

7. Emptio, & venditio fiunt *g* tripliciter. Nam vel emis rē, quâ indiges, & vendis ſuperflua; vel emis rem ut tuâ induſtriâ meliorem reddas; vel emis ab uno, ut alii vendas, quæ propriè dicitur negotiatio. Hæc tria ſunt licita, & indifferentia.

8. Negotiatio eſt periculoſa *h* non tamen illicita, niſi fiat ob malum finem, vel vendantur prohibita, vel tempore, vel loco prohibito.

9. Non licet *i* Chriſtianis arma vendere infidelibus, nec tutori res ſui pupilli.

10. Non licet emere à ſervis, *l* & ancillis, nec à perſonis de furto ſuſpectis.

11. Non licet *m* emere, nec vendere excommunicatis

---

*c* Comm. DD.
*d* Parag. 1. inſt. de emp. & vend.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4.
*h* D. Paul. 1, ad Tim. 3. Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem, &c.
*i* Ex Bull. cœnæ.
*l* L. 1. tit. 22, lib. 6, nov. recop.
*m* Comm. DD.

## SECTIO II.

### *An negotiatio liceat clericis, vel Religioſis.*

1. NOn licet, imò eſt ſub gravibus pænis prohibita, *a* quod intelligendum eſt de clericis ſacris initiatis, vel beneficium habentibus.

2. Negotiari non dicitur, *b* qui ſemel, aut bis rem emit, & vendidit; ſed qui hoc ſæpè facit.

3. Rem emere, & arte facere meliorem, & vendere non eſt clericis *c* prohibitum.

4. Nec clerici, nec religioſi reſtituere *d* tenentur, quæ negotiatione acquirunt, nec prohibentur per alium negotiari, licet hoc illorum ſtatui non ſit decens.

5. Prohibitum etiam eſt eis conducere ad lucrandum. Si autem clericus aliunde non habet unde alatur niſi ex negotiatione, *e* poteſt negotiari.

*a* Sub excom. ſed non latæ ſententiæ c. 1, ne clerico.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Silveſt. verb. clerici, nu. 3. q. 3.
*e* Mol. tr. 2, diſp. 342





## SECTIO III.

### *Si facta emptione res pereat, cui pereat: & quale ſit rerum iuſtum pretium?*

1. POſt traditionem perit emptori. Idem dic cùm venditio eſt perfecta, niſi pereat culpâ venditoris, vel ipſe fuerit in mora, nec ſtatuto *a* tempore tradiderit.

2. Si venditor rem venditam non aſſignavit, ipſi perit, & variatio pretii ſpectat *b* ad emptorem.

3. Si res eſt conſumptibilis, & poſt venditionem menſuratur, *c* perit emptori.

4. Fructus rei venditæ poſt perfectam venditionem ſunt *d* emptoris, ante illam ſunt venditoris.

5. Qui vaccam, vel ancillam prægnantem vendit etiam ſi nihil de fructu dicat, fructus pertinet ad emptorem. Idem dic ſi vitulus aut infans jam ſint nati, ſed nondum ablactati.

6. Ad inveſtigandum juſtum pretium rerum illarum utilitas *e* eſt inſpicienda.

7. Quando à republica conſtitutum eſt pretium *f* præſumitur juſtum, & ultra illud non licet res vendere; niſi cum ſit manifeſte injuſtum, & judex nollet illud mutare.

8. Cùm à republica nullum aſſignatum eſt pretium *g*. ſumatur à communi hominum æſtimatione juſtum pretium; quod aliud eſt rigoroſum, aliud medium, aliud infimum.

9. Non *h* creſcit rei pretium ex æſtimatione vendentis, nec ex pretio, quo empta fuit, quando à judice conſtitutum eſt.

10. Cùm res venditur ſub haſta, tantum *i* valet quantum vendi poteſt. Idē dic *l* de redditibus vendītis voce præconis.

11. An res extraordinariæ quibus à republica pretium non eſt taxatum tantum valeant quantum vendi poſſunt, alii ajunt, alii negant: *m* tutius eſt peritos de rei valore conſulere; ſi autem emptor ſciens rem emptam tantum non valere, & tamen ex affectu ad illam non curet de pretio, venditor poterit pretium etiam exceſſivum retinere.

12. Qui vendit rem ad quam affectus eſt, poteſt *n* ideo pluris vendere.

13. Qui daret meretrici aliâs nolenti pretium exceſſivum pro corpore, videtur donare, *o* & illa non tenetur reſtituere.

*a* Mol. tr. 2, diſp. 366.
*b* L. 24. tit. 5, p. 5.
*c* L. quod ſæpe, parag. in his ff. de contr. emp.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* c. 1, de emp & vend. l. pretia ff. ad l. Falcid.
*h* Vide
*i* In cauſa 17. parag. idem. Pomponius, ff. de minor.
*l* dicta l. pretia.
*m* Comm. DD.
*n* Navarr. in ſum. c. 23, nu. 82.
*o* Leſſ. nu. 17, lib. 2, cap. 21.
*o* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO IV.

## AN LICEAT CARIUS VENDERE, *vel vilius emere in aliquibus caſibus?*

a Comm. DD.

1. **A**Bſolutè loquendo non licet *a*, etiamſi dolus aut fraus non ſit.

b Comm. DD.

2. Si emptor infimo pretio rem emit, & venditor cum fraude rem illi tradit in ſupremo, hic peccat *b* mortaliter, & tenetur reſtituere ſi quantitas notabilis ſit.

c Vide Villal. t. 2, tr. 21, diſ. 6.

3. Qui ultra pretium rigoroſum vendit, vel emit infra infimum, reſtituere tenetur *c* in foro interiori, etiamſi non ſit ultra dimidium juſti pretii.

d Comm. DD.

4. Quando pretium ſupremum taxatum eſt, non licet *d* excedere, etiamſi plus valeat ſecundùm communem æſtimationem.

e Villalob. ubi ſup.

5. Quamvis judices permittant, *e* quòd vendatur triticum ultra taxam, non ſunt tuti in conſcientia venditores, niſi hoc fiat cum regia facultate.

f Comm. DD.

6. Cùm variantur circumſtantiæ, *f* & leges debent variari; ſecus enim erunt injuſtæ, & deſinent obligare.

g Comm. DD.

7. Cùm aſſignatur pretium alicujus rei, de rebus ſanis intelligendum eſt *g*.

h l. 1, tit. 27, lib. 5 recop.

8. Portantes triticum ex aliis regnis in Hiſpaniam, poſſunt illud vendere in quantum invenerint ex *h* quadam lege.

i Comm. DD.

9. Cùm pretium lege taxatum eſt, ut in cenſibus, mercenariis, & cæteris non licet mutare pretium, & talem legem non ſolùm ſæculares, & cives, ſed clerici, & alienigenæ *i* tenentur obſervare.

l Comm. DD.

10. Si res vendita minùs valet, quàm lege taxatum eſt, id minus accipiendum *l* eſt.

m Vide Mol. de juſt. tr. 2. diſp. 311.

11. Pretium rei augetur *m* ex variis circumſtantiis. Primò, merces apud mercatorem magis valent, quàm apud alios. Secundò ex multitudine ementium. Tertiò ratione temporis & loci. Quartò ex modo vendendi, ut cùm venditur ſub haſta. Quintò ſi vendat in favorem ementis ſine neceſſitate venditoris. Sextò quando emptio fit propter ſolam commoditatem venditoris minuitur pretium. Septimò quando minutatim venditur, & per partes modicas carius venditur quàm cùm



cùm totum ſimul. Octavò creſcit pretium ex æſtimatione venditoris quam de re habet, vel ex eo quod ei valde ſit utilis, quod debet emptori declarare. Prædicta omnia intelligenda ſunt, quando à republica pretium non eſt aſſignatum.

n Comm. DD.

12. Non *n* creſcit pretium ex eo quod mercator carius emerit, vel magnos ſumptus fecerit in re empta.

o D. Tho. 2, 2, q. 77. art. 1, in corpore.

13. Ignorantia, *o* & bona fides venditoris excuſant eum à peccato; ſed non ab obligatione reſtituendi exceſſum juſti pretii, quando errorem cognoverit.

14. Cùm ignorantia pretii fuit tam in vendente, quàm in emente, & inter ſe convenerunt de pretio, neuter tenetur reſtituere, etiam ſi poſtea appareat deceptionem fuiſſe ultra dimidium juſti, ſi res non extet, nec ex illa factus ſit ditior.

# SECTIO V.

## AN POSSIT VENDI CARIUS *pecuniâ expectatâ, quàm numeratâ.*

a Comm. DD.

1. **S**I fiat ultra juſtum pretium, eſt uſura palliata, niſi ſit lucrum *a* ceſſans, vel damnum emergens, vel in acceptione faciendæ ſint expenſæ.

b Comm. DD.

2. Qui vendit *b* merces tempore quo minus valent, ut accipiat pretium tempore, quo magis valent, peccat, & reſtituere tenetur, niſi ſervaturus eſſet illas uſque ad tale tempus.

c c. navigantis de uſuris.

d Comm. DD.

3. Qui vendit triticum pretio *c* tunc currenti cum pacto, ut tali tempore ei fiat ſolutio vel in tritico, vel in pecunia prout ipſe elegerit, *d* peccat & tenetur reſtituere, quod ultra pretium tritici tempore venditionis lucratus fuerit.

e Comm. DD.

4. Cùm carius venditur propter lucrum ceſſans, vel damnum emergens admonendus eſt *e* emptor.

f Comm. DD.

5. Licitum eſt venditori conventionem facere, quod ſi ei ſolutio non fiat ad tale tempus, ſolvantur damna emergentia, & lucra ceſſantia *f*.

g Molin. ubi ſup.

6. Licet *g* carius vendere pecuniâ expectatâ, quàm numeratâ, quando in ſolutione periculum certum eſt, & de hoc admonendus emptor.

h c. naviganti de uſuris.

7. Qui ſervaturus erat merces ad tale tempus, poteſt *h* vendere pretio eo tempore currenti, ſed extracto aliquo de pretio arbitrio boni viri pro cura ſervandi, pro periculo non vendendi & ſimilibus.

8. Mer-

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

8. Merces, quæ propter abundantiam communiter venduntur ſpectatâ pecuniâ *i* poſſunt cariùs vendi quàm numeratâ; quia plus valent licet propter abundantiam non ſit, qui numerata pecunia emat.

*i* Rebel. de juſt. 2, p. lib. 3, q. 4, n. 14.

9. Non poſſunt *l* merces vilius vendi anticipata pecuniâ, quam valituræ ſunt traditionis tempore, niſi alia cauſa juſtificetur.

*l* Comm. DD.

# SECTIO VI.

## *An liceat emere minori pretio debita alicuius.*

1. IPſi debitori non licet *a* niſi ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis.

2. Cùm debitum ſine expenſis, vel periculo ſolvendum eſt, non poteſt *b* emi minore pretio propter ſolam anticipatam ſolutionem, ſecus ſi fuerit periculum vel labor; & hoc conſtet vendenti.

3. Idem dicendum *c* eſt de debitis non ſolutis tempore aſſignato, & jam tranſacto.

4. Regiæ ſchedulæ, quarum pretium vix dimidium ſolvetur, poſſunt *d* emi minore pretio, ab eo qui habet favorem ad totum recipiendum, vel ſaltem majorem partem.

5. Hoc autem non poſſunt *e* facere Regii miniſtri, nec aliquid accipere ab eo, cui prius, & citius ſolvant.

*a* Mol. contra Navar. de juſt. to. 2, diſp. 361. *b* Comm. DD. *c* Comm. DD. *d* Leſſ. de juſt. lib. 2, c. 21, dub. 9. *e* Molin. ubi ſup. diſp. 315.

# SECTIO VII.

## *QVOMODO TRITICI TAXA erit ſervanda.*

1. TAxato tritico eo ipſo taxatur *a* farina extractis expenſis.

2. Non licet *b* triticum vendere ſecundum taxam addendo aliquod gravamen pretio æſtimabile.

3. Cùm in aliquo loco non eſt taxa poſita alienigenis, poſſunt

*a* Moli. de juſt. to. 2, diſp. 364. *b* Comm. DD.



ſunt *c* triticum vendere ſecundum communem æſtimationē.

*c* Comm. DD.

4. Agricolæ ſecundum novam pragmaticam non tenentur vendere triticum collectum ex ſuis prædiis ſecundum taxam.

*d* Vide Vill. tr. 11, diſſ. 9, num. 2.

5. Qui emit triticum ſecundum pretium leucarum, ſecundum idem poteſt *e* vendere.

*e* Idem ubi ſuprà.

6. Quamvis triticum vendatur ſub haſta, non poteſt *f* excedere taxam.

*f* Comm. DD.

# SECTIO VIII.

## *In quantum vendendus ſit panis coctus.*

1. VAlor tritici attendi debet cum lucro *a* moderato ob laborem, & expenſas ad conficiendum panem. Ita ſtatuit nova pragmatica Hiſpaniæ.

*a* Pragmatica Hiſpaniæ an. 1558.

2. Clerici, nobiles, & divites peccant *b* mortaliter vendentes panem coctum, quia faciunt contra leges juſtas. In hoc autem Peruano regno non ſunt uſu receptæ tales leges, & ideo nec nobilibus, nec divitibus prohibitum eſt panem vendere.

*b* Gutier. lib. 2, prac. c. 12, nu. 9.

3. Cùm taxæ ſunt diverſæ, *c* unuſquiſque debet vendere ſecundum illam, quæ ad eum ſpectat.

*c* Comm. DD.

4. Qui dat *d* triticum paniſicæ, ut coquat & vendat, poteſt ferre aliquid ſupra taxam, ſi vendidit illi triticum; ſi vero non vendidit, ſed per eam ut per tertiam perſonam ipſe vult panē facere, ſoluto labore paniſicæ, poterit lucra ſibi retinere.

*d* Villal. ubi ſuprà.

5. Cùm pani cocto non eſt taxa impoſita, poteſt *e* vendi pretio communi.

*e* Comm. DD.

6. Pauper etiam in regno Hiſpaniæ poteſt *f* aliquando panem coquere, & vendere etiam ſi non habeat ex officio.

*f* Comm. DD.

7. An liceat tempore magnæ ſterilitatis taxam excedere, alii negant, alii probabilius affirmant. Tempore autem ordinariæ neceſſitatis non eſt excedendum à taxa.

8. Non licet triticum emere vilius, ut carius vendatur, hujuſmodi enim negotiatio lege communi, *g* & particulari *h* Hiſpaniæ prohibetur, & qui ſic negotiatur tenetur reſtituere damna arbitrio boni viri.

*g* c. quicumque 14, q. 4. *h* l. 1, partag. cum in eadem ſſ. ad l. Rod.

SECT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO IX.

## *AN VENDITOR TENEATUR aperire defectum rei venditæ?*

1. QUando dolus dat cauſam contractui non *a* valet, ſecus autem ſi ſe habeat incidenter.

*a* Comm. DD.

2. Quando res venditur ut ſana & non eſt ſana, non *b* valet contractus, niſi ſit in parva quantitate.

*b* D.Tho. 2,2,q.77, art.1,

3. Quamvis venditor nimis laudet merces, vel taceat levem defectum, non ideo eſt irritus *c* contractus. Idem dic quando vitium licet magnum eſt manifeſtum.

*c* Comm. DD.

4. Cùm emptor interrogat defectum, & venditor negat mentiendo, non valet contractus, niſi in *d* caſu, in quo etiam cum tali defectu rem eſſet empturus, & ratione illius minus non valeat.

*d* Moll. de juſt.to.2, diſp.353.

5. Herbipolæ, qui ponunt quid pro quo, ſi unum non ſit æquè utile ac pretioſum ſicut aliud peccant, *e* & reſtituere tenentur.

*e* Comm. DD.

6. Cùm venditor ignorans rei defectum, rem ut bonam vendidit cum de errore admonetur, tenetur *f* reſtituere quod ultra juſtum pretium accepit, vel reſcindere contractum, ſi emptor ſciens defectum eam non eſſet empturus.

*f* Comm. DD.

7. Cùm emptor ſcit rei pretium, & à venditore ignoratur, pretium tenetur *g* augere.

*g* Comm. DD.

8. In regno ubi gemmæ parvi æſtimantur emi poſſunt *h* pretio ibi currenti.

*h* Comm. DD.

9. Qui rei ſcit ſecretam virtutem, poteſt *i* illam emere pretio communi.

*i* Comm. DD.

10. Cùm mercator, qui tibi debet non habet unde ſolvat, & hoc eſt aliis ſecretum, tu autem ſcis, non potes *l* debitum vendere niſi aperias ſecretum.

*l* Leſ.ubi ſup. dub. 90.nu. 81

SECT.



# SECTIO X.

## *AN VENDITOR SCIENS BREVI ADventuram magnam copiam mercium poſſit vendere pretio tunc currenti.*

1. AFfirmativa *a* ſententia videtur probabilior, licet contrariam teneant viri docti.

*a* D.Thò, 2,2,q 169 art.1,

2. Idem *b* dicendum, cùm merces actualiter jam ſunt in eo loco, dummodo hoc perpauci ſciant. Idem dic proportionaliter de emptore.

*b* Molin. diſp.354 1044.

# SECTIO XI.

## *AN LICEAT NEGOTIATORI MULTAS merces ſimul emere ut paulatim vendat.*

1. LIcet *a* in rebus, quæ neceſſariæ non ſunt ad victum, ſed inventæ ad delicias; ſecus in neceſſariis, quas illicitum *b* eſt congerere, ut carius vendantur; ſi verò non ideo augeat pretium, ſed communi vendat, non erit illicitum.

*a* Comm. DD.

*b* Comm. DD.

# SECTIO XII.

## *An liceat vendere ea, quibus emptor abutitur.*

1. NEc facere, nec vendere licet id quod nulli bono uſui utile eſt; ſecus verò ſi ad bonum vel malum indifferens *a* eſt. Quare licet vendere chartas pictas, aleas, fucos, arma & ſimilia.

*a* D.Thò. 2,2,q.169, art.2;

2. Peccat, qui *b* vendit rem indifferentem, ei quem credat

P veri-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

veriſimiliter illi eſſe abuſurum, niſi vendat obligatus rationabili cauſa damni notabilis vitando, aut lucri acquirendi, vel alibi rem illam facile reperturus ſit emptor.

*c* Comm. DD.

3. Qui locat domum meretrici non peccat *c*, niſi faciat pravo animo.

---

# SECTIO XIII.

## *AN CONSPIRATIONES, SEU MONOPOLIA, quæ faciunt mercatores ſint licita; & an liceat vendere cum pacto retro vendendi, vel retro emendi.*

*a* l. 1. c. de monopol. l. 2, tit. 7. p. 5.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.

1. MOnopolia ſunt illicita, & jure *a* prohibita, nec poſſunt fieri ſine Regia authoritate.

2. Facta cum authoritate publica non ſunt licita, *b* dicunturque Hiſpanice Eſtancos.

3. Cùm mercatores inter ſe conveniunt de non vendendo, niſi tali pretio, fit monopolium, *c* & tenentur reſtituere damnum niſi pretium fuerit juſtum.

*d* Villal. ubi ſupr.

4. Qui rogat amicos ne pretium ponant rei, quæ venditur ſub haſta, ſi ipſe emat pretio juſto quamvis infimo, non peccat, nec tenetur *d* reſtituere.

*e* Idem ubi ſupra.
*f* Comm. DD.

5. Qui impedit ne merces in urbem afferantur ut ſuas carius vendat, ſi faciat rogando ſine fraude, & dolo ad nil *e* tenetur.

6. Alius eſt modus faciendi monopolium cùm unus vel duo emunt, *f* vel abſcondunt multas merces ut carius vendant; ſi autem vendant pretio juſto licet rigoroſo, non tenentur reſtituere.

*g* Molin. & Sylveſt. ver. uſur. nu. 11. & eſt comm. DD.

7. Quod de venditoribus dictum eſt, de emptoribus etiam proportionaliter *g* intelligendum eſt.

8. Vendere cum pacto retrovendendi, vel retro emendi licet, & non eſt uſura; debet tamen minus pretium rei propter hoc gravamen, nec ponenda eſt conditio, ut damnum, vel utilitas rei ad venditorem ſpectet, quia hæc ex ſua natura pertinet ad emptorem.

*h* Vide Villal. ubi ſupra diſ. 18.

9. Si rei emptor eam alteri vendat contra pactum, an emptor poſſit illam repetere, vel ſolùm habeat actionem contra pacti fractorem dubium eſt inter DD. utrumque eſt probabile hoc ſecundum videtur *h* probabilius.





*i* Comm. DD.

10. Pactum hoc poteſt eſſe in grave damnum emptoris, ut ſi quis vendat vineam poſt vindemiam & velit repetere alteri vindemiæ proximam, in hoc caſu eſt injuſtum, niſi pretio compenſetur. *i*

*l* Comm. DD

11. De pacto retro emendi idem dicendum eſt proportionaliter; ſed advertendum, quòd ſi res ſit immobilis, & fructifera contractus iſte erit uſurarius, quia eſt mutuum palliatum cum certo lucro. *l*

---

# SECTIO XIV.

## *AN LICEAT VENDERE ET emere moatras id eſt baratas.*

*a* Comm. DD.

1. NOn eſt illicitum emere pretio rigoroſo, & vendere ſtatim infimo etiam eidem venditori, *a* dummodo ipſe non vendat eo animo, vel pacto ut iterum emat, vel vendat ultra juſtum pretium, & emat minori, quàm juſto.

2. Contractus iſte uſuræ obnoxius eſt, & ideo cautè, & ſine ſcandalo faciendus eſt.

---

# SECTIO XV.

## *AN LICEAT PROXENETIS ALIQUID SIbi reſervare de pretio mercium, vel illas emere.*

*a* Comm. DD.

1. NOn *a* licet, ſi habeant ſtipendium aſſignatum, niſi de expreſſa voluntate dominorum.

2. Non poſſunt emere ſibi merces nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam etiam in pretio aſſignato à domino cùm inveniunt, qui pluris emat.

3. Si tamen ſibi emant majore pretio quod invenire poſſunt non peccant, nec tenentur reſtituere, nec faciunt contra legem.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO XVI.

## *VARIAE RESOLUTIONES CIRCA emptionem & venditionem.*

*a* P. Acoſta in manuſcript.
*b* Concil. Lim. conſt. 17.
*c* P. Ioſeph Acoſta, ubi ſuprà.

1. CLericus qui ſine ſcandalo negotiatur per interpoſitam perſonam non peccat *a* mortaliter, licet talis negotiatio etiam prohibita *b* ſit illis in concilio Limenſi.

2. Auditores, & alii Regii miniſtri nec per ſe nec per interpoſitam perſonam poſſunt negotiari; prohibitum enim eſt illis regia ordinatione. Nihilominus non videntur *c* peccare mortaliter ſecus facientes, niſi ſit ſcandalum, vel ob hoc muneri non ſatisfaciant. Quod non poteſt procedere in Prætoribus Indorum, qui jurant ſe non negotiaturos, & moraliter loquendo non poſſunt ſine ſcandalo, & magno Indorum damno negotiationi incumbere, nec muneri, nec conſcientiæ ſatisfacientes Indis vendendo vinum, quod illis idem eſt, quod venenum.

*d* Sylveſt. verb. Depoſitum, n. 10.
*e* P. Acoſta ubi ſupra.

3. Miniſtri Regii, Prætores, & alii, qui Regis vel Indorum pecuniâ negotiantur *d* non tenentur reſtituere, quæ acquirit.

4. Emere aurum, mancipia, & alia pretioſa pro rebus utilibus, quæ magni æſtimantur apud Indos, & Æthyopes non eſt illicitum, *e* dummodo ſervetur in permutatione ſervata apud illos conſuetudo, & aliqua proportio inter rem datam, & acceptam.

*f* Comm. DD.
Caſus omnes hujus ſectionis deſumpti ſunt ex manuſcr. doctiſſimi P. Ioſephi de Acoſta Societatis IESV hujus Peruanæ Provinciæ Provincialis.

5. Qui vendens res frequenter accipit aliquid parum ultra taxam à judice poſitam peccat mortaliter, & *f* tenetur reſtituere.

6. Si mutato rei valore non mutatur taxa ob bonum commune adhuc obligat; ſecus ſi ob bonum particulare nolit judex eam mutare, vel ſciente, & non contradicente legiſlatore communiter non obſervetur.

7. Tabernarius ut ſupra diximus, qui aliquid parum frequenter aufert à taxa, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere; niſi cùm taxa ita clarè ſit injuſta, ut eâ ſervatâ nihil lucretur, tunc poterit damnum compenſare vina miſcendo, vel aliquid à taxâ auferendo.

8. Idem dicendum proportionaliter de panificis.

9. Qui à præfectis ſodinarum in villa Huancavelicæ emunt argentum vivum 30 aureis, & poſtea vendunt illud Regi 50. Si illud emant infra juſtum pretium, nec fiat vera traditio illius ad emptorem peccant, & reſtituere tenentur; quia de his quæ non ſunt, non fit vera emptio, ſed palliata uſura; ſi autem eſſet vera emptio etiam peccarent, & tenerentur reſtituere, quia eſt infra juſtum pretium. Idem dic de vino, & coca antequam colligantur.



10. Cùm Rex, vel ejus factores differunt ſolutionem argenti vivi jam extracti, poſſunt fodinarum præfecti illud vendere ad ſubveniendum propriæ neceſſitati, & alii emere pretio infimo juſto ibi recepto, & poſtea tradere Regi pro pretio taxato, & licitè ſibi retinere totum illum exceſſum.

11. Potus qui in Peruano regno dicitur Sora prohibitus eſt vendi ſub pœna excommunicationis.

12. Non licet Indis, ac Æthyopibus vendere magnam vini, vel alterius potus quantitatem, cùm probabiliter præſumitur inebriandos fore.

13. Licet in hoc regno Peruano el peſo inſayado habeat duodecim reales y medio ex conſtitutione Proregis Domini Franciſci à Toleto, nihilominus maſſæ argĕteæ id eſt las barras poſſunt emi, ac vendi pretio currĕti, non ſervato hoc valore, quia ad hoc non habent rationem pecuniæ, ſed merciū.

14. Latitudo inter infimum pretium, moderatum, & rigoroſum non debet eſſe magna, ad ſummum ſufficit unus in decem nummis, quod amplius eſt à malo eſt.

15. Non licet Prætoribus Indorum in hoc Peruano regno maſſas argenteas emere, id eſt barras de plata nummis argenteis, quos ad ſolutionem taxarum eis Indi tradunt, & lucrum quod hac emptione acquirere ſolent, Indis reſtituendum declaravit regius Limæ Senatus. Si tamen hoc faciant dicti Prætores ſine fraude, & dolo conſentientibus Indis, non videtur illicitum, nec ad reſtitutionem obligantur.

16. Cùm non inveniuntur, qui numeratâ pecuniâ emant pretium ſumendum ex his qui emunt expectatâ pecuniâ, etiā ſi majus ſit quàm eſſet ex numeratâ. Cùm verò alii emunt ex numerata, alii ex expectata, tutius eſt facere pretium ut ſit ex numerata, licet probabile ſit non eſſe injuſtum majus pretium quando hic vendendi modus eſt communior.

17. Non licet ex eo ſolùm quod ſolutionis tempus ſit longius, augere pretium, vel commiſcere inutiles merces.

18. Cùm res ſunt unius ſpeciei, & quæ ut plurimum vendi poſſint numeratâ pecunia, ut vinum, coca, argentum vivum, & tabacum, & ſimilia, non licèt eas vendere majori pretio expectatâ, quàm numeratâ pecuniâ.

19. Non licet emere vinum, & cocam ut fit in hoc regno minori pretio, quàm tales res valituræ ſunt tempore traditionis. Si autem venditor roget emptorem, & hic ut illi faveat, emat, hoc juſtum minuit pretium; unde non erit illicitum minori pretio emere niſi ſit immoderatus exceſſus.

20. Licitum eſt Regi reſervare ſuis miniſtris aliquarum rerum venditionem ob commune Reipublicæ bonum.

21. Qui impedit ne res, quæ venduntur ſibi laſtr, alii emant, & ipſe emit minori quàm infimo rei pretio, peccat, & tenetur reſtituere.

22. Licite poteſt Rex inventoribus rerum privilegium concedere, ut ipſi ſoli eas vendant. In aliis autem ad vitam hominum neceſſariis non licet.

23. Peccat, qui vendit rem ipſo jure amiſſam propter hæreſim, vel crimen læſæ majeſtatis non admonito emptore, niſi ita occultum eſſet crimen ut numquam eſſet detegendum.

24. Emi, & vendi poſſunt merces futuræ, & res nondum natæ, immo ſpes earum.

25. Minuere pretium licet etiam ſi per accidens damnum aliorum vendentium ſequatur, dummodo fiat propriæ utilitati conſulendi, & non vero damnum inferendi intentione.

26. Emptio, & venditio puerorum Chilinorum, quæ vulgo dicitur ala uſanſa, injuſta eſt, quia ſolà cupiditate vilis pretii parentes, & patrui ducti, non ob bonum venditi, illius vendunt libertatem Hiſpanis, & hi emunt ut eos ſervos efficiant, quod perſonale ſervitium à doctiſſimis viris Menacho, & Solorſano ut injuſtum reprobatum eſt.

27. Argenti maſſa, vulgo dicitur pinna, anticipato pretio vilius emere quàm traditionis tempore valet, factum non reprobo, faciendum non conſulo. *a*

28. Illicitum eſt mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus *b*.

*a* Vide P. Sa verb. emptio num. 4.
*b* in decr. Alexand. VII. an. 1666. 18. Mar.

# DISPVT. *VI.* SECT. *I.*

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *EPISCOPVS.*

1. EPiſcopatum accipere poteſt quis *a* cogi à Papa; ſed hac poteſtate uti jam raro contingit.

*a* D. Tho. 4. diſt. 19.

2. Qui



2. Qui ante Epiſcopatum votum fecit ingrediendo religionem, non tenetur illud adimplere ſecundum probabiliorem *b*.

3. Epiſcopus poſt Bullam cœnæ non poteſt abſolvere ab hæreſi occulta *c*.

4. Epiſcopus poteſt *d* compellere ſuos ſubditos ad diſcendam doctrinam Chriſtianam, & Parochos ad docendam.

5. Non poteſt *e* Epiſcopus juri patronatus derogare. Si autem ſtipendia minuantur, poteſt Capellaniæ Miſſas ad minorem numerum reducere.

6. Epiſcopus per duos menſes, & ad ſummum per tres in uno anno poteſt *f* cum cauſa juſta à ſua diœceſi abeſſe. Si autem abſit ſine cauſa juſta, peccat mortaliter. Quod ſi diutius abeſſe ſit neceſſarium, cauſa approbari debet à Papa, vel à Metropolitano; ſecus faciens fructus ſuos non facit & reſtituere tenetur *g* ante condemnationem fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus illius loci.

7. Epiſcopo ultra annum ſine approbatione abſente tenetur *h* Metropolitanus Papæ referre; & ſi Metropolitanus abſens ſit, Epiſcopus ſuffraganeus antiquior, ſecus facientes ab ingreſſu Eccleſiæ interdicuntur.

8. Cauſæ juſtæ ſunt *i* charitas chriſtiana, neceſſitas urgens, obedientia, vel Eccleſiæ manifeſta utilitas, vel conſuetudo legitimè præſcripta.

9. Epiſcopus præſcribit *l* alieni Epiſcopatûs partem triom annorum ſpatio.

10. Epiſcopus, qui exemptorum cauſas judicat, peccat *m* mortaliter.

11. Poteſt *n* juramentum relaxare, cùm datur turpitudo ex parte creditoris.

12. Non poteſt *o* vota immittere in Eccleſiæ ſuæ præjudi- (cium.

13. Poteſt *p* diſpenſare in votis ſimplicibus ſuorum ſubditorum, cùm Papæ non ſunt reſervata. In his etiam ſi urgeat neceſſitas, nec ſit facilis aditus ad Pontificem.

14. An poſſit Epiſcopus diſpenſare in votis pœnalibus religionis, aut caſtitatis, & aliis Papæ reſervatis dubium eſt inter DD. Affirmativa ſententia videtur *q* probabilior, etiam poſt pœnam incurſam.

15. Poteſt *r* in his, quæ non ſunt integrè vota caſtitatis, & religionis, & in diſiunctis, & in voto virginitatis, & cum Papa votum commutavit in materiam non reſervatam.

16. Non poteſt *ſ* vota Papæ reſervata diſpenſare cùm commiſſa ſunt in pœnam commiſſi delicti.

*b* Sa verb. Epiſcopus
*c* Sanchez in ſum. l. 2. c. 11. & in decret. Alexandri VII. 1665. 24. Sept.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Trid. ſeſ. 23. can. 1. de refor.
*g* ex verbis ipſius concilii vide.
*h* ex Tridentino ubi ſuprà.
*i* Comm. DD.
*l* c. placuit 16. q. 13.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* c. niſi cum pridem de renunt. & c. licet de regul.
*p* D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 13.
*q* Henriq. de indulg. l. 7. c. 30.
*r* Comm. DD.
*ſ* Villal. to. 1. tr. 34 diſ. 10.



17. An

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

17. An vota conditionalia ſint Papæ reſervata, & poſſit in eis Epiſcopus diſpenſare, dubium eſt inter DD. Diſpenſari poſſe ab Epiſcopo videtur *t* probabilius, etiã adimpleta conditione.

*t* Sanch. de matr. l. 8. diſp. 10.

18. Epiſcopus non poteſt *u* Societatis religioſos idoneos, etiam ſi habeant ſolam primam tonſuram, prohibere ne concionentur in quavis mundi plaga.

*u* Ex privilegio Gregorii XIII. poſt Tridentinum.

19. Regularis non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterii degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante à ſuo ſuperiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum *x* puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat, ſin minus, à ſuo ſuperiore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

*x* Trid. ſeſſ. 25. c. 14.

20. Epiſcopus *y* poteſt viſitare religioſos, curatum beneficium habentes, non vero de moribus, & vita inquirere. *z*

*y* Comm. DD.
*z* Vide Tridcnt. ſeſſ. 7. c. 14.

21. In cauſis civilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum clericos ſæculares, vel regulares extra monaſterium degentes quomodolibet exemptos, poteſt *a* Epiſcopus compellere ad ſolvenda debita.

*a* Comm. DD.

22. Ad Epiſcopi arbitrium manet ſuſpenſus regularis, qui ſine ejus, vel Parochi licentia matrimonio adſtiterit, vel conjuges benedixerit.

23. Poteſt regulares vocare *b* ad ſynodum; & ipſo contradicente, nemo neque ſæcularis neque regularis etiam in Eccleſiis ſuæ ordinis poteſt concionari.

*b* Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 4.

24. Poteſt ut deſertores inſtituti punire, quos ſine licentia in ſcriptis ſuorum ſuperiorum *c* extra clauſtra invenerit, & pro novitii ingreſſu aliquid dantes vel accipientes cenſuris coercere.

*c* Comm. DD.

25. Poteſt *d* religioſorum lites ſuper præcedentiis in publicis proceſſionibus componere, & eos obligare, ut illis interſint in aliquibus.

*d* Vide Villal. to. 2. tr. 5. diſ. 5.

26. Poteſt *e* regulares teſtamentarios in hoc munere delinquentes punire.

*e* Comm. DD.

27. Non poteſt *f* prohibere ſuos ſubditos ne Miſſam audiant in Eccleſiis regularium.

*f* Vide comp. privil.

28. Epiſcopus cum adeſt in Eccleſiis regularium debet procedere in loco *g* honoratiore etiam Generalem. Si autem regularis non dederit debitum honorem Epiſcopo, non ipſe, ſed ſuperior regularis debet eum punire.

*g* Villal. ubi ſup.

29. Poteſt *h* Epiſcopus concionari in omnibus locis ſuæ diœceſis etiam exemptis, & in religioſorum Eccleſiis. Alia autem Pontificia munera exercere non poteſt invitis Prælatis ex privilegio Leonis X. conceſſo Camaldulenſibus.

*h* Vide Emman. Roder. to. 1. q. 41. art. 10.

30. Non



30. Non poteſt Epiſcopus compellere per cenſuras regulares in caſibus, in quibus ipſi non ſunt ſubjecti *i*.

*i* Villal. to. 1. q. 10. art. 1. 2. & 3.

31. Poteſt diſpenſare cum presbytero homicida voluntario, qui antea habebat beneficium curatum ut illud poſſit retinere in futurum, & cum canonico ut poſſit intereſſe choro, & gaudere fructibus canonicatûs.

---

# SECTIO II.

## *De his quæ in novo Innocentii X. decreto circa Epiſcopos, & regulares continentur.*

Anno 1654.

1. CUm Epiſcopus operatur ſecundum decreta concilii Tridentini, non poſſunt religioſi judicem conſervatorem creare.

2. Cùm Epiſcopi religioſorum privilegia petunt, illis ſunt exhibenda.

3. Cùm privilegiorum verba obſcura ſunt & dubia, non Epiſcopus, ſed ſummus Pontifex, ad quem eſt recurrendum ea explicare debet.

4. Conſtitutio Gregorii XV. quæ de judicibus conſervatoribus agit, etiam Societatis Religioſos comprehendit.

5. Religioſi in litibus cum ſæcularibus conveniendi ſunt coram Ordinario, niſi judicem conſervatorem nominaverint juxta Gregorii XV. conſtitutionem, & hoc intra tempus ab Ordinario deſignatum. Conſervatores autem non tenentur fidejuſſorem dare.

6. In cauſis decimalibus poſſunt religioſi judicem conſervatorem create, ut eos ab Epiſcopis protegat.

7. Religioſi in una diœceſi ab Ordinario approbati, ſi tranſeant ad aliam ab Epiſcopo de novo debent approbari ut confeſſiones audiant.

8. Religioſos ſine facultate Epiſcopi concionantes, & confeſſiones audientes poteſt Epiſcopus prohibere, excommunicare, & punire. Et in ſuis Eccleſiis ſine Epiſcopi benedictione, & in alienis ſine ejus facultate non poſſunt prædicare, neque in ſuis Eccleſiis contra illius voluntatem.

Etiam in decret. Alexandri VII. 1665.

9. Epiſcopus poteſt præcipere religioſis ut ſibi exhibeant facultatem audiendi confeſſiones, & concionandi, & etiam inconſulto Provinciali Epiſcopo obedire tenentur.

10. Po-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

10. Poteſt religioſum ſibi detrahentem punire, ſi à Prælato non punitur, qui debet Epiſcopum certiorem facere de facta punitione juxta Tridentinum *c. 14. ſeſ. 25. de regul.* Si autem delinquens ad aliam diœceſim migraverit, ſervanda conſtitutio Clementis VIII. quæ incipit: *Suſcepti muneris ratio.*

11. Iudex conſervator à religioſis electus antequam ſuâ juriſdictione utatur, ſuæ electionis authentica teſtimonia ſub pœna nullitatis actuum tenetur exhibere.

12. Religioſi, qui in prædiis, vel officinis ordinis commorantur, non gaudent privilegio collegiorum.

13. Epiſcopus non poteſt inhibere cenſuris religioſos apothecas quarumcumque mercium, macella, & ſimilia præſertim prope collegia & conventus exercentes.

14. Abſque Epiſcopi licentia regulares in ſuis prædiis, officinis, aliiſque ſuis domibus ſæcularibus ſitis intra limites Parochialium ad ſe non ſpectantium, non poſſunt adminiſtrare Sacramenta Baptiſmatis, ſolemnis matrimonii, Extremæ unctionis, & Euchariſtiæ in feſto Paſchatis famulis, mercenariis, ruſticis, ſive aliis id genus hominibus ſæcularibus abſque Ordinarii, vel Parochi licentia.

15. Nec poſſunt conſecrare vaſa ſacra, altaria, & ſimilia in quibus unctio requiritur.

16. Epiſcopi à Papa monentur ne omnibus regularibus unius monaſterii, audiendi peccata facultatem adimere audeant.

17. Semel ab Epiſcopo approbatis idem Epiſcopus non poteſt audiendi confeſſiones adimere facultates, niſi nova ſit cauſa.

18. Bullæ Pii V. tertia, & quarta, quæ ſunt in tomo 2. bullarium, non proſunt religioſis in loco, ubi ſunt Parochi non religioſi.

19 Epiſcopus poteſt procedere adverſus regulares, qui in verbi divini prædicatione inobedientes fuere.

20. Epiſcopus pro libitu poteſt verbo, vel in ſcriptis licentiam concedere regularibus confeſſiones audiendi, vel prædicandi. Nec poſſunt regulares abſolvere ab reſervatis Epiſcopo, niſi obtentâ ad id Epiſcopi facultate *a*

*a* In decret. Alexandr. VII. anno 1665. 14. Septemb.

21. Vbi non ſunt judices ſynodales non tenetur ſocietas ex illis eligere Conſervatores, dummodo in cæteris Gregorii XV. conſtitutio ſervetur.

22. Conſervatores poſſunt Ordinarium compellere cenſuris, & aliis Eccleſiaſticis pœnis.

SECTIO.



# SECTIO III.

## DE EPISCOPO REGVLARI

1. NOn *a* poteſt acceptare Epiſcopatum ſine facultate Generalis; *b* iſte autem illam tenetur concedere, & poteſt ſubditum ad acceptandum obligare ſecundum probabiliorem.

2. Nemo ex religioſis mendicantibus poteſt *c* Epiſcopatum admittere, ad quem cum eligentium diſcordia electus eſt.

3. Ante conſecrationem *d* tenentur omnia bona, quæ habebant, Ordini renuntiare.

4 Non *e* manet abſolutus à tribus votis eſſentialibus; nihilominus contraria ſententia non eſt improbabilis, & defenditur ab aliquibus DD.

5. Quantum attinet ad obedientiæ votum non *f* transfert illud ad Papam: quia nullum facit ſpeciale votum ei obediendi; habet autem ſubſtractam voti materiam, ut Ordinis Generalis. *g*

6. In quantum ad paupertatem, omnis quæ acquirit, proprie acquirit Eccleſiæ; bonorum autem uſum, & adminiſtrationem ita amplam habet *h* ac cæteri Epiſcopi, nec deſunt, qui ei aliquod concedant dominium

7. An autem poſſit teſtamentum condere alii ajunt, alii negant; *i* negativa ſententia videtur probabilior; ſed qui eum dicunt à votis abſolutum, conſequenter ei dant dominium bonorum acquiſitorum poſt Epiſcopatum, & facultatem teſtandi de illis.

8 Epiſcopo religioſo debetur *l* hæreditas ſuorum parentum, ſi poſt Epiſcopatum & conſecrationem deceſſerunt; ſecus ſtante, & diviſa fuit hæreditas inter fratres.

9. Ex decentia, non tamen ex præcepto tenetur *m* obſervare regulare inſtitutum, in quantum compatitur cum Epiſcopali dignitate.

10. Uti tenetur *n* habitu religioſo, quem ſi deſerat, ſunt DD. qui aſſerant peccare mortaliter, alii apoſtatam fieri; hoc autem videtur nimis rigoroſum

11. Rationi conſonum eſt, ſi commode poteſt, quod *o* habeat ſocium ſui Ordinis; ſed non peccat, ſi non habeat.

*a* c. ſi relig. de elect. in 6.
*b* Greg. XIV. in conſt. quæ incipit Apoſtolicæ.
*c* c. quorundam de elect. in 6.
*d* Vide VIII. co. 1, tr. 15. diſt. 40.
*e* eodem monachis 15. q. 1.
*f* Medina lib. 5. c. 26. de ſacr. homi.
*g* Vide VIII ubi ſupra.
*h* Medina de juſt. to. 1, tr. 2. diſp. 140.
*i* Covar. in c. 1. de teſtam. n. 18.
*l* c. ſtatutum q. 1.
*m* Comm. DD.
*n* ex cæremoniali Clem. VIII.
*o* c. Quid de timore de ſtatu Monachis.

12. Tenetur *p* conformari cum ſua Eccleſia in recitando officio divino, niſi habeat diſpenſationem.

13. In opinione eorum, qui dicunt votis obligatum manere, *q* gaudet omnibus privilegiis, & indulgentiis religioſorum In contraria autem ſententia contrarium conſequenter tenendum eſt

14. Epiſcopus vel eſt electus tantùm, vel confirmatus ſimul, vel jam conſecratus. Cùm confirmatur, eximitur à patria poteſtate, & ab obedientia, ſed non eſt hæreditatis capax, ſi erat religioſus niſi poſt *r* conſecrationem.

15. Poſt confirmationem *ſ* vacat officium Prioris, Provincialis vel Generalis, quod habebat ſecundum probabiliorem, ſi acceptaverit.

16. De Cardinalibus idem dicendum *t* quod de Epiſcopis, excepto quod non habent poteſtatem ordinis.

17. Si fiat Papa, ab omni *u* manet obligatione immunis, & cum poteſtatis plenitudine mox ac eligitur.

18. Cum renunciat Epiſcopatui, non tenetur redire ad religionem, nec ſubditur illius Prælato. Contrarium tamen defendunt viri docti; ſed prima ſententia *x* videtur probabilior. Si tamen de facto redeat, non poteſt fieri Prælatus.

19. Epiſcopus titularis, & qui renuntiavit Epiſcopatui an religioni acquirant, dubium *y* eſt inter DD. Negativa ſententia videtur probabilior.

20. Epiſcopus debet *z* examinare ordinandum ex aliena diæceſi, etiamſi in propria à ſuo fuerit examinatus.

21. Non ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Epiſcopo regulari præſentato; ſed ab eo injuſtè reprobato *aa*

---

# SECTIO IV.

## *Varia de Epiſcopis.*

1. EPiſcopus, vel qui ejus loco viſitat exceptâ procuratione, quam jus concedit, nihil amplius recipere *a* poſſunt, nec propter fontis, vel Euchariſtiæ viſitationem, & quæ receperint reſtituere tenentur.

2. Quarta pars debetur *b* Epiſcopis non ſolùm de funerali, ſed etiam de cæteris obventionibus Unde conſequens eſt poſſe Epiſcopum Parochos cenſuris obligare ut declarent

quan-

*p* Comm. DD.
*q* Avila in manuſcript.
*r* Villal. tr. 11, dif. 18.
*ſ* Vide c. in cunctis, parag. cum vero de elect. & Gloſſam ibi verſ. ad quem. Accipit galerum rubrum, quia uſque ad ſanguinem certare debet pro fide.
*t* Vide P. Azor. 1. p. lib. 11. c. 7. nu. 9.
*u* Henriq. to. 1. lib. 10. c. 24. nu. 4.
*x* Henriq. to. 1. lib. 10. c. 11. nu. 1.
*y* Vide P. Azor. ubi ſuprà.
*z* Trid. ſeſ. 7. de refor. cap. 11.
*aa* In decr. Alexandr. VII. anno 1665.
*a* Concil. Liman. 4. c. 2. Trid. ſeſ. 21. de ref. c. 3.
*b* c. de his c. antiquos 10. q. 1.



quantum eis ſua beneficia valeant, quia utitur armis ſuis ut ſua jura defendat. Nec ab hoc ſe Parochi poſſunt excuſare tacientes, quod Miſſæ & oblationes ſibi dentur intuitu perſonæ, quia dolus, & fraus nemini debent patrocinari. *L. itaque falſo, ff. de furtis, c. ſedes de reſcriptis.*

3 Epiſcopus, qui clericum levi fundamento accuſatum ad cauſam ex aminandam bona fide, & correctionis amore acceſſit, ſumptus itineris, & alia damna ſecuta reſtituere non *c* tenetur; quia qui bona fide facit, non tenetur *d* ad damna inde ſecuta.

4. Cùm non patet aditus ad S. Pontificem, & urget neceſſitas, *e* poteſt Epiſcopus facere omne id quod arbitrio boni viri faceret Papa ſi præſens eſſet.

5. Epiſcopus *f* poteſt dare facultatem ſacerdoti ſive regulari ſive ſæculari abſolvendi novitios à reſervatis, etiamſi novitius, & confeſſarius ſint Societatis Iesv, & à ſuperiore prohibeantur.

6. Epiſcopatus appeti poteſt ob Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem; appetere autem ob honorem, vel divitias ſunt, qui excuſent *g* à peccato mortali.

7. Epiſcopatui renuntiare *h* tenetur, qui ad eum non eſt idoneus.

8. Cùm reſpondet ſe ſcire utrumque teſtamentum, intelligitur *i* quantum ſufficit ad ſuum munus rectè obeundum.

9. Ad Epiſcopatum requiruntur *l* triginta anni completi.

10. In ejus confirmatione *m* vacant, quæ habet beneficia; ſed poſſunt ei relinqui, ſi ſit pauper.

11. Contra Epiſcopum non proceditur *n* etiam in hæreſi, niſi de Papæ mandato.

12. Peccat *o* mortaliter, ſi non ſtudeat à ſe repellere injuſtam infamiam, niſi velit Epiſcopatui renunciare.

13. Cum viſitat, habebit à populo victum dieì, quâ viſitat; ſi autem diœceſim diſcurrat ſolùm propter chriſma, faciet *p* ſuis expenſis.

14. Poteſt *q* duas Eccleſias unire, & unitas dividere, & unam alteri ſubjicere; de conſenſu tamen habentium in eis aliquod jus, & commutare Eccleſias, earumque poſſeſſiones, & jus unius Eccleſiæ alteri ex cauſa dare. Poteſt & unire unum beneficium alteri non requiſito conſenſu beneficiarii, dummodo non privetur fructibus dum vivit, & fiat ex conſenſu patroni.

15 In

*a* P. Menacho in manuſcript.
*c* P. Menacho in manuſcript.
*d* Sà verb. redux.
*e* Idem P. Menacho.
*f* P. Vellizar. in ſuo manuali.
*g* Sà hoc verb.
*h* Idem ubi ſup.
*i* Silveſt. verb. Epiſc. nu. 11.
*l* c. cum ex cunctis de elect.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Sà hoc verb. n. 13.
*p* Vide eundem ubi ſup.
*q* Silveſt. verb. Epiſcopus nu. 5. dub. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

15. In aliena diœceſi poteſt exercere ea quæ non ſunt juriſdictionis contentioſæ, ut diſpenſare.

*r* Comm. DD.

16. An valide poſſit conſecrari ab uno Epiſcopo ſine litteris Pontificiis, & diſpenſatione, alii aiunt, alii probabilius *ſ* negant, etiam ſi expeditæ ſint litteræ, niſi præſentes ſint; & quod illicite ſaltem fiat in affirmativa opinione propter innumera animarum diſcrimina quæ inde ſequerentur, nemo negabit, & ſic conſecratus *t* tenetur conſecrationem iterare propter innumera mala, quæ ſi non iteretur, ſequentur.

*ſ* Dian. p. 11. reſ. & alii viri docti apud eum. *t* P. Gran. 3. 5. contr. 9. dub. 6.

# SECTIO V.

## *Quæ poſſit facere Epiſcopus, vel non.*

1. POteſt *a* inſtituere, & regere miniſtros Eccleſiæ, vel oratorii ſuâ authoritate, vel anteceſſoris ſui erectorum, & dotatorum, etiam contra voluntatem patroni.

2. Poteſt *b* diſpenſare ad beneficia ſimplicia, quando unum ad ſuſtentationem non ſufficit, & præcipere clerico, ut Romam petat pro cauſa Eccleſiæ, & Parocho ne ſine ſua licentia abſit ultra duos dies.

3. Et procedere *c* adverſus quemcumque ob peccatum mortale, niſi eſſet jure promiſſum ut meretricum, ſubduntur enim ei etiam laici, quoad ſpectantia ad animum, & poteſt *d* eos cohibere à peccatis etiam per pœnam pecuniariam, vel exilium.

4. Et in neceſſitate exigere à clero moderatum ſubſidium.

5. Et dare *e* dimiſſorias ad ordines etiam ſi ſit ſolum Epiſcopus originis vel beneficii. Et imponere beneficio penſionem ad alendum clericum pauperem.

6. Et dicere *f* Miſſam in quavis parte ſuæ diœceſis, & altari portatili, & hanc facultatem cuilibet concedere.

7. Et commiſſa ſibi à Papa etiam per verba *oneramus conſcientiam tuam*, aliis *g* committere.

8. Et abſolvere *h* ab excommunicatione reſervata à Papa, occulta tamen dummodo non ſit ex contentis in Bulla Cœnæ.

9. Et diſpenſare *i* in omni inhabilitate ad beneficium

*a* Vide Silveſt. verb. Epiſ. num. 3. *b* Trid. ſeſ. 24. c. 17. de refor. *c* Vide Navar. conſil. 7. de off. jud. ordin. *d* Vide c. 7. de cenſib. *e* Vide c. 5. de temp. ordinand. *f* c. fi. de privil. lib. 6. *g* Sâ hoc verb. *h* Tolet. lib. 1. c. 41. *i* Sâ ubi ſup. n. 18.



niſi Papa id ſibi reſervet ſpecialiter.

10. Et abſolvere *l* exemptos, & cum eis diſpenſare, ſi eorum Prælati eos illi ſubjiciant.

*l* Idem ubi ſup.

11. Et cogere *m* ſub excommunicatione ad manifeſtanda teſtamenta, & ut impleantur curare.

*m* c. ſi hæredes de teſtam.

12. Et dare *n* confeſſores monialibus etiam ſibi non ſubjectis ex alia religione, vel ſæcularibus.

*n* Comm. DD.

13. Non poteſt *o* ingredi religionem niſi de Papæ licentia, nec dare licentiam beneficiario non reſidendi ſine cauſa legitima.

*o* c. niſi cum pridem de renun.

14. Nec abeſſe *p* ſine cauſa juſta à divinis officiis diebus feſtis ſaltem Dominicis.

*p* Comm. DD.

15. Nec prohibere, *q* quin habeatur concio in parochiis cùm habetur in Cathedrali.

*q* Ex Cong. Conc.

16. Papa eſt ſummus Epiſcopus, quare Epiſcopus electus in Papam non *r* conſecratur.

*r* Sâ hoc verb.

17. Tenetur *ſ* extra neceſſitatem extremam in multis aliis vitam pro grege periculis exponere, & graſſante peſte idoneos miniſtros magnis etiam expenſis quærere.

*ſ* Idem ubi ſup.

18. Diſpenſare *t* poteſt in impedimento dirimente occulto, quando celebratum eſt matrimonium, & non poſſunt ſeparari ſine ſcandalo & ad Papam aditus eſt difficilis.

*t* Sanch. lib. 2, c. 40 nu. 3.

19. Epiſcopus etiam confirmatus, & ſecundum aliquos conſecratus, dummodo poſſeſſionem Eccleſiæ nondum habeat, ingredi non poteſt *u* religionem ſine licentia Papæ.

*u* Vide c. inter corporalia de translat. Epiſcop.

20. Epiſcopus qui confirmationem ſuam non acceptavit, nondum habet *x* adminiſtrationem ſuæ Eccleſiæ.

*x* Comm. DD.

21. Epiſcopo debetur quarta canonica à die confirmationis ejus, ſed de ea liberè non poteſt diſponere niſi ut de decimalibus bonis.

22. Epiſcopus *y* poteſt in aliquibus cauſis ſine adjuncto ſummariam facere contra Canonicos & præbendatos, & procedere ad incarcerationem ſine adjunctis.

*y* Trid. c. 9 ſeſ. 25.

23. Poteſt clericos, & etiam laicos concubinatum nutrientes excommunicare, & aliis pœnis, niſi edictis ſuis paruerint, afficere.

*z* Villa. to. 1, 5. 10, art. 6.

EQUITAS vide verb. *Milites.*

DISP.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. V. SECT. I.

## EVCHARISTIA.

### *Euchariſtia quid ſit, & de materia illius.*

*a* Navar. c. 22.

1. **E**St *a* Sacramentum continens ſub ſpecie panis, & vini; vel alterius eorum corpus, & ſanguinem Chriſti.

*b* Trid. ſeſ. 13.

2. Concilium Tridentinum ſub anathemate definivit circa Euchariſtiam hæc *b* ſequentia: 1. Verum corpus, & ſanguinem Chriſti contineri realiter in hoc Sacramento. 2. Nihil ſubſtantiæ panis, vel vini remanere poſt conſecrationem. 3. Sub qualibet ſpecie, & ſub qualibet parte ſeparata contineri totum corpus, & ſanguinem Chriſti. 4. Eſſe idem corpus, & ſanguinem Chriſti in hoc ſacramento non ſolùm dum ſumitur, ſed etiam ante, & in hoſtiis quæ reſervantur poſt communionem. 5. Remiſſionem peccatorum eſſe fructum ejus. 6. Eſſe adorandum latriâ. 7. Eſſe celebrandum peculiare feſtum illius, deferendumque in proceſſionibus, & proponendum populo, ut eum adoret. 8. Sumi totum Chriſtum realiter in communione. 9. Adultos teneri communicare ſaltem ſemel in anno. 10. Qui celebrat poſſe ſeipſum communicare. 11. Non ſufficere ſolam fidem ad bene communicandum.

*c* Trid. ſeſ. 7.

3. Inſtitutum *c* fuit à Chriſto Domino in ultima cœna, & antecedit cætera.

*d* Suar. to. 3, diſp. 41, ſec. 1.

4. Nec conſecratio, nec ſumptio, nec ſolum corpus Chriſti *d* ſunt Sacramentum; ſed corpus Chriſti contentum ſub ſpeciebus.

*e* Trid. ubi ſupra.

5. Eſt *e* unum, & non plura Sacramenta; unitas autem numerica ſumitur ex corpore Chriſti.

*f* Comm. DD.

6. Sacerdos, qui ſimul multas formas conſecrat, unum tantum offert *f* ſacrificium.

*g* Trident. ſeſſ. 13, c. 21, & 22.

7. Panis *g* triticeus eſt hujus Sacramenti materia, & in quolibet tritico, dummodo verum ſit triticum, poteſt confici.

*h* Comm. DD.
*i* Vide Vill. lal. to. 1, tr. 7, diff. 5.

8. In maſſa triticea non *h* poteſt Amidon, *i* centeno, & pa-

nis



nis mixtùs cum aqua roſacea eſt materia dubia, in qua non licet conſecrare. Idem dicendum de pane mixto cum butyro, vel oleo &c.

*l* Comm. DD.

9. Si triticum fuerit mixtum aliis granis, dummodò major pars ſit triticum, erit *l* apta ſacramenti materia. Si autem mixtio fiat per partes æquales inepta erit.

*m* Concil. Florent. in decret. Eugenii.
*n* Suarez to. 3, diſp. 94, ſeſſ. 7.
*o* Ad Chory 11.

10. Qui conſecrat in pane triticeo, vel azymo, vel fermentato conficit *m* verum ſacramentum. Sacerdos autem debet in hoc ſequi morem *n* ſuæ Eccleſiæ.

11. Conſuetudo Eccleſiæ Latinæ eſt conſecrare in azymo, & eſt magis conſona *o* rationi, quàm Græcæ.

*p* Suar. to. 3, diſp. 41.
*q* Idem ubi ſuprà.
*r* Idem ubi ſup.

12. Peregrinus, qui poſt breve tempus rediturus eſt ad propriam Eccleſiam *p*, poteſt, ſed non tenetur conformari Eccleſiæ, in qua eſt.

13. Si inter Latinos eſſet Eccleſia Græcorum, vel inter Græcos Eccleſia Latinorum quilibet *q* teneretur ſuæ Eccleſiæ ritum ſequi.

14. Latino nunquam *r* licet in Eccleſia Latina pane uti fermentato ad conſecrationem.

## SECTIO II.

### *An vinum aquâ mixtum ſit materia hujus ſacramenti.*

*a* Concil. Florent. in decr. Eug.

1. **S**Olum *a* vinum vitis eſt hujus ſacramenti materia; unde nec aguapiè, ut vulgo vocatur; nec uvæ, nec acetũ ſunt ſufficiens materia. Muſtum autem licet ſit ſufficiens, non eſt conveniens, *b* & peccaret graviter, qui in eo conſecraret.

*b* Comm. DD.
*c* Suar. to. 3, diſp. 47, ſec. 1.

2. Vinum congelatum num ſit ſufficiens materia, dubium eſt inter DD. & licet probabilius *c* ſit eſſe ſufficientem, non licet in eo conſecrare propter dubium.

*d* Trid. ſeſ. 22, c. 7.

3. Ante conſecrationem parum aquæ infundendum eſt in vino ex *d* præcepto Eccleſiæ ad mortale obligante.

*e* Suar. to. 3, diſp. 46, ſec. 2.

4. Et hoc non eſt de neceſſitate ſacramenti, & poteſt in eo Papa diſpenſare, & *e* nullus alius.

*f* Concil. Flor. in decret. Eugen.

5. Aqua debet eſſe *f* modiciſſima, ſed in immodica cecidit, addatur vinum, ut in illud facilius convertatur, & poſſit converſa in vinum in ſanguinem Chriſti converti. Si enim in vinum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

num non fuerit prius converſa non fiet ſanguis Chriſti. Quod ſi poſt conſecrationem convertatur in vinum, erit idem ac ſi gutta vini caderet in ſanguinem Chriſti.

## SECTIO III.

### *An requiratur quantitas determinata ad materiam hujus ſacramenti.*

1. INtentio miniſtri debet eſſe circa determinatam materiam, ſecus enim nil *a* faciet.

2. Ad conſecrandam Euchariſtiæ materiam debet eam ſacerdos *b* præſentem habere, ſufficit tamen moralis præſentia. Si formæ ſint in pyxide ea intentione impoſita ſuper aram, & ſi cooperta ſit, & poſtea celebrans obliviſcatur actualem ad eas referre intentionem, conſecratæ manent; Hoſtia verò poſita ad ſcabulas, vel extra aram, non poteſt *c* conſecrari. Si manibus habens duplicem hoſtiam unam eſſe exiſtimat, utramque conſecrabit; quia intentio ejus eſt materiam omnem illam, quam in manibus habet, conſecrare.

3. Sacerdos cæcus poteſt conſecrare; ſed ei non licet *d* niſi à Papa diſpenſationem habeat.

4. Materia hujus ſacramenti ratione quantitatis *e* non eſt determinata. Si tamen ita magna eſſet, uti non poſſet eſſe præſens, non poſſet conſecrari; Vel è contra ſi ita parva eſſet, ut ſenſibus percipi non poſſet, non poſſet *f* conſecrari.

5. In quavis particula quantumvis minima, in qua conſervatur panis ſubſtantia *g* conſervatur etiam corpus Chriſti, cùm hoſtia conſecrata frangitur.

6. De jure divino *h* eſt quod ſacerdos conſecret ſimul panem, & vinum, & nunquam ei licet ex intentione unam ſpeciem ſine altera conſecrare.

7. Si tamen contingat quòd conſecrata una, alia pereat, nec facile poſſit invenire, vel immineat periculum vitæ, vel ex terræ motu, vel ex hoſtium incurſu, vel ex ſimili caſu, excuſabitur *i* à peccato unam tantùm ſpeciem conſecrans.

8. An poſſit Papa diſpenſare, ut conſecretur ſolùm panis ſine vino in terra, ubi vinum non invenitur, alii aiunt,

*a* Comm. DD. *b* Comm. DD. *c* Suar. to. 3. diſp. 45. ſec. 5. *d* Comm. DD. *e* Suar. ubi ſuprà ſec. 8. *f* Comm. DD. *g* Trid. ſeſ. 13. cap. 3. *h* Suar. ubi ſup. diſp. 43. ſec. 1. *i* Comm. DD.



aiunt, alii *l* negant; utrumque eſt probabile, & de facto diſpenſaſſe Innocentium III. cum Saxonio refert Volaterranus.

*l* Suar. to. 3. diſp. 43. ſec. 4.

## SECTIO IV.

### *De forma Sacramenti Euchariſtiæ.*

1. VErba ſunt *a* forma conſecrationis, non verò ſacramenti in eſſe permanentis.

2. Forma conſecrationis corporis eſt: *Hoc eſt b corpus meum*. Reliqua verba, *Qui pridie quam pateretur*, & cætera, non ſunt de eſſentia. Illa autem omittens, graviter peccaret. Idem dic de adverbio *enim*, quod dicitur per Apoſtolicam *c* traditionem.

3. Verba debent ſumi recitativè, & ſignificativè ſimul. Unde non conſecraret, *d* qui diceret: Hoc eſt corpus Chriſti: quia recitativè loquendo falſum diceret.

*a* Suar. to. 3. diſp. 42. ſec. 2. *b* Trid. ſeſ. 13. c. 1. *c* C. cum Mach. de celebr. Miſſ. *d* Suar. to. 3. diſp. 58. ſec. 4.

## SECTIO V.

### *De forma conſecrationis calicis, quæ ſit.*

1. SUnt qui aſſerant omnia verba, quibus Eccleſia utitur in conſecratione calicis uſque ad illa, *in remiſſionem peccatorum*, eſſe de eſſentia. Hæc ſententia fuit antiquiorum, nunc communiter non *a* recipitur à modernis.

2. Probabilius videtur *b* formam eſſe hæc ſola verba: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, vel *hic eſt ſanguis meus*, vel æquipollentia. Reliqua autem, quibus utitur Eccleſia omittere, grave peccatum eſſet.

3. Qui habet intentionem conſecrandi cum omnibus, *c* conſecrat, qui autem cum ſolis primis perversè ageret.

4. Pronomina *hic*, & *hoc* non ſignificant *d* ſubſtantiam panis, nec vini, ſed contentum ſub ſpeciebus his.

*a* Suar. to. 3. diſp. 6. ſec. 1. *b* Idem ubi ſup. *c* Comm. DD. *d* Suar. to. 3. diſp. 58. ſec. 5.

Subſtantiæ panis, & vini in hoc Sacramento non anihilantur, quia convertuntur in corpus, & ſanguinem Chriſti. Converſio hæc fit in inſtanti, ſtatim ac propoſitio incipit eſſe vera.

## SECTIO *VI.*

### *De modo quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento.*

a Comm. DD.

1. ALia ſunt in hoc Sacramento ex vi verborum, alia per *a* concomitantiam. Ex vi verborum eſt ſolùm illud, quod neceſſarium eſt ad verborum verificationem; & quod conjunctum realiter ei dicitur eſſe per concomitantiam.

2. In rebus, quæ adæquate unita ſunt, ubi una eſt, debet *b* eſſe & alia.

b Comm. DD.

c Trid. ſeſſ. 13, c. 3.

3. Sub ſpeciebus Sacramentalibus continetur totus Chriſtus, ex vi autem *c* verborum ſub panis ſpeciebus ſolum eſt corpus Chriſti, reliqua ei adjuncta per concomitantiam. Similiter ſub ſpeciebus vini ex vi verborum tantùm eſt ſanguis Chriſti.

4. Quantitas Chriſti *d* eſt in hoc Sacramento cum modis quantitatis, & accidentibus abſolutis, quæ in ea ſubjiciuntur.

d Suar. to. 3. diſp. 51, ſec. 2.

5. Præſentia localis, quam habet Chriſtus in cœlo, & quod ab ea pendet, non *e* eſt in hoc Sacramento.

e Comm. DD.

6. Corpus Chriſti non poteſt hic moveri *f* niſi ſolùm per accidens ad motum ſpecierum Sacramentalium.

f D. Tho. 3. p. q. 76, art. 6.

7. Corpus Chriſti non poteſt *g* hic agere, nec pati, nec intelligere niſi per concomitantiam mediatam; quia non habet extenſionem neceſſariam ad has operationes.

g Comm. DD.

8. Nec poteſt *h* videri oculis corporeis, niſi de potentia abſoluta; nec ſeipſum videt.

h Comm. DD.





## SECTIO *VII.*

### *An Pater, & Spiritus ſanctus ſint in Sacramento Euchariſtiæ?*

1. PAter *a* eſt in Filio, & Filius in Spiritu ſancto per circuminſeſſionem. a Mag. in 1. diſt. 19.

2. Non ſolùm per immenſitatem eſſentiæ, ſed per identitatem naturæ implicat, *b* quod una perſona ſit ſine aliis. b Comm. DD.

3. Pater, & Spiritus ſanctus ſunt in hoc Sacramento per concomitantiam mediatam.

## SECTIO *VIII.*

### *An Corpus Chriſti ſit in Sacramento Euchariſtiæ cùm apparet in eo puer, vel aliud ſimile.*

1. DUm permanent ſpecies Sacramentales *a* veluti ſi panis ſubſtantia eſſet, & quando mutatio eſt tantùm in concomitantium oculis, & in ſolo colore, permanet ibi corpus Chriſti. a Suar. to. 3. diſp. 1. ſec. 6.

2. Quando verò apparet in forma *b* pueri, vel carnis, & ab omnibus ſic videtur, nec ſpecies viſu vel tactu, nec alio ſenſu percipiuntur; *c* probabilius videtur non eſſe ibi Corpus Chriſti. Id tamen quod ſic apparet non eſt conſumendum à celebrante, ſeu reſervandum, nec opus eſt ut alia conſecretur hoſtia ad communicandum. b Trid. ſeſſ. 13. c. 3. c Suar. to. 3. diſp. 55. ſec. 4. d Idem to. 3. diſp. 55, ſec. 4.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO IX.

## *An liquor aliquis poſſit miſceri cum ſpeciebus vini in Sacramento Euchariſtiæ.*

1. MIxtio eſt *a* miſcibilium alteratorum unio.

2. Cùm res ejuſdem ſpeciei uniuntur inter ſe *b*, non miſcentur.

3. Cùm adjungitur ſpeciebus liquor aliquis, qui eas corrumpit, deſinit *c* ibi eſſe Chriſtus; idem eſt cum ſit perfecta mixtio.

4. Si in ſpeciebus vini conſecratis multum aliud vinum infundatur, manet *d* corpus Chriſti, & vinum circumfuſum cum ſpeciebus.

5. Si in ſpecies conſecratas infundatur gutta aquæ *e*, convertetur in vinum, & erit quaſi, ſi gutta vini infunderetur.

*a* Ariſtot. 1. de generat. tex. 48. *b* Comm. Philoſop. *c* Comm. DD. *d* Joann. III. in c. cum Marthæ de celebr. Miſſ. parag. quæſitum. *e* Comm. DD. *Licet nonnulli philoſophi ſentiant contrarium.*

# SECTIO X.

## *De effectibus hujus Sacramenti: & quæ diſpoſitio requiratur ad illos?*

1. EFfectus proprius hujus Sacramenti *a* eſt perfectio unitatis, quam habent, qui ſunt in gratia cum capite ſuo Chriſto, & confortatio in vita ſpirituali.

2. Sacerdos, qui dignè celebrat multis annis magnum inſenſibiliter gratiæ theſaurum *b* acquirit.

3. Hoc ſacramentum dat *c* gratiam cum recipitur, licet poſtea ex opere operantis augeat illam.

4. Juvat multum ad perſeverandum in gratia, & per illud datur *d* remiſſio peccatorum venialium, & pœna etiam ſecundum diſpoſitionem recipientis remittitur.

5. An ad effectum hujus ſacramenti attritio ſupernaturalis ſufficiat habita pro contritione, vel opus ſit eſſe in gratia ad recipiendam gratiam alii ajunt, alii negant. Affirmativa *e* videtur magis pia & probabilior.

*a* Concil. Lateran. ſeſſ. in c. firmiter de ſum. Trin. & fid. Cath. *b* Trid. ſeſſ. 13. c. 2. *c* Suar. to. 3. diſp. 63. ſec. 1. *d* D. Tho. 3. p. q. 79. art. 4.



6. Qui habet conſcientiam peccati mortalis, *f* tenetur antequam accedat confiteri. Peccatum verò veniale non impedit effectum, nec eſt neceſſaria actualis diſpoſitio, eſt tamen valde conveniens ad majus gratiæ augmentum.

7. Qui in eadem Miſſa ſucceſſivè recipit plures hoſtias, non *g* recipit majorem gratiam ex opere operato, quàm ſi unam tantum reciperet. Nec qui recipit *h* ſimul hoſtiam & calicem, quam qui ſolam hoſtiam.

8. Si ſacerdos obicem, quem poſuit in hoſtiæ ſumptione, abſtulit ante ſumptionem calicis per contritionem, *i* recipiet gratiam in ea.

9. An ſortiatur ſuum effectum ablata fictione alii ajunt, alii negant; *l* utraque ſententia probabilis, affirmativa divinæ pietati conformior.

10. Non cauſat qualitatem ſpiritualem in recipiente, minuit *m* autem fomitem & concupiſcentiam augendo charitatem.

11. Inter corpus Chriſti, & recipientem eſt quædam *n* realis unio, propter quam ſpecialem curam illius habet.

*e* D. Aug. & D. Thom. *f* Trid. ſeſſ. 13. c. 7. *g* Comm. DD. *h* Suar. ubi ſuprà ſec. 6. & favet Trid. ſeſſ. 21. c. 3. *i* Comm. DD. *l* Vide D. Thom. in 4. q. 1. ad 1. *m* Pius V. in Catech. *n* Vide P. Suar. to. 3. diſp. 4. ſect. 3.

# SECTIO XI.

## *An ſit hoc ſacramentum medium neceſſarium ad beatitudinem conſequendam, & de uſu illius.*

1. NEc in *a* re, neque in voto *b* receptum neceſſarium ad ſalutem.

2. Eſſe autem neceſſarium ſaltem in voto *c* defendunt aliqui DD. Sed minus probabiliter. Eſt autem neceſſarium neceſſitate præcepti.

3. Quatuor modis *d* poteſt recipi vel tantùm realiter, ut à bruto; vel tantum ſacramentaliter, ut à peccatore; vel tantum ſpiritualiter, ut ſolo deſiderio; vel ſacramentaliter, & ſpiritualiter ſimul, ut à juſtis cum gratiæ effectu.

4. Peccat *e* mortaliter, qui illud recipit in ſtatu peccati mortalis,

*a* Trid. ſeſſ. 21. c. 4. *b* D. Tho. 3. p. q. 65. art. 4. *c* Vide P. Suar. to. 3. diſp. 4. per tot. *d* Comm. DD. *e* Trid. ſeſſ. 13. c. 7.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mortalis,& erit majus quo peccatum, cum quo accedit, fuerit majus.

*f* Comm. DD.

5. Qui accedit cum peccato veniali ſine dolore, *f* peccat venialiter propter irreverentiam.

*g* Trid. ubi ſup.

6. Qui habet conſcientiam peccati mortalis, tenet *g* prius confiteri ad recipiendum, non vero ad tangendum, vel in proceſſione ferendum.

*h* Comm. DD.

7. Excuſat *h* ab hoc confeſſionis præcepto urgens neceſſitas ſine copia confeſſoris.

*i* Comm. DD.

8. Unde in mortis articulo cum actu contritionis poterit ab infirmo recipi.

9. Qui timet confeſſorem revelaturum eſſe peccatum, vel aliud grave malum temporale, poteſt omittere confeſſionem, & communicare. Si autem habeat alia peccata, de quibus prædicta mala non timet, tenetur *l* confiteri ea, tacendo illud, in quo eſt periculum.

*l* Suar. to. 3, diſp. 66, ſec. 4.

10. Qui habet peccatum mortale, & non poteſt confiteri *m*, tenetur conteri.

*m* Comm. DD.

11 Qui ſine prævia confeſſione communicavit ob juſtam cauſam, non tenetur ſecundum alios *n* ſtatim confiteri.

*n* Comm. DD.

12. Sacerdos ſacrificans ex neceſſitate cum peccato mortali, tenetur ex præcepto non conſilio confiteri quamprimum: nec particula *quamprimum* intelligitur, cùm ſacerdos ſuo tempore confitebitur; ſed ſtatim *o*.

*o* In decret. Alexand. VII. Anno 1666, 18. Mart. Suar. ubi ſup. ſect. 7.

13. Qui paulo ante peccavit ſi confeſſus ſit, poteſt communicare. Decentius tamen erit, niſi ſit ſpecialis neceſſitas, quod ſaltem per unum diem abſtineat, præcipuè ſi peccatum fuerit contra caſtitatem. Uxorati enim debent etiam, ſaltem per 24. horas abſtinere ab uſu matrimonij, & ſecus facientes venialiter peccabunt.

# SECTIO XII.

## *An Sacerdos teneatur negare Euchariſtiæ ſacramentum ei, quem ſcit eſſe in peccato mortali.*

*a* Comm. DD.

1. Publico peccatori *a* negandum eſt niſi prius faciat publicam pœnitentiam, vel in articulo mortis ſigna dederit contritionis.

2. Sacer-



2. Sacerdos publicus peccator qui ſe ipſum communicat, committit *b* unum peccatum cum duabus malitiis.

*b* Comm. DD.

3 Ut dicatur quis publicus peccator debet *c* eſſe evidentia juris, vel facti. Juris eſt cùm per ſententiam judicis, vel ſuam confeſſionem peccatum conſtat. Facti eſt quando multi ex his, qui eum communicare vident, certo ſciunt eſſe in peccato mortali.

*c* Comm. DD.

4. Si non eſt publicus peccator, & petit Sacramentum in publico non eſt ei *d* negandum, ſecus ſi petat in ſecreto.

*d* Comm. DD.

5. Cùm non eſt peccati certitudo, ſed tantum ſuſpicio niſi ſit violentia, non debet negari *f*.

*e* Suar. ubi ſup. ſec. 2.

6. Non tenetur Sacerdos Sacramentum negare cum gravi proprio damno *g*

*f* arg. c. ſi ſacerdos de off. ordin.

*g* Comm. DD.

7. Non licet dare hoſtiam non conſecratam pro conſecrata, niſi ob vitandum grave ſcandalum cum peccatoris conſenſu, & ſine idololatriæ periculo. *h*

*h* D. Bonavent. q. ult. art. 2.

# SECTIO XIII.

## *AN QVI ACCEDIT AD EVCHARIſtiam debeat eſſe jejunus?*

*a* Comm. DD. Vide Villaloh.

1. Jejunium aliud eſt *a* Eccleſiaſticū, quod præcipit Eccleſia; & hoc non frangitur parū comedendo nec multum bibendo, ut ſuo loco dicemos. Aliud eſt naturale, quod frangitur parum comedendo, vel bibendo.

*b* Comm. DD.

2. Non ſolvit naturale *b* jejunium, quod recipitur per modum ſalivæ, quia cum ea eſt mixtum. Nec quod recipitur per modum reſpirationis, nec os abluere, cibum probare, vel parum vini, dummodo nil transglutiatur.

3. Qui terram, ceram, papyrum, vel aliud non comeſtibile comedit, licet poſtea evomat, *c* ſunt qui dicant non poſſe communicare, ſed minus probabiliter. Contrarium docent viri docti apud Dianam.

*c* Vide Dian. in ſum. verb. Euchar.

4. Sacerdos, qui facit duo ſacra non debet *d* ſumere ablutionem in primo, quòd ſi faciat *e* in diverſis locis, & calix portandus ſit, ſunt qui dicant purificatorio poſſe calicem purificari, poſtquam ore & digitis ſæpè purificatus eſt, & ſic ſecurè portari; alii viri docti dicunt melius eſſe aquam infundere, ut dum Miſſa finitur, ſi quid ſpeciej vini relictum fuit conſumatur; alii tandem tutius eſſe ore, & digitis ita calicem purifi-

*d* c. ex parte de celeb. Miſſ.

*e* Conſulti viri docti, ex noſtra ſocietate hoc reſpõderunt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ratificare, ut dum Miſſa finitur, omnino ſicca remaneat ſpecies vini conſumpta.

*f Comm. DD.*

5 Non dormiſſe, nec cibum concoxiſſe non impedit *f* communionem.

6. Poſt communionem ſtatim edere licet, melius autem erit abſtinere.

*g Comm. DD.*

7. In aliquibus caſibus licet poſt cibum *g* Euchariſtiam recipere præcipuè ut viaticum.

*h Suar. to. 3, diſp. 68. ſec. 5,*

8. Qui ut viaticum accipit ſemel, & iterum incidit in periculum, poteſt in eadem infirmitate iterum illud recipere. *h* Idem dic tranſactis octo vel novem diebus à prima receptione, & poteſt non jejunus. Jejunus autem toties quoties pro devotione voluerit.

*i Idem ubi ſuprà.*

9. Non licet *i* ſacerdoti non jejuno celebrare propter neceſſitatem infirmi.

*l Idem ubi ſuprà.*

10. Damnatus ad mortem ſi judex nolit ſententiæ executionem differre, poteſt *l* non jejunus communicare.

*m Comm. DD.*

11. Ad perficiendum ſacrificium, licet *m* non jejuno communicare. Idem dic ſi poſt conſecrationem recordatus eſt non eſſe jejunum.

*n Suar. to. 3, diſp. 68. ſec. 6,*

12. Cùm ſacerdos poſt ablutionem invenit particulas, poteſt *n* eas ſumere, & ſi particula hoſtiæ adhæreat fundo calicis, poteſt parum vini infundere, & ſumere, vel digito trahere ad os calicis, & ſic ſumere, ut docet Miſſale Romanum. Et ſi inveniat poſt Miſſam in ipſa ſacriſtia aliquam particulam, poteſt *o* ſumere, ſi alius jejunus ſacrificaturus non adſit.

*o Vide eundem 3, p. q. 80, art. 8, diſp. 68,*

13. Idem dic etiam ſi particulæ eſſent notabiles; *p* ſi autem eſſet forma integra, & eſt cuſtodia decens, deberet reponi in ea.

*p Suar. ubi ſuprà,*

---

# SECTIO XIV.

## *AN VSV RATIONIS CARENTES poſſint hoc Sacramentum recipere?*

*a Trid. ſeſ. 21, c. 4, & can. 4,*

1. QUi non ſunt omnino amentes poſſunt recipere His tamen qui numquam uſum rationis habuerunt non *a* debet dari.

*b Comm. DD.*

2. His, qui uſum rationis amiſerunt, antè tamen affectum ad Sacramentum oſtendebant, non *b* eſt denegandum in mortis



tis articulo, & in vita aliquando, niſi timeatur indecentia.

*c Comm. DD.*

3. Si conſtat quòd in peccato erat mortali cùm incidit in amentiam, non eſt ei *c* concedendum.

---

# SECTIO XV.

## *AN LICEAT QVOTIDIE communicare.*

*a D. Tho. 3, p. q. 80, art. 10.*

1. EX parte hujus Sacramenti utiliſſimum *a* eſt quotidie communicare.

*b Ex Eccleſiæ conſuetudine*

2. Sacerdotibus licet *b*, ſi vitam curent ſtatui habere conformem.

*c Ex regula Sacerdotum ex noſtra ſocietate.*

3. Sæcularibus ut plurimùm ſufficit octavo quoque die. Ad quotidianam verò communionem nemo admittatur *c*, niſi inſigni ſanctitate ſe dignum reddat.

*d Ex reg. Sacerd.*

4. Confeſſoribus Societatis non licet *d* hanc facultatem excedere niſi conſulto ſuperiore.

*e Vide Dian. p. 4. tr. 4, reſ. 197,*

5. Non licet *e* niſi ſemel in die communicare. An verò qui poſt communionem graviter ægrotavit poſſit eodem die iterum pro viatico communicare, dubium eſt inter DD. Affirmativa ſententia eſt benignior, negativa probabilior.

---

# SECTIO XVI.

## *AN SIT PRAECEPTVM RECIpiendi hoc Sacramentum.*

*a Suar. 3. p. diſp. 69 ſec. 1,*

*b c. ſuper eo de hæred. in 6,*

*c Comm. DD.*

*d c. omnis utriuſque ſexus de Pœnit. & remiſſ. Trid. ſeſſ. 13, can. 8,*

1. OMnes fideles tenentur *a* præcepto divino recipere hoc Sacramentum, & obligat in articulo, & periculo mortis.

2. Non eſt *b* denegandum damnatis ad mortem.

3. Tenentur *c* etiam extra periculum mortis ex divino præcepto illud recipere, & hanc receptionem non multùm differre.

4. Ex præcepto Eccleſiaſtico *d* tenentur omnes fideles cùm ad ſtatum diſcretionis pervenerint, ſemel in anno in Paſchate, illud recipere. Tempus hoc Paſchale comprehendit dies à Dominica Palmarum uſque ad Dominicam Quaſimodo.

5. Major

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Major diſcretio requiritur ad communicandum quam ad confitendum.

6. Qui non potuit communicare in Paſchate, vel noluit cùm poſſit, an teneatur quamprimum poſſit communicare, alii ajunt, e alii negãt. Affirmativa noſtra videtur probabilior.

7. Idem dubium eſt de eo, f qui in peccato communicat, an adimpleat præceptum. Probabile videtur quod illud adimpleat, licet peccet: ſed contrarium videtur colligi ex decretis Alexandri VII g.

e Suar. to. 3, diſp. 70, ſec. 2. f Idem to. 3, diſp. 80, ſec. 3. g An. 1665 24. Sept.

# SECTIO XVII.

## *AN SIT PRAECEPTVM COMMVnicandi ſub utraque ſpecie.*

1. SAcerdos celebrans tenetur a ſub utraque ſpecie communicare.

2. Non eſt probibitum laicis ex præcepto divino, juſtè autem ex Eccleſiaſtico b, ſub utraque ſpecie communicare.

3. An Chriſtus receperit hoc Sacramentum in nocte cœnæ ex ſacra pagina non conſtat, videtur autem rationi cõſonum.

a Comm. DD. b Trid. ubi ſupr. c. 2. & can. 2. c D. Hieron. epiſt. 110, ad Evedit. refertur in c. Nec Moyſes de conſecr.

# SECTIO XVIII.

## *DE MINISTRO HVIVS SACRAMENTI.*

1. SOlis a Sacerdotibus conceſſa eſt conſecratio hujus Sacramenti, & quicumque ſit ſacerdos ſi faciat requiſita ad conſecrationem, conficit Sacramentum.

2. Si duo b Sacerdotes ſimul proferrent verba conſecrationis ſuper eandem materiam conſecrata maneret.

3. Sacerdotes qui cùm primùm initiantur ſimul cum Epiſcopo celebrant, c ni illum verbis præveniant; habeant tamen intentionem faciendi id, quod intendit Eccleſia.

a Trid. ſeſ. 22, c. 1. b Comm. DD. c Comm. DD.

SECTIO



# SECTIO XIX.

## *AN ADMINISTRATIO HVIVS SACRAMENTI pertineat ad ſolos Sacerdotes.*

1. DE poteſtate ordinaria ad eos ſolos ſpectat; a ad Diaconum verò ſanguinis diſpenſatio, ut olim in uſu erat.

2. In caſu urgentis neceſſitatis b poteſt Diaconus ex licentia Epiſcopi, vel Parochi hoc Sacramentum adminiſtrare. Idemque poteſt ſine facultate, quando non eſt, à quo illam petat vel ei malitioſè negatur.

3. Facultas hæc extendi non debet c ad ſubdiaconum, & multo minus ad laicum etiam in urgente neceſſitate.

4 Levare autem Sacramentum e terra, vel manu tangere, & non jejunum recipere, ne in manus hoſtium veniat laicis etiam d conceditur.

a Suar. to. 3, diſp. 175, ſec. 1. b Idem to. 3, diſp. 72, ſec. 1. c Comm. DD. d Comm. DD.

# SECTIO XX.

## *AN ALIIS SACERDOTIBVS PRAETER Parocho liceat hoc Sacramentum adminiſtrare.*

1. NOn licet a abſque licentia proprii Parochi, & ex ſua natura erit peccatum mortale.

2. Religioſis in ſpeciali prohibitum b eſt ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda; illam autem non incurrunt, qui ex ignorantia, vel ſpe ratihabitionis illud adminiſtrant.

3. Nunc religioſi habent privilegium adminiſtrandi hoc Sacramentum omnibus Chriſti fidelibus excepto primo die Paſchatis. In Eccleſiis autem clericorum de illorum licentia.

4. His autem, qui in ſua Parochia jam præceptum adimpleverunt, peregrinis, iter agentibus, & mercenariis qui ibi Parochiam non habent, d poſſunt etiam in primo die Paſchatis adminiſtrare.

a c. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. b In Clem. relig. de privil. c Ex 169. comm. privileg.

5. An

5. An poſſint his adminiſtrare, qui in domibus ſuis ſerviunt pro mercede, *e* vide verb. *Epiſcop. ſupra*.

6. In articulo autem mortis pro viatico non poſſunt *f* illud adminiſtrare niſi abſente Parocho de illius præſumpta licentia, & voluntate, & debent ſi commode poſſunt.

*e* ſupra verb. Epiſcop. *f* Henriq. lo. 2, l. 8, de Euch. c. 55.

---

# SECTIO XXI.

## *AN LICEAT SACERDOTI SEIPſum extra Miſſam communicare?*

1. RESpondetur quod ſic, *a* & idem dicendum eſt de Diacono in caſu quo poteſt aliis adminiſtrare.

2. Si Sacerdos ægrotat, & illi afferat Euchariſtiam Diaconus ob Sacerdotis defectum, debet *b* Sacerdos illam ſuis manibus ſumere.

3. Tenetur *c* Sacerdos ter ſaltem vel quater in anno celebrare, & ſæpius ſi timeatur ſcandalum.

*a* Comm. DD. *b* Concil. Nizen. c. 14. *c* Navar. c. 25, n. 88.

---

# SECTIO XXII.

## *VARIAE RESOLVTIONES de Euchariſtia.*

1. QUi in Paſchate præceptum communionis adimplevit, ſi poſt in articulo mortis non ex contemptu, ſed ex negligentia non communicat, non peccat *a* mortaliter.

2. Morte puniendis poſſe *b* ex cauſa negari Euchariſtiam, & judices excuſari conſuetudine affirmant aliqui probabiliter. Nec non poſſe dari non jejunis, & una *c* hora ante mortem. Sed conſultius eſt & dari jejunis, & ſaltem uno die ante ſupplicium.

3. Euchariſtia non eſt deferenda *d* ægroto, qui non poteſt eam ſumere.

4. In Hiſpania mos eſt, *e* ut communicans quolibet Quadrageſimæ die præcepto ſatisfaciat *f*; ſed in hoc attendenda eſt Epiſcopatus, vel loci conſuetudo.

*a* Sa hoc verb. *b* Covar. lib. 1, var. c. 1. nu. 1. *c* Tolet. l. 2, c. 18. *d* Ex cong. Concil. *e* P. Azor. lib. 7, c. 4.

4. Satiſ-



5. Satisfacit *f* Sacerdos in Paſcha celebrãs quolibet in loco.

6. Excuſantur pueri etiam duodecimum *g* habentes annum ſi à parentibus communicare prohibeantur, & parentes excuſantur conſuetudine vel bona fide.

7. Pueri ut plurimum decimum habentes annum poſſunt *h* ad communionem admitti. Hoc autem prudentis confeſſarii arbitrio relinquendum, ut videat an ratione polleant.

8. Excommunicans an poſſit ob vitandum ſcandalum communicare dubium eſt inter DD. Affirmativa *i* ſententia videtur probabilior.

9. Poteſt *l* Sacerdos communicare volenti dare partem hoſtiæ ſuæ, ſi alia non ſit.

10. Injuſtè excommunicato poteſt *m* dari communio ſi abſit ſcandalum

11. Dummodo quis ſit jejunus poteſt *n* qualibet hora communicare.

12. Qui ſe putat bona fide diſpoſitum, nec conſcientiam habet peccati mortalis etiam ſi verè ſit in eo, hoc Sacramentum recipiens fit de attrito contritus & gratiam *o* recipit.

13. In articulo mortis ſi non adſit Sacerdos *p* poteſt laicus ſeipſum communicare.

14. Trajectum aliquod contra voluntatem ut parum aquæ, dum os abluitur non impedit *q* communionem ſi tranſglutiatur per modum ſalivæ.

15. Qui bona fide communicavit aliquot dies ante Dominicam in Palmis præcepto *r* ſatisfecit.

16. Qui futurum eſſe ſcit ut non poſſit in Paſcha communicare, non tenetur *ſ* prævenire communionem ex vi præcepti Eccleſiaſtici. In articulo autem mortis tenetur ex vi præcepti divini.

17. Indis, & Æthyopibus, quibus in vita propter vitia, & incapacitatem negatur Euchariſtia, non eſt deneganda in articulo mortis; *t* dummodo cum ſignis doloris confeſſi fuerint peccata, affectum oſtendant recipiendi Euchariſtiam, & Chriſtum in ea revereantur.

18. Si in domo infirmi non potuerit decenter miniſtrari hoc Sacramentum, portetur ſi commodè poteſt ad Eccleſiam ſi autem ſit hoc infirmo incommodum, domus infirmi mundetur & ornetur pro ut locus tulerit, qui enim præſepe beſtiarum non abhorruit pro noſtra ſalute, non abhorrebit Indi tugurium. *u*

19. Nemo Indorum, aut Æthyopum ad communionem *x* accipiatur, niſi proprii Parochi aut cõfeſſoris licentiã ſcripto ſibi datam oſtenderit.

*f* Comm. DD. *g* Sa hoc verb. n. 12. *h* Suarez diſp. 70. ſec. 1. *i* Azor lib. 10, c. 31, q. 6. *l* Comm. DD. *m* Comm. DD. *n* Comm. DD. *o* Ex D. Aug. ubi ſupra. *p* P. Suar. diſp. 71, ſec. 1. *q* Sa hoc verb. *r* P. Did. Alvarez in manuſcript. *ſ* Idem ib. *t* Vide concil. Limenſe act. 2, c. 17. *u* Ibidem. *x* Ibidem c. 20.

20. Dam-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

20. Damnati ad mortem pridie ante ſupplicium commu-
nione y muniantur.

21. Parochi z tenentur docere diligenter Parochianos, ea
quæ neceſſaria ſunt ad receptionem hujus Sacramenti; ſecus
facientes tenentur reſtituere pro rata, & quod deterius eſt,
peccant mortaliter.

y Ibidem.
z D. Didac. Aluar. in manuſcrip.

22. Indi, & Æthyopes, qui panem hunc ſpiritualem diſcer-
nere ſciunt, communi præcepto communionis tenentur, a
ſed ratione privilegii poſſunt illam uſque ad Corporis Chri-
ſti feſtivitatem differre. Alii autem rudes, qui vix diſcernunt
inter panem & panem, non tenentur hoc præcepto.

a Comm. DD.

23. Monachi S. Benedicti ſingulis menſibus communicare
tenentur b jure communi. Reliqui religioſi videant ſui ordi-
nis conſtitutiones.

b Clem. n. in agro Domini.

24. Sacerdos qui non celebrat, ſi communicat ſine ſtola ex
negligentia peccat c venialiter; ſi autem quia non habet, nul-
lum erit peccatum.

c P. Didac. Aluar. in manuſcr.

25. Euchariſtia cum miniſtratur in loco, ubi formæ, quæ ſu-
perſunt, non poſſunt reſervari, miniſtrari d debet poſt ſum-
ptionem ſanguinis, antequam ſumatur lavatorium; ut, ſi ſu-
perfuerint, poſſint à jejuno Sacerdote conſumi. Si autem ob-
litus ſumpſerit ablutionem poterit duas, vel tres formas ſin-
gulis ex communicantibus ſimul dare.

d Ex praxi DD.

26. Cum licentia Parochi, vel illius ratihabitione in noſtris
prædiis poteſt e miniſtrari Euchariſtia Indis infirmis; qui ſi
commodè non poſſunt portari in Eccleſiam, & ibi non ſint
ornamenta neceſſaria ad decentiam, ſufficiat, quod Sacerdos
finitâ miſſâ, vel ipſis ſolis Sacerdotalibus indumentis, vel ſo-
lo ſuperpellicco, & ſtola uno vel altero cum candela comi-
tantibus formam conſecratam in calice portare, ne tanto bo-
no privetur moribundus.

e Ex ead. praxi.

27. An familiaribus, qui in noſtris domibus degunt, & In-
dis, & Æthyopibus qui nobis ſerviunt, poſſimus f in die Pa-
ſchatis Euchariſtiam adminiſtrare, vide verb. *Epiſcopus*.

f Vide verb. Epiſcop.

28. Qui non confitetur ſingulis annis, vel in Paſchate non
communicat, non incurrit g ipſo facto excommunicationem;
ſed jubetur excommunicari. Vide c. *omnis utriuſque ſexûs de
pænit. & remiſſ.*

g c. omnis utriuſque ſexus.

29. Rarò jam continget negari debere Euchariſtiam pub-
lico peccatori, quia cum accedit ad Euchariſtiam præſumen-
dum eſt præmiſiſſe confeſſionem Sacramentalem, quæ ſi pu-
blicè ſit publica pœnitentia eſt.

30. Miniſtrans hoſtiam non conſecratam loco cõſecratæ ad
vitan-



vitandum ſacrilegium ſuſcipientis, immane ſacrilegium com-
mittit, i quia exponit creaturam adorandam pro creatore.

31. Confeſſarius poteſt l fingere ſe immittere hoſtiam con-
ſecratam in os communicantis, ut ſi maritus obſervet uxo-
rem an communicet; & in ſimilibus; quia ex cauſa uti poſſu-
mus ſimulatis actionibus.

i Ioan. Sanct. diſp. 37. nu. 3.
l Idem ib.

32. Non tenetur m Sacerdos conſumere omnes formas a-
lios abſque communione relinquendo ob vitandum ſacrile-
gium volentis in peccato communicare. Poterit tamen ſi alii
non ſint communicaturi, immò & debet fingere ſe occupa-
tum, vel hoſtiam conſecratam deficere, ſi id facere poterit ſi-
ne infamia petentis.

m Idem diſp. 37. num. 1.

33. Inſano, vel phrænesi correpto, qui ante inſaniam deſi-
derium ſignificavit accipiendi Euchariſtiam n poteſt mini-
ſtrari, ſi non timeatur irreverentia, vel dilaceratio; ad quod
experiendum poteſt ei dari hoſtia non conſecrata ante com-
munionem.

n Idem diſp. 38. num. 33.

34. Ut miniſtretur Euchariſtia vulneratis in rixa, non eſt
opus ut deportetur in aliquam domum, ſed in calle poterit
o miniſtrari ſine ſolemnitatibus illis, quæ in manuali deſi-
gnantur.

o Idem diſp. 36. nu. 11. & 14.

35. Parum papyri vel alterius rei non comeſtibilis tranſ-
glutiens poteſt p, ut ſupra etiam diximus, communicare.

p Idem diſp. 42. num. 18.

36. Comedens poſt horam 12. deſignatam ab uno horolo-
gio, ſi poſt comeſtionem aliud ſonet, non ſolvit q jejunium
ſequentis diei, & poteſt communicare; non enim eſt major
ratio cur uni, quam alii magis credatur.

q Idem diſp. 42. num. 21.

37. Sanctimonialis, quæ ſingulis menſibus non confitetur, &
Euchariſtiam non recipit, r peccat mortaliter.

r Trid. ſeſ. 25. c. 10. Clem. ne in agro dñ ſtatu monach.

38. Si aliquid Euchariſtiæ cadat in linteum vel veſtem, ſuf-
ficit illud lavari, ſi cadat in tapetem, & non poſſit inveniri, u-
ſui profano non ſ prohibetur ſervire.

ſ Vide Navar. c. 21. num. 59.

39. Conſuetudo ut ante Euchariſtiam lumen ardeat vim
præcepti habet t

t Sa hoc verb.

40. Nullum in jure eſt præceptum, niſi cum u foras defer-
tur.

u c. ſane dẽ celeb. Miſſar.

41. Non poteſt aſſervari in choro monialium; x benè tamen
ibi reponi in aliquo feſto ad earum devotionem cum licen-
tia proprii prælati.

x Sa hoc verb.

42. Infirmus jejunus ſæpè poteſt y viaticum recipere, non
jejunus autem nonniſi poſtquam convaluerit, & poſtea fue-
rit in novo mortis diſcrimine. Idem dic de extrema unctio-
ne; hæc tamen etiam ſi non ſit in novo mortis periculo, tranſ-
acto menſe poteſt repeti.

y Commu. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

43. An verò non jejunus in eodem periculo poſſit ſæpè communicare alii negant, alii probabilius affirmant. Quantum verò *l* tempus debeat eſſe intermedium, prudentis arbitrio eſt judicandum. Eſt qui affirmet quotidie poſſe non jejunum communicare, ſi incommodum illi ſit expectare jejunum.

*l* Illuc. apud Dian. p.1, tr.14, reſ.71. vide eumdem.

44 Si miniſtrans Euchariſtiam infirmo in reconciliatione inveniat plures confeſſiones nullas feciſſe audiat illius aliqua peccata, & moneat ut actum contritionis eliciat, & abſolvat eum onere poſteà integrè confitẽdi. Vide Dian *p.1.tr 3, reſ.30*

## SECTIO XXIII.

### DE ALIIS SINGULARIBUS RESOLUtionibus circa Euchariſtiam.

1. EX notabili negligentia per integrum diem Euchariſtiam ſine accenſa lampade relinquere, peccatum *a* eſt mortale.

2. Si celebrante ſacerdote Miſſam lumen extinguatur, ante conſecrationem Miſſam eſſe relinquendam, *b* etiamſi moribundus ſit communicandus, aſſerunt viri docti, ne Euchariſtia ſit ſine lumine.

*a* P. Quintanadueñas tr. 4. de Euch.
*b* Facund. n.25, n.2,

4 Quod ſanctiſſimum Chriſti corpus intra chorum, vel ſepta monaſterii, & non in publica Eccleſia conſervetur, prohibet *c* ſancta Synodus, non obſtante quocumque induito, aut privilegio; ſed intelligi debet de choro monialium, non de ſacello religioſorum, in quo ſumma decentia conſervatur.

*c* Trid. ſeſſ. 25, c.10.

4. Ad miniſtrandam Euchariſtiam monialii infirmæ etiam quotidie, ſi ipſa pro ſua devotione petierit, ingredi *d* poteſt Capellanus.

*d* P. Quintanad. ubi ſuprà.

5. An requiratur ſtatus gratiæ in eo, qui Euchariſtiam populo ſolemniter manifeſtat, aut publicè in proceſſionibus defert, ſeu ob aliquam cauſam pyxidem, aut ſpecies ſacramentales extra ſacrificium immediatè tangit, alii ajunt, alii probabilius *e* negant.

*e* Vide P. vaſq apud Quintan. ubi ſuprà.

6. Non peccant *f* mortaliter Sacerdotes ſæculares, vel regulares, qui feria 5. in cœna Domini de manu proprii Parochi, vel Prælati Euchariſtiam non recipiunt. Nam Congregationis declaratio doctrinalis ſolùm eſt, non deciſiva; & nullum eſt præceptum, quod ad hoc obliget.

*f* Dian. p. 5, tr.2, reſol.96,



7. Nullum eſt præceptum, quo laici, *g* vel regulares in die Paraſceves, vel in Sabbato Sancto Euchariſtiam recipere prohibeantur. Unde licitum eſt per ſe loquendo, & Madriti in Parochia S. Martini innumeris miniſtratur.

*g* Ioan. Sanchez diſp 21, num.7.

8. Tenentur *h* Parochi infirmis Euchariſtiam deferre, quoties pro ſua devotione petierint, dummodo nimia frequentia non ſit; nec erit talis, ſi ſingulis menſibus, & in ſolemnioribus feſtivitatibus petat, ad quod ſub mortali reatu tenentur, niſi eos legitimum impedimentum excuſet.

*h* Vide P. Quintan. ubi ſuprà.

9. Parochus deferens Euchariſtiam infirmo longe diſtanti, manſueto equo vehi poteſt; quod ſi non poſſit eam deferre ſine juvamine, nec ſit ſacerdos, nec diaconus, qui eum poſſint juvare, laicus *i* juvet ac deferat juxta ſententiam Laymanni & Dianæ, aliorumque docentium poſſe laicum Euchariſtiam miniſtrare moribundo, ſi abſint ſacerdos, & diaconus.

*i* Layman: lib.5, tr.4, c.7. nu.4.

10 Qui in *l* Dominica Palmarum Euchariſtiam pro viatico recepit, annuæ communionis præceptum adimplevit, licet alii contrarium ſentiant.

*l* P. Tho. Sanch. in ſum. c.14.

11. Parocho licet *m* abſque ulla cauſa ſibi ſubdito concedere, ut Euchariſtiam recipiat in quacumque etiam regularium, vel alterius oppidi Eccleſia, atque oratorio, ita ut præceptum annuæ communionis adimpleat; quia hoc nullo jure Parocho prohibetur.

*m* P. Quintanad. ubi ſuprà tr. 14, ſing.18

12. An judex cum ſine damnõ ac periculo differre poteſt executionem ſententiæ, teneatur id facere, cùm reus ex induſtria diſtulit communionem ad diem ſupplicii; negat noſter Quintanadueñas; ſed teneri videtur probabilius ob ſacramenti decentiam, ob charitatem proximi in tanto labore & angore conſtituti, qui melius ad mortem præparari deſiderat.

13. Damnatus ad mortem, ſi commodè poteſt tenetur eſſe jejunus, ut Euchariſtiam ſumat etiam in eodem die ſupplicii. Si tamen commodè non poteſt, poterit *n* non jejunus communicare pridie ante ſupplicium, vel in ipſa die etiam ſi pridie communicaverit; ſed non pro viatico. Immò teneri ad communicandum ſi judex noluerit differre ſupplicium, & etiam ſi pro viatico pridie non jejunus communicavit; & die ſupplicii inadvertenter cibum ſumpſit, & poſtea voluit communicare, poteſt, quia eſt in mortis articulo, & utitur jure ſuo. Nec non ſi advertenter cibum ſumpſit, & poſtea pœnituit.

*n* Henriq. lib.8. reſ. 10, c.1.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

14. Cùm grave damnum timetur, poteſt *o* judex reo negare tempus ad recipiendam Euchariſtiam, & ſtatim poſt peccatorum confeſſionem ſententiam exequi.

15. Si reus ſacerdotem, qui abſconſam Euchariſtiam deferret amplexaretur, liber à ſupplicio maneret, *p* & Eccleſiæ eſſet tradendus.

*o* P. Quintanad. ubi ſupra.
*p* Idem ubi ſupra.

# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLVTIONES IV.

### *EXAMEN.*

1. EXaminare non oportet *a* eum, qui notorie eſt ſufficiens.

2. Examen ad confeſſionem prærequitur, *b* & ſine illo confeſſio eſt nulla.

3 Diligentia ad hoc examen ea debet *c* eſſe, quam viri prudentes in negotiis magni ponderis collocare ſolent, attentis tamen vita, & moribus confitentis.

4. Si confeſſor adverterit *d* pœnitentem male examinatum accedere, remittat illum, ut ſe examinet, niſi urgeat neceſſitas, vel ſit ita rudis, vel melius ſit eum interrogando juvare.

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Navar. c. 9, n. 13.
*d* Idem ibidem.

DISPVT.



# DISPVT. *XII.* SECT. *I.*

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *EXCOMMVNICATIO.*

### EXCOMMVNICATIO *QVID* SIT, ET *de effectibus excommunicationis majoris.*

1. EST *a* cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat hominem fidelem à fidelium communicatione.

2. Excommunicatio alia *b* major, quæ omnino privat à communione fidelium. Alia minor, quæ tantùm privat à participatione ſacramentorum, & ab electione paſſiva.

3. Tenemur vitare denunciatum ſpecialiter, & notorium clerici percuſſorem, cujus delictum nullâ tergiverſatione poteſt *c* excuſari.

4. Si cenſura eſt generalis, & à judice declaratur, quod talis perſona commiſit delictum, cui talis cenſura erat annexa, *d* tenemur eum vitare.

5. Excommunicatus excommunicatione majori privatur *e* ſuffragiis, & orationibus communibus Eccleſiæ, ut Miſſa, horis canonicis, & ſimilibus.

6. Suffragia hæc offerre pro eo eſt peccatum; ſed in ſecreto, & particulari etiam in Miſſa ad Deum pro eo orare non eſt *f* peccatum, ſed opus pium.

5. Qui offert ſacrificium pro excommunicato, quem vitare non tenetur, non *g* peccat.

*a* P. Suar. de cenſu. diſp. 8, ſec. 1. n. 1.
*b* Ex extravag. inſuper ad evitand.
*c* c. quæſitum, & c. tua nos de cohabit. Cler.
*d* Comm. DD.
*e* c. à nobis e. ſacris cum aliis de ſent. excomm.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.

# SECTIO *II.*

### *AN PRIVATVS SIT A receptione ſacramentorum.*

1. PEccat *a* mortaliter excommunicatus, qui Sacramenta recipit, nullam tamen pœnam incurrit.

2. Peccat, qui excommunicato Sacramentum miniſtrat. Poteſt tamen ex accidenti excuſari ob vitandum ſcandalum vel ratione alicujus neceſſitatis.

*a* Comm. DD. ex c. illorum. c. ſiquidem de ſent. excom.

P 3 3. Va-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Validè recipit ſacramentum, & ſi eſt ſufficienter diſpoſitus, & excuſatus, etiam gratiam.

4. Non c licet excommunicatum à peccatis abſolvere, & pro abſolutione cenſuræ remittere ad ſuperiorem.

c Sylveſt. verb. conf 11, q. 8.

5. Si tamen de facto abſolvatur manet abſolutus, & gratiæ recipit effectum, ſi alias eſt bene diſpoſitus. Hæc ſententia videtur d probabilior, licet contrariam teneant viri docti.

d Suar. de cenſ. diſp. 30, ſec. 5.

6. Si Sacerdos propter ignorantiam abſolvit ab excommunicatione circa quam non habebat facultatem, vel de peccato reſervato, quod tale eſſe ignorabat, pœnitens manebit abſolutus per ſe à non reſervatis, & per accidens à reſervatis. e

e Villalob. to. 1, tr. 17, dif. 5.

## Sectio III.

### *An ſit privatus ab adminiſtratione Sacramentorum, & ab oblatione ſacrificii.*

1. Peccat mortaliter, a ſi adminiſtret, vel celebret, niſi gravis neceſſitas urgeat in aliquibus caſibus, vel ignorantia, metus, aut infamia eum excuſet.

a c. ſi celebret. c. lat. de ſent. excom.

2. In extrema neceſſitate poteſt b ſacramentum pœnitentiæ etiam ab hæretico adminiſtrari.

b Comm. DD.

3. Excommunicatus aſſiſtens matrimonio contrahendo non peccat, quia ſolum ut teſtis. Alia ſacramenta adminiſtrans licet peccet, validè adminiſtrat exceptâ c pœnitentiâ.

c Suar. ubi ſup. ſec. 1, num. 12.

4. Hanc etiam validè adminiſtrat d niſi ſit publicè denunciatus, vel notorius clerici percuſſor.

d Comm. DD.

5. Qui recipit ſacramentum ab excommunicato e peccat mortaliter, nullam tamen pœnam incurrit præter minorem excommunicationem.

e c. cum non ab homine de ſent. excom.

SECT.



## Sectio IV.

### *An ſit privatus ab aſſiſtendo ad Miſſam, & ad alia divina officia.*

1. Ex ſua natura eſt peccatum a mortale prædicta aſſiſtentia.

a c. Nuper de ſent. excom.

2. Recitare tamen officium divinum cum excommunicato non b eſt peccatum mortale, & ſervus cum domino recitans etiam à veniali excuſatur.

b Suar. ubi ſupr. n. 18.

3. Non dicitur c officium divinum lectio Theologica, nec ſcriptura divina, nec ſacra concio.

c Comm. DD.

4. Excommunicatus d tenetur horas canonicas recitare, non tamen dicere debet, Dominus vobiſcum.

d Covar. c. alma. 11. num. 8.

5. Si non ſit alius, qui miniſtret in Miſſa niſi excommunicatus, e admitti poterit ad hoc ſacrum miniſterium.

e Suar. de cenſur. diſ. 12, ſec. 1, n. 8.

6. Celebrare præſente excommunicato publicè denunciato, vel notorio clerici percuſſore ex ſua natura f peccatum eſt mortale.

f c. 11, quâ de ſent. excom.

7. Cum excommunicatus vult Miſſæ adeſſe, ſi celebrans ad canonem nondum pervenit, relinquat g Miſſam, ſi admonitus nolit recedere.

g Comm. DD.

8. Qui facit coram ſe celebrare, irregularitatem incurrit.

9. Recitare orationes coram h excommunicato non eſt peccatum, & ille poteſt Eccleſiam ingredi, non autem indulgentias lucrari.

h Comm. DD.

10. Non licet Miſſæ, i & divinis officiis cum excommunicato intereſſe.

i Comm. DD.

## Sectio V.

### *An excommunicatus privatus ſit Eccleſiaſtica ſepultura.*

1. Qui è vita excommunicatus decedit, etiam ſi ſigna contritionis oſtenderit, non eſt a ſepeliendus in loco ſacro, niſi prius abſolvatur.

a c. ſacris de ſepult. Clem. 1, eod. tit.

 2. Si

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Si de facto in Eccleſia ſepeliatur *b* manet violata, clericus autem ſepeliens non incurrit irregularitatem.

3. Qui ſcienter præſumunt excommunicatos in Eccleſia ſepelire, incurrunt *c* excommunicationem, de qua infrà.

*b* Comm. DD.
*c* Vide infrà.

## SECTIO *VI.*

### *An ſit inhabilis ad recipiendum beneficium Eccleſiaſticum.*

1. Collatio, electio, nominatio, aut præſentatio facta in excommunicatum eſt ipſo jure nulla. *a*

2. Eſt etiam inhabilis *b* ad officium Vicarii Generalis, vel gubernatoris Epiſcopatûs, Prælati religionis, vel inquiſitoris, non vero ſummi Pontificatûs.

3. Idem dic de penſione perpetua, & ſunt, qui idem de temporali affirment.

4. In prædictis caſibus peccat mortaliter, qui beneficium recipit, & qui ſcienter confert, debet ſuſpendi *c* donec veniam impetret.

5. Ablata excommunicatione novâ debet *d* fieri collatio beneficii.

*a* c. paſtoralis de cler. excom.
*b* Sylveſt. verb. excom. 9, n. 5, & ex ſlicit. de elect.
*c* c. paſtoralis de cler. excom.
*d* Comm. DD.

## *SECTIO* VII.

### *An ſit privatus receptione fructuum Eccleſiaſticorum.*

1. Non ſolùm fructuum receptione, ſed etiam *a* omnibus rebus, quæ ad eam ordinantur, verbi gratia locatione, venditione, & adminiſtratione illorum.

2. Si fructus recepit etiam ſi ſit toleratus, reſtituere tenetur ante ſententiam judicis, neque his ali poteſt etiam ſi indigeat, niſi depoſuerit *b* contumaciam.

3. Si excommunicatio fuit injuſta, qui ſententiam tulit, fructus, & diſtributiones reſtituere tenetur. *c*

4. Fructus, quibus excommunicati privantur in Eccleſiæ utilitatem, in pauperibus alendis conſumendi ſunt. *d*

*a* c. paſtoralis parag. verū de appel.
*b* Suar. de cenſu diſ. 15. ſec. 2. à num. 11.
*c* c. ſacra parag. cū quæ de ſent. excom.
*d* Abb. dic. c. paſtoralis parag. verum & in c. penult. de cleri. non reſid.

SECT.



## SECTIO *VIII.*

### *An ſit privatus Eccleſiaſtica iuriſdictione.*

1. Illius uſu manet privatus, & quidquid egerit *a* eſt nullum.

2. Si Epiſcopus excommunicatur eo ipſo ceſſat *b* juriſdictio ejus Vicarii generalis etiam re incepta. Si autem delegans ſit excommunicatus re incepta non ceſſat juriſdictio delegati.

3. Quod facit excommunicatus quando adeſt communis error, eſt *c* validum.

*a* c. 1. de off. Vicar.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.

## SECTIO *IX.*

### *De collatione beneficij, electione, & præſentatione factis ab excommunicato.*

1. Si eſt excommunicatus publicè denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor facta ab eo collatio, electio, vel præſentatio eſt *a* nulla.

2. Si electores ſcienter admittunt aliquem excommunicatum, ut ſuffragium præſtet, electio eſt *b* nullâ.

3. Si ſuffragia ſint ſecreta, & exceſſus ſit tantus, ut detractis excommunicatis ſufficiens ſit numerus ſuffragiorum, electio *c* valet, alias eſt invalida.

4. Nominatio, poſtulatio, inſtitutio, & confirmatio factæ ab excommunicato *d* invalidæ ſunt, non autem poſſeſſionis datio.

5. Excommunicatus poteſt *e* reſignare beneficium ſuum, non autem in favorem *f* tertii,

6. Si præſentatio fiat à laico excommunicato probabile eſt validam *g* eſſe.

*a* c. tanta de excomm.
*b* c. ulti. de procur.
*c* Suar. de cenſ. diſp. 14. ſec. 2. num. 8.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Suar. ubi ſupra. nu. 15.
*g* Villal. ubi ſup.

SECTIO

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO X.

## *An privatus ſit politica, & communi fidelium communicatione.*

1. OS, orare, vale, communio, menſa negantur. *a*

2. Non prohibetur *b* communicare cum in fidelibus niſi ſint apoſtatæ.

3. Communicatio hæc politica cum excommunicato, niſi ſit in crimine criminoſo ſolum eſt peccatum *c* veniale. Idem dic de ipſo excommunicato.

4. Qui communicaret cum excommunicato cum animo ſemper communicandi, peccaret *d* mortaliter.

5. Si judex alicui ſub excommunicatione præciperet ne communicaret cum excommunicato, peccaret *e* mortaliter communicando.

6. Communicans cum excommunicato in crimine criminoſo, auxilium videlicet, aut conſilium præſtans ad crimen, propter quod ille excommunicationem incurrit, ipſe etiam *f* incurrit.

7. Ignorantia, Inadvertentia, metus, vel gravis neceſſitas excuſant *g* à peccato communicantem in rebus politicis.

8. Hæc, anathema quidem, ſolvunt, & ne poſſit obeſſe utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

9. Uxor *i* debet communicare cum marito excommunicato niſi ſit hæreticus, vel cauſa matrimonii inflicta fuerit excommunicatio.

10. Maritus excommunicatus poteſt *l* debitum petere ab uxore, & cohabitare cum ea in foro exteriori. Idem dic de uxore excommunicata.

11. Si pater, vel dominus ſint excommunicati, filii & ſervi poſſunt *m* cum eis communicare. Idem dic de filiis & ſervis.

12. Domini temporales reſpectu ſuorum ſubditorum non *n* gaudent hoc privilegio. Nec prælati religioſorum denuntiati, poſſunt tamen cum eo cohabitare in eadem domo, ſicut cum alio religioſo particulari excommunicato.

*a* c. nuper 1. quando de ſent. excom.
*b* c. penul. de ſent. excom.
*c* Comm. DD.
*d* Suarez diſp. 15. ſ. 2 nu. 3.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* Ex Gloſſa c. cum deſideret de ſent. excom.
*i* c. quoniam multos 11, q. 3, c. inter alia de ſent. excom.
*l* P. Suar. de cenſ. diſp. 11. ſec. 4. p. 9.
*m* c. quoniam multos 11, q. 3. *n* Comm. DD.

13. Si



13. Si prælatus excommunicatus non eſt denuntiatus *o* habet uſum juriſdictionis in favorem ſubditorum, poſſunt *p* tamen religioſi huic renuntiare favori, & cum eo non communicare. Idem dicendum de Epiſcopo.

14. Cum ſubdito excommunicato non poteſt prælatus hoc ſolo titulo cum eo communicare.

15. Ignorantia facti, vel juris excuſat, *q* ſed ſecundum probabiliorem ſententiam debet eſſe inculpabilis.

16. In dubio an quis ſit excommunicatus non eſt *r* vitandus, niſi publice ſit infamatus.

17. Qui neſcit an ſit excommunicatus, ſi fama publica ſit, debet *ſ* ſe abſtinere, donec faciat debitam diligentiam.

18. Dum non conſtat de abſolutione ſaltem per publicam famam vitandus *t* eſt excommunicatus.

19. Contractus initus cum excommunicato validus *u* eſt, niſi fiat cum hæretico.

20. Teſtamentum excommunicati *x* valet niſi ſit hæreticus, & ſi inſtituat in teſtamento præbendam, valet.

*o* Comm. DD.
*p* Extravag. de evitanda & Suarez ubi ſup. nu. 5.
*q* c. cum deſideret de ſent. excom.
*r* c. cum deſideret ubi ſupra.
*ſ* c. illud de cler. excomm.
*t* Comm. DD.
*u* diſt. c. inter alia, c. felices, parag. verum de pœnit. in 6.
*x* Comm. DD.

# SECTIO XI.

## *An privatus ſit ab omni communicatione fori, & audientia.*

1. IUdex excommunicatus privatur ab uſu juriſdictionis, & ſi eſt denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor nulla eſt ſententia, *a* quam profert.

2. Si excommunicatus eligatur in judicem, electio eſt nulla, *b* ſi autem fuerit toleratus, & non denuntiatus electio tenet.

3. Non poteſt eſſe actor in judicio, niſi in cauſa *c* ſuæ excommunicationis. Si petit abſolutionem aut dicit ſe non eſſe excommunicatum, audiendus eſt. Si autem dicit excommunicationem fuiſſe injuſtam, audiendus *d* non eſt, niſi prius abſolvatur.

4. Compelli poteſt *e* ut appareat coram judice tanquam reus, quod ſi habeat procuratorem idoneum, per illum, non per ſe reſpondebit.

5. Non *f* poteſt niſi ſit toleratus notarii publici munus exer-

*a* Comm. DD.
*b* Gloſſa in c. venerabilem ver. electus de elect. & ibi DD.
*c* c. decernimus de ſent. excom.
*d* c. per tuas de ſent. excom.
*e* c. intelleximus de judiciis. *f* P. Suarez de cenſ. diſp. 16, ſec. 5, n. 15.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exercere, & erit nullum quod geſſerit. Probabile *g* autem eſt non eſſe irritam hanc electionem officii in eum factam.

6. Non poteſt *h* teſtis eſſe in judicio, nec extra niſi in cauſa fidei. Si autem eſt toleratus, poteſt admitti ex partium conſenſu, & quamvis ſit denuntiatus, ſi non repellitur valet ejus teſtimonium.

7. Nec advocatum gerere *i* poteſt, & poteſt ſi non eſt toleratus repelli; valet tamen quod geſſerit.

8. Nec procuratoris munere fungi poteſt, *l* valet tamen quod geſſerit, niſi repellatur.

9. Procuratoris, Tutoris & ſimilia officia ligati excommunicatione recipientes *m* peccant ſolum venialiter, & ab eis geſtum tenet.

*g* Idem ubi ſupra. *h* c. decernimus de ſent. excom. *i* dic. c. decernimus. *l* c. intelleximus de judiciis. *m* Comm. DD.

## SECTIO XII.

### *Quos alios habeat effectus excommunicatio.*

1. LIteræ Apoſtolicæ obtentæ ab excommunicato etiam occulto, & proceſſus illarum virtute factus ſunt irrita *a* niſi ſint circa ipſam excommunicationem.

2. Advertendum tamen eſt in his litteris ſemper apponi clauſulam abſolutionis ab excommunicatione, ne impediatur effectus.

3. Qui per annum in excommunicatione perſeverat ſit de hæreſi ſuſpectus, *b* ſed ſuſpicio eſt levis.

4. Cùm Inquiſitores vocant aliquem, quia eſt ſuſpectus de hæreſi, & eum excommunicant, quia non comparet, ſi per annum eſt contumax *c* denuntiandus eſt ut hæreticus.

5. A clerico, qui per annum in excommunicatione perſiſtit, poteſt *d* beneficium auferri.

6. Is, à quo aliquid ſub excommunicatione demandatur, & propter contumaciam perſeverat excommunicatus per annum, cenſetur *e* convictus.

7. Contumax in excommunicatione etiam ſi per annum non perſeveret, poteſt *f* puniri temporaliter.

*a* c. 10. de reſcrip. *b* Trid. ſeſ. 25. c. 1. de refor. *c* c. cum contumacia de hæret. in 6. *d* c. cum bonæ de qual. *e* Covar. c. alma ſte. parag. 7. nu. 10. *f* Comm. DD.

SECTIO



## SECTIO XIII.

### *An poſſit ferri Excommunicatio ob res temporales.*

1. POteſt *a* ſub ratione alicujus tituli ſpiritualis.

2. Ob delictum præteritum non fertur, *b* niſi ratione correctionis futuræ.

3. Cùm litem gerunt inter ſe perſonæ Eccleſiaſticæ, poteſt judex Eccleſiaſticus ferre excommunicationem contra laicos. Et cùm judex ſæcularis in manifeſtis injuriis negligit adhibere remedium, Eccleſiaſticus *c* poteſt per cenſuras.

4. In foro conſcientiæ, qui excuſatur à peccato cùm non reſtituit, excuſatur etiam à cenſura.

5. Cùm terminus præfigitur à ſuperiore, non obligat uſque ad illum; ſi autem obligatio ceſſet ante terminum, *d* ceſſat etiam cenſura.

6. Contingere poteſt, quòd peccatum in furto ſit tantùm veniale, & obligatio ad reſtitutionem ſit *f* mortalis, & in tali caſu obligabit cenſura ſub mortali, v. g. cum plures vineam devaſtant ſinguli unum racemum ſeorſim ſurripientes.

7. Qui unum tantùm racemum furatus eſt de vinea ignorans quod quàmplures alii unuſquiſque racemum tulerit, ſi poſtea ſciat, *g* tenetur reſtituere ſub mortali, & obligari poteſt cenſurà.

8. Qui non eſt ſolvendo in foro conſcientiæ, excuſatur *h* ab excommunicatione.

9. Si feratur excommunicatio, ut intra ſex dies ſolvat, & non poteſt; tranſacto autem termino poteſt, & non ſolvit, cenſuram incurrit. *i*

*a* Trid. ſeſ. 25. c. 3. de refor. *b* Comm. DD. *c* c. mulieres 2. de jurejur. in 6. c. qualiter de judiciis. *d* Gloſſa c. jus gentium ver. ſed cum d. 1. *e* Comm. DD. *f* Suar. de cenſ. diſp. 10. ſec. 7. num. 3. *g* Covar. lib var. c. 1. num. 12. *h* Comm. DD. *i* Odiar. de ſolut.

SECTIO

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

# SECTIO XIV.

## *Quomodo obliget Excommunicatio inflicta ut ſecretum reveletur.*

1. CUm quis ante excommunicationem tenebatur ſecretum revelare, crimen detegere, vel exhibere ſcripturam cenſura *a* tenet.

2. Quamvis non ſit obligatio ante prælati præceptum *b* poteſt ea contrahi, ſed ad hoc prælati verba attente conſideranda ſunt.

3. Cum res non poteſt revelari ſine gravi damno revelantis, vel crimen eſt occultum, *c* & reus non eſt de illo infamatus, vel quando ſub naturali ſigillo ad conſilium ſumendum detectum eſt, vel quando perſona ſanguine conjuncta mihi eſt niſi crimen ſit læſæ majeſtatis divinæ, vel humanæ non me poteſt *d* obligare cenſura.

4. Cum præfigitur tempus ſub quo res detegenda eſt, obligat *e* etiam cenſura eo tranſacto, niſi ceſſet morte mandantis.

*a* Villal. to. 1. tr. 17. diſ. 18.
*b* Comm. DD.
*c* c. qualiter. & quando 2. de accuſ.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.

# SECTIO XV.

## *De Excommunicationibus Bullæ Cœnæ, & de aliis à iure in particulari.*

1. AD *a* judicandum an aliquis in excommunicationem incurrat, penſanda ſunt verba illius, conſiderandus caſus, & perſonæ, quia non debet extendi, ſed reſtringi.

2. Quæ fertur contra conſulentem non *b* comprehendit eum, qui licet conſilium dederit, non fuit delictum commiſſum propter illud.

3. Cùm excommunicatio fertur principaliter contra eum qui crimen faciet, & ſecundo loco contra eum, qui mandat, ille non *c* incurrit, niſi crimen executioni mandetur.

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Navar. in ſumma c. 11, à nu. 49.

4. Ex-



4. Excommunicationes Bullæ Cœnæ non *d* multiplicantur ex eo, quod repetuntur, quod additum fuit, eſt reſervatio.

5. Non *e* expirant mortuo Pontifice.

*d* Idem ubi ſuprà.
*e* Ex Pij V. ordinat. Vide Villalob. ubi ſup.

# SECTIO XVI.

## *Quot ſint Excommunicationes Bullæ Cœnæ?*

1. HÆ excommunicationes ſunt 20. 1. Contra hæreticos cujuſcumque ſectæ, eorum fautores, eorumque libros legentes, habentes, & imprimentes.

2. Adverſus appellantes à ſum. Pontifice ad futurum concilium, eorumque fautores.

3. Adverſus Piratas, eorumque fautores.

4. Adverſus eos, qui bona Chriſtianorum naufragantium ſibi capientes etiam ſi in littore inveniant.

5. Contra eos, qui imponunt inique nova tributa vel pædagia, vel augent impoſita.

6. Contra falſificantes litteras Apoſtolicas.

7. Adverſus eos, qui infidelibus, & catholici nominis hoſtibus arma, vel alia deferunt ad bellum deſervientia, vel aliquo modo favent in damnum Chriſtianorum.

8. Contra eos qui ferri impediunt ad curiam Romanam victui neceſſaria.

9. Adverſus eos, qui aliquod damnum inferunt Romipetis, ſeu peregrinis ad urbem cauſa devotionis, vel peregrinationis accedentibus, & in ea morantibus, vel ab ipſa recedentibus, vel in his dantes auxilium, conſilium, vel favorem.

10. Adverſus omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam accedentibus, vel ab ea recedentibus damnum aliquod inferunt.

11. Adverſus eos, qui offendunt Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aliosque Prælatos.

12. Contra eos, qui per ſe vel per alios negotia tractantibus in Romana curia, nocent.

DE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *De reliquis excommunicationibus in Bulla Cœnæ contentis.*

13. Contra appellantes in cauſis Eccleſiaſticis ad judices laicos, ut impediant litteras Apoſtolicas.

14. Adverſus eos, qui ſibi avocant cauſas ſpirituales ſub prætextu litterarum Apoſtolicarum ad impediendam earum executionem.

15. Contra judices laicos, qui ad ſua tribunalia adduci faciunt Eccleſiaſticos, & Eccleſiaſticam libertatem impediunt ſuis ſtatutis.

16. Contra eos, qui impediunt Eccleſiaſticos Prælatos, ne ſua utantur juriſdictione, & contra eos qui illorum ſententias ſpernentes ad judices ſæculares recurrunt, & adverſus eos, qui eis ad hoc auxilium præſtant.

17. Adverſus eos qui ſibi uſurpant Eccleſiaſticam juriſdictionem, vel fructus ad perſonas Eccleſiaſticas ſpectantes ratione beneficii aut hujuſmodi titulo.

18. Contra eos, qui imponunt decimas, vel alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, monaſteriis vel eorum fratribus.

19. Contra judices laicos, qui in cauſis capitalibus Eccleſiaſticarum perſonarum ſe immiſcent.

20. Contra eos, qui per ſe vel per alios terras Romanæ Eccleſiæ ſubjectas invadere, deſtruere, occupare, vel detinere præſumpſerint.

Videatur Bulla.

21. Hæc breviter prælibata vide tractata fuſius in P. Suarez *de cenſ. diſp.* 21. *& in Tolet. lib.* 1. *c.*18. *& ſequentib.*

Ex Bulla Pauli III:

21. Virtute Bullæ Cruciatæ Confeſſores ab ordinario approbati poſſunt abſolvere ab omnibus caſibus in Bulla Cœnæ contentis excepta hæreſi.

22. Hoc idem poſſumus Confeſſarii noſtræ ſocietatis ex noſtris privilegiis in his Indiarum regnis. Quod privilegium eſt perpetuum.

23. Alii autem ſi abſolvere præſumant ab aliquo ex his caſibus, incurrunt excommunicationem, ſed non reſervatam.





# SECTIO XVII.

## *DE EXCOMMUNICATIONE in eum, qui clericum, vel religioſum percuſſit.*

1. INcurrit *a* ipſo facto excommunicationem ſive ſit vir, ſive mulier cujuſcunque ſtatûs, vel dignitatis.

2. Percuſſio autem ſeu violentia manuum debet eſſe ita notabilis, ut ſit peccatum mortale. Quæ etiamſi ſit notabilis cum non eſt peccatum mortale, ut ſi fiat ob defenſionem, ob ignorantiam, vel aliunde excuſetur à mortali, *b* excuſatur ab excommunicatione.

3. Miniſter juſtitiæ ſæcularis, qui noctu invenit clericum, vel religioſum paratum ad peccandum, vel id probabiliter præſumit, poteſt *c* eum capere, & ſi ſe defendat, percutere, ut illum ſuo ſuperiori præſentet.

4. Idem *d* poteſt creditor in clericum debitorem volentem fugere.

5. Pro violentis manibus intelligitur quilibet injurioſus effectus adverſus clerici perſonam, etiam ſi fiat ſine violentia; ſecus verò ſi ſit levis *e* percuſſio ob correctionem.

6. Parentes *f* poſſunt filios clericos in moribus conſtitutos ob correctionem percutere, dummodo modum non excedant.

7. Judex Eccleſiaſticus *g* poteſt ſubditum ſuum capere per laicum, non tamen flagellare niſi per ſe, vel per alium Eccleſiaſticum.

8. Provinciales, Priores, vel Rectores regularium non *h* tenentur per ſe ſubditum delinquentem flagellare, ſufficit ſi per alium religioſum fiat; ſi faciant per laicum incurrunt excommunicationem, & mandans, & verberans.

9. Clericus, ſi ſe alteri ſubjicit, ut percutiatur non incurrit excommunicationem, ſecus verò ſi ſeipſum injurioſe *i* percutiat.

*a* c. ſi quis ſuadenti de ſent. excomm.

*b* c. ſi verò ex tenore de ſent. excom.

*c* Panorm. & DD. in c. cum non ab homine de judiciis.

*d* Comm. DD.

*e* c. cum voluntate de ſent. excom.

*f* Comm. DD.

*g* Comm. DD.

*h* c. univerſitatis, de ſent. excom.

*i* Tolet. in ſum. lib. 1, c 33, nu 5.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10. Extenditur *l* hæc cenſura adverſus mandantes, & ratum habentes, ſi ſuo nomine fiat.

*l* c. mulieres 22. parag. illa verò de ſent. excomm.

11. Qui mandatum revocavit, revocatio autem non venit in notitiam exequentis, *m* incurrit excommunicationem ſi percuſſio exequatur.

*m* c. cum conjugat. de art. & qual.

12. Verbo clerici veniunt etiam hi qui primam habent tonſuram quamvis ſint conjugati, dummodo requiſitas à concilio conditiones habeant.

13. Gaudet *n* hoc privilegio clericus excommunicatus, & irregularis, illud autem amittit degradatus verbaliter cùm declaratur incorrigibilis.

*n* cum nõ ab homine de judiciis.

14. Si clericus velit fœminam vi cogere ad peccatum, poteſt illa licitè percutere ad ſui defenſionem. Et qui in clericum cum uxore, matre, ſorore, vel filia propria turpiter inventum manus violentas injecerit, non *o* incurrit excommunicationem.

*o* Comm. DD ex. Tolet. ubi ſupra.

15. Pro Monacho intelliguntur *p* omnes regulares tam viri, quàm fœminæ etiam novitii & novitiæ, & moniales tertii Ordinis D. Franciſci, & D. Dominici in communitate degentes. Eremitæ ſub regula approbata viventes, Donati profeſſi, & milites S. Joannis; alii autem quibus nubere licet non gaudent hoc privilegio.

*p* Suar. de conſ. diſp. 22, ſec. 1.

16. Omnes prædictæ perſonæ Eccleſiaſticæ etiam poſt mortem *q* gaudent hoc privilegio.

*q* Tolet. in ſumm. lib. 1. c. 31. nu. 10.

# SECTIO XVIII.

## AN ALIUS PRAETER PAPAM poſſit à præcedenti excommunicatione abſolvere.

1. Quando percuſſio levis eſt, poteſt *a* Epiſcopus abſolvere, & prælatus religioſus ſuos ſubditos.

*a* c. pervenit. de ſent. excomm.

2. Si religioſus clericum ſæcularem percutiat, percuſſio autem ſit mediocris non poteſt abſolvi, niſi à Papa, ſi autem levis ſit *b* poterit ab Epiſcopo.

*b* c. religioſo de ſent. excom. in 6.

3. Janitores principum, qui ſine animo irrogandi injuriam ob cuſtodiendam januam clericum mediocriter percuſſerunt, ab Epiſcopo poſſunt *c* abſolvi.

*c* c. ſi verò de ſent. excomm.

4. Idem



4. Idem dic quando, qui clericum percuſſit, ob aliquod juſtum impedimentum non poteſt Papam adire; dummodo præſtet *d* juramentum eundi ablato impedimento.

*d* c. de cætero. eodem tit.

5. Pueri, qui ante annos 14. clericum etiam graviter percuſſerint, ab Epiſcopo poſſunt *e* abſolvi, etiam poſt illos completos.

*e* Comm. DD

6. Idem dic *f* de fœminis, pauperibus, & aliis impeditis, & miſerabilibus perſonis.

*f* c. ad eminentiam de ſent. excomm.

7. In omnibus his, & ſimilibus caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus abſolvere, poteſt *g* alii abſolutionem committere.

*g* Villal. ubi ſup.

8. Legati à latere S. Pontificis *h* ab ipſo jure facultatem habent quemlibet excommunicatum abſolvendi.

*h* Navarr. c. 24. n. 10.

9. Et per Bullam Cruciatæ poteſt ſemel in vita, & ſemel in morte clerici percuſſor abſolvi.

10. Qui non defendit clericum ab injuria manifeſta cum commodè poteſt excommunicationem incurrit.

*i* c. ex tenore de ſent. excomm.

11. Excommunicatus ob clerici percuſſionem non debet abſolvi, niſi prius præſtiterit juramentum, quod ſe in poſterum emendabit.

# SECTIO XIX.

## *De reliquis excommunicationibus extra Bullam Cœnæ Papæ reſervatis.*

1. Lata à Papæ Delegato tranſacto anno ipſi Papæ reſervata *a* manet.

*a* c. quærenti de off. jud. Deleg.

2. Contra *b* falſarios. Hæc ſecundùm aliquos caſus redacta eſt ad ſeptimam Bullæ Cœnæ.

*b* c. ad falſ. de crimin. falſ.

3. Lata ab Epiſcopo contra habentes Bullas falſas ſi intra 20. dies eas non deſtruant, vel reſignent reſervatur *c* Papæ.

*c* Vide Toletum in ſumm.

4. Contra *d* clericos, qui ſcienter, ac ſponte admittunt ad divina officia excommunicatos à Papa. Requiritur tamen quòd talis ſit nominatim excommunicatus à Papa, & denuntiatus.

*d* c. ſignificavit de ſent. excom.

5. Contra *e* ſacrilegos infringentes, & ſpoliantes Eccleſias. Non ſufficit tantùm infringere, niſi furetur, & ſpoliet. Nec quælibet fractio ſeræ, vel areæ, ſed Eccleſiæ, vel foruum &c.

*e* c. cum quis de ſent. excom.

6. Contra malè eligentes *f* ſenatorem Romanum.

*f* c. fundamenta de elect. in 6.



7. Contra

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

g c. felices de pœnit.

7 Contra inſectantens g Cardinales. Hæc ad 12. Bullæ Cœnæ redacta eſt, & extenditur ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos. Mandantes non incurrunt, niſi ſequatur inſectatio, ſecuta vero ſic, quamvis nulla ſit percuſſio Principes vero, ac Domini, & alii judices ſub eadem cenſura tenentur procedere contra hujuſmodi inſectatores. Excuſantur tamen, ſi intra menſem, ex quo cognoverunt procedere incipiant, quamvis non ſiant proceſſus, neque puniant.

h c. quicumque de ſent. excom. in 6.

8. Contra vexantes h cognatos excommunicantis. Intelligitur de injuſta vexatione, & nomine cognati veniunt amici, famuli, & omnes illi, quibus ſit vexatio in odium excommunicantis.

i Clem. 1. de hæret.

9. Contra i Inquiſitores, qui odio, vel paſſione procedunt, Hanc autem non incurrit qui ob timorem, ob vitandum ſcandalum, vel alio titulo præter odium, vel paſſionem male procedit.

l Clem. religioſi de privileg.

10. Contra l religioſos qui abſque licentia Parochi ſacramenta adminiſtrant. Comprehenduntur, qui hoc faciunt ex præſumptione, ſecus vero ſi ex ignorantia, vel in neceſſitate, vel ex ratihabitatione, vel habentes privilegium.

m Clem. cupientes de pœnis.

11. Contra religioſos m facientes eligere ſepulturas. Requiritur tamen ad incurrendum in illam, ut religioſus, vel clericus faciant, ut quis juret, voveat vel promittat ſe electurum ſepulturam in Eccleſia ipſius perſuadentis.

n Clem. grave de ſent. excom.

12 Contra n facientes celebrare in locis interdictis Comprehendit nobiles, ac Dominos temporales, qui cogant aliquem ad celebrandum divina officia in locis interdictis, ſive compulſio fiat perſonæ clericorum, ſive illorum conſanguineis, & qui voce præconis, vel ſonitu campanæ, vel tibicinis, aut tuba convocant populum ad audiendam Miſſam in loco interdicto præcipue excommunicatos, & interdictos, & qui prohibent ne excommunicati, & interdicti ab Eccleſia ejiciantur, dum divina celebrantur, & qui admoniti à Sacerdote nominatim nolunt exire. Comprehenduntur etiam Prælati, qui habentes juriſdictionem temporalem iſta faciunt.

o Extrav. & ſi Dominus gregis de pœnit. & remiſſ. Extrav. deteſtandæ de ſepult.

13. Contra abſolventes o per confeſſionalia Sixti IV. à quinque votis Papæ reſervatis.

14 Contra exenterantes mortuos, niſi fiat ob honorem, ut in Principibus, vel ob anathomiam, vel ut transferantur de loco profano ad ſacrum, vel alio fine, quam ad ſepeliendum.

p extr. Sane de Simonia.

15. Contra p dantes, vel accipientes ob ingreſſum monaſterii.



ſterii. Non comprehenduntur accipientes ſine pacto, vel ex conſuetudine, vel ob neceſſitatem ad victum ingredientis. Nec moniales, q quæ poſſunt dotem accipere ad ſuſtentationem.

q ex declaratione Martini V. & Cl. VII.

16. Contra r committentes ſimoniam in ordine, vel beneficio. Comprehendit etiam mediatores, & ſolum ſimoniaci reales, non mentales, neque conventionales, nec aliam ſimoniam præter eam, quæ committitur in ordine, vel in beneficio.

r Extrav. cum deteſtab. de ſimon.

ſ extrav. viam ambitioſæ de regul.

17. Contra mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes, niſi tranſeant ad Carthuſiam.

18. Contra t dantes vel accipientes ad conſequendam juſtitiam, vel gratiam in curia Romana.

t Extr. 1. de ſent. excom.

19. Contra eos, qui dicunt u peccare mortaliter eos qui credunt B. Virginem ſine labe originali fuiſſe conceptam, vel oppoſitum. Solum comprehendit præſumentes.

u Extrav. grave nimis de reliq. & vener.

20. Contra eos, qui male auctorant alienationes Eccleſiaſticas.

21. Contra x ingredientes monaſteria monialium, Minorum & Prædicatorum ſine licentia ejus, qui eam poteſt dare. Non comprehendit eos, qui ex ignorantia juſta, vel credentes juſtam habere cauſam ingrediendi. Mulieres autem, quæ prava intentione ingrediuntur incurrunt, ſed poſſunt abſolvi à confeſſariis ejuſdem ordinis.

x D. Ant. diſp. tit. 1. p. 2. 70.

22. Contra præſumentes adire libellos famoſos contra religioſos Prædicatorum, & Minorum. Non comprehenditur, qui infamat in libello ipſos religioſos ſine mentione ſtatus.

De his omnibus Vide Navar. ubi ſupra & P. Avil. in comp. verb. excomm.

23. Contra præſumentes prædicare, vel docere, & aſſerere prædictos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere illis ex eleemoſynis vivere, nec prædicare, nec confeſſiones audire cum licentia Papæ, vel aliorum Prælatorum, ſine licentia Rectorum Eccleſiarum.

24. Contra præſumentes inferre violentiam locis Prædicatorum, vel Minorum. Qui hanc incurrunt poſſunt abſolvi à Conſervatore, vel à Prælato Ordinis.

25. Contra detinentes in ſuis Monaſteriis apoſtatas ex his Ordinibus poſtquam denuntiatum eis fuerit Et poſſunt Prælati horum ordinum, & Carmelitarum, & qui gaudent eorum privilegiis excommunicare clericos, vel laicos apoſtatas recipientes.

26. Contra eos qui conantur ex univerſitate Pariſienſi expellere Prædicatores, vel Minores.

27. Contra peregrinantes in Hieruſalem ſine licentia Papæ.

28. Contra appellantes à Papa ad futurum concilium redacta eſt hæc cenſura ad Bullam Cœnæ. Non comprehendit conſulentem niſi appellatum fuerit, comprehendit tamen conſulentem licitum eſſe appellare.

29. Contra Cardinales revelantes ſecreta habita in Papæ conſiſtorio.

30. Contra prædicantes miracula falſa, vel incerta, ſed hæc jam non eſt uſu recepta.

31. Contra Cardinales committentes ſimoniam ſede vacante. Comprehendit prædictos, qui ſede vacante contraveniunt, ordinant, diſponunt, aut aliquo modo præſumunt facere, vel attentare contra ordinata à Julio II. ut ſine ſimonia ſit electio Papæ.

32. Contra exercentes confidentiam ſimoniacam; qua quis confidit quod collator conferet beneficium mediante pretio, &c.

---

# SECTIO XX.

## *De Excommunicationibus reſervatis partim Papæ, partim Epiſcopis.*

1. PRopter levem percuſſionem clerici.

2. Quam imponit Epiſcopus reſervando ſibi abſolutionem.

3. Lata à Papa quando ad ipſum recurſus eſt impeditus.

4. Contra participantem cum excommunicato in crimine propter quod eſt excommunicatus, & cum reſervatione ad eum ad quem eſt reſervata excommunicatio principalis.

5. Contra eum, qui abſolutus ab eo, qui non poteſt, non ſe præſentat ſuperiori.

### *Excommunicationes nemini reſervatæ.*

1. Contra ſeculares jus Eccleſiaſticis non reddentes.

2. Con-



2. Contra conſentientem ſuæ in Papam electioni Canonice non factæ, & contra eum recipientes.

3. Contra Epiſcopum, qui in civitate diverſarum linguarum recipit in ſuam curam eos, qui ſunt ſuæ linguæ, priuſquam à proprio Epiſcopo in ſuum coadjutorem recipiatur. Vide Navar. ubi ſup.

4. Contra ſcholaſticos Bononiæ, qui conducunt domos alterius Doctoris, vel ſcholaſtici ante finem termini ſine conſenſu ejus.

5. Contra imponentes Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis penſiones, talias, vel vectigalia ſi admoniti non deſiſtant.

6. Contra clericos Presbyteros etiam nullam habentes dignitatem, aut Eccleſiam Parochialem, & contra clericos non Presbyteros dignitatem, aut perſonatum habentes, & contra religioſos, qui audiunt leges, aut medicinam.

7. Contra clericos ſuſcipientes præfecturas ſeculares. Non comprehendit clericum in ſolis minoribus, nec eum qui ſuæ dignitati habet annexam præfecturam.

### *Excommunicationes nulli reſervatæ ex lib. 6. Decretalium.*

1. Contra a mittentes litteras vel nuntios, vel clam loquentes cum Cardinalibus exiſtentibus in conclavi ad electionem Papæ.

2. Contra b magiſtratus, & gubernatores non facientes ea, quæ debent, & eis mandantur ad electionem Papæ.

3. Contra c moleſtantes electores eo quod non eligant optatum ab eis.

4. Contra noviter d uſurpantes jus cuſtodiendi aliquam Eccleſiam ſede vacante.

5. Contra e vocatum ut dirigat electiones monialium non temperantem à rebus ex quibus oriri ſolent diſcordiæ.

6. Contra f partem incitantem conſervatorem ad procedendum in his, quæ non continent manifeſtam violentiam, & quæ requirunt altiorem indaginem.

7. Contra g facientes vi, aut metu ſe abſolvi à cenſuris, aut eas revocare.

8. Contra h fingentem aliquid, ut judex vadat ad mulierem ad accipiendum teſtimonium ejus.

a c. ubi periculum parag. nulli de elect. in 6.
b diſt. c. ubi periculum, parag. præterea.
c ubi ſup. de comm. de elec. in 6.
e c. indemnitatibus, parag. poſtremo de elec. in 6.
f c. hac conſ. de off. jud.
g c. 1. de his quæ vi in 6.
h c. mulieres de judic. in 6.

S 4 9. Con-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9. Contra compellentes *i* ſubmittere bona Eccleſiaſtica perpetuo, vel ad longum tempus perſonis laicis.

10. Contra inventores *l* novarum religionum abſque approbatione Papæ.

11. Contra exigentes *m* portaria à perſonis Eccleſiaſticis, hæc redacta eſt ad Bullam Cœnæ.

12. Contra impedientes *n* Eccleſiaſticam juriſdictionem, redacta eſt ad Bullam Cœnæ.

13. Contra *o* dominos temporales prohibentes ſubditos ne vendant, vel emant à clericis, neque eis vendant frumenta, neque coquant panes, neque præſtent eis alia officia, vel ſubſidia.

14. Contra religioſos *p* temere dimittentes habitum ſui ordinis. Non comprehendit eos, qui ob honeſtam cauſam, vel ad breve tempus dimittunt.

15. Contra *q* religioſos euntes ad ſtudia ſine licentia.

16. Contra clericos, *r* vel laicos ſepelientes hæreticos in loco ſacro.

17. Contra judices *ſ* non auxiliantes contra hæreticos.

18. Item contra non obedientes Epiſcopis vel Inquiſitoribus circa hæc opportuna mandantibus. Item contra non exequentes ſine mora ſententiam ab eiſdem contra hæreticos latam, & illorum brachio ſæculari remiſſam. Item contra dimittentes quoſcumque comprehenſos ſine licentia Epiſcopi, vel Inquiſitoris. Item contra eos, qui quocumque modo ſe intromittant ad cognoſcendum, vel judicandum de crimine hæreſis, vel impediunt Epiſcopos, vel Inquiſitores in illorum proceſſibus. Denique contra talium judicum fautores, conſultores, aut præbentes eis auxilium.

19. Contra *t* interficientes Chriſtianos per aſſaſſinos.

20. Contra *u* permittentes in terris ſuis feneratores publicos alienigenas vel non expellunt eos, vel locant eis, vel alio prætextu concedunt eis domos ad uſuras exercendas.

21. Contra *x* dantes repræſalia contra Eccleſiaſticos; poteſtatem ſcilicet pignorandi contra eos.

22. Contra negligentes *y* perſequi, & vindicare injurias Cardinalibus illatas. Comprehendit principes, dominos & alios duces.

*i* c. hoc conſultiſſimum de reb. Eccl. non alien.
*l* c. uni de relig. domi. in 6.
*n* in Bull. Cœnæ.
*o* c. fin. de immu. Eccl. in 6.
*p* c. 2. de cler. vel Monach. in 6.
*q* eod. cap.
*r* c. quicumque de hær. in 6.
*ſ* c. ut inquiſitionis de hæreſ. in 6.
*t* c. pro humani. de homic. in 6.
*u* c. 1. de uſur. in 6.

EXCOM-



## *Excommunicationes Clementinarum nulli reſervatæ.*

1. Contra frangentes *a* ſequeſtrum. Hæc hodie non incurritur quatenus eſt lata à jure, ſed alia quam fert judex, qui decrevit ſententiam.

2. Contra ſepelientes *b* in loco ſacro interdicto nominatim interdictos, vel publicè excommunicatos.

3. Contra religioſos *c* appropriantes ſibi decimas.

4. Contra religioſos *d* adeuntes aulas Principum animo nocendi ſuis Prælatis, vel monaſteriis.

5. Contra monachos habentes *e* arma in monaſterio.

6. Contra impedientes *f* viſitationes monialium, niſi ceſſent ab eo cum fuerint admoniti.

7. Contra imitantes ſtatum Beguinarum, vel illum conſilio, favore, vel auxilio juvantes, vel de novo inſtituunt.

8. Contra eos, *g* qui ſcienter in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis canonicè prohibitis contrahunt matrimonium, aut cum monialibus. Item contra religioſos, vel religioſas, & in ſacris conſtitutas matrimonia celebrantes.

9. Contra Inquiſitores, *h* & illorum Commiſſarios, vel Epiſcoporum qui prætextu ſui officii ſumunt pecuniam &c.

10. Contra facientes *i* ſtatuta ad ſolvendas uſuras, vel ad non reſtituendas, ſolutas, & contra eos, qui talia ſtatuta non radunt è libris, aut non abolent conſuetudinem vim legis habentem.

11. Contra mendicantes, *l* qui accipiunt novas domos ad habitandum, vel alienant acquiſitas ante concilium Lugdunenſe. Sed hæc jam ceſſavit per privilegium Julii & Leonis X.

12. Contra mendicantes, *m* qui concionantur vel privatim aliquid dicunt ad avertendum fideles à ſolvendis Eccleſiæ decimis.

13. Contra religioſos, *n* qui induſtrioſè nullum ſcrupulum injiciunt fidelibus de non ſolutis decimis, & non expiata hac negligentia cum commodè poſſint præſumunt concionari.

14. Contra religioſos, *o* qui non ſervant interdictum nec ceſſationem à divinis, quam ſervat Eccleſia Cathedralis vel Matrix, vel Parochialis oppidi.

*a* Clem. uni. de ſequeſtr.
*b* Clem. 1. de ſepul.
*c* Clem. 1. de decimis.
*d* Clem. ne in agro paragr. quia verum de ſtat. monach.
*e* Dic. Clem. ne in agro
*f* Clem. 1. de relig. domi.
*g* Clem. 1. de conſang. & affin.
*h* Vide Navar. ubi ſuprà.
*i* Clem. uni. de uſur.
*l* Clem cupientes de pœn.
*m* d. Clem. cupientes
*n* Ibidem
*o* Clem 1. de ſent. excom.

 15. Con-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

p Extrav. quia nonnulli. 15. Contra impugnantes *p* litteras Papæ electi. Contra interpretantes Clementinam *exivi de Paradiſo*.

16. Contra Vizochos eadem eſt quæ contra Beguinas.

17. Contra imprimentes libros ſine examine. Hæc, quæ eſt concilii Lateranenſis, derogata eſt quoad cenſuram, non q Trid. ſeſ. 4. decr. de edit. & uſu ſacr. libr. tamen quoad ſolemnitatem, quæ confirmata eſt à Tridentino *q* ſervato certo modo.

Extravag. ſuper gentes. Extrav. ambitioſæ de reb. Eccl. 18. Contra impedientes receptionem Nuntiorum à Papa aut eorum officii, & commiſſionis functionem non obſtante conſuetudine de non mittendo Legato niſi ei qui petit; hæc jam eſt Papæ reſervata, & continetur in Bulla Cœnæ.

19. Contra alienantes, vel locantes Eccleſiaſtica bona in plures quam tres annos. Attenenda eſt conſuetudo.

## *Excommunicationes concilii Tridentini Pij V. & Gregorij XIII.*

a Trid. ſeſ. 24. c. 6. 1. Contra *a* mulierum raptores, & illis conſilium, auxilium, vel favorem præbentes.

b ſeſ. 24. c. 9. 2. Contra *b* eos qui quovis modo ſuos ſubditos, vel quoſcumque alios cogunt minus libere matrimonia contrahere.

c Seſ. 25. c. 18. de regul. 3. Contra *c* eos qui virginem, viduam, vel quamlibet aliam mulierem cogunt ingredi monaſterium niſi in caſibus à jure exceptis, & contra dantes eis conſilium, favorem vel auxilium.

d Ibidem. 4. Contra impedientes *d* cujuslibet mulieris voluntatem accipiendi velum, vel profitendi.

e Seſ. 25. c. 19. 5. Contra *e* concedentem locum ad duellum inter Chriſtianos in terris ſuis.

f Ibidem. 6. Contra *f* eos, qui duellum committerent, & eorum patronos.

g Ibidem. 7. Contra *g* eos qui in cauſa duelli conſilium dederint, vel ſpectatores fuerint non obſtante ullo privilegio.

h Seſ. 4. can. de ſcrip. canon. c. 17. 8. Contra *h* non habentes pro authenticis libros omnes Bibliæ ſacræ exceptis 3. & 4. Eſdræ, juxta editionem vulgatam, & contra contemnentes conſtitutiones Apoſtolicas.

i Vide apud Tolet. & Pium V. 9. Contra *i* mulieres ingredientes clauſtra monaſteriorum etiam monialium virtute facultatum Apoſtolicarum quas revocat. Comprehendit etiam ingredientes ſine prætextu licentiæ.

10. Gre-



10. Gregorius XIII. revocavit denuò omnes facultates & extendit excommunicationem Pii V. ad eos qui ingrediuntur cum licentia Epiſcopi ſine neceſſitate, & ad ipſos Epiſcopos.

11. Contra quomodolibet male tractantes Inquiſitores, vel Epiſcopos id munus in ſua diœceſi, vel provincia exercentes, & quoslibet alios ſanctæ Inquiſitionis miniſtros.

12. Contra ſcientes, & non revelantes Cardinalibus injurias. Vide Navar. ubi ſuprà.

13. Contra quaslibet moniales egredientes è monaſteriis, niſi in caſu magni incendii, vel lepræ vel epidemiæ, & cum approbatione in ſcriptis ſuperioris vel Epiſcopi.

14. Contra cupientes fructus beneficiorum primi anni ejuſdem Pii V. Hæc eſt reſervata Papæ.

15. Contra capientes Chriſtianos in terris à Turcis occupatis in ſervos, & nolentes eos liberos dimittere cum bonis ſuis.

16. Contra omnes Principes, ac Dominos totius orbis non parentes ſanctæ Inquiſitioni generali Romæ.

17. Iudex ſæcularis, qui Eccleſiaſticum ſine violentia reali terroribus injuſtè cogit exulare, excommunicationem incurrit.

18. Hæc breviter prælibata ſufficient, ut quis habeat omnium ferè excommunicationum notitiam, & poſſit ad authores eas fuſius declarantes vadire, ſi quæ dubitat plenius intelligat. Vide Tolet. *lib. 1. Inſtr. ſacer.* & Villal. *to. 1. tract. 17. per totum.*

## *DE EXCOMMUNICATIONE minori.*

1. Excommunicatio minor [illegible] privat [illegible] ſacramentorum participatione, & electione paſſiva. [illegible] a penult. de ſent. excom.

2. [illegible] taliter, ſi recipiat aliquod [illegible] ſacramentum, vel acceptet dignitatem, vel beneficium Eccleſiaſticum, ſed non incurrit irregularitatem [illegible]. b c. ſi cel. lebr. de cler. ex. com.

3. Peccat *c* venialiter adminiſtrando ſacramenta. c Comm. DD.

4. Audiendo ſacrum, vel abſolvendo ab excommunicatione non *d* peccat. d Comm. DD.

5. Privatur Eccleſiaſtica ſepultura, *e* ſed abſolvendus eſt etiam poſt mortem, ut ſepeliatur *f* in loco ſacro. e c. ſacris de ſepult. f Comm. DD.

6. Solum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

6. Solum incurritur hæc excommunicatio cum quis communicat cum excommunicato excommunicatione majori; ſi eſt denunciatus vel notorius clerici percuſſor.

## *De eo qui poteſt abſolvere.*

7. Proprius ſacerdos, & quicumque poteſt à peccato mortali abſolvere, & qui habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt *f* ab hac abſolvere cenſura.

*f* Comm. DD.

8. Qui accedit ad confeſſionem cum ſolis venialibus, & excommunicatione minori poteſt *g* abſolvi à ſimplici ſacerdote, ſicut à peccatis, ſic etiam ab hac excommunicatione. Hæc ſententia eſt probabilior, licet tutior contraria.

*g* Tolet. in ſumm. lib. 1. c. 17. n. 7

9. Cum abſoluto virtute Bullæ Cruciatæ ab excommunicatione Papæ reſervata poteſt *h* judex diſſimulare in foro exteriori niſi ſit pars, quæ contradicat.

*h* Henriq. l. 7. de indulg. c. 13.

## *Exemptus.*

1. De licentia ſui Superioris poteſt *a* ſe ſubdere Epiſcopo ut ab eo obtineat diſpenſationem vel abſolutionem, quibus indiget.

*a* P. Sa hoc verb.

## *Exilium.*

1. Exilio perpetuo damnatus dicitur deportatus, qui autem ad tempus, relegatus.

2. Non poteſt pater filium in exilium mittere.

*a* Sa hoc verb.

Del uso del P. fr. Antonio Olivares con licencia del Sr. Prelado.

DISP.



# DISPVTATIO XIII.

## SECTIO I.

## *EXTREMA VNCTIO.*

### EXTREMA VNCTIO QVID SIT, DE EIVS MATERIA & forma, & quibus perſonis adminiſtranda.

1. Eſt *a* ſacramentum unctionis infirmorum ad ſalutem animæ, & corporis.

2. Eſt ſacramentum *b* novæ legis à Chriſto inſtitutum.

3. De inſtitutionis tempore non *c* conſtat, creditur autem nocte cœnæ fuiſſe inſtitutum.

4 Materia remota *d* eſt oleum benedictum ab Epiſcopo, & non ab alio ſacerdote. In quo non poteſt diſpenſari.

5. Materia proxima *e* eſt unctio cum oleo, & Crucis ſignum non eſt de neceſſitate.

6. Unctiones quinque ſenſuum ſunt *f* de neceſſitate hujus ſacramenti.

7. Forma *g* eſt; *Per iſtam ſanctam unctionem, &c.*

8. Poteſt *h* reiterari in diverſis infirmitatibus, & in eadem, cum remittitur, & poſtea aggravatur.

9. Dat *i* gratiam digne recipienti, & fuit inſtitutum principaliter ad confortandum animum infirmi.

10. An incipiat gratiam cauſare in prima unctione, an in ſola quinta illam cauſet, dubium *l* eſt inter DD magis plurium, ac probabile videtur partialem gratiam cauſare in prima, in quinta vero totalem, licet contrariam ſententiam teneant viri docti.

11. Si infirmus moriatur in prima unctione gratiam *m* conſequitur partialem.

12. Si infirmus ita proximus morti ſit ut timeatur, quod ſine unctione decedat, omiſſo ſigno Crucis ungantur *n* celeriter organa ſenſus, quæ ſunt in capite & una manus dicendo: Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum Et niſi ſit ita urgens neceſſitas addatur & per pedum, &c quia hoc eſſe etiam de neceſſitate aſſerunt *o* viri docti.

*a* Villal. to. 1, tr. 10 diſ. 1. *b* Trid. ſeſſ. 7, can. 1. *c* Comm. DD. *d* Trid. ſeſſ. 14. de hoc ſacramento. *e* Trid. ubi ſuprà. *f* Comm. DD. *g* Trid. ubi ſuprà. *h* Trid. ſeſſ. 14. c. 3. *i* De fide *l* Vide Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 179. *m* Vide eum qui ſuprà. *n* Vide Dian. ubi ſuprà. *o* Vide Suar. ſeq. 1. n. 7. 10. 4. diſp. 41.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

13. Si ægrotus manibus, & pedibus caret proxima pars ungenda *p* eſt.

*p* Comm. DD.

14. Cæci, ac ſurdi ungendi ſunt. *q*

*q* Comm. DD.

15. Homo vivus, baptizatus habens rationis uſum, vel qui aliquando habuerit ſolum eſt capax hujus ſacramenti.

*r* Comm. DD.

16. Si ægrotus amiſit rationis uſum, *ſ* conſtetque in ſtatu peccati mortalis illud petiiſſe, non eſt ei *t* adminiſtrandum.

*ſ* Suar. to. 4, diſp. 42, ſec. 1, *t* Idem ubi ſuprà.

17. Sane non ſunt *u* capaces illius, & ideo morte damnatis non datur.

*u* Comm. DD.

18. Qui nunquam actualiter peccavit, poteſt illud recipere, & intelligenda eſt forma conditionaliter, & mox baptizato in mortis articulo non eſt denegandum. Probabileque *x* eſt, ut docet Suar. B. V. illud recepiſſe.

*x* Suar. to. 4, diſp. 18, ſec. 3,

---

# SECTIO II.

## *An ſit præceptum illud recipiendi, & quæ ſit neceſſaria diſpoſitio.*

1. NOn eſt *a* præceptum illud recipiendi, quod ſi omittatur ſine ſcandalo, & contemptu nullum erit peccatum.

*a* Comm. DD.

2. Ad illud recipiendum *b* ſufficiet contritio, ſed quia recipitur in mortis articulo neceſſaria eſt confeſſio habenti peccatum mortale.

*b* Villal. ubi ſuprà.

3. Non eſt neceſſarium, quod præcedat Euchariſtiæ ſumptio, & in neceſſitate ante illam debet miniſtrari.

## *De huius Sacramenti Miniſtro.*

4. Solus ſacerdos *c* eſt miniſter illius.

*c* Trid. ſeſ. 14, c. 2, de hoc ſacr.

5. Sacerdos, qui ſine facultate proprii parochi hoc ſacramentum *d* miniſtrat peccat mortaliter, ſufficiet *e* tamen virtualis, & interpretativa.

*d* Comm. DD. *e* Suar. to. 4, diſp. 41, ſec. 1,

6. Si urget neceſſitas, nec comparet Parochus, quilibet alius poteſt etiam *f* ſi ſcant illum ægrè laturum.

*f* Idem ubi ſuprà,

7. Poteſt à *g* pluribus in neceſſitate adminiſtrari, ſi autem unus ungeret, alius formam proferret, nullum eſſet.

*g* Idem ubi ſuprà.

8. Parochus illud negans, vel notabiliter differens cum periculo, ut ſine illo ægrotus decedat peccat *h* mortaliter, ſi autem illud negat ob vitandum vitæ periculum non peccat.

*h* Comm. DD.

9. Sacer-



9. Sacerdos excommunicatus non poteſt *i* illud adminiſtrare.

*i* Suar. to. 4, ſec. 3, num. 6,

## *Additiones Sectionis II.*

10. Non ſolet *l* dari pueris niſi ætate, qua communicant; ſufficit tamen ætas, qua poſſunt peccare.

*l* Bellar. de extr. unc. c. 9, lib. 1,

11. In diuturnis morbis *m* ut hydropiſi debet reiterari, quoties redit periculum.

*m* Comm. DD.

12. In dubio an vivat ægrotus, adminiſtranda *n* eſt ſub conditione.

*n* Sa hoc verb.

13. Effectus ejus eſt *o* remiſſio peccatorum venialium, & etiam mortalium faciendo de attrito contritum.

*o* Comm. DD.

14. Sacrum extremæ unctionis oleum ad ægrotos deferre ſine lumine non erit peccatum mortale, ſine veſtibus autem, & ſolemnitatibus ab Eccleſia præſcriptis an liceat in neceſſitate miniſtrari alii negant, *p* quia non eſt ſacramentum neceſſitatis; alii affirmant, ſed minus probabiliter.

*p* Suar. diſp. 44, ſec. 1, n. 7, P. Quintanad. tr. 5, ſing. 7,

15. Si contingat nullum adeſſe virum, ſed ſolam fœminam, qui ſacerdoti reſpondeat extremam unctionem adminiſtranti, non peccabit mortaliter nec fœmina reſpondens, nec ſacerdos conſentiens. Conſultius erit ſi ipſe ſibi reſpondeat.

16. Graviſſime peccant, *q* qui illud tempus ungendi ægrotum obſervare ſolent cùm jam omni ſalutis ſpe amiſſa, vita & ſenſibus carere incipiat. Verba ſunt Pii V. *In Cathes. p. 2, de unit. c. 6, num. 9.* Quod intellige cum data opera nolit Parochus aliter facere.

*q* Pius V. in Cathes.

17. Qui in principio infirmitatis non gravis, nec periculoſæ hoc ſacramentum ægroto adminiſtrat, *r* peccat mortaliter, validè tamen, ſed ſuperveniente periculo reiterandum

*r* Suar. diſp. 42, ſec. 1, n. 4,

18. Oleum infirmorum domi retineri à Parocho quaſi per tranſennam per unum diem, vel noctem in loco decenti, nullum erit peccatum. Semper autem domi, & non in Eccleſia cuſtodiri non excuſatur à mortali *ſ* propter ſcandalum, & irreverentiam.

*ſ* P. Quint. ubi ſuprà ſing. 10,

19. Oleum infirmorum ad infirmos mittere ut ungantur & ab infirmitate liberentur, licitum eſſe Parochis antiqua docuit *t* Eccleſiæ conſuetudo. Sed quia modo non eſt in uſu non poterit fieri ſine ſcandalo, & irreverentia.

*t* Innoc. 1, epiſt. 6, ad De.

EXCUSA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *Excuſatio.*

a Comm. DD.

1. Rationabilis cauſa excuſat a ſaltem à mortali legis humanæ transgreſſorem.

2. Cauſa, quæ bona fide putatur juſta, licet non ſit omnino talis excuſat b à mortali circa legem humanam, non verò à veniali.

b Navarr. c.111, num.10.

## DISPVT. I. SECT. VNICA.

### RESOLVTIONES III.

### F.

### *FALSARIVS.*

a Navar. c.17, n.68.

FAlsificans a ſcripturam, vel ea utens in damnum alterius ſciens eſſe falſam, tenetur reſtituere. Quod ſi ſint litteræ Apoſtolicæ, incurrit excommunicationem reſervatam.

2 Idem dic de falſificante ſubreptionem vel ſigillum Prælati, vel menſuras vel pondera. Nec non de eo, qui eis ſcienter utitur.

3 Falſare monetam crimen eſt læſæ majeſtatis. Falſa dicitur facta ſine legitima authoritate, materia, pondere, aut ſigno.

## DISPVT. II. SECT. I.

### *FAMA.*

### *Quid ſit, & in quo differat ab honore.*

a Comm. DD.

1. FAma a eſt opinio, & æſtimatio inculpatæ vitæ, quam de aliquo habent homines.

2. Differt



2. Differt b ab honore in eo, quòd honor eſt cultus, & reverentia, quæ exterius exhibetur alicui ratione virtutis, dignitatis, excellentiæ. b Comm. DD.

3. Honos aufertur c verbo per contumeliam, convitium, & improperium, nec non per irriſionem, & ſubſannationem. c Villal. to.1, tr.11. dif. 15.

4. Fama aufertur d per detractionem, murmurationem, & ſuſurrationem. d Idem ubi ſuprà.

5. Ablatio famæ ſuâpte naturâ eſt peccatum mortale, & multis modis aufertur, quos videre licet e apud Villabobos. e Idem ubi ſuprà.

## SECTIO II.

### *DE OBLIGATIONE RESTITVENDI famam.*

1. QUi injuſtè, & effectivè alium infamat, a tenetur reſtituere, niſi aliunde fama recuperata ſit. a Comm. DD.

2. Qui detegit peccatum, de quo aliquis ſolet gloriari, vel id quod eſt publicum, vel citò publicandum, ad nil tenetur. b b Comm. DD.

3. Cùm neceſſarium c eſt peccatum detegere ad correctionem delinquentis, vel ad vitandum damnum tertii, vel infamia datur in pœnam zelo juſtitiæ, non eſt reſtituendi obligatio. c Vide Tol. lib. 5. c.65.

4. Cùm indignus beneficium procurat, cujus electio erit in animarum diſpendium, detegere licet d peccatum ejus, ut impediatur electio. d Comm. DD.

5. Idem e dic de eo, qui beccam in collegio procurat, quam non poteſt tuta conſcientia retinere. e Villal. ubi ſuprà.

6. Puellæ pro virgine habitæ non licet f ſtuprum detegere, ut impediatur eleemoſynam recipere à teſtatore pro dotandis puellis virginibus relictam. f Idem ubi ſuprà.

7. Qui infamat aliquem de crimine, quod putabat eſſe publicum, ſi inveniat eſſe occultum, famam reſtituere tenetur. g g Comm. DD.

8. Qui ſe audiſſe dicit etiam ſine malo animo, quod famam proximi lædat, reſtituere tenetur, contrarium docet h Navarrus. h Navar. in ſumma num. 49.

9. Qui uni dicit crimen, quem ſcit nemini revelaturum etiam



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *Excuſatio.*

a Comm. DD. 1. Rationabilis cauſa excuſat *a* ſaltem à mortali legis humanæ tranſgreſſorem.

2. Cauſa, quæ bona fide putatur juſta, licet non ſit omnino talis excuſat *b* à mortali circa legem humanam, non verò à veniali.

b Navarr. c.21, num.10.

# DISPVT. *I.* SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES III.

## F.

### *FALSARIVS.*

a Navar. c.17, n.68. FALSIFICANS *a* ſcripturam, vel ea utens in damnum alterius ſciens eſſe falſam, tenetur reſtituere. Quod ſi ſint litteræ Apoſtolicæ, incurrit excommunicationem reſervatam.

2 Idem dic de falſificante ſubreptionem vel ſigillum Prælati, vel menſuras vel pondera. Nec non de eo, qui eis ſcienter utitur.

3 Falſare monetam crimen eſt læſæ majeſtatis. Falſa dicitur facta ſine legitima authoritate, materia, pondere, aut ſigno.

# DISPVT. *II.* SECT. *I.*

### *FAMA.*

### *Quid ſit, & in quo differat ab honore.*

a Comm. DD. 1. FAma *a* eſt opinio, & æſtimatio inculpatæ vitæ, quam de aliquo habent homines.

2. Differt



2. Differt *b* ab honore in eo, quòd honor eſt cultus, & reverentia, quæ exterius exhibetur alicui ratione virtutis, dignitatis, excellentiæ. b Comm. DD.

3. Honos aufertur *c* verbo per contumeliam, convitium, & improperium, nec non per irriſionem, & ſubſannationem c Villal. to.1, tr.12, diff. 15.

4. Fama aufertur *d* per detractionem, murmurationem, & ſuſurrationem. d Idem ubi ſuprà.

5. Ablatio famæ ſuâpte naturâ eſt peccatum mortale, & multis modis aufertur, quos videre licet *e* apud Villabobos. e Idem ubi ſuprà.

# SECTIO II.

## *DE OBLIGATIONE RESTITVENDI famam.*

1. QUi injuſtè, & effectivè alium infamat, *a* tenetur reſtituere, niſi aliunde fama recuperata ſit. a Comm. DD.

2. Qui detegit peccatum, de quo aliquis ſolet gloriari, vel id quod eſt publicum, vel citò publicandum, ad nil tenetur. *b* b Comm. DD.

3. Cùm neceſſarium *c* eſt peccatum detegere ad correctionem delinquentis, vel ad vitandum damnum tertii, vel infamia datur in pœnam zelo juſtitiæ, non eſt reſtituendi obligatio. c Vide Tol. lib. 5, c.67.

4. Cùm indignus beneficium procurat, cujus electio erit in animarum diſpendium, detegere licet *d* peccatum ejus, ut impediatur electio. d Comm. DD.

5. Idem *e* dic de eo, qui beccam in collegio procurat, quam non poteſt tuta conſcientia retinere. e Villal. ubi ſuprà.

6. Puellæ pro virgine habitæ non licet *f* ſtuprum detegere, ut impediatur eleemoſynam recipere à teſtatore pro dotandis puellis virginibus relictam. f Idem ubi ſuprà.

7. Qui infamat aliquem de crimine, quod putabat eſſe publicum, ſi inveniat eſſe occultum, famam reſtituere tenetur. *g* g Comm. DD.

8. Qui ſe audiſſe dicit etiam ſine malo animo, quod famam proximi lædat, reſtituere tenetur, contrarium docet *h* Navarrus. h Navar. in ſumma num. 49.

9. Qui uni dicit crimen, quem ſcit nemini revelaturum



etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etiam tenetur, *i* & peccat mortaliter. Contrarium tamen tenent viri docti.

*i* Villal. ubi ſup.

10. Publicâ ſententiâ infamatum in una civitate, infamare in alia non eſt contra *l* juſtitiam, nec inducit reſtituendi obligationem. Erit contra charitatem, ſi emendatus habet bonum nomen.

*l* Rebel. de juſt. 2. p. lib. 4. p. 4. num 7.

11. Qui in confeſſione revelavit alienum peccatum, quia aliter ſuum aperire non poterat, *m* ad nil tenetur.

*m* Villal. ubi ſupra.

12. Qui uni tantum crimen aperuit, & fama per ora multorum volavit, omne damnú reſarcire pro viribus tenetur. *n*

*n* Comm. DD.

13. Infamatum non per ſententiam judicis, ſed per criminis notoreitatem in uno loco, infamare in alio eſt *o* contra charitatem, & contra juſtitiam, quando in alio loco benè vivendo bonum nomen acquiſivit, licet contrarium teneant alii minùs probabiliter.

*o* Villal. ubi ſupra.

14. Quando quis infamatus eſt de uno crimine, qui cum de alio non connexo infamat, reſtituere *p* tenetur.

*p* Comm. DD.

15. Qui libellos infamatorios in publicum profert, reſtituere tenetur. *q*

*q* Comm. DD.

16. Qui audit detrahentem, & cùm poteſt, non reſiſtit, & dictis aſſentitur, peccat *r* mortaliter contra charitatem.

*r* Comm. DD.

17. Qui inducit detractorem verbis, vel nutibus, peccat contra juſtitiam, & tenetur reſtituere *ſ* in ejus defectu.

*ſ* c. non ſolum 11. q. 3.

## *DE MODO FAMAM reſtituendi.*

1. Qui falſum teſtimonium profert, tenetur ſe falſum dixiſſe aperire coram eiſdem, quibus illud dixerat. Hoc tamen non procedit in perſona magnæ authoritatis, uti eſt Epiſcopus, qui ſe mentitum fuiſſe dicere non tenetur *a*, ſed alio modo compenſare.

*a* Comm. DD. et D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2.

2. Judex qui falſo ſed juſtè ſecundum allegata, & probata reum infammavit, ad nil tenetur. *b* Si autem ut perſona particularis innocentem eſſe ſciebat id tenetur aperire ex charitate.

*b* Comm. DD.

3. Cùm quis verum *c* dicens aliquem infamavit injuſtè, multis modis famam ejus poteſt compenſare. Melior videtur *d* ſi dicat detractor: Ego nihil ſciebam de homine illo (ſubintelligitur ad defendum) ſed ex odio, paſſione, vel ignorantia hoc vel illud dixi, & ideo honorem nunc illi reſtituo.

*c* Bannez 2. p. q. 62. art. 2. ad 8.
*d* Navar. in ſumm. c. 15. n. 49.

4. Alius modus probatus apud authores eſt honorificè loqui



qui de infamato & illi tantum præſtare honoris, quantum ablatum eſt. Alii modi poſſunt *e* videri apud Villalobos.

*e* Vill. to. 2. tr. 11. dif. 16.

5. Cùm infamiâ notatus famam recuperavit, reſtitutio non obligat niſi damnorum, quæ ſecuta ſunt ex infamia. *f* Idem dic cùm infamia oblivione deleta eſt, ſed hoc raró contingit.

*f* Comm. DD.

## *An quis teneatur famam reſtituere cum detrimento propriæ facultatis, famæ, vel vitæ.*

6. Nemo tenetur *g* reſtituere rem inferioris ordinis cum detrimento rerum ſuperioris ordinis.

*g* Comm. DD.

7. Fama reſtituenda *h* eſt cum detrimento pecuniæ, & etiam propriæ famæ, niſi hæc valde utilis ſit reipublicæ, ut in perſona magnæ authoritatis, ut Prælati reſpectu ſubditi.

*h* Villalob. ubi ſupra.

8. Regulariter loquendo nemo *i* tenetur famam reſtituere cum periculo vitæ; tenebitur tamen quando infamatus propter falſum teſtimonium eſt in eodem periculo, vel notabiliter eſt infamata perſona nobiliſſima vel tota familia.

*i* Vide Nava. lib. 2. c. 2. nu. 405.

9. Licitum eſt *l* propriam vitam periculo exponere ad tuendam famam alienam.

*l* Comm. DD.

## *An qui famam nequit reſtituere teneatur pecuniâ compenſare?*

10. In hac re ſunt duæ opiniones contrariæ, affirmativa *m* videtur probabilior, utraque tamen eſt in praxi ſecura.

*m* D. Tho. 2. 2. q. 72. art. 2. ad 2.

11. Cùm judex reum condemnat, & jubet ut pecunia famam compenſet, tenetur *n* ſolvere.

*n* Comm. DD.

12. Hæredes infamantis in prima opinione tenetur *o* pecuniam ſolvere infamato, & damna & condemnationem factam à judice pro compenſatione infamiæ in omnium opinione.

*o* Comm. DD.

13. Infamiam propriam remittere licitum eſt, *p* niſi ſit connexa cum infamia aliorum.

*p* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UANL
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

## An qui proximo honorem abſtulit, reſtituere teneatur?

14 Majus peccatum q eſt honorem auferre, quàm famam, & ex natura ſua eſt mortale.

15. Qui honorem aufert reſtituere tenetur. r Honor auferetur privativè, cum debitus honor denegatur; poſitivè verò per contumeliam, & ſimilia.

16. qui privativè abſtulit honorem tenetur ſatisfacere veniam poſtulando, & reddendo honorem debitum proximo. Hic etiam modus conveniens eſt ad ſatisfaciendum pro honore per contumeliam ablato.

q D. Tho. 2.2, q. 5, art. 1.
r Comm. DD.

## Variæ reſolutiones de fama.

1. Objicienti verum crimen, ſed ita occultùm ut alter peccet mortaliter illud evulgando, licet a dicere: Mentiris, id eſt, non ita ſcis, ut poſſis illud evulgare, immò ſi aſtantes non credant illum fuiſſe mentitum, infamantis crimina revelare licet, ut credant illum eſſe mendacem.

2. Qui affectus injuriâ magnâ famæ notam incurreret, niſi infamantem perſequeretur, percurreret, immò & occideret, ſi hoc non faceret ex odio, neque amore vindictæ, non peccaret, ſecundum aliquos b. Veruntamen contrarium videtur tenendum ob decreta Alexandri VII.

3. Nam qui non poteſt ſine gravi infamiæ nota invadentem fugere, non poteſt illum ſine peccato occidere ad ſui defenſionem, & irregularitatem videtur incurrere c. Neque licet paratum ad invadendum occidendo prævenire.

4. Clam occidere injuſtum calumniatorem ad vitandam infamiam ex ſua natura non d videtur ſecundum quoſdam illicitum; juſte autem prohibetur à jure civili & prædicto Alexandro VII. ne prætextu juſtæ defenſionis plura injuſta homicidia perpetrentur.

5 Moriturus, qui famam reſtituere non vult, petens à confeſſario ut ipſe poſt ejus mortem reſtituat, non poteſt e abſolvi.

6. Infamatus familiariter convreſans cum infamatore videtur remittere injuriam, non verò obligationem reſtituendi famam.

a Hurtado p. 3. tr. 13. reſol. 16. apud Dianam.
b Henriq. & alii apud Dianam p. 1. tr. 15. reſ. 25.
c In decret. Alexand. VII. Anno 1665. 24. Septemb.
d Vide Dian. p. 5. tr. 4. reſol. 7.
e Idem ubi ſupra.





## VARIAE RESOLVTIONES. FAMVLI.

1. Non poſſunt a peti ſalaria tranſacto triennio in foro exteriori, debentur tamen in interiori. Idem dic de mercibus, ac medicinis, quarum pretium non poteſt peti poſt triennium.

2. Famuli notabilem quantitatem à domino ſurripientes, peccant b mortaliter; ſecus verò ſi ſint parvi valoris, ut comeſtibilia.

3. Famulus, qui durè tractatur, c poteſt exire à domini obſequio ſine peccato, etiam ſi tempus contractûs non adimpleverit.

4. Communiter loquendo non peccat d etiam ſine cauſa recedendo ante tempus impletum, quia notabile damnum non facit; peccat e tamen dominus cum ſine cauſa ejiciendo.

5. Famuli judicum, & aliorum optimatum, qui ob facilem ingreſſum & negotiorum expeditionem aliquid moderatum ſine partis injuria recipiunt non f peccant. Prohibendi tamen ſunt à rectis judicibus ne aliquid accipiant.

6. Aliquibus famulis tantùm datur victus, veſtitus, & nil aliud debetur. g

7. Alii ut artem aliquam addiſcant famulantur, quibus reſtitutio facienda h eſt, pro obſequio, ſi non doceantur.

8. Alii habent taxatum ſtipendium, quod non debetur i pro tempore infirmitatis, vel quo ſervire l non poſſunt. Non licet eis ante adimpletum tempus dominum deſerere, nec domino illum ejicere.

9. Alii nolunt paſciſci de pretio, ſed nihilominus debetur m eis competens ſalarium, niſi apertè renuntient, quia ſic in more poſitum eſt in palatiis Principum.

10. Famuli, qui clam aliquid ſurripiunt eo prætextu, quod majori pretio n valet eorum obſequium & fidelitas, conventio facta eſt, reſtituere tenentur; quia ſponte tali conventioni conſenſerunt, nec majus ſtipendium potuerunt invenire.

11. Idem o dicendum de ſartoribus qui ſimili prætextu ſuperflua ad veſtes ſarciendas efflagitant, & reliquias valoris notabilis ſibi in compenſationem reſervant.

12. Famulus, qui notabiliter dominum ſpernit, peccat p mortaliter.

13. Si famulus ad annum conductus ante tempus diſcedat, q debetur & ſtipendium pro tempore, quo ſervivit, niſi ex diſceſſu notabile damnum domino proveniret.

a l. 9. tit. 11, lib. 4. recop.
b Comm. DD.
c Villal. to. 1, tr. 13, dif. 10.
d Idem ubi ſup.
e Comm. DD.
f Rebel. de juſt. 2. p. lib. 18, q. ult. nu. 4.
g Navar. in ſumm. c. 16, n. 109
h Comm. DD.
i Comm. DD.
l Rebel. 2. p. de juſt. lib. 14.
m Comm. DD.
n Villal. to. 1, tr. 15, dif. 11. Vide Rebel. ubi ſupr. q. 11.
o Ibidem
p Comm. DD.
q Rebel. 2. p. de juſt. lib. 14. q. 21.

# DISPVT. *III.* SECT. *I.*

## *FESTVM.*

### *Feſtos dies ſanctificandi præceptum ad quid obliget, & quas actiones prohibeat.*

1. AD nullam aliam actionem obligat *a* præter Miſſæ auditionem.

2 Prohibentur *b* hoc præcepto omnia opera ſervilia.

3. Opera *c* alia liberalia, alia ſervilia, alia communia. Liberalia ſunt ea, in quibus communiter liberi occupantur, ſervilia in quibus ſervi, communia in quibus tam liberi, quàm ſervi.

4. Liberalia ſunt *d* legere, ſtudere, & ſimilia; hæc poſſunt fieri in diebus feſtis etiam pro mercede.

5. Pingere penicillo, vel acu propter lucrum opus ſervile eſt, nec licet *e* in die feſti; contrarium tamen tenent *f* viri docti. Si autem fiat oblectamenti gratiâ, vel causâ otii vitandi, vel addiſcendi, probabilius videtur etiam in prima ſententia, licitum eſſe.

6. Venari, *g* & piſcari moderatè in flumine ſine magno labore etiam ob lucrum licet, non vero in mari, quia non eſt in uſu, nec fit communiter niſi cum magno labore.

7. Scribere, & tranſcribere etiam ob lucrum licet. *h* Contraria Navarro videtur *i* probabilior.

8. Iter agere vel equis, vel pedibus, non eſt præcepto *l* prohibitum.

9 Non licet *m* ligna, vel ſimilia portare niſi ſit conſuetudo.

10 Bello ſe defendere licet, *n* non vero aggredi niſi ob neceſſitatem, vel opportunitatem.

11. Bellica exercitia tempore pacis non ſunt *o* prohibita.

### *An ſint prohibita aliqua opera liberalia?*

12. Prohibentur *p* in die feſto hæc quinque: Mercatum, judicium civile, judicium criminale ad mortem vel aliam pœnam, juramentum, & omnis ſtrepitus judicialis.

13. In his videnda *q* eſt conſuetudo, & ſervanda, nundinæ enim in aliquibus locis in feſtis licitè fiunt, & calceamenta vendere & emere jam uſu receptum eſt.

14 Proceſſus factus in die feſto, & ſentẽtia data irrita ſunt *r*.

*a* Suar. de relig. tr. 2. lib. 2. c. 16.
*b* Levit. 23.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* Vide Suar. de relig. tr. 2. lib. 2. c. 16.
*f* Layman lib. 4. tr. 7. c. 2. nu. 1.
*g* Suar. ubi ſupra.
*h* Idem ubi ſupra.
*i* Navar. in ſumm.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Suar. ubi ſup. c. 28. à nu. 8.
*o* Comm. DD.
*p* c. 1. de feriis & aliis juribus.
*q* Suar. de relig. t. 2. c. 22. n. 4.

15. An



15. Anteſtis à quo antecedenti die juramentum acceptum eſt in feſto *ſ* poſſit examinari, alii ajunt, alii negant; ſervetur conſuetudo.

16. Excommunicationis ſententia, *t* & ab ea abſolutio, voluntaria juriſdictio, & actus omnes extrajudiciales licitè fiũt.

17. Juramentum judiciale *u* prohibetur, ſed neceſſitate, vel pietate excuſatur, vel alia cauſa juſta.

### *Quibus cauſis excuſentur opera ſervilia facientes.*

18. Excuſantur materiæ parvitate à peccato mortali, non verò à veniali ſi fiant ſine neceſſitate. *x*

19. Excuſantur *y* neceſſitate propriæ conſervationis, & ſuſtentationis, vel familiæ, vel ob vitandum grave damnum, vel ob publicã utilitatẽ, quãdo cõmodè non potuit præveniri.

20. Excuſat *z* etiam ſpiritualis neceſſitas otii vitandi, vel aliorum malorum.

21. Excuſantur *a* pauperes, qui non aliter ſe, nec familiam ſuam alere poſſunt, dummodo fiat ſine ſcandalo. Cùm autem dubia eſt neceſſitas petenda eſt facultas ab Epiſcopo.

22. Famuli qui à dominis laborare jubentur in die feſto, ſi ſine gravi damno ſuo diſcedere ab eo poſſunt nõn excuſantur, *b* ſervi autem ſemper excuſantur.

23. Qui infirmis ſerviunt, vel alii neceſſitati proximi ſubveniunt charitate excuſantur *c*, & pietate, qui ea quæ ad divinum cultum ſpectant peragunt, licet ſervilia ſint.

24. Qui eleemoſynæ gratiâ ſine ſcandalo ut pauperi ſubveniat opus facit ſervile, non peccat. *d*

25. Conſuetudo, & gravis neceſſitas, quæ commodè præveniri non potuit, ſemper excuſant. *e*

*r* Dic. c. 1. de feriis.
*ſ* Vide P. Suar. to. 1. de relig. lib. 2. c. 10 num. 4.
*t* Abb. dia: c. fin. n. 6. & 17.
*u* Suar. ubi ſupra.
*x* Comm. DD.
*y* Suar. t. 1. de relig. tr. 2. c. 11. num. 3.
*z* Suar. ubi ſupra.
*a* Comm. DD.
*b* Navar. c. 15. nu. 7.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.

## SECTIO II.

### *De hujus Præcepti diſpenſatione, & aliis circa hanc materiam reſolutionibus.*

1. POteſt in hoc præcepto diſpenſare Papa, *a* & Epiſcopus in aliquibus feſtis, non in aliquo caſu proprius ſacerdos, & aliquando ſufficit ratihabitio de præſenti.

2. Cum inferior diſpẽſat in lege ſuperioris, indiget *b* cauſa.

3. Sicut excuſat magnum damnum vitandum, ſic magnum lucrum acquirendum, & ſicut colligitur ex c. *licet, de feriis*, Piſces, qui certis diebus & non aliis inveniuntur, poſſunt in diebus feſtis piſcari.

*a* Silv. ver. dominl. q. 4.
*b* Comm. DD.
*c* Alcocer. in ſumm. verb. trabalar. 22.



4 Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4. Qui omittit Miſſam concurrentibus duobus feſtis, duo peccata committit. *d*

5. Feſta ab Epiſcopo præcepta etiam religioſi exempti tenentur *e* obſervare.

6. Intentio lucrandi non facit *f* opus ſervile, quod ex ſe non eſt tale.

7. Licitum *g* eſt à proprio oppido diſcedere, in quo feſtum ſervatur ad laborandum in alio, ubi non eſt feſtum, dummodo Miſſa audiatur ante diſceſſum. Et qui tranſit per locum in quo feſtum ſervatur, Miſſam tenetur audire.

8. Opera ſervilia non licent *h* in die feſti, etiam ſi ſine pretio fiant.

9. Si opus ſervile purè fieret ob ſolam recreationem, non eſſet *i* contra hoc præceptum, vel ſi fieret ſalutis gratiâ, veluti ſi quis foderet terram ad ſudandum.

10. Panem pinſere, & coquere non licet *l* in die feſto, niſi plura feſta unum poſt aliud ſimul concurrant, vel commodè præveniri non potuerat panis pinſio die antecedenti. Contrarium videtur probabilius in magnis urbibus.

11. Cibos coquere, facere poſtella & empanadas ut vulgò vocantur & ſimilia, quæ commodè præveniri non poſſunt, occidere altilia, arietes, & ad convivium neceſſaria bene licent, *m* nec non quæ ad medici, chirurgi, & pharmacopolæ officium ſpectant.

12. Barbitonſoribus non licet *n* barbam, nec capillum tondere niſi ſalutis gratiâ, vel ei cui opus eſt iter agere, ubi non inveniet tonſorem, vel quando aliter ſuſtentari non poterit; quod cùm illis frequenter accidat, probabile eſt apud aliquos DD. hoc licitum eſſe barbitonſoribus etiam in feſtis officium ſuum exercere.

13. Quando iter commodè differri non poteſt, *o* poſſunt equi calceis ferreis calceari.

14. Generaliter quando opus ſervile non poteſt *p* differri ſine damno notabili, licet in die feſto. Unde licet uvas paſſas ſiccare, in fornacem calcis, & vitri ligna inijcere, fructus ne putreſcant colligere, terram rigare, cùm defectura eſt aqua, hoc tamen propter facilitatem laboris numquam eſt peccatum mortale.

15. In his & ſimilibus cum res clara eſt, non eſt opus diſpenſatione.

16. Hiſpani in diebus feſtis, quos Indi ſervare non tenentur, poſſunt illis permittere laborare in ſuis *q* prædiis, & ſi eos cogant ad laborem ſine violentia gravi, non erit mortale peccatum, nec veniale, ſi ob neceſſitatem fiat.

17. Qui

*d* Navar. 11. n. 4.
*e* Comm. DD.
*f* Suar. ubi ſupra.
*g* Navar. c. 13. n. 5.
*h* Comm. DD.
*i* Comm. DD.
*l* P. Didac. Alvar. in manuſcrip.
*m* Vide Dian. in ſum. hoc verb.
*n* Idem p. 2. t. 15. reſ. 54.
*o* Comm. DD.
*p* P. Did. Alv. in manuſcrip.
*q* P. Quintanadven in ſingul.



17. Qui ſervos habet, & neceſſitatem laborandi in prædio in die feſto non tenetur conducere Indos, quibus licitum eſt laborare in tali die, ſed cum ſervis ſuis ſuæ neceſſitati licitè occurret *r*.

18. Qui habet ad equos alendos herbam in ſuo prædio, tenetur, ſi commodè & ſine notabili damno poteſt, prævenire, ut in veſpere diei feſti colligatur. Si vero oblitus fuit non tenetur *ſ* pecunia emere, ſed licebit ſervos ſuos mittere, ad colligendum.

19. Qui paucos ſervos habet, & in aliis ad prædium neceſſariis die antecedenti occupatos benè poteſt in feſto iſtos in prædicto opere, & ſimilibus occupare; *t* tenetur tamen quàm plures poterit ad illud mittere, ut brevius labor finiatur.

20. Epiſtolarum portatores, qui Chaſquis vocantur, in hoc regno licitè eas *u* portant iter agentes propter commune bonum. Audire tamen ſacrum tenentur, ſi commodè poſſunt. Idem dic de his, qui merces, & alia reipublicæ utilia in mulis portant.

21. Qui ob ſolam recreationem mare intrant ad piſcandum etiam cum multo remigum labore, non peccant *x* ſi prius Miſſam audiant.

22. Opera ſervilia ordinata ad communẽ populi recreationẽ, quando præveniri cõmodè in die antecedẽti non potuerũt, licitè *y* ſiunt in feſto, ut ſuere veſtes, arcus erigere, in taurorum agitatione tabulata publica, & ſimilia concludere.

23. Veſtes lugubres ad funus, vel pretioſas ad nuptias, quando hæc commodè differri non poſſunt, licitum *z* eſt ſuere.

24. Quæ proximè ordinantur ad cultũ divinum, etiã ſi opera ſint ſervilia, ut templum verrere, ornare, hoſtias facere & ſimilia, peccatũ veniale erit ea non prævenire, ſed numquam *a* mortale, etiam ſi in labore integer dies inſumatur.

25. Quæ remotè ad Dei cultum ſpectant, ut Eccleſiam ædificare, agros ejus colere, & ſimilia in feſto non *b* licent.

26. Opera virtutis miſericordiæ, eleemoſynæ, & ſimilia ſemper *c* licent, ut ſubvenire pauperi, infirmis inſervire. Si vero ſint purè ſervilia, non licent, ut xenodochium ædificare.

27. Servus, cui non vacat laborare in alio die, ſi ei paucula terra à Domino concedatur, poterit *d* eã in die feſto colere, ſi, ut ſæpe contingit, ei non præſtet dominus neceſſaria alimenta; ſecus verò ſi habeat unde ſufficienter alatur.

28. Opera aliqua ſervilia *e* licent ob conſuetudinem, ut molere in molendinis ex aqua, vel ex vento, conducere operarios, jumenta onerare ad iter agendum, calceos aptare,

*r* P. Did. Alv. in manuſcrip.
*ſ* Idem ubi ſup.
*t* P. Menacho in manuſcr.
*u* Comm. DD.
*x* Filuc. to. 2. tr. 27. c. 5.
*y* Did. Alvar. ubi ſup.
*z* Dian. to. 4. tr. 4. reſ. 62.
*a* Bonacina de lege diſp. 1. unic. & alii.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* P. Didac. Alvar. ubi ſuprà.
*e* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
FLAMMAM

& ſcindere & ſimilia. Sciendum tamen eſt an hæc conſuetudo ſit à Prælatis tolerata, tunc enim diſpenſationis vim habet.

*f* P. Didac. Alvar. ubi ſup.

29. Vinearum dominis licet *f* alienos ſervos conducere ad laborandum in vineis in feſto, cùm nec habent, nec inveniunt in alio die, qui eas colant, & ſervi poterunt etiam pro pretio licitè huic neceſſitati ſuccurrere laborando.

*g* Idem.

30. Idem dicendum *g* de his, qui Indos congregant, in die feſto ad ædificandam Eccleſiam, & ad agros colendos, vel domos ædificandas, quando aliis diebus colonos invenire non poſſunt, vel non habent unde pretium eis ſolvant.

*h* Comm. DD.

31. Quodvis opus, licet ſervile ſit, addiſci non prohibetur, *h* quia hoc ingenuum opus eſt.

32. Opus commune, ut ſcribere, iter agere & ſimilia facta ob pretium ſiunt ſervilia; de his vide quæ ſupra diximus.

## SECTIO III.

### *De variis circa hanc materiam reſolutionibus.*

*a* Dian. p. 4. tr. 4. reſol. 61.
*b* Vide Dian. p. 2. tr. 15. reſ. 36.

1. TYpographis *a* licet characteres ordinare, ipſa verò impreſſio opus ſervile eſt.

2. Trium horarum ſpatium in aliquorum ſententia parvitas *b* eſt materiæ; quia tertiam, aut quartam partem diei ad fractionem præcepti requirunt. Sed communior ſententia eſt quod ultra duarum horarum ſpatium laborare peccatum mortale eſt.

*c* Idem p. 3. tr. 14. reſ. 7.
*d* Tolet. lib. 4. c. 24.
*e* c. conqueſtus de feriis.

3. Servo infideli poſſunt imponi *c* opera ſervilia in die feſto.

4. Feſtum *d* poteſt Princeps, vel civitas indicere, ſed ſine obligatione Miſſam audiendi.

5. Feſtum quod Epiſcopus indicit non obligat, cùm populus ob rationabilem cauſam non acceptat; acceptatum autem etiam religioſi exempti obſervare tenentur. Epiſcopus autẽ *e* non poteſt indicere, niſi clero, vel Capitulo conſentiente.

*f* Sà hoc verb. n. 5.
*g* Idem ubi ſup.
*h* Idem ubi ſup.
*i* Navar. & Sanchez apud Machadum in ſumm.
*l* P. Menagho in manuſcr.

6. Si feſta majorum voto, vel juramento ſint recepta, illa populus tenetur obſervare; *f* ſed non ſub obligatione voti, vel juramenti, quia hæc eſt perſonalis.

7. Epiſcopus non poteſt *g* prohibere, alioqui licita in feſto cauſa neceſſitatis, vel pietatis; quod ſi prohibeat ſub excommunicatione, hæc erit nulla.

8. Excuſat *h* uxorem viri, filium patris, ſervum vel famulum domini coactio.

9. Notarii teſtamenta ordinare, & ſcribere, & ſimilia ut ſcripturas licitè *i* faciant.

10. Qui cogit Indos ad laborandum in feſtis *l* debet ſolve-



ſolvere mercedem laboris, & merces erit utſponte laborantis. Licet ad veſperas ſecundas feſti mittere mancipia in agrum ut ſequenti die mane laborent.

11. Si in oppido tantum eſt feſtum, licet *m* in agrum ire ad laborandum auditâ Miſſâ; hoc tamen tutius, ſed probabile eſt non obligare ſub peccato. *m* P. Menach. in manuſcr.

12. Probabile *n* eſt diſtantiam unius leucæ excuſare ab auditione Miſſæ; leuca, & dimidia excuſat communiter. *n* P. Menach. in manuſcr.

13. Qui non portant in arietibus hujus regni *o* poſſunt iter agere, onera imponere, & deponere in diebus feſtis, dummodo, ſi poſſint, Miſſam audiant. *o* Idem ubi ſup.

14. Idem dicendum *p* de reliquis viatoribus, qui ante feſtum ad populum accedunt non tenentur ibi manere, ſed poſſunt etiam pedites iter agere per totum diem feſtum, & onera licet gravia imponere, & deponere. *p* Idem ubi ſup.

15. Feſtum eſſe qui dubitat, tenetur interrogare, & inquirere.

16. Si in feria ſexta hebdomadæ magnæ venerit Virginis Annuntiatæ feſtum, Miſſa non obligat.

## *De feſtis, quæ obligant ſub præcepto ex Vrbani VIII. decreto.*

*IANVARIO 31. dies.*

Circumciſio prima die. Feſtum Regum ſexta die.

*FEBRVARIO 28. & in Biſſexto 29.*

Purificatio Deiparæ 2. die.
Vigilia S. Mathiæ 23.
S. Mathias 24. & in Biſſexto 25.

*MARTIO 31.*

S. Joſeph 19. Annuntiatio B. Virginis 25.

*APRILI 30.*

*MAIO 31.*

Sancti Philippus & Jacobus 1.
Inventio S. Crucis 3.

*IVNIO 30.*

Vigilia S. Joannis Baptiſtæ. 23.
S. Joannes Baptiſta 24.
Vigilia S. Petri 28.
S. Petrus Apoſtolus 29.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*IVLIO 31.*

Vigilia S. Jacobi. 24.
S. Jacobus Apoſtolus. 25. Sancta Anna. 26.

*AVGVSTO. 31.*

Vigilia Sancti Laurentii. 9. S. Laurentius. 10.
Vigilia Aſſumptionis B.V. 14. Aſſumptio B.V. 15.
Vigilia S. Bartholomæi. 23.
S. Bartholomæus Apoſtolus. 24.

*SEPTEMBRI 30.*

Nativitas B. Virginis. 8. Vigilia Sancti Matthæi. 20.
S. Matthæus Apoſtolus. 21. S. Michael Archangelus. 29.

*OCTOBRI 31.*

Vigilia S. Simonis & Judæ. 27.
Sancti Simon, & Judas Apoſtoli. 28.
Vigilia SS. omnium. 31.

*NOVEMBRI 30.*

Feſtum omnium Sanctorum. 1.
Vigilia S. Andreæ. 29. S. Andreas Apoſtolus, 30.

*DECEMBRI 31.*

Vigilia Sancti Thomæ. 20. S. Thomas Apoſtolus. 21.
Vigilia Nativitatis D.N. Jeſu Chriſti. 24.
Nativitas D.N. Jesu CHRISTI. 25. Stephanus. 26.
S. Joannes Evangeliſta. 27. SS. Innocentes. 28.
S. Silveſter Papa, & Martyr. 31.

# *DISP. INTERIACENS.*

## RESOLVTIONES ALIQVÆ.

### *FEVDVM.*

1. FEudum eſt *a* conceſſio rei immobilis facta pro homagio. Ad hunc contractum neceſſariæ ſunt decem conditiones videndæ apud Villalobos.

2. Cùm proprietarius feudi aliquid mutuo dat feudatario, *b* poteſt ſine uſura retinere ſibi fructus, dum redditur ei quod mutuo dedit.

3. Non *c* poteſt quis feudo à Principe ſine cauſa privari.

4. Feudales conſuetudines etiam Eccleſiaſticos, & Eccleſias *d* obligant.

*a* Villal. tr. 25, diſ. 15.
*b* Molin 2, de juſt. diſp. 313.
*c* Sa hoc verb. n. 2.
*d* idem ubi ſup.

5. Non



5. Non *e* ſolent in feudo ſuccedere fœminæ, nec aſcendentes, nec monaſterium.

6. Si feudum ad nullum ſervitium datum fuit, & eſt fœmineum, fœmina *f* ſuccedit.

7. Monachi non *g* ſuccedunt in feudo, idem dic de muto & ſurdo, niſi fortè ſervitium domino præſtandum tale ſit, ut à quovis ſanæ mentis poſſit præſtari.

*e* Vide Silveſt. verb. feud. n. 4.
*f* Idem ubi ſup.
*g* Comm. DD.

# DISPVT. *IV.* SECT. *I.*

## *FIDES.*

### *Fides quid ſit, & an explicita aliquarum rerum neceſſaria ſit neceſſitate medii?*

1. FIdes *a* eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum aſſentiri non apparentibus.

2. Eſt virtus Theologica, cujus objectum materiale *b* ſunt res divinæ revelatæ; formale vero Deus revelans.

3. Præceptum credendi fidei myſteria obligat *c* infideles, quando confutatis eorum erroribus, naturalibus rationibus, ei illa proponuntur ab homine inculpatæ vitæ cum aliquibus ſignis; quod ni fiat excuſantur ignorantiâ invincibili.

4. In magna contra fidem tentatione *d* tenetur quis actum fidei elicere.

5. Aliqua fides explicita ſupernaturalis ſemper *e* fuit neceſſaria adultis neceſſitate medii.

6. Poſt peccatum Adæ ſemper fuit *f* neceſſaria fides Chriſti ſaltem implicita neceſſitate medii.

7. Poſt ſufficientem Evangelii promulgationem regulariter loquendo eſt *g* neceſſaria neceſſitate medii fides explicita Incarnationis, & Trinitatis.

8. In aliquo caſu *h* poteſt quis ſine fide explicita juſtificari, v.g. ſi habens ignorantiam invincibilem rerum fidei doleat de peccatis ſuper omnia cum ſpe veniæ, & firmo iterum non peccandi propoſito.

*a* D. Tho. 2, 2, q. 4, art. 1.
*b* Comm. DD.
*c* Valentia 2, 2, diſ. q. 2, part. 5.
*d* Azor. to. 1, l. 8, c. 9.
*e* Comm. DD. Et in decret. Alexand.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Villal. to. 1, tr. 1, diſ. 1.
*h* Ricard. In 3, diſt. 25, art. 3. q. 1.

DE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *De his quæ fidelis ſcire tenetur neceſſitate præcepti.*

*i* D.Tho. 2,2.q.2, art.5. *l* Sanch.in ſum.lib.2, c.1.n.6,

9. Qui alios docendi munus habent, præter ſymbolum multa alia ſcire tenentur *i* explicitè.

10. Rudes *l* tenentur ſcire explicitè 12.fidei articulos, qui continentur in ſymbolo. Tenentur etiam ſcire myſterium Euchariſtiæ, & ſubſtantiam ſacramentorum, quæ recepturi ſunt. Ad hoc tamen non tenentur, niſi cùm habent perfectum rationis uſum unde multi Æthyopes, & Indi poſſunt excuſari.

*m* Idem ubi ſup.

11. Epiſcopus *m* poteſt compellere ſubditos ut diſcant ad ſalutem neceſſaria, & Parochos ut illa doceant.

*n* Comm. DD.

12. Non eſt *n* neceſſarium ordinatè retinere in memoria articulos fidei, dummodo ſubſtantia calleatur.

13. Chriſtianus rudis, qui invincibili ignorantia credit aliquid contra fidem, excuſatur à peccato, & ab hæreſi.

---

## SECTIO II.

### *Quando Chriſtiani teneantur fidem confiteri.*

*a* 2.de fide.

1. PRæceptum fidem confitendi *a* obligat ſemper, ſed non pro ſemper. Negare autem illam numquam licet.

2. Cùm quis interrogatur an ſit Chriſtianus, non in odium fidei, ſed ad cognoſcendum cujus regionis aut conditionis ſit, non *b* tenetur fateri ſe eſſe Chriſtianum.

*b* Sanch.in ſumm.l.2, c.4.nu. 5, *c* Villalob. ubi ſup. dif.5. *d* Comm. DD.

3. Si interrogetur à gentili non in odium fidei, ſed in odium malorum Chriſtianorum, poteſt *c* quis ſine peccato reſpondere ſe non eſſe Chriſtianum, talem ſcilicet qualem ipſe putat.

4. Qui interrogatur à particulari ſine authoritate publica, *d* poteſt reſpondere, hoc ad te non ſpectat, ut quid me interrogas?

*e* D.Tho. ubi ſup. art.2, ad 3 *f* Comm. DD.

5. Cùm ex fidei confeſſione nulla utilitas, imò ſcandalum infidelium ſperatur, laudabile *e* non eſt illam confiteri; ſi autem ſperatur utilitas, non eſt perturbatio timenda.

6 Licitum *f* eſt fideli per terram infidelium tranſeunti veſtes & linguam cum cauſa mutare.

7. Qui affert ſecum aliquod ſignum, quod inventum eſt ad ſectæ



ſectæ infidelium proteſtationem, peccat *g* mortaliter etiamſi immineat periculum mortis, *c* 11. *nu.* 25.

*g* Navar. c.11.n.25

8. Quando in aliquo regno ſtatuitur lex, quod infideles afferant aliquod ſignum, ut Romæ quod Judæi pallido pileo utantur, probabile eſt quod peccent Chriſtiani, ſi illo utantur; *h* probabilius autem eſt non peccare, ſi cum cauſa eo utantur quia hoc ſignum ex ſe non eſt in proteſtationem fidei, ſed ad nationum diſtinctionem.

*h* Sanchez ubi ſup. nu.19,

9. Qui in terris infidelium interrogatur an ſit Sacerdos, vel Miſſam audierit, negando non peccat *i* contra hoc præceptum. Idem dic de eo qui carnibus veſcitur ſextâ feriâ, dummodo non ſit ſcandalum, nec non de eo, qui ingreditur eorũ Eccleſias, & converſatur cum eis, ne cognoſcatur, & occidatur.

*i* Azor.lib. 1.tit.8, c.27.q.4.

10. Idem dicendum *l* de Chriſtianis, qui ſe induunt Turcarum veſtibus, ut ex eorum manibus evadant.

*l* Comm. DD.

### *Quæ perſonæ teneantur fidei facere profeſſionem, quam Concilium Tridentinum, & quam pœnam non faciendo incurrant?*

11. Qui habent beneficium curatum, *m* tenentur intra duos menſes à die poſſeſſionis illius publicam fidei profeſſionem facere. Idem dic de Canonicis, ac dignitatibus in cathedralibus Eccleſiis, non verò in collegiatis.

*m* Vide Trident. ſeſ.24, c. 12, de reform. *n* Sanchez in ſum l.2, c.5.n.1. *o* Azor. ubi ſup.q.8

12. Circa prælatos, doctores, magiſtros, & lectores conſulenda *n* eſt conſuetudo.

13. Qui obligatus eſt ad faciendam fidei profeſſionem tranſacto etiam termino *o* tenetur.

14. Qui ob unum titulum fecit fidei profeſſionem, ſi alius titulus superveniat, aliam *p* tenetur facere. Poteſt autem fieri per procuratorem, *q* niſi electio in Epiſcopum fuerit.

*p* Sanchez ubi ſup. nu.6. *q* Azor. ubi ſup q.6 *r* Trid. ubi ſup. *ſ* Vide P. Sanchez in ſum.l.2 c.5, nu.10,

15. Qui non fecit intra præſcriptum terminum, fructus amittit *r* ſequentes, non præteritos; ſi autem eam prætermiſit ob invincibilem ignorantiam in foro interiori poteſt fructus ſibi reſervare, licet in exteriori condemnetur.

16. Qui in hoc deliquit, tenetur fructus reſtituere ante ſententiam judicis. Contraria tamen ſententia *ſ* eſt probabilis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### *An diſputare liceat circa res fidei?*

*r D. Greg. in Paſto. 2. p. c. 4.*

14. Ad infideles convincendos diſputare licet, *r* dummodo diſputatio non oriatur ex dubio, vel ſit otioſa, vel coram ſimplicibus.

*n Vide verb. excommunicatio.*

15. Laicis prohibita hæc diſputatio ſub excommunicationis pœna, ſed non incurritur ipſo facto. Probabile *n* autem eſt laicos doctos non comprehendi ſub prædicta pœna, & licere eis cum hæreticis diſputare.

### *Quod peccatum ſit infidelitas, & quot ſint eius ſpecies?*

*x Comm. DD.*

16. Infidelitas negativa, id eſt, non credere myſteria fidei nondum ſufficienter propoſita, nullum *x* eſt peccatum, quam qui habet, ſi lumen rationis ſequatur, à Deo, ut ſalvus fiat, illuminabitur

*y D. Tho. ubi ſupra.*

17. Infidelitas contraria, quæ fidei myſteriis contradicit, peccatum eſt *y* graviſſimum.

*z Comm. DD.*

18. Infidelitatis ſpecies ſunt *z* tres Paganiſmus: Iudaiſmus, hæreſis.

*Vil. an. a Villal. ubi ſupra.*

19. Cathecumenus, qui à fide recedit eſt *a* hæreticus, ſed non poteſt ab Eccleſia puniri.

*b P. Suar. de fide.*

20. Probabile eſt unum tantùm peccatum committere, *b* qui vincibiliter ignorat plures fidei articulos.

*c Comm. DD.*

21. Ob negligentiam notabilem in docendis filiis, ſervis, & familiaribus articulos fidei, vix poteſt à *c* mortali excuſari.

### *An liceat cogere infideles ad fidem?*

*d Comm. DD.*

22. Infideles, qui numquam fidem acceperunt, cogi non poſſunt, *d* ut illam accipiant.

*e Villal. ubi ſupra.*

23 Judæos licitum fuit Regibus ex Caſtella expellere propter bonum fidelium, *e*

24. Cùm infideles nolunt fidei concionatores admittere, armis poſſunt pacificari.

25. Chriſtianis Principibus licet ſubditos ſuos infideles ad legem



naturalem ſervandam compellere, & templa idolorum deſtruere. Sed non debent puniri propter id quod contra legem naturalem ante prohibitionem deliquerunt. Reliqua quæ hic deſiderantur vide in verbo *Hæreſis.*

---

# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## SECT. VNICA.

### *FIDEIVSSIO*

### *Quid ſit fideiuſſio, & contractus hic quas debeat conditiones habere.*

*a Comm. DD.*

1. EST *a* alienæ obligationis in ſe ſuſceptio, quâ quis ſe obligat, ad eam implendam, ſi debitor principalis eam non ſolverit.

*b Villal. to. 2. tr. 2., dif. 3.*

2. Ad hunc contractum regulariter *b* ſunt neceſſariæ quatuor conditiones; videantur apud Villalobos.

*c Ibidem*

3. In quatuor caſibus poteſt *c* ſolutio peti à fidejuſſore antequàm fiat executio adverſus principalem.

*d L. 4. de fidejuſ. l. 2 tit. 12. p. 5.*

4. Omnes, qui poſſunt obligari ut principales poſſunt *d* obligari, ut fidejuſſores, niſi ſint ſpecialiter prohibiti

*e L. 1. & per totū c. ad Vellejan. & l. 3 tit. 12. p. 7.*

4. Mulier non poteſt efficaciter fide jubere pro alio, quia *e* habet Velleiani exceptionem. Hoc tamen privilegio non gaudet cum illi renuntiat, poteſt tamen reſtitui ſi minor eſt.

*f L. milites 4. de loc. 10. g §. Si quis de 21. q. 3. h c. ſin. de fidejuſſ.*

6. Milites *f* dum in bello ſunt, nec *g* Epiſcopi, nec religioſi *h* niſi de Prælati licentia, & majori parte Capituli non poſſunt fidejubere, clerici verò poſſunt.

*i L. ait Prætor, parag. ad ſolum, ff. de min.*

7. Si minores 25. annis fidejubeant fidejuſſio valet, ſed poſſunt reſtitui, niſi fidejuſſio ſit pro patre è carcere liberando.

*l L. inter eos. ff. de fidejuſ. parag. ſi plures inſt. eod. lib. 3.*

8. Quando plures ſunt fidejuſſores ab unoquoque in ſolidum poteſt debitum repeti, iſte tamen poteſt *l* uti beneficio diviſionis. Sed in regno *m* Caſtellæ niſi exprimatur hæc obligatio in ſolidum, non intelligitur niſi per partes facienda.

9. Fidejuſſio eſt pretio æſtimabilis, & ideo pro ea aliquid pretii accipi *n* poteſt, in quo arbitrando quantitas debiti, & periculum penſanda ſunt.

V 10. Pro-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10. Pro fidejuſſione Prælati non tenetur *a* ejus ſucceſſor, ſicut nec in aliis contractibus, quos prædeceſſor fecit nomine proprio, ſecus verò ſi fecit nomine Eccleſiæ & ejus rem non ſuam agens.

11. Tenetur *p* debitor de omni damno ſua culpa fidejuſſori accidente, illo autem non tenetur ad debiti augmentum.

12. Qui fidejuſſit ad certum tempus, ſi à creditore prorogetur, *q* non tenetur amplius niſi de novo in id conſenſerit.

13. An pro minori, qui ſe non poteſt obligare *r* valeat fidejuſſio, alii ajunt, alii negant, affirmativa videtur probabilior.

14. An teneatur fidejuſſor ſolvere debitum antequam à judice rogatur, dubium eſt inter DD.

15. Creditor poteſt accipere pretium moderatum, ut fidejuſſorem ab obligatione liberet.

16. Mutuare cum pacto, quod mutuatarius *ſ* præmutuanti fidejubeat uſura eſt.

17. Qui non fidejubendi chirographum facit ſub aliqua pœna non tenetur adimplere, nec pœnam ſolvere, quia eſt contra bonos mores talis promiſſio.

Margin: ... tit. 12. p. 1. *m* L. 1. tit. 16. lib. 1. *n* Sà hoc verb. n. 1. *o* Mol. de contract. diſp. 494. *p* Sà ubi ſupra n. 3. *q* Sylveſt. verb. fidejuſſ. q. 11. *r* Vide ... *s* Sà ubi ſupra. *t* ... ubi ſupra.

# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *FILIVS.*

1. Filii naturales *a* fiunt legitimi per ſubſequens matrimonium parentum.

2 Idem dic *b* quando contractum fuit matrimonium bona fide in facie Eccleſiæ, & poſtea nullum fuiſſe apparuit.

3. In dubio legitimus præſumendus *c* eſt. Idem dic de eo qui poſt adeptam diſpenſationem natus eſt, ſi parentes matrimonio jungantur.

4 Qui naſcitur poſt matrimonium patris cum alia *d* eſt naturalis.

5. Qui habens filium naturalem cum alia contraxit, & poſt hujus mortem cum matre filii naturalis, illum legitimum *e* facit.

6. Non *f* tenetur filius credere matri dicenti illum non eſſe legitimum, niſi certò conſtet; quod ſi credat debet ſe ut illegitimum judicare.

Margin: *a* Comm. DD. *b* ... referente qui filii ſint legiti... *c* Comm. DD. *d* Sanch. lib. ..., diſp. 8. *e* Molin. ... de ... diſp. 167. *f* Suar. to. ... diſp. 10. ſec. 4. n. 5.

7. Filii



7. Filii illegitimi ſunt irregulares, nec poſſunt *g* obtinere beneficium etiam ſi non ſit curatum, vel dignitas.

8. Filii eorum, qui clandeſtinè cum impedimento dirimente contraxerunt ſunt *h* illegitimi.

9. Servorum filii quantum ad conditionem ſervilem matrem *i* ſequuntur.

10. Cum ſit divortium filii traduntur *l* alendi conjugi innocenti, ſed ſumptibus delinquentis, hæc tamen pœna non obligat niſi poſt ſententiam judicis.

11. Si communi conſenſu conjuges ſeparantur tribus primis annis alendi *m* ſunt à matre, poſt vero à patre communibus expenſis.

12. Idem *n* dic quando matrimonium fuit ſine culpa nullum, ſi autem alter conjux malam fidem habuit ſuis alat expenſis.

Margin: *g* Vide verb. irregul. *h* Comm. DD. *i* L. partū 2. de rei vendic. *l* Sanch. lib. 10. de matrim. diſp. 10. n. 7. 10. 3. *m* L. neque filium c. de patr. poteſt. *n* Sanch. ubi ſupra num. 11.

## *DE FILIO FAMILIAS LEGITIMO, & illegitimo.*

13. Filius familias dicitur, *o* qui eſt in poteſtate patris, avi, vel proavi.

14. Supremus aſcendentium habet *p* in poteſtate omnes deſcendentes, quo mortuo manet ſequens.

15. Fœminæ non habent filios in poteſtate, nec eorum deſcendentes.

16. Filius naturalis *q* dicitur, qui natus eſt ex copula nec approbata, nec reprobata jure civili.

17. Expoſitus ſi facta diligentia nihil reperitur, præſumitur *r* legitimus, & in dubio poſſe cum eo diſpenſare Epiſcopum quantum ad Eccleſiaſtica aliquorum ſententia eſt.

18. Spurius eſt *ſ* qui ex reprobata copula naſcitur, qui autem ex ſoluta, & conjugato non dicitur ſpurius.

19. Epiſcopus poteſt *t* ſubditum legitimare ad ordines minores, & ad beneficium ſine cura animarum, & dignitate, & cenſetur diſpenſare, ſi ſcienter ordinet.

20. Illegitimus *u* poteſt à Papa legitimari etiam quoad ſæcularia aliis non præjudicantia in terris ſuis, alii autem aſſerunt *x* ubique poſſe.

21. Legitimatus à Principe non *y* eſt ideo legitimatus ad Eccleſiaſtica.

22. Clerici filius *z* poteſt à Principe legitimari, ut ſit hæres patris etiam in bonis ex redditibus Eccleſiaſticis acquiſitis.

Margin: *o* Sà hoc verb. n. 1. *p* idem ubi ſupra. *q* Comm. DD. *r* Sà ubi ſup. *ſ* Sà ubi ſup. *t* Comm. DD. *u* Comm. DD. *x* Vide c. 13. qui filii ſint leg. *y* Covar. in clem. ſi furioſus 1. p. nu. 9. *z* Covar. ubi ſup.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

23. Legitimatio valet [a] etiam in alio regno ſi ibi nulli ſit præjudicium.

24. Qui in temporalibus non habet ſuperiorem, legitimare poteſt [b] filium naturalem, ſpurium autem ſolus Papa, aut Imperator.

25. Facultas legitimandi in præjudicium aliorum [c] revocata eſt à Pio IV. nec præſumitur legitimans velle alteri præjudicare.

26. Spurius etiam per ſubſequens matrimonium [d] legitimatur.

27. Filius naturalis non dicitur [e] eſſe ſub patris poteſtate, quidam patri concedunt, aſcendentibus negant.

28. Filium alicujus eſſe probat [f] ſola fama, niſi contrarium conſtet.

29. Filiorum nomine veniunt [g] filii naturales, ſed non ſpurii cum agitur de aliqua utilitate; in odioſis verò non veniunt nepotes.

30. Patria poteſtas tollitur [h] per Epiſcopatum, vel Cardinalatum, non vero per ordinem ſacrum. Hoc verò [i] concedunt alii. Tollitur etiam per profeſſionem patris, aut filii, & alicubi per matrimonium filii, vel ſi pater ſit hæreticus, etiam occultus vel contrahat inceſtuoſas nuptias, vel juſto bello capiatur, vel ſervus, aut perpetuo exul ſit.

31. Emancipatio fit coram judice, poteſt autem [l] fieri per Procuratorem, & revocatur ſi filius patri alimenta deneget.

32. Supremus aſcendentium poteſt [m] quemlibet deſcendentium emancipare aliis relictis, ſed emancipato patre ſub ejus poteſtate eſt filius, quem poſtea gignit.

33. Filius præſumitur [n] emancipatus, ſi id ſciente patre per decennium negotietur.

34. Filiis emancipatis vivente matre ea mortua [o] debetur media pars uſufructuum, & altera patri.

35. Filii ſpurii relicta à patre poſſunt retinere ante ſententiam judicis. Dicunt tamen alii præter alimenta vel dotem nil aliud neque ex teſtamento neque ab inteſtato retinere poſſe. Prior autem ſententia videtur [p] probabilior.

36. Filio ſpurio poteſt [q] pater alimenta relinquere ad hæredes tranſitura.

37. Filius poteſt [r] patrem accuſare de crimine læſæ majeſtatis divinæ, vel humanæ.

38. Filius in ætate imperfecta tradendus [ſ] eſt parenti fideli, poſt uſum rationis ei, quem maluerit.

39. Parentibus non obedire ex contemptu, vel in re gravi [t] peccatum

[a] Vide eundem loc. cit. [b] Sà hoc verb. n. 13. [c] Pius V. [d] Covar. ubi ſupra. par. 8. 2. num. 1. [e] Sà hoc verb. n. 10 [f] Comm. DD. [g] Vide Mol. n. 11, col. 9. [h] Comm. DD. [i] Covar. c. nu. 10. de teſtamentis. [l] Silveſt. verb. emancip. [m] Sà hoc verb. [n] Comm. DD. [o] Idem ubi ſupra n. 17. [p] Idem verb. n. 10. [q] Covar. p. 2. § 8. [r] Comm. DD. [ſ] c. 1. de conv. inf. [t] Comm. DD.



peccatum eſt mortale. Contrahere autem matrimonium contra eorum voluntatem ex juſta cauſa non [u] eſt mortale.

40. Tenetur [x] filius ſtare pacto, quod pater fecit, ut matrimonium contrahat, niſi rationabili cauſa excuſetur.

41. Filius, qui laborat in bonis paternis tantam [y] meretur mercedem, quantam extraneus, ſi ſuo animo laborare proteſtetur ſaltem tacite; ſecus vero præſumitur gratis, & amore filiali feciſſe.

42. Filius, qui ſponte legitimæ cum juramento renuntiavit, vel patrimonio etiam ſi enormiſſime lædatur in foro interiori ſervare tenetur, [z] in exteriori autem, quia dolum interfuiſſe præſumitur, non obligatur.

43. Filius, qui à patre occulte ſumit quod ſi peteret pater non illi negaret, non peccat mortaliter, nec tenetur reſtituere; ſi autem accipiat aliquid notabile quod ipſe ſi ſciret non concederet, peccat mortaliter, & reſtituere tenetur etiam ſi ſit de ſuis bonis adventitiis, vel profectitiis.

44. Poteſt [a] de præſumpta patris voluntate moderatas elargiri eleemoſynas.

45. Filius habet jus ut alatur ex bonis [b] paternis, cum ex propriis non poteſt.

46. Tenetur reſtituere quod à patre [c] accepit per donationem invalidam ultra legitimam.

47. Tenetur [d] in bonorum collationem afferre libros, & arma, niſi illa ei donaverit pater adhuc vivens ad ſtudendum, vel militandum, tunc enim erunt bona quaſi caſtrenſia.

48. Non tenetur [e] conferre ea quæ pater donavit pro veſtitu, pro cibo, & equitatu.

49. Neque tenetur [f] computare, quæ in ſtudendo conſumpſit, niſi haberet bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia ex quibus præſumitur pater eum alere voluiſſe.

50. Tenetur reſtituere lucrum, quod patris pecunia acquiſivit, poteſt [g] tamen pro ſua induſtria & labore dimidium lucri ſibi retinere.

51. Tenetur [h] ſolvere partem debitorum, quæ frater contraxit vivente patre in ſtudiis, ad quæ à patre miſſus fuit, non vero ea poſt ejus mortem.

52. Tenetur [i] computare ſumptus, ſi ſint notabiles, quos pater fecit in augendis bonis ſuis adventitiis, ſi durat augmentum in ipſius notabilem utilitatem.

53. Tenetur [l] etiam conferre, quæ in ludos, & vitia conſumpſit. Idem dic quando ob delictum filii pater compulſus fuit ſolvere pœnam, ſecus ſi ſponte ſolverit. Idem judicium

[u] Vide Mol. diſp. 176. [x] Comm. DD. [y] Navar. c. 17. nu. 141. [z] Idem ubi ſupra, num. 152. [a] Comm. DD. [b] Comm. DD. [c] Navar. ubi ſupra. n. 15. [d] Idem ubi ſupra. n. 159. [e] Comm. DD. [f] Comm. DD. [g] Navar. ubi ſupra. n. 160. [h] Idem ubi ſupra, n. 161. [i] Comm. DD. [l] Navar. ubi ſupra, c. 17. nu. 168.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt de ſumptibus factis in nuptiis filii, ſi pater habuit animum recuperandi quem in dubio habere non præſumitur.

54. Peccat *m* mortaliter, ſi accuſat parentes de aliquo delicto, niſi fuerit læſæ majeſtatis divinæ, vel humanæ. In his verò duobus non ſolum poteſt, ſed debet accuſare.

*m* Azor. to. 1, lib. 2, c. 7, q. 11.

55. Filii expoſiti an ſi habeantur pro legitimis, poſſint ordinari, & ad beneficia admitti alii negant, alii probabilius affirmant; tutius eſt quod diſpenſet Epiſcopus.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## SECT. VNICA.

### FINIS.

1. Finis *a* eſt bonum verum, vel apparens, quod propter ſe appetitum facit, ut aliud propter ipſum appetatur. Eſt duplex alius ultimus, qui propter ſe ſolum amatur, alius medius, qui propter ſe, & propter aliud diligitur, & uterque verus, vel apparens, bonus, vel malus.

2. Iterum etiam eſt *b* duplex finis cujus, id eſt bonum, quod per ſe appetitur, & finis quo, id eſt adeptio ipſius boni. Hoc etiam eſt ultimus, vel medius, verus, vel falſus. Dividitur *c* etiam in principalem, vel minus principalem.

3. Non omnis, qui mortaliter peccat conſtituit finem ultimum in *d* creatura. Hoc enim ſpeciale eſt peccatum, & inde ſequeretur in omni peccato mortali duplex peccatum.

4. Omnis actus cujus finis eſt malus mortaliter, peccatum *e* eſt mortale, ſi verò venialiter eſt veniale.

5. Omnis actus, cujus finis principalis eſt bonus etiam ſi finis minus principalis ſit res temporalis, dummodo ſine culpa ſit appetibilis, non ideo eſt *f* malus.

6. Finis minus principalis retributionis bonus eſt, & contrarium aſſerere eſt *g* hæreticum.

7. Finis *h* principalis vanæ gloriæ in rebus, ad divinum cultum

*a* Navar. præl. 4. n. 2.
*b* Idem ibid. nu. 4.
*c* Idem ubi ſup.
*d* Idem prælu. 9. nu. 16.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Navar. ubi ſup. c. 17. nu. 202.
*h* Comm. DD.



tum inſtitutis tantum eſt venialis. Si verò finis principalis ſit obſequium, & minus principalis humana laus in bonum finem quæſita nullum peccatum erit, imò opus meritorium.

8. Finis malus voti *i* annullat ipſum votum, quia non eſt materia conveniens licet votum ipſum ſit bonum.

9. Quando finis præcepti eſt alius à re præcepta, tunc non *l* cadit ſub præceptum.

*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.

### FOEMINA.

1. Fœmina non *a* poteſt docere, nec concionari, niſi ex Papæ licentia, ſi publica ſit concio, ſecus ſi in capitulo, vel clauſtro.

2. Uti habitu virili pro honeſta recreatione *b* poteſt.

3. Non *c* poteſt eſſe teſtis in teſtamento ſolemni extra terras Eccleſiæ, ubi verò ſolemnitas non requiritur, ut tempore peſtis poteſt. Nec in cauſa criminali niſi hæreſis, vel proditionis, vel ſimoniæ, aut cum aliter veritas ſciri non poteſt, aut cum proceditur via inquiſitionis. Ad pias cauſas admittitur.

4. Non poteſt *d* pro debito incarcerari, nec cogi accuſare, vel teſtificari niſi in cauſa criminali.

5. Poteſt *e* poſt partum Eccleſiam adire ob devotionem, vel ſe domi continere ob reverentiam.

6. Fœmina ſe exornans cum contemptu ſalutis proximi, quem credit periturum *f* peccat mortaliter, ſecus ſi non faciat ex contemptu, ſed ſolum ex voluntate aliis placendi.

*a* c. novo de pænit. & remiſſ.
*b* Navar. c. 23. nu. 21.
*c* Covar. c. relatum 1, n. 5. de teſtam.
*d* Sylveſt. verb. fœmina n. 3.
*e* Sa hoc verb n. 5.
*f* Navar. præl. 9. n. 5.

### FRVCTVS.

1. Qui poſſidet rem alienam fructiferam deductis expenſis, rem, & fructus tenetur *a* reſtituere habita ratione boni, vel malæ fidei.

*a* Navar. c. 14. in fine.

### FVGERE.

1. Fugere non *a* dicitur, qui ad ſuperiorem vadit.

2. Delinquens licitè *b* poteſt fugere ne capiatur, & alius eum juvare quando non prohibetur ratione ſui officii, vel ex qualitate delicti.

3. Qui cauſa fuit, ut captivus fugeret, tenetur *c* reſtituere vel ipſum captivum, vel pretium ejus cum his omnibus, quæ fugiens ſurripuit.

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Navar. c. 17. nu. 102.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4. Captivus à domino fugiens peccat, niſi captus fuerit ab infidelibus in bello injuſto, qui ad fugiendum poteſt juvari. Non deſunt *d* tamen, qui captum in bello juſto fugientem excuſent à peccato.

*d* Sà verb. ſervus.

5. Captus in bello juſto ab infidelibus *e* poteſt fugere propter periculum animæ, ſed pretium ſui reſtituere tenetur. Si tamen fugiat, quia à domino fidem relinquere provocatus, nihil tenetur reſtituere.

*e* Comm. DD.

---

# DISPVT. *VI.* SECTIO *I.*

## *FVRTVM.*

### *Quid ſit furtum, & an peccatum mortale, & ad hoc quæ quantitas requiratur.*

1. FUrtum eſt *a* contrectatio rei alienæ invito domino fraudulosâ lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus poſſeſſionis, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.

2. Qui rem alienam juſte accepit, detinet autem injuſte, furtum *b* committit.

3 Cum injuſtè accipitur *c* res ſacra dicitur ſacrilegium, ſi poſſeſſio ſpectans ad rem publicam peculatus, ſi grex diſperſus abigeatus, ſi homo, ut venundetur plagium, ſi denique pecunia, vel alia res mobilis furtum, vel rapina.

4 Fur nocturnus *d* poteſt occidi à particulari, diurnus non poteſt niſi ob defenſionem.

5. Furtum ex natura ſua eſt *e* mortale, ſed fit veniale ob materiæ parvitatem, ſed inter omnia mortalia eſt minus grave, licet contrarium alii ſentiant aſſerentes gravius eſſe fornicatione.

6. Qui rem parvam furatur habens animum magnam furandi, vel faciendi notabile damnum, peccat *f* mortaliter.

7. Quantitas ſufficiens *g* ad peccatum mortale penſanda eſt ex qualitate perſonæ, cui aufertur, & ex re ipſa ablata, in hoc regno etiam ſi à divite auferatur una uncia argentea id eſt un patacon. Si autem pauperi ſurripiatur quarta pars unius unciæ

*a* L. 1. parag. furtum. ff. de furtis, parag. furtum inſt. de oblig. quæ ex delicti.
*b* D. Tho. ubi ſupra ad 2.
*c* Vide l. 1. ff. ad legem Iuliam, &c. quod ergo 2. q. 4.
*d* c. perfodiens de homici.
*e* D. Tho. 2. 2. q. 66. art. 6.
*f* Comm. DO.
*g* Vide Tolet. lib. 5. c. 25. Navar. in ſum. c. 17. num. 4.



unciæ argenteæ videtur pars notabilis, cum ob eam lucrandam ultra ſex horas laborem impendat, eaque poſſit duobus diebus ſuſtentari.

8. Ut ſit peccatum mortale debet dominus valde rationabiliter eſſe invitus, unde filius clam accipiens à patre quæ ipſe rationabiliter negaturus non præſumitur etiamſi ad ludum, vel luxum accipiat, non peccat *h* mortaliter.

*h* Vill. to. 2. tr. 13, dif. 2.

9. Excommunicatio contra fures non *i* comprehendit rem parvam accipientes, etiam ſi propter notabile damnum cujus cauſa fuêre, mortaliter peccaverint.

*i* Navar. c. 17. nu. 1.

### *Qui plura minima ſurripuit cum ad magnam quantitatem pervenit, an peccet mortaliter.*

10. Qui unum obulum furatur cum animo perveniendi ad magnam quantitatem peccat *l* mortaliter.

*l* Comm. DD.

11. Qui hodie unum furatur obulum ſine animo alium furandi poſtea, cras tamen data occaſione alium furatur, & ſic de reliquis uſque ad eum, qui complet notabilem quantitatem ſi in hoc ultimo recordetur per eum pervenire ad notabilem quantitatem, peccat *m* mortaliter, & tenetur iſtum ultimum ſub eodem mortali reſtituere. Non deſunt tamen viri docti, qui contrarium teneant, ſed requiritur in prima ſententia major quantitas, ut ſit peccatum mortale.

*m* Vide Leſſ. lib. 2. c. 12. dub. 8.

12. An qui à pluribus multa minima furatur, quæ faciunt notabilem quantitatem peccet mortaliter, alii ajunt, alii probabilius negant. *n*

*n* Vide Leſſ. ubi ſup.

### *Cum plures ſimul, vel ſucceſſivè cauſant damnum notabile an peccent mortaliter & teneantur reſtituere.*

13. Cum plures ſimul in vineam ingreſſi damnum fecerunt notabile, peccant mortaliter, & ſinguli in ſolidum tenentur reſtituere. *o*

*o* Comm. DD.

14. Si ſucceſſivè ingreſſi unus damnum factum ab alio neſcivit, & damnum ſeorſim ſumptum non fuit notabile, nec peccat *p* mortaliter, nec reſtituere tenetur. Si tamen damnum factum notabile fuiſſe poſt cognoſcant, ſinguli tenentur ſub mortali ablatum reſtituere licet minimum.

*p* Comm. DD.

 15. Idem

15. Idem dicendum cum ſub excommunicatione præcipitur.

16. Cum pater ob furtum epiſtolas excommunicationis à judice Eccleſiaſtico impetrat non videtur *ſ* filium, aut uxorem comprehendere.

*ſ* Comm. DD.

17. Pater, qui bona fide etiam adventitia diſſipat, vel donationes etiam ultra quintam partem facit, peccat, *t* & tenetur reſtituere.

*t* Navar. c. num. 161.

## *An uxor furtum committat bona dotalia, vel communia accipiendo.*

18. Non poteſt *u* durante matrimonio, poteſt tamen eleemoſynas facere, quas faciunt aliæ mulieres ſui ſtatus.

19. Poteſt *x* ad evitandum mariti damnum temporale, vel ſpirituale, & neceſſaria ad ſuſtentationem familiæ, vel cum maritus eſt amens, vel arbitrio prudentis incapax ad familiæ regimen, vel prodigus, poteſt clam cuſtodire bona ne illa diſſipet.

*u* Comm. DD.
*x* Moli. de juſt. tr. 1. diſp. 174.

20. Cum maritus eſt abſens habet *y* uxor plenam bonorum adminiſtrationem.

21. Poteſt *z* facere donationes remuneratorias, & de bonis paraphernalibus prohibito diſponere, quia eorum non ſolum habet dominium, ſed plenam adminiſtrationem.

*y* Navar. c. 17. num 154.
*z* Comm. DD.

22. Quæ accepit de bonis dotalibus, vel ſua induſtria acquiſitis, ut donaret notabilem quantitatem filio naturali, vel alii, *a* peccat mortaliter & tenetur reſtituere.

23. Ad alendos tamen patrem, aut matrem, fratres, vel ſorores de bonis dotalibus vel communibus poteſt *b* accipere, immo & tenetur de illis alere, & poteſt compenſare id minus accipiendo tempore ſolutionis.

24. Poteſt clam *c* ſibi dotem ſervare, ſi timeat poſt mariti mortem ſibi non integre reddendam.

*a* Nav. c. 17. nu. 155.
*b* Vide l. mutus ff. de jur. dot.
*c* Vide Vill. to. tr. 13. diſ. 1.

## *An maritus teneatur reſtituere, quæ de bonis uxoris accepit.*

25. Qui bona paraphernalia uxoris accepit peccat *d* mortaliter, & reſtituere tenetur.

26. Poteſt *e* dotem, & donationes propter nuptias inſumere in ſui ſtatus decentia conſervanda.

27. Si de bonis communibus notabilem inſumat quantitatem

*d* Comm. DD.
*e* Villal. ubi ſupra.



tem ſine uxoris conſenſu peccat *f* mortaliter, & reſtituere tenetur, & poteſt uxor facere compenſationem. Ad hanc tamen reſtitutionem non obligatur maritus in foro exteriori ob vitandas lites.

*f* Moll. to. 1. de juſt. diſp. 275.

28. Dos filiæ ſumenda *g* ex bonis communibus.

29. Maritus tenetur *h* parentes pauperes alere, fratres, & filios ex alio matrimonio.

AN FAMULI *peccent à domini bonis aliquid accipiendo. Vide verbum* Famuli.

*g* l. 53. Faut. ſo. di. l. 8. tit. 9. lib. 5. re cop.
*h* l. 1. t. 8. lib. 3. forl.

## *An liceat furari in neceſſitate.*

30. In extrema neceſſitate licet *i* ſumere vitæ neceſſaria, extra illam non licet.

*i* Comm. DD.

## *An liceat Chriſtianum ſurripere ab infideli ſervum fidelem.*

31. Communiter loquendo bellum infidelium adverſus fideles injuſtum, & ideo juſte poſſunt *l* à ſervis ſpoliari, & ſervi fugere, & ad fugam juvari.

32. Si in bello juſto fidelis ab infideli caperetur, non poſſet *m* fugere niſi ad vitandum animæ periculum.

*l* Comm. DD.
*m* Villal. ubi ſupra.

## *An qui monetam effingit peccet, & reſtituere teneatur.*

33. Peccat *n* mortaliter, & reſtituere tenetur cum decipit in menſura, vel valore metalli.

34. Qui ignoranter ſolvit debitum in moneta falſa, conſcius poſtea tenetur *o* damnum reſtituere ſaltem pauperibus.

35. Quando deceptio non in materia, ſed in figura tantum facta eſt, non tenetur *p* reſtituere particulari, Regi autem, & officialibus tenetur.

*n* Pius V. illum excommunicavit in conſtitutione quæ incipit. Cum mihi magis.
*o* Navar. in ſum. c. 17. num. 167.
*p* Comm. DD.

## *An Princeps poſſit pretium monetæ augere ſupra materiæ valorem.*

36. Poteſt *q* ob bonum publicum de populi conſenſu augere vel minuere.

37. Qui pecuniam portat ad locum, in quo plus valet poteſt eâ uti pretio currenti.

*q* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *An falſificantes Litteras reſtituere teneantur.*

38. Reſtituere tenentur, *f* & in foro exteriori falſariorum pœnis puniuntur, & ſi litteræ ſunt Pontificiæ excommunicantur.

39. Epiſtolas alienas legere cum periculo ſecretum grave ſciendi peccatum *t* mortale eſt, niſi qui aperit ſuperior ſit.

AN FURIS *bona ſint hypothecata, & ad quid teneantur qui cum eo facit contractum, uxor & filii ejus vide verbum.* Uſurà.

e. ad falſariorum decrimine falſi.
t Sylveſt. verb. falſar, q. 1.

# SECTIO II.

## *De variis circa furtum reſolutionibus.*

1. PRobabilis ſententia *a* eſt in gravi neceſſitate non peccare eum, qui aliena capit occulte.

2. Vir honeſtus, cui graviſſimum eſſet mendicare, nec alia via ſuppeteret accipiendi neceſſaria, poſſet *b* occultè capere.

3. Fur, & omnis iniquus poſſeſſor, non ſolum rem, ſed incrementum pretii, in quo dominus eam erat venditurus, reſtituere tenetur. *c*

4. Qui mulam furatus alteri eam locavit, lucrum hoc tenetur reſtituere, niſi dominus eſſet valde dives, qui de hoc pretio non curaret.

5. Furtum rei non ſacræ in loco ſacro, ut furtum crumenæ in Eccleſia non *d* eſt ſacrilegium.

6. Qui invenit crumenam nummis plenam, & factis diligenti inquiſitione dominum non invenit, poteſt *e* ſibi retinere donec compareat dominus.

7. Qui cibos *f* furtivos comedit donatos à fure parcens ſuis tenetur reſtituere id, quo ditior factus fuit, quod videtur probabilius licet contrarium ſit etiam probabile.

8. An poſſit quis à ſartoribus *g* magiſtris non verò à famulis emere fragmenta quæ ſuperſunt, cum ipſi juſta ſibi retineant quia alias non poſſunt recuperare plenam mercedem, alii ajunt; alii negant, affirmativa ſententia videtur *h* probabilior.

9. Qui furem adjuvat ope vel conſilio, ſine quibus eſſet nihilominus furaturus non tenetur *i* reſtituere, ſi autem ideo majus damnum faciat, tenetur de exceſſu.

a Vide Dian. p. 1. tr. 17. reſ. 29. & p. 5. tr. 8. reſ. 25
b Idem ib. reſ. 14.
c Comm. DD.
d Dian. p. 1 tr. 7. reſ. 27
e Idem p. 1 tr. 16. reſ. 5
f Sanchez apud Dianam.
g idem ubi ſup. l.
h Idem ubi ſupra.
i Lyman.

10. Cu-



10. Cuſtodes portarum, ſilvarum, &c. non tenentur *m* ante ſententiam judicis ſolvere pœnam impoſitam contra exportantes ligna, vel ſimilia, ſi non manifeſtent, ſed diſſimulent.

11. Qui furem non impedit clamando, immò aliquid accepit ut taceat, niſi ei ex officio competat ad nihil tenetur. *n*

12. Qui rem accipit, quæ domino nil eſt profutura ad nil tenetur. *o*

13. Si oblatam rem à fure dominus nolit accipere, ſi pereat domino perit, *p* non furi.

14. Fur etiam punitus à judice tenetur *q* parti reſtituere.

15. Fur non committit duplex peccatum eo quod ſe exponat periculo ſuſpenſionis, niſi id faciat ne putetur timidus à ſociis.

16. Si res pereat apud furem æqualiter peritura apud dominum in foro interiori reſtituere non tenetur. *r*

17. Qui magnis intervallis notabilem quantitatem furripit non tenetur *ſ* illam reſtituere, nec peccat niſi à principio animum habuerit perveniendi ad illam.

18. Expenſas factas à domino in re quærenda fur reſtituere tenetur. *t*

19. Qui triticum furatur à parato ſeminare illud, qui aliud ſimile non habet, lucrum ceſſans tenetur *u* reſtituere.

20. Ob furtum veniale poteſt quis licitè occidi ob ſervandam diſciplinam militarem, vel aliud bonum commune. *x*

21. Qui rem furtivam emit bona fide, *y* & poſtea dubitat an fuerit furtiva, tenetur dominum rei inquirere, ſi non inveniat poteſt retinere, ſed non præſcribit niſi poſt 30. annos etiam ſi bonam habeat fidem.

m Leſ. apud Dian. p. 1. tr. 5. reſ. 4.
n Dian. ubi ſupra.
o Comm. DD.
p Comm. ex Navar.
q Comm. DD.
r Navar. c. 27. n. 80
ſ Idem ubi ſupr. nu. 140.
t Comm. DD.
u Navar. c. 17. n. 118
x Comm. DD.
y Comm. DD.

DISPUT.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPUTATIO I.

## SECTIO I.

### RESOLUTIONES VARIÆ.

### G.

### GABELLA.

*a* Val. to. 2. dub. 5. q. 6. p. 5. *b* Sa hoc verb. n. 2.

1\. GABELLA poteſt *a* imponi ab eo, qui nõ habet ſuperiorẽ in temporalibus, vel cui ipſe conceſſerit, vel præſcripta cõſuetudine

2\. Poteſt *b* Epiſcopus in Eccleſiis pleno jure ſibi ſubjectis ex cauſa & cum Capituli conſenſu penſionẽ, ceu tributũ imponere.

*c* Sylveſt. verb. gabel. 1. & num. 1. *d* Ubi ſup. num. 4. *e* Idem ubi ſuprà.

3\. Poteſt *c* quicumque temporalis dominus neceſſitate urgente taliam imponere, hoc enim non eſt prohibitum, ſed ordinaria gabella gravari populum.

4\. Novæ gabellæ non obligant *d* niſi conſtet legitimè eſſe impoſitas. Alii aſſerunt in dubio ſtandum pro Principe.

5\. Si gabella eſt antiqua ſolvenda *e* in dubio, quia Princeps eſt in poſſeſſione.

*f* Vide Tolet. l. 5, c. 74.

6\. Quæ imponuntur in rebus delatis in proprium uſum communiter habentur *f* iniquæ, quod alii negant quando cauſa juſta imponuntur.

7\. Injuſtæ ſunt ſi pro Principis privata utilitate, & non pro communi bono imponuntur, ſi ceſſante cauſa durant, ſi majores ſunt, quam neceſſitas poſtulat, ſi alii aliis magis gravãtur.

*g* Vide ſupra.

8\. Gabellas, cum non poſtulantur ſine fraude, aut vi, non ſolvere, nec poſſea reſtituere peccatum non eſſe mortale *g* aſſerunt viri docti, communis autem ſententia tenet teneri ſubditos juſtas gabellas ſolvere.

*h* Comm. DD.

9\. Qui rem publicam novis gabellis ſine juſta cauſa gravant, reſtituere tenentur. *h*

*i* Sa ubi ſupra.

10\. Deputati ad exigendum, poſſunt *i* cum pauperibus diſſimulare.

11\. Deprehenſa res ante locum, quem exire non licet non *k* eſt confiſcanda, poterunt enim pœnitere, & redire.

12, Gra-



*l* Comm. DD. *m* Comm. DD. *n* Comm. DD. *o* Tolet. ubi ſupra c. 75. nu. 7 *p* Sa ubi ſupra. *q* Ex mendicantium privil.

12\. Gratia exemptionis pro *l* certo numero filiorum mortuo aliquo ex eis non ideo ſpirat. *m*

13\. Clerici non tenentur ad gabellam contractuum niſi negotientur, nec de patrimonio ſuo.

14\. Onus annexum prædio antequam ad Eccleſiam veniret tranſit *o* cum prædio, niſi aliud ſit in uſu, ut in Italia.

15\. Emptor rei Eccleſiaſticæ debet *p* gabellam, & colonus rei Eccleſiaſticæ pro parte ſua.

16\. Mendicantium bona, coloni, arrendatarii, & negotiorum geſtores exempti *q* ſunt ab omni exactione.

---

## SECTIO II.

### *De quibus rebus gabella debeatur.*

*a* L. fancimus pa rag. ſi quis permutaverit ff. de ædil. edi. *b* Comm. DD. *c* Sylveſt. verb. gabella, 5. q. 5 *d* Villal. c. 2, tr. 8, dif. 16. *e* Idem ubi ſupra. *f* Idem ubi ſupra. *g* L. 14. tit. 2, lib. 9, recop. vide Mol. de juſt. to. 5, diſp. 6, c. 4. *h* Vide tit. 17, & 18. lib. 9, recop.

1\. DEbetur *a* de rebus venditis, & duplo major de permutatis.

2\. Non debetur *b* de donationibus, neque de his quæ ob magnam neceſſitatem venduntur. *c*

3\. Nec de rebus minimis, *d* niſi hæc vendere ſit ex officio.

4\. Debetur *e* de cenſuum venditione.

5\. In pacto de retrovendendo debetur *f* de prima venditione non de ſecunda.

6\. De pane cocto non debetur, *g* nec de equis, mulis, & ſimilibus, quæ venduntur vel permutantur. Nec de moneta, libris, vel codicibus, nec de his quæ dantur propter nuptias.

7\. Nec de bonis *h* defunctorum, quæ diſtribuuntur inter hæredes, ſecus ſi ſub haſta venduntur etiam ad pia opera. Nec debetur quando ſit teſtamentum ad pias cauſas, nec de rebus ſacris, nec de armis venditis, nec de medicamentis mixtis, & compoſitis; debetur tamen de ſimplicibus.

8\. Eccleſiaſticis non poteſt imponi etiam ob bonum publicum niſi cum Papæ licentia vel Epiſcopi in urgenti neceſſitate cum eſt difficilis aditus ad S. Pontificem.

9\. In omnibus aliis conſulatur conſuetudo optima legum interpres.

DISPUT.

ALERE FLAMMAM VERITATIS UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIONES interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *GENER.*

*a Nava. c. 17, n. 166,*

1. GEner tenetur *a* computare in legitima uxoris omnia ornamenta, & veſtes ſericas, quas filiæ dedit ſocer, niſi donata præſumantur ob magnas opes, vel dignitatem generi. Et donata uxori à conſanguineis, ea mortua tenetur reſtituere.

*b Idem ib.*

2. Licitè recipit, *b* & conſumit fructus prædii dati à ſocero in ſecuritatem ſolvendæ dotis.

*c Idem ubi ſupra. nu. 178.*

3. Si ſocer mutuo aliquid det generi, ut ſibi reddat prædium ante dotis ſolutionem uſuram committit. *c*.

### *GENERATIO.*

*a Nava. c. 16, n. 31.*

1. Generationem impediens etiam ſi habeat plures filios, quàm poſſit alere, peccat *a* mortaliter, & ſi extra vas ſemen effundat peccat contra naturam.

### *GRADVS.*

*a Nava. c. 15. n. 59.*

1. Peccat *a* mortaliter qui ſe dicit gradum habere in univerſitate, quem non habet, vel qui accipit immeritum.

### *GRATIA, SEV PRIVILEGIVM.*

*a Suar. to. 5, diſp. 36, ſec. 1, b Navar. c. 2, planum. c de pœnit. dub. 4 num. 34.*

1. Gratia non expirat morte concedentis, nec ante certificationem revocationis.

2. Litteræ fidei publicæ vulgò dictæ ſalvos conductos non expirant *b* morte concedentis.

3. Gratia, quam Papa facit committendo examen Epiſcopo, illo mortuo non expirat. *c*

4. Gratia



4. Gratia eligendi confeſſorem, aut abſolvendi à caſibus vel diſpenſandi *d* non expirat morte concedentis neque ſuſcipiendorum Ordinum à quolibet Epiſcopo. — *d Comm. DD.*

5. Gratiâ præcedente excommunicatio ſequens nõ *e* aufert. — *e Sà ubi ſupra.*

6. Gratia non perit deficiente causâ, *f* ob quam conceſſa fuit, impetrata tamen ex cauſa falſa nulla eſt. — *f Idem ubi ſupra n. 6,*

7. Gratia conceſſa hoc tenore, Donec aliud non ordinavero, donec voluero ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, durat mortuo Papa concedente; ſecus verò ſi dicat *g* ad noſtrum beneplacitum. — *g c. ſi gratioſè de reſcript. l. in 6.*

8. Conceſſo aliquo conceſſa *h* intelliguntur omnia ſine quibus non poteſt commodè fieri. — *h Vide l. penult. ff. de uſufr.*

9. In generali conceſſione non veniunt *i* inſolita concedi, nec quæ quis probabiliter creditur in ſpecie non eſſe conceſſurus; niſi aliunde conſtet de voluntate concedentis. — *i Comm. DD.*

10. Beneficium Principis niſi alteri præjudicet latiſſimè eſt interpretandum. *l* — *l Comm. DD.*

11. Omnis expreſſio falſi moventis Principem ad conceſſionem vitiat *m* illam, non vero taciturnitas veri niſi quando jus illud exprimi jubet. — *m Sà hoc verb.*

12. Defectus cauſæ impulſivæ, quæ movet Principem ut facilius præſtet gratiam non *n* vitiat illam; ſecus verò ſi deficiat finalis. — *n Covar. lib. 1, var. c. 10,*

13. In privilegio nomine maris intelliguntur *o* etiam fœminæ. — *o Comm. DD.*

14. Papa non præſumitur *p* concedere exorbitantia, nec velle alteri præjudicare, nec derogare juri, niſi expreſſe conſtet. — *p Comm. DD.*

15. Per conſtitutiones non derogatur *q* privilegiis, nec vivæ vocis oraculis, niſi de illis expreſſè fiat mentio etiam ſi addatur non obſtantibus quibuſcumque; &c. — *q Comm. DD.*

16. Privilegium in dubio præſumitur non revocatum.

17. Privilegium, aut reſcriptum poſterius non tollit *r* prius, niſi in illo fiat expreſſa mentio de priori etiam ſi addatur, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis &c. — *r Sà ubi ſupra nu. 14.*

18. Lex revocans privilegium non valet *ſ* ante promulgationem in diœceſi. — *ſ Vide lib. 7, de reſcrip. c. 10;*

19. Privilegium extenditur *t* ad caſus ſimiles. — *t Sà ubi ſupra nu. 17,*

20. Privilegium non *u* tollit legem, aut conſuetudinem, aut jus privati niſi nominatim derogationem contineat. — *u Sylveſt. verb. conceſſum in fine.*

21. Privilegia mendicantium non derogant, *x* niſi de illis fiat expreſſa mentio. — *x Comm. DD.*

22. Gratia valet in conſcientia *y* etiam non expeditis litteris. — *y Comm. DD.*

X   23. Gra-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

z Sà ubi ſupra.

13. Gratiæ ſeu beneficii impetratio z pro alio ipſo ignorante valida eſt.

## *GREX.*

a Sà hoc verbo.

Gregem faciunt a quatuor vel quinque porci, oves non niſi decem.

## *GVLA.*

1. Gula eſt vitium inclinans ad comedendum, vel bibendum inordinatè.

a D. Tho. 2.2.q.148. art.1. b Idem ubi ſup. c D. Greg. 31. moral. d Comm. DD.

2. Inordinatio eſt b in his quinque Propere, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſe.

3. Eſt vitium capitale, & habet c filias quinque, quæ ſunt hebetudo mentis, inepta lætitia, ſtultiloquium, ſcurrilitas, & immunditia.

4 Ex natura ſua non eſt peccatum mortale, erit d tamen ſi ultimum finem conſtituat quis in ciborum delitiis, vel ſciens, & prudens notabile ſibi damnum inferat nimis comedendo.

e Toles de pra. c.50.

5. An comedere carnem humanam in extrema neceſſitate ſit peccatum mortale alii ajunt, alii negant e probabilius. Certum autem eſt abſque neceſſitate extrema peccatum eſſe mortale.

f Vide Dian. p.2. tr.5. reſol.5. g Henriq. & alii. h Comm. DD.

6. Comedere aut bibere ob ſolam voluptatem dummodo ſaluti non noceat nullum eſſe peccatum aſſerit f Ioannes Sanctius ſed non excuſari à veniali videtur probabilius.

7. Et ſi aliquis comedat ſcienter uſque ad vomitum tantum erit g veniale.

8. Peccat h venialiter, qui nondum finita cibi concoctione bibit niſi excuſetur cauſa, ut ſiti, vel alia neceſſitate.

# DISPVTATIONES interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIAE

## H.

## *HABITVS.*

a Navar. c.12.n.61. b Idem c. 23. nu.22.

HAbitus non poteſt a mutari ab uno conjuge ſine licentia alterius, nec in habitum tertii Ordinis.

2. Mutare habitum virilem in fœmineum, vel è contra ex juſta cauſa nullum eſt peccatum, ſi autem ex levitate fiat erit b veniale.

3. Qui



c Comm. DD.

3. Qui habitu religioſo ob contemptum, vel ad inhoneſtum perſonatum utitur, peccat c mortaliter, ſi autem ob ſolam levitatem erit veniale.

## *HASTILVDIVM.*

Qui illud inſtituit, ſi fiat moderatè, & ut plurimum cædes non contingat, non peccat mortaliter. Vide verbum *Tormentum.*

## *HAEREDITAS.*

*QVOAD heredem, & ſubſtitutionem.*

a Navar. c.12.n.56. b Comm. DD.

1. Hæres tenetur a implere vota realia defuncti non vero perſonalia, ſi verò fuerint mixta ad id ſolum, quod reale eſt tenebitur.

2. Hæres defuncti, qui religionem voverat, non tenetur b reddere religioni bona, quæ defunctus portaſſet.

c Navar. c.16.n.12. d Navar. c.16. num.16. e Comm. DD.

3. Hæres decollati, vel ſuſpenſi per ſententiam judicis tenetur reſtituere damnum illatum per defunctum.

4. Hæres, qui advertit tabellionem vel teſtes, ut teſtator legatum alicui relinquat peccat d mortaliter, & tenetur reſtituere, & incurrit pœnam perdendi hæreditatem.

5 Hæres excommunicati denunciati, qui ſine abſolutione ab excommunicatione deceſſit, tenetur petere abſolutionem, ſecus vero ſi non eſſet denunciatus, & à peccatis abſolutus deceſſerit.

f Vaſquez apud Dianam p. 1. tr. 5. reſ. 71. g Molin. apud eundem ubi ſupra. h Nav. c. 16. n. 46. i Idem ibidem.

6. Hæres ab inteſtato non f tenetur aliquid dare hæredi ex teſtamento minus ſolemni, nec legata ſolvere, niſi ſint ad pias cauſas. Contrarium autem alii aſſerunt probabiliter ſecundum quos poterunt occulte compenſare, qui in foro exteriori impetrare legata non poſſunt.

7. Nullum monaſterium poſt Concilium Tridentinum g eſt incapax hæreditatis præter Franciſcanorum, Capucinorum, & Minorum de Obſervantia.

8. Hæres relictus putatus legitimus, cum ſit ex adulterio natus, ſi velit religioſus eſſe, ut ſine nota legitimis reſtituat hæreditatem, ingredi i debet monaſterium incapax hæreditatis vel ante ingreſſum, vel profeſſionem renunciare ſi in aliud ingreditur.

*HÆREDITAS quoad hæreditatem.*

a Navar. c.14.n.15.

9. Filia non poteſt a exhæredari eo quod invitis parentibus matrimonium contraxit.

 10. Ara-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

13. Gratiæ ſeu beneficii impetratio z pro alio ipſo ignorante valida eſt.

z Sà ubi ſupra.

*G R E X.*

Gregem faciunt a quatuor vel quinque porci, oves non niſi decem.

a Sà hoc verbo.

*G V L A.*

1. Gula eſt vitium inclinans ad comedendum, vel bibendum inordinate.

2. Inordinatio eſt b in his quinque Propere, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſe.

3. Eſt vitium capitale, & habet c filias quinque, quæ ſunt hebetudo mentis, inepta lætitia, ſtultiloquium, ſcurrilitas, & immunditia.

4 Ex natura ſua non eſt peccatum mortale, erit d tamen ſi ultimum finem conſtituat quis in ciborum delitiis, vel ſciens, & prudens notabile ſibi damnum inferat nimis comedendo.

5. An comedere carnem humanam in extrema neceſſitate ſit peccatum mortale alii ajunt, alii negant e probabilius. Certum autem eſt abſque neceſſitate extrema peccatum eſſe mortale.

6. Comedere aut bibere ob ſolam voluptatem dummodo ſaluti non noceat nullum eſſe peccatum aſſerit f Joannes Sanctius ſed non excuſari à veniali videtur probabilius.

7. Et ſi aliquis comedat ſcienter uſque ad vomitum tantum erit g veniale.

8. Peccat h venialiter, qui nondum finita cibi concoctione bibit niſi excuſetur cauſa, ut ſiti, vel alia neceſſitate.

a D. Tho. 2,2, q. 148, art. 1.
b Idem ubi ſup.
c D. Greg. 31. moral.
d Comm. DD.
e Toles de pea. c. 50.
f Vide Dian. p. 2. tr. 5. reſol 5.
g Henriq. & alii.
h Comm. DD.

# DISPVTATIONES interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIAE H.

*H A B I T V S.*

HAbitus non poteſt a mutari ab uno conjuge ſine licentia alterius, nec in habitum tertii Ordinis.

2. Mutare habitum virilem in fœmineum, vel è contra ex juſta cauſa nullum eſt peccatum, ſi autem ex levitate fiat erit b veniale.

a Navar. c. 12, n. 61.
b Idem c. 23. nu. 22.

3. Qui



3. Qui habitu religioſo ob contemptum, vel ad inhoneſtum perſonatum utitur, peccat c mortaliter, ſi autem ob ſolam levitatem erit veniale.

c Comm. DD.

*H A S T I L V D I V M.*

Qui illud inſtituit, ſi fiat moderatè, & ut plurimum cædes non contingat, non peccat mortaliter. Vide verbum *Tornamentum.*

*H AE R E D I T A S.*

*QVOAD heredem, & ſubſtitutionem.*

1. Hæres tenetur a implere vota realia defuncti non vero perſonalia, ſi verò fuerint mixta ad id ſolum, quod reale eſt tenebitur.

2. Hæres defuncti, qui religionem voverat, non tenetur b reddere religioni bona, quæ defunctus portaſſet.

3. Hæres decollati, vel ſuſpenſi per ſententiam judicis tenetur reſtituere damnum illatum per defunctum.

4. Hæres, qui advertit tabellionem vel teſtes, ne teſtator legatum alicui relinquat peccat d mortaliter, & tenetur reſtituere, & incurrit pœnam perdendi hæreditatem

5 Hæres excommunicati denunciati, qui ſine abſolutione ab excommunicatione deceſſit, tenetur petere abſolutionem, ſecus vero ſi non eſſet denunciatus, & à peccatis abſolutus deceſſerit.

6. Hæres ab inteſtato non f tenetur aliquid dare hæredi ex teſtamento minus ſolemni, nec legata ſolvere, niſi ſint ad pias cauſas. Contrarium autem alii aſſerunt probabiliter ſecundum quos poterunt occulte compenſare, qui in foro exteriori impetrare legata non poſſunt.

7. Nullum monaſterium poſt Concilium Tridentinum g eſt incapax hæreditatis præter Franciſcanorum, Capucinorum, & Minorum de Obſervantia.

8. Hæres relictus putatus legitimus, cum ſit ex adulterio natus, ſi velit religioſus eſſe, ut ſine nota legitimis reſtituat hæreditatem, ingredi i debet monaſterium incapax hæreditatis vel ante ingreſſum, vel profeſſionem renunciare ſi in aliud ingreditur

a Navar. c. 12, n. 56.
b Comm. DD.
c Navar. c. 16, n. 12.
d Navar. c. 16, num. 16.
e Comm. DD.
f Vaſquez apud Dianam p. 1. tr. 5. reſ. 71.
g Molin. apud eundem ubi ſupra.
h Nav. c. 16, n. 46.
i Idem ibidem.

*HÆREDITAS quoad hæreditatem.*

9. Filia non poteſt a exhæredari eo quod invitis parentibus matrimonium contraxit.

a Navar. c. 14, n. 15.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10 Aragoniæ leges permittentes parentibus exhæredare filios relinquendo illis quinque ſolidos tantum, juſtæ videntur *b* Navarro.

*b* Idem c. 16, nu. 18.

11. Legitima *c* debetur jure naturali filiis quando aliunde ſe non poſſunt alere, aliis vero non niſi jure civili.

*c* Idem ibidem.

12. Hæredem extraneum eligere relictis fratribus, & aliis conſanguineis, niſi hi ſint in magna neceſſitate nullum *d* eſt peccatum, quia nullo jure prohibitum.

*d* Diana p. 1. tr. 8. reſ. 85.

13. Hæredes legitimi non tenentur *e* ſolvere debita defuncti, ſi quintam partem excedunt, & non conſtat de illis ſufficienter niſi per declarationem defuncti.

*e* Comm. DD.

14. Qui ſine vi, & fraude curavit aliquod teſtamentum jam factum mutari & alium hæredem inſtitui, vel aliquid ſibi, vel amicis relinqui, non tenetur *f* ad reſtitutionem, nec peccat ſi non faciat ex odio, & ſi faciat ex odio erga inſtitutum, ut ſibi hæreditas relinquatur licet non peccet, non tenetur ad reſtituendum.

*f* Dian. p. 1. tr. 6. reſ. 31.

15. Si quis vi, aut fraude impediat ne nepos ex filio ſpurio hæres inſtituatur, tenetur *g* reſtituere, quia filius ſpurii non eſt incapax hæreditatis.

*g* Vaſquez apud eundem ubi ſupra.

16. Cum pater inſtituit aliquem hæredem, & rogat eum ut hæreditatem filio ſpurio reſtituat, is poteſt acceptare, & ſpurius eam accipere. Sed tam promittens reſtitutionem quam pater ita diſponens peccant mortaliter, quia id leges graviter prohibent. Imò promiſſio eſt nulla, poſſetque ſibi hæreditatem retinere, vel ſi velit ſpurio tradere.

*h* Diana p. 5. tr. 3.

17. Profeſſi, & coadjutores formati ſocietatis Jeſu non ſunt capaces hæreditariæ ſucceſſionis neque ab inteſtato, neque ex teſtameto. Domus autem profeſſa poteſt *i* hæres inſtitui non ut bona immobilia retineat, ſed ut vendat & pretium in uſus neceſſarios conſumat. Collegium autem & domus probationis poſſunt retinere, & profeſſus, & coadjutor formatus legatorum capaces ſunt.

*i* P. Pellizar ſumma.

---

# DISPVTATIO I. SECTIO I.

## *HÆREDITAS.*

### *Quid ſit, & de pœnis hæreticorum, & eorum qui eos adiuvant.*

1. Hæreſis eſt *a* error in intellectu voluntarius contra aliquam fidei veritatem cum pertinacia aſſertus ab eo qui fidem recepit.

*a* D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 1.

2. An



2. An ab hæreſi excuſet ignorantia craſſa, alii ajunt, alii negant; affirmativa ſententia videtur probabilior.

*b* Sanc. in ſum. lib. 1. c. 7. n. 20.

3. Qui pertinaciter dubitat *c* de aliquo articulo fidei eſt hæreticus. Nec non, qui putans aliquid eſſe definitum ab Eccleſia, licet non ſit, contrarium defendit pertinaciter.

*c* c. 1. de hæret.

4. Qui negat ea, quæ ſecundario de fide ſunt in foro exteriori, hæreticus cenſetur, *d* v. g. quando ex una præmiſſa certa lumine naturali, ex alia de fide infertur concluſio.

*d* Villal. to. 2. tr. 7. diff. 10.

5. Hæretici, & qui eis præſtant favorem, vel auxilium ſunt excommunicati niſi ſint ſolum mentales.

*e* Vide Bull. Cœnæ.

6. Eorum bona ipſo facto ſunt *f* confiſcata, & ipſi, & filii, & nepotes eorum ſunt irregulares.

*f* Comm. DD.

7 Non incurrit *g* has pœnas hæreticus mentalis, ſed exterior etiam ſi ſit occultus.

*g* Comm. DD.

8. Hæreticus exterior *h* eſt, qui verbo, vel ſigno, quod ſit peccatum mortale hæreſim profert, ita ut poſſit ab alio intelligi etiam ſi non intelligatur.

*h* Sanch. in ſum. lib. 2. c. 8. nu. 6.

9. Qui facit actus indifferentes, ut pecuniam mutuo dare, vel donare, ut animum alicujus gratum habeat ad perſuadendum hæreſim, ſi illam nec verbo, nec ſigno proferat, non *i* eſt hæreticus exterior.

*i* Idem ubi ſupra.

10. Qui exterius profert hæreſim, eam tamen non credit, nec dicit ex animo pœnas non *l* incurrit.

*l* Azor. lib. 38. c. 10. q. 6.

11. Hæreticus, qui ebrius, vel dormiens profert hæreſim, non *m* eſt hæreticus exterior.

*m* Sanch. ubi ſupra. num. 14.

QVIS POSSIT *abſolvere ab hæreſi in foro conſcientiæ.*

12. A mentali quilibet ordinarius Confeſſor *n* poteſt abſolvere.

*n* Comm. DD.

13. In articulo mortis vero, vel præſumpto quilibet ſacerdos poteſt; *o* ſed manet abſolutus cum onere comparendi coram ſuperiore, ſi convaluerit. Idem dic in periculoſa navigatione, ſi fiat ſine fraude.

*o* Vide verb. abſolutio.

14. Epiſcopus poteſt *p* ab hæreſi occulta, & hanc facultatem delegare. licet hoc negent alii: ſaltem Prælati regulares non poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.*

*p* Trid. 24. ſeſ. 6. de refor.

* In decr. Alexand. VII. 1665.

15. An hæc facultas ſit revocata per Bullam Cœnæ, alii ajunt, *q* alii negant probabilius. Sed tamen ſententia aſſerens Bullam cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non denegare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt,

*q* Vide ſanct. ubi ſupra, n. 26.

Anno

Anno 1629. 18. Julii in conſiſtorio S. Congregationis Emin. Cardinalium viſa & tolerata non eſt. *

16. An in foro conſcientiæ poſſint domini Inquiſitores abſolvere hæreticum occultum negant multi, ſed plures r probabilius affirmant.

17. Si hæreticus occultus habeat impedimentum recurrendi ad Inquiſitores, tutius ſ eſt quod Confeſſor tacito nomine ab eis facultatem impetret. Non deſunt tamen qui virtute Bullæ Cruciatæ abſolvi poſſe aſſerunt probabiliter. Si impedimentum eſt perpetuum propter paupertatem, vel infirmitatem, vel ſi non confiteatur, & Euchariſtiam recipiat, ſequitur ſcandalum, ſi ſacerdos eſt, poteſt celebrare t licitus, communicare eliciendo prius actum contritionis. At ſi ſe id poſſe diffidat confiteatur, & a confeſſario abſolvatur. Hoc enim impedimentum mortis comparatur articulo. Ex mente D. Thomæ poteſt in hoc caſu omiſſa hæreſi alis peccata confiteri, eo animo ut data opportunitate ſuperiori appareat, & ab eo abſolvatur, directè enim ab aliis peccatis & indirectè ab hæreſi abſolutus manebit.

*AN LICEAT cum hæreticis communicare.*

18. Cum hæreticis in hæreſi communicare illicitum u eſt, necnon cum ipſis converſari quando everſionis periculum eſt, & cum illis diſputare prohibitum eſt.

19. Si non ſunt denuntiati, non eſt illicitum cum illis converſari, & ſimul ſacris aſſiſtere. x

20. Vendere licet y infideli indifferentia ad bonum, & ad malum, quamvis ſciam eos ea re abuſuros, niſi ſit ſcandalum, vel poſſim ſine magno meo damno peccatum illius evitare.

* In decr. Alexand. VII. 1665. 24. Sept.
r Henriq. lib. 2, de pœnit. c. 6, num. 1,
ſ Navar. & alii apud Dian. p. 1, tr. 1, reſ. 4.
t Sanch. in ſumm. lib. 2, c. 11, n. 32.
u Vide V. II. ubi ſup. q. 1.
x Comm. DD.
y Azor. to. 1, lib. 8, c. 32, q. 6.

## SECTIO II.

### *De variis circa hæreſim reſolutionibus.*

1. Hæreticus non privatur a bonis, aut poteſtate niſi poſt judicis ſententiam.

2. Hæretici filii, & nepotes, & hæreticæ ſolius filii non b poſſunt beneficium, aut publicum officium obtinere, niſi nati eſſent ante parentum hæreſim, vel in regione hæreticorum, vel eſſet occultum ipſos eſſe hæretici filios.

3. Abjurans hæreſim fit c incapax officii, & beneficii & ordinum niſi abjuratio ſit de levi, aut vehementi, ſed non hæreſis.

4. Ex ſortilegio d, vel divinatione non probatur, quis hæreticus, ſed præſumitur.

a Menſin. dub 95.
b Sà hoc verb.
d Comm. DD.

5. So-



5. Sepeliens malitioſè hæreticum in loco e ſacro excommunicationem incurrit.

6. Patrem hæreticum poteſt filius denuntiare, ſed non tenetur f niſi ſit periculum, quod alios ſubvertat. Si tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, teneris denuntiare, etſi probare poſſis.

7. Ultramontanus non tenetur g denuntiare hæreticum, qui eum ultra montes hæreſim docere voluit, ſecus ſi in Italia, vel Hiſpania.

8. Temeraria opinio h eſt, quæ nec authoritate, neque efficaci ratione probari poteſt.

9. In hæreſi non dari materiam parvā aſſerit i Sanchez, niſi forte dicatur leve aliquod verbum, quod hæreſim ſapiat.

10. Qui dubius eſt in fide non eſt l hæreticus, quia qui dubitat neutri parti aſſentitur, nec habet pertinaciam.

11. Qui non ex animo, ſed vi, metu, vel fraude ore negat fidem, nec hæreſim, nec excommunicationem incurrit, m licet graviſſime peccet.

12. Qui parentes hæreticos denuntiant, liberi n manent ab omnibus pœnis, quas alii liberi incurrunt, etiam ſi nati fuerint poſt illorum hæreſim.

13. An qui legit libros acatholicorū in quibus non tractatur ex profeſſo de religione, vel libros Catholicorum cum commentariis hæreticorū incurrat excommunicationē dubium eſt inter authores, affirmativā judicat o Suarez probabiliorē.

14. Idem dubium eſt de eo qui legit Epiſtolam, vel alium tractatum hæreticum retinet, vel imprimit, probabilius eſt hunc p incurrere excommunicationem. Non tamen ubi Bulla Cœnæ non eſt recepta.

15. Parvitatē materiæ in lectione librorum hæreticorū alii ad paginā unam extendunt, alii reſtringunt q ad paucas lineas.

16. Probabile eſt r Generales regularium poſſe ſuis ſubditis concedere facultatem legendi libros hæreticorum.

17. Hæreticus combuſtioni proximus tametſi crimen negaverit, ſi ſub confeſſione velit aperire tunc ſ poteſt abſolvi, nec cogendus aperire veritatem.

e Silveſt. verb. excom.
In decret. Alexandr. VIII. 1665
f Tolet. lib. 1, c. 9, n. 10, putat teneri contrar. P. Sà affirmat.
g Sà hoc verb.
h Comm. DD.
i Sanch. in ſum. num. 10,
l Diana p. 1, tr. 10, reſ. 51,
m Comm. DD.
n Armilla & alii apud Dianam.
o Suar. apud Dianam p. 1, tr. 11, reſ. 51,
p Dian. p. 1, tr. 12, reſ. 11,
q Suar. ubi ſupra.
r Diana p. 3, tr. 13, reſ. 49.
ſ Dian. p. 1, tr. 5, reſ. 8.

## DISPUT. II. SECT. PRIMA

cum reſolutionibus variis,

### *IN VARIAS DISPUTATIUNCULAS DIVISA.*

### *Homicidium.*

1. Homicidium a eſt injuſta hominis occiſio.

a D. Tho. q. 3, art. 1,



2. Po-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2 Poteſt *b* contingere multis modis, per præceptum, conſilium, permiſſionem, auxilium, cooperationem, & exorbitationem, &c.

*AN LICEAT judici publica authoritate reum occidere.*

3. Licitum *c* eſt maleſactores occidere quãdo id jura docent.

4 Nõ licet *d* innocẽtẽ occidere etſi timeatur maleſactorẽ fore.

5. Non licet *e* filium pro patris peccatis necare.

6. Judici licet *f* impœnitentem occidere, ſed debet prius omnia quæ poteſt adhibere remedia, ut eum ad ſanam mentem reducat.

*AN LICEAT privatæ perſonæ reos occidere.*

7. Hoc numquam licet, *g* & maritus occidens adulterum mortaliter peccat, licet aliqui contrarium affirment, ſed minus probabiliter. Adulter autem ſi ſe defendendo maritum occidat non peccat, ſi aliter non poſſit evadere.

8. Cum adulteri traduntur marito per ſententiam judicis licitè eos poteſt *h* occidere.

*AN POSSIT REX vel reſpublica facultatem dare, ut quilibet maleſactores interficiat.*

9. Non *i* poteſt Rex, nec reſpublica talem facultatem dare.

10 Cum maleſactor vocatus noluit *l* comparere, & contra eum lata eſt ſententia mortis in aliquo graviſſimo delicto, licita erit talis facultas.

*AN LICEAT CLERICIS habentibus temporalem juriſdictionem reos occidere?*

11. Non licet *m* clericos in hoc caſu reos occidere, poſſunt tamen ſuam juriſdictionem in generali, vel in particulari alteri committere, ut reos occidat.

*AN SEIPSUM occidere liceat, & an teneatur, quis ſe defendere vel peccet periculo mortis ſe objiciendo.*

12. Nullam ob cauſam licet *n* ſeipſum occidere, vitam enim propriam tueri naturale præceptum eſt.

13. Ad propriæ vitæ deſẽſionẽ nõ eſt *o* ſẽper homo obligatus.

14. Epiſcopus, & Parochus etiam cum mortis periculo tenentur *p* adminiſtrare ſacramenta tempore peſtis, & Prætor non deſerere civitatem.

15. Nemo tenetur *q* ad conſervationem vitæ remediis uti extraordinariis, nec deſerere civitatem ut ſalubrius cœlum quærat, nec cum impetitur, etiam ſi poſſit ſe defendere, nec facere extraordinarios ſumptus in pretioſis medicinis.

16. Licitum *r* eſt ſe exponere mortis periculo propter charitatem viſitando infirmos, eos curando, navigando maria, flumina tranando propter neceſſitatem, ſed ſine illa manifeſto periculo exponere temerarium eſt.



*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD. contra Abulenſem.
*e* c. undecumque e ſponſus c. numquam 56. diſt.
*f* Comm. DD.
*g* D. Tho. 2.2. q. 64. art. 3.
*h* Comm. DD.
*i* D. Tho. 2.2. q. 66. art. 1.
*l* Comm. DD.
*m* c. nemo c. Epiſcoporum 45. diſt.
*n* D. Aug. lib. de civit. c. 17. uſque ad 27.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD. Vide Vill. to. 2. tr. 13. diſ. 7
*r* Idem ubi ſupra.



17. Licet *ſ* etiam pro amicis animam ponere, & pro bonis ejus tam temporalibus quam ſpiritualibus.

*AN LICEAT vitam abſtinentiis breviare?*

18. Nullum *t* eſt peccatum communibus uti cibis, & abſtinentiis quas alii ordinariè faciunt in religione etiam ſi ob hoc vita brevietur.

19. Extraordinariis abſtinentiis uti, & cibis valde nocivis *u* peccatum eſt niſi fervor excuſet, mortale.

20. Carthuſianorum præceptum de non edendis carnibus *x* obligat etiam cum mortis periculo extra morbum ſecundum probabiliorem.

*AN LICEAT innocentem occidere.*

21. Ex intentione numquam licet. *y*

22. An ſi tyrannus petat tradi ſibi innocentem pro bono totius reipublicæ, poſſit tradi alii negant, alii probabilius affirmant, *z* etiam ſi ipſe nolit, dummodo occiſioni ejus non cooperentur qui tradunt.

23. Cum innocens innocentem vult occidere, innocens poteſt *a* illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & erit bellum juſtum ex utraque parte.

*AN LICEAT alium occidere ob ſui defenſionem.*

1. Nemo *a* tenetur ut ſe defendat alium occidere, niſi ejus vita eſſet reipublicæ valde neceſſaria, vel eſſet in periculo animæ, quia in peccato mortali.

2. Si aggreſſor eſſet perſona valde utilis reipublicæ, non verò innocens non liceret *b* huic illum occidere niſi ob vitandum periculum æternæ damnationis.

3. Sufficit, *c* quod aggreſſor velit membrum aliquod abſcindere, vel graviter percutere, ut licitè poſſit occidi quando aliter me non poſſum defendere

4. Occiſio hæc debet *d* eſſe in ipſo defenſionis actu, & licita eſt etiam ſi occiſor cauſam rixæ dederit.

5. An licitè poſſit occiſor ipſam occiſionem intendere ad ſe defendendum, vel teneatur defenſionem per ſe ſolam velle, licet per accidens occidat alii *e* ajunt, alii *f* negant. Tutius eſt occiſionem non intendere, ſed defenſionem.

*AN LICEAT latronem occidere quando aliter bona defendi non poſſunt.*

6. Licitum *g* cum moderamine inculpatæ tutelæ.

7. Licet *h* etiam eum perſequi, ut ablata reſtituat, & ſi nolit occidere aggreſſorem.

8. Licitum *i* eſt fœminæ, vel viro ob tuendam caſtitatem ſi aliter non poſſit, occidere aggreſſorem.



*ſ* Comm. DD.
*t* Comm. DD.
*u* Villal. ubi ſupra.
*x* Vide Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 19
*y* Exod. 23.
*z* Villal. ubi ſupra. diſ. 9.
*a* Idem ubi ſup.
*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Villal. ubi ſupra.
*d* c. ſignificaſti de homicid.
*e* Leſſ. lib. 2. c. 9. dub 8. n. 51.
*f* D. Tho. 2.2. q. 64. art. 7.
*g* Comm. DD.
*h* Sã hoc verb.
*i* V. ſ. 10. 1. diſp. ſ. 7. Idem q. 4. ſ. 4.

*l* P. Henriq. de irreg. c. 10.

9. Idem licet *l* homini nobili ad proprii honoris defenſionẽ. Si verò injuriæ irrogator fugiat non poſſe eum perſequi aſſerunt viri docti. Sed alii non minus probabiliter tenent in ipſo injuriæ fervore, non animo ſe vindicandi, ſed recuperandi honorem *m* poſſe illum perſequi, & occidere. Hæc ſecundum prædictos authores, ſed nunc obſerva decreta Alexandri VII. *

*m* Idem ubi ſupra.

* Anno 1665.

*AN LICEAT ob vitæ defenſionem occidere innocentem procurando abortum.*

*n* Vide verbum. Abortus.

10. Non licet *n* directè mortem innocentis procurare, licet tamen procurare vitæ conſervationem etiamſi per accidens innocens occidat.

*o* Vill. ubi ſup. dif. 5.

11. Licitum eſt ad defenſionem vitæ, *o* vel honoris innocentis aggreſſorem occidere, & erit actus charitatis, nemo tamen ad id tenetur cum periculo propriæ vitæ, vel bonorum, niſi ſit perſona publica, cui id ex officio competat.

*p* Comm. DD.

12. Cum occiſio omnino eſt caſualis nullum *p* eſt peccatum. Cum vero eſt caſualis, ſed mixtum habet aliquid voluntarium, ſolùm erit peccatum id quod voluntarium fuit.

*q* Comm. DD.

13. Qui ſe exponit periculo aliũ occidendi reus eſt *q* homicidii, ut nutrix, quæ dormit cum periculo occidendi infantem.

*r* D. Tho. 2. 2. q. 56. art. 1.

14. Judici licet *r* membrũ delinquentis præſcindere. Et cum putridũ eſt cuilibet licet ex infirmi voluntate, & id velle tenetur infirmus, niſi paſſurus *ſ* ſit in ſectione magnos dolores.

*ſ* Arag. ſup. D. Tho. ubi ſupra.

15. Illicitum *t* eſt ob ſuavitatem vocis vel ob vitandas tentationes ſe caſtrare.

*t* Concil. Nic. can. 1.

16. Qui cancrum habens unam manum ignem appropinquantem videret, licitè poſſet *u* eam præſcindere.

*u* Comm. DD.

17. An vero qui ſub pœna mortis juberetur à judice propriam manum præſcindere licitè hoc poſſit alii negant, alii probabilius affirmant. *x*

*x* Tol. lib. 5. & c. 9.

*y* Prov. 23. c. 13.

18. Licitum *y* eſt parentibus, ac prælatis filios, & ſubditos flagellare.

*z* Vill. ubi ſupr. dif. 18.

19. Etiam ſi filius ſacris initiatus ſit poteſt *z* flagellari à patre nec incurrit excommunicationem niſi modũ excedat.

20. Maritus etiam poteſt ex juſta cauſa uxorem flagellare.

Quam reſtituendi obligationem habeat occidens, vel mutilans vide in verbo *Reſtitutio*.

*An irregularitatem incurrat vide verbum* Irregularitas.

*AN LICEAT homines in carcerem mittere.*

*a* Vill. ubi ſupra.

21. Hoc ſolum licet *a* publicam authoritatem habenti.

*b* Comm. DD.

22. Cum datur carcer in cuſtodiã debet eſſe ſine rigore, in pœnam autem dari non poteſt, niſi poſt ſententiam judicis.

23. Idem



23. Idem dic de prælatis religionum, *c* qui niſi reo convicto, vel in crimine notorio non poſſunt carcerem in pœnam dare.

*c* Vill. ubi ſupra.

24. Parentes poſſunt *d* filios cuſtodi carceris tradere per aliquot dies detinendos.

*d* Comm. DD.

25. Fur poteſt *e* detineri clauſus à Domino rei ablatæ donec reſtituat.

*e* Comm. DD.

26. Non licet *f* injuriam paſſo detinere injuriæ irrogatorem, ut à judice capiatur.

*f* Vill. ubi ſup.

27. Cuilibet licitum *g* eſt detinere euntem ad perpetrandum delictum.

*g* Comm. DD.

---

## SECTIO II.

### *De variis circa Homicidium reſolutionibus.*

*a* Comm. DD.

1. CLerico non licet *a* nec pro rebus, nec pro honore alium occidere.

*b* Comm. DD.

2. Qui mandat alium occidere, *b* ſi mandatum revocat ante occiſionem immunis eſt, ſecus qui conſulit, etiam ſi revocet conſilium, ſi ex eo ſequitur occiſio. Si tamen faciat quantum in ſe eſt ad diſſuadendum & ſi non prævaleat ad nil tenetur ſecundum probabilem *c* opinionem.

*c* Diana p. 5. tr. 3. reſ. 83.

3. Dare aliquid mulieri ne concipiat, homicidium quoddam dicitur, & peccatum *d* mortale eſt.

*d* Comm. DD.

4. Licere in extrema neceſſitate dare alteri propriæ vitæ neceſſaria, alii negant, alii probabilius *e* affirmant.

*e* Vide Dian. in ſum. verb. homicid.

5. Vitam pro honore amittere alii ajunt, alii negant illicitum eſſe.

*f* Navar. c. 11. n. 41.

6. Qui cum vitæ periculo medicinam reſpuit, mortaliter *f* peccat.

*g* Idem ubi ſup.

7. Qui poteſt fugere ſine magno honoris detrimento peccat *g* mortaliter ſi aggreſſorem ſe defendendo occidat.

*h* Comm. DD.

8. Peccat mortaliter damnatus ad mortem, qui ut ſe eripiat, juſtitiæ miniſtros *h* occidit.

*i* Comm. DD.

9. Qui magna cautela frangit legem mortis pœnam ſtatuentem non peccat *i* ob periculum mortis, cui ſe exponit.

*l* Comm. DD.

10. Non peccat *l* mortaliter, qui delectatur propter utilitatem ex morte ſecutam alicujus.

*m* Comm. DD.

11. Mortem optare alicui propter bonum ejus ſpirituale *m* non eſt peccatum, ſed virtus.

12. Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Qui propter aliquod infortunium cupit ſe numquam natum *n* fuiſſe, peccat mortaliter.

13. Qui propter homicidium à ſe commiſſum ſcit alium eſſe in carcere cum vitæ periculo non tenetur *o* ſe prodere.

14. Qui ſe defendendo exceſſit modum, & alium *p* occidit tenetur ad reſtitutionem, ſicut homicida voluntarius, licet minus peccet.

15. Ebrium, vel amentem patrem, aut fratrem majorem invaſorem occidere, etiam ob defenſionem occidere non licet *q* cum quis fugiendo poteſt evadere.

16. Non licet viro honorato alium occidere propter contumeliam *r*, licet tamen quando aggreſſor fuſtem, vel alapam impingere vellet viro honorato ſecundum aliquos.

17. Si per judicem non vales rem tibi furto ſublatam recuperare, potes *ſ* ingredi domum ubi eſt, & impedientes vi repellere & rem tibi vendicare.

18. Licitè poteſt *t* uxor maritum interficere, quem ſcit paratum habere gladium, vel venenum ad eam interficiendam, & aliter ſe non poteſt defendere.

19 Herum famulo mandantem ut interficiat, potes *u* licitè interficere, ſi aliter non potes evadere.

20. Obſides poſſunt occidi, quando hoſtes fidem frangunt.

21. An nautæ ab infidelibus oppugnati pulveri tormentario poſſint ignem ſubjicere, & ſe mari committere alii ajunt, alii probabilius *x* negant.

22 Probabile *y* eſt quod quis poſſit vitam ponere pro amico, & ei tabulam tradere ut ſalvetur, quamvis ipſe ſubmergendus ſit.

23. Damnatus ad mortem per inediam *z* poteſt abſtinere à cibis clam oblatis.

24 Non tamen damnatus ad mortem per venenum poteſt illud haurire, poteſt tamen aperire os ut immittatur.

25. Damnatus ad ſuſpendium non *a* poteſt ſe præcipitare ex ſcala.

26. Non tenetur *b* reſtituere, qui occidit furem pro conſervatione bonorum etiam ſi facile poſſet ea per judicem recuperare. Nec qui occidit ſe defendendo etiam ſi poſſet ut clericus ſine nota fugere. Nec adulter qui maritum occidit ut ſe defenderet, nec qui metu mortis indicavit aliquem, qui injuſtè ad mortem petebatur.

27 Nobiles, ac divites *c* præſumuntur renuntiaſſe juri reſtitutionis ex homicidio, & hæredes cenſentur acquieſcere pœnæ mortis in homicidam inflictæ, niſi expreſsè aliud exigant.

28. Qui

*n* Comm. DD. & P. Avila in comp. Navar. verb. homicid.
*o* Navar. ubi ſup. n. 17.
*p* Idem ubi ſup.
*q* Comm. DD.
*r* Vide decret. Alex. VII. Dian. in ſum. verb. homicid.
*ſ* Dian. ubi ſup.
*t* Navar. ubi ſup.
*u* Comm. DD.
*x* Dian. ubi ſupra. reſ. 10.
*y* Idem ubi ſup.
*z* Comm. DD.
*a* Comm. DD.
*b* Cajet. apud Dian. ubi ſup.
*c* Sanch. apud Dian. in ſum. verb. Homicid.



28. Qui ſe defendendo ſolum exceſſit in modo, ſolum tenetur *d* de exceſſu non in totum reſtituere.

29. Qui prævidit ex homicidio à ſe patrando damnum alii eventurum, ex eo quod homicida putetur, ad nil tenetur, *e* quia hoc per accidens ſe habet ad ſuum delictum.

30. Si tuum animal, vel mancipium damnum intulit ad nil *f* teneris niſi poſt ſententiam judicis.

31 Cum occiſus omnia condonavit homicidæ non tenetur *g* reſtituere filiis.

32. Titulo alimentorum ſolum tenetur *h* occiſi parentibus, filiis, & uxori: quod ſi hæc æquè commodè poteſt nubere nihil ei debetur. Idem dic de parentibus, & filiis, ſi alimentis non indigeant non debentur eis niſi poſt judicis ſententiam.

33. Qui provocatus ab alio in pugnam deſcendit ad nil tenetur *i* propter vulnus, aut mortem Sed duellum ab Alexandro VII. damnatum ſub pœna peccati mortalis.

34 Qui occidit opificem, opera ejus filiis, & uxori debet *l* compenſare non in totum, ſed arbitrio boni viri ſecundum tempus, quo putabatur ſupervicturus.

35 Pro cicatricis deformitate vel pro vitæ jactura *m* nulla fit recompenſatio.

36. Homicidii compenſatio non eſt neceſſe *n* ut fiat per Miſſas, & preces, congruè tamen imponantur à Confeſſariis.

37. Qui alium occidit ſine fraude, & atrocitate etiam ſi de officio judex contra eum procedat, non eſt *o* prohibitus religionem ingredi, niſi ſpecialiter prohibitum ſit in aliqua religione ut in noſtra Societate.

*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Dian. ubi ſupra.
*g* Comm. DD.
*h* Leſſ. & Filliuc. apud Dian. ubi ſupra.
*i* Dian. ubi ſupra. in decret. 1665.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Layman. apud Dian. ubi ſupra.
*o* Comm. DD.

## HONOR.

1. Debitum honorem optare periculum, non *a* peccatum eſt.

2 Debitum honorem alicui negare peccatum eſt. *b*

3. Illicitum eſt religioſo vel clerico calumniatorem gravia de ſe vel de ſua religione ſpargere minantem occidere, etſi alius modus defendendi non ſuppetat, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus vel ipſi religioſo, vel ejus religioni publice vel coram graviſſimis viris prædicta impingere niſi occidatur. *c*

Vide verb. *Fama.*

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* In decr. Alexandri VII. an. 1665, 24. Septemb.

DISP.

# DISPVT. *II.* SECT. *I.*

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *HORÆ CANONICÆ.*

*Quid ſint horæ canonicæ, & an clerici, & beneficiati illas recitare teneantur.*

1. HOræ canonicæ ſunt officium divinum, quod Eccleſiaſtici ex obligatione recitant, & uſus illius ex traditione *a* venit Apoſtolica.

2. Horæ canonicæ ſunt ſeptē. Officium vero minus B. Virginis, defunctorum, Pſalmi pœnitentiales, & graduales non *b* ſunt Horæ canonicæ nec ad ea tenetur quis extra chorum.

3. Clerici ſacris initiati tenentur *c* recitare horas canonicas, ſed non jure divino.

4. Si Papa diſpenſaret ut matrimonium contraheret in ſacris conſtitutus, non ideo videretur *d* diſpenſare in recitatione horarum.

5. Excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, irregularis, vel ad triremes damnatus non ideo à recitandi onere *e* liberatur.

6. Clerici in minoribus non tenentur recitare niſi alicubi *f* eſſet conſuetudo legitimè præſcripta, nec poſſunt ad id obligari ab Epiſcopo niſi ad unum, vel alterum diem.

7. Fratres laici Franciſcani, ſi ordinem ſuorum recipiant ſine ſuperiorum facultate, etiam ſi fiant Presbyteri privandi ſunt, nec *g* debent recitare niſi officium laicorum.

8. Beneficiati nullis etiam ſacris Ordinibus initiati recitare *h* tenentur.

9. Incipit hæc obligatio, quando habet jus in re ante poſſeſſionem ſecundum probabilem opinionem, vel ab ipſa poſſeſſione, quando per ipſum non ſtetit, quod eſt *i* probabilius.

10. An vero qui habet tenue beneficium recitare teneatur, alii negant, alii affirmant, *l* præcipue, ſi cum ei collatum fuit, erat pingue.

11. Qui beneficium ſervit per tertiam perſonam, cui dat majorem partem ſtipendii non ideo *m* excuſatur.

*a* Clem. lib. 8. conſtit. Apoſt.
*b* Pius V. in conſt. quæ incipit. Quod à nobis in princ. Breviarii.
*c* c. presbyter. ad junct. ac dolentes de celebr. Miſſ.
*d* Azor. to. 1. lib. 10. c. 7. q. 5.
*e* Idem ubi ſupra.
*f* Leſſ. l. 2. de juſt. c. 17.
*g* Leo X. refertur in comp. F. Min. verb. laici.
*h* Comm. DD.
*i* Leſſ. ubi ſup. c. 14.
*l* c. clerici 91. diſt.
*m* Leſſius ubi ſup. l. 2. c. 34.

12. Te-



12. Tenentur *n* etiam ad officii divini recitationem, qui habent præſtimonia, vel ſimplicia beneficia tantum.

13. Idem dicendum *o* de eo, qui habet Capellaniam collativam, etiam ſi alius pro eo Sacra faciat.

14. Cum Capellania non eſt collativa, ſed tantum laicorum Patronatus ſine Epiſcopi autharitate erecta non *p* obligat ad recitationem, quia non eſt ad beneficium Eccleſiaſticum.

15. Qui habet Eccleſiaſticum beneficium perpetuo, vel temporaliter ſibi commiſſum, ad recitandum *q* tenetur.

16. Qui habens beneficium fructus non recipit ſine culpa, non tenetur, ſi autem habeat quotidianas diſtributiones, vel ſua culpa fructus non recipiat, *r* tenetur.

17. An vero cum in primo anno fructus ſunt defuncti vel fabricæ, ſi ipſe nihil ferat, recitare teneatur alii negant, alii *ſ* affirmant, quando eis datur dimidia pars fructuum ex decreto Joan. XXII.

18. Qui habet poſſeſſionem beneficii litigioſi, ſi ſperat fructus ſuos eſſe futuros, recitare tenetur. Si autem nullus eſt in poſſeſſione nullus *t* tenetur.

19. Qui ob metum reverentialem patris accipit beneficium, & retinet ſine animo clericatum recipiendi, ſi fructus recipit recitare *u* tenetur, ſi non recipit, vel recipit animo reſtituendi non tenetur; ſi recipit ipſius pater non tenetur recitare, tenetur tamen pater reſtituere, vel eo mortuo omnes filii pro rata.

20. Qui Eccleſiaſtica gaudent penſione *x*, tenentur recitare officium B. V. quando ad majus officium non ſunt obligati. Quod ſi nullum recitant non faciunt fructus ſuos. Hoc de penſionibus intelligendum eſt de his quæ annexæ ſunt alicui gradui Eccleſiaſtico ſaltem minori.

21. Coadjutor ad id ſolum tenetur *y* ad quod datus eſt coadjutor.

22. Qui habet duo beneficia ſemel recitando obligationi *z* ſatisfacit.

23. Qui habent beneficium manuale id eſt mobile ad nutum recitare tenentur, dum illud durat.

*n* Pius V. in conſt. quæ incipit. Ex proximo.
*o* Azor. 1. p. l. 10. q. 5.
*p* Comm. DD.
*q* Azor. ubi ſup. c. 12.
*r* Leſſ. de iuſt. l. 2. c. 34. n. 161.
*ſ* Idem ubi ſup. n. 170.
*t* Idem ubi ſup. l. 2. c. 34.
*u* Villal. 1. p. tr. 14. diſ. 8.
*x* Leſſ. l. 2. c. 34. n. 108.
*y* Comm. DD.
*z* DD. in Clem. de ſuppl. negl. Prælatorum.

SECT.

# SECTIO II.

## *An Religioſi profeſſi, Choriſtæ & ſanctimoniales recitare teneantur Horas.*

1. RELigioſi profeſſi Franciſcani choriſtæ etiam ſi non ſint ſacris initiati ſub præcepto regulæ recitare *a* tenentur.

2. Novitii in nulla religione recitare *b* tenentur, nec laici, neque equites Ordinum militarium, ſed ſolum id quod eſt à ſuis regulis conſtitutum, & hoc ſine obligatione mortali.

3. Doctores ferè omnes conveniunt in hoc quod omnes religioſi profeſſi, choriſtæ, & Moniales profeſſæ omnium Ordinum recitare *c* obligantur officium divinum.

4. Hæc obligatio ortum habet à conſuetudine, an verò obliget ſub mortali plures affirmant, & alii dubitant.

5. In choro quando ſimul conveniunt, non *d* poſſunt aliud recitare præter divinum officium ſub mortali.

6. Moniales S. Claræ cum prælatæ licentia ad breve tempus, vel ſi diuturna fuerit neceſſitas cum Prælati facultate *e* poſſunt pro Horis canonicis recitare Pater noſter.

7. Religioſi ex noſtra Societate nec in choro, nec extra chorum recitare *f* tenentur, niſi ſint in ſacris.

8. Choriſta profeſſus, qui fugit apoſtata non liberatur *g* ab obligatione recitandi, ſi autem ob crimina damnetur ad triremes recitare non tenetur, niſi habeat ordinem ſacrum, ſecundum probabiliorem opinionem.

9. Choriſta, qui juſta de cauſa redactus eſt à Prælato in laicorum ſtatum recitare non *h* tenetur.

10. Prælatus juſta de cauſa diſpenſare *i* poteſt cum choriſta, & videtur juſta cauſa vacare litteris, vel negotiis.

11. Religioſus, qui ex Papæ diſpenſatione religionem dimiſit non *l* tenetur recitare niſi ſit in ſacris.

### *AN SIT OBLIGATIO recitandi integrè, & clarè.*

12. Obligatus ad recitandum dimittendo totum officium aut unam horam, aut partem notabilem illius peccat *m* mortaliter.

13. Qui uno die totum prætermiſit officium unum tantum com-

*a* Ex reg. 2. Franciſci. *b* Comm. DD. *c* Vide Azor, 1. p. tr. 14. d. if. 9. Vide eumdem. *d* Comm. DD. *e* Vide Villal. 10. 1, tr. 14. diſ. 9. *f* Ex comp. Socie. *g* Contrarium vide in Diana, p 2, tr. 3, reſ. 18, n. 40. *h* Comm. DD. *i* Leſſ. de juſt. lib. 2, c. 7, n. 11. *l* Azor, c. 6, q. 8. *m* Comm. DD.



miſit *n* peccatum, ſed majus quam ſi unam ſolam horam, ſed ſi per multos dies, toties peccat quot ſunt dies.

14. Quoad actum interiorem toties *o* peccat, quoties animum habet dimittendi officium.

15. Qui alternatim recitat cum eo, qui non habet obligationem recitandi, obligationi *p* ſatisfacit, & cum plures recitant ſufficit, quod unus dicat lectiones, vel antiphonas; quæ autem organa dicunt à recitantibus in choro non ſunt prætermittenda.

16. Leo X. Franciſcanis *q* conceſſit, quod qui cum male proferentibus recitant præcipuè in choro, vel propter ſtrepitum, vel aliam cauſam non bene audiunt, ad amplius non teneantur.

17. Qui ob ſatisfactionem à Confeſſario impoſitam recitat officium B.V. vel alios Pſalmos *r*, poteſt alternatim cum alio recitare. An ſit idem de Corona Virginea, vel Roſario alii negant, alii probabilius affirmant.

18. Qui malè profert etiam cum advertentia *ſ* ſatisfacit præcepto, nec videtur peccare mortaliter niſi fiat ex voluntario, & notabili contemptu.

19. Licet qui recitat ſeipſum non audiat, dummodo labia movendo verba pronunciet diſtinctè, ſatisfacit *t* præcepto, etiam ſi ſit in choro.

20. Canonici *u* tenentur non ſolum recitare, ſed cantare, ſecus non facient ſuas diſtributiones.

21. Qui exit à choro, & poſtea extra chorum ſupplet, quæ deerant, & qui tarde venit, ſi ſuppleat ſimiliter præcepto *x* ſatisfacit.

22. Leo X. conceſſit *y* Franciſcanis ut poſſint mentaliter dicere quæ jubentur dicere, tam in Horis Canonis, quam in Miſſis.

### *AN RECITANDUM ſit ſine interruptione.*

23. Officium divinum ſine neceſſitate interrumpere à peccato veniali non *z* excuſatur. Si autem longa ſit interruptio ſunt qui dicant repetendum eſſe quod recitatum fuerat ſub peccato mortali, ſi erat pars notabilis. Contrarium videtur probabilius.

24. Juſtæ cauſæ officium interrumpendi divinum *a* ſunt auditio concionis, rei ſacræ, obedientia, & quævis res neceſſaria ad ſalutem, honorem, commoditatem propriam, vel proximi, quando æquè commode non poteſt alio tempore fieri, in his nec venialiter peccatur, nec eſt repetendi obligatio.

*n* Azor. ſ. p. lib. 10, c. 7, nu. 4. *o* Comm. DD. *p* Azor. ubi ſupra. *q* Leo X. *r* Azor. ubi ſup. *ſ* c. retulerunt de conſec. diſt. 4. *t* Azor. ubi ſupra, q. 11. *u* Idem ubi ſup. c. 11. *x* Vide Villal. tr. 14. diſ. 10, ro. 1. *y* Leo X. *z* Leſſ. de juſt. lib. 2, c. 37, dub. 10, nu. 77. *a* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

26. Idem dicendum de his, & ſimilibus quando à Confeſſario imponuntur, vel ex voto recitantur.

*QVA diei hora ſit recitandum.*

27. In choro præſcriptis temporibus *b* recitandum eſt, ad quod conſuetudo conſulenda.

*b* c. 1. de celebr. Miſſ.

28. In choro bis, aut ter anteponere, vel poſtponere non erit peccatum mortale, in hoc tamen notabilis negligentia non *c* excuſatur ab eo.

*c* Clem. 1. de celebr. Miſſ.

29. Extra chorum cum cauſa anteponere, vel poſtponere nullum *d* erit peccatum, ſed melius erit anteponere, quam poſtponere.

*d* Azor. 1. p. lib. 10. c. 9. q. 3.

30. Horæ minores à media nocte in mediam noctem recitandæ ſunt. Matutinum cum Laudibus à 4. hora, & ſecundum alios à 3. poſt meridiem, & ſecundum *e* Thomam Sanctium à 2. uſque ad mediam noctem ſequentis diei poſſunt recitari.

*e* Vide Sanctium in ſumm.

31. Ex privilegio noſtris conceſſo ab Urbano VIII. in hac Peruana Provincia poſſumus Matutinum & Laudes ſequentis diei 12. hora in meridie recitare.

32. Qui anticiparet notabiliter ante præſcriptum tempus *f* non ſatisfaceret præcepto, quia eſt onus diei.

*f* Comm. DD.

*DE ORDINE in ſervando officio.*

33. Præfixum ordinem mutare in officio, ut ſi quis poſt Veſperas Primam recitat, niſi fieret ex contemptu non eſt *g* mortale, nec veniale ſi fiat ex oblivione, vel ex alia rationabili cauſa.

*g* Comm. DD.

34. Qui de uno ſancto recitaturus de alio recitavit, ſi fiat ex negligentia *h* erit veniale, nec tenetur iterum recitare, ſi fiat ex juſta cauſa nullum erit peccatum.

*h* Azor. ubi ſup. c. 10. q. 1.

35. Qui ob errorem, vel oblivionem de feſto duplici, vel ſemiduplici die proprio non recitavit, recitare *i* poteſt de eo prima die non impedito officio novem lectionum, ſed intellige de privata non de ſolemni recitatione, & non adſit ſcandalum.

*i* P. Quintanad. in ſingul. qq. ita de recit. horar.

36. Nullum eſt *l* peccatum ſacrum facere ante Matutinum ſi fiat ex cauſa, ſi ſine illa erit veniale, quia fit contra rubricam. De Miſſa autem conventuali ſemel aut bis ex cauſa nullum erit peccatum illam dicere ante Matutinum, ſæpe autem ſine juſta cauſa à peccato mortali non excuſatur.

*l* Villal. ubi ſup. diſ. 13.

*QVALE OFFICIVM recitandum, & in quo loco.*

37. Omnes Eccleſiaſtici tenentur *m* recitare per Breviarium Romanum exceptis his, qui ex conſuetudine ducentorum annorum, vel ex approbata inſtitutione aliud recitant.

*m* Pius V. in princ. Breviarii.

38. Cum religioſus habet privilegium recitandi per Breviarium



vetus ante, vel poſt tempus ſocius ipſius poteſt *n* cum illo conformari.

*n* Henriq. lib. 7. de indub. c. 30.

39. Epiſcopus religioſus poteſt *o* recitare per Breviarium ſuæ Eccleſiæ, & cum eo ejus ſocius.

*o* Azor. ubi ſup.

40. Horæ Canonicæ quando in communitate recitantur in loco ſacro recitandæ *p* ſunt, cum autem privatim in quolibet loco dummodo ſit decens, & quietus.

*p* c. 1. de celebr. Miſſ.

*QVÆ ATTENTIO requiratur ad recitandum.*

41. Attentio *q* ad verba, vel ad ſenſum illorum ſufficiens eſt ad præceptum implendum, attendere autem ad Deum, ad quem oratio dirigitur, perfectius eſt.

*q* c. dolentes de celebr. Miſſ.

42. Attentio habitualis tantùm, ea ſcilicet, quæ nec in actu præſenti, nec in virtute alicujus præteriti continetur, non ſufficit *r* ad benè recitandum.

*r* Comm. DD.

43. Qui voluntariè diſtrahitur, vel rei dat operam, quæ cum attentione non compatitur, peccat *ſ* mortaliter, & non implet præceptum ſecundum probabiliorem opinionem.

*ſ* Villal. ubi ſupra.

44. Qui ſumit Breviarium ad recitandum vel chorum petit, jam habet *t* virtualem attentionem, quia animum habet adimplendi præceptum.

*t* Leſſ. ubi ſup. n. 64.

45. Qui recitat ſe veſtibus induendo, vel faciem levando irreverenter facit, ſed adimplet *u* præceptum.

*u* Azor. ubi ſupra, q. 7.

46. Qui cum ſufficienti attentione recitavit, animo tamen iterum recitandi, ſi intra ipſum diem animum mutet, non tenetur *x* iterum recitare, ſecundum probabiliorem opinionem.

*x* Idem ubi ſupra.

47. Qui Miſſam audiendo recitat, utrique obligationi *y* ſatisfacit ſecundum probabiliorem.

*y* Leſſ. lib. 2. c. 37. n. 19.

48. Qui ex ſola devotione Deum orat, ſi voluntariè diſtrahitur *z* peccat venialiter.

*z* Comm. DD.

---

# SECTIO III.

## *Quæ ſit juſta cauſa officium divinum relinquendi?*

1. Cauſa juſta *a* eſt infirmitas; ſed non quæcumque.

2. Dolor capitis niſi ſit valdè gravis, & febris tertiana non excuſant. Quartana febris in die vacationis vel acceſſionis ſi commodè poteſt anticipari recitatio, non *b* excuſant.

*a* Comm. DD.

*b* Azor. 1. p. lib. 10. c. 13. q. 1.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Qui clarè videt ſe non eſſe ad recitandum, *c* excuſatur & ſi adhuc eſt dubius, ſine alia diligentia, qui dubitat medicum conſulat, vel medicum non invenit adeat Prælatum, qui poteſt diſpenſare ex conceſſione Leonis X. facta Franciſcanis 4. & ex alia facta noſtræ Societati *d* à Julio III. ex quibus poſſunt Prælati commutare Horas Canonicas in aliquas preces, vel pſalmos pro ſuo arbitrio.

5. Qui non poteſt ſolus recitare, poteſt autem cum ſocio, *e* tenetur illum quærere, ſi ſine magna incommoditate poteſt.

6. Qui totum officium non valet recitare, vel tamen majorem partem, ad illam *f* tenetur, ſi verò ſolam poteſt minorem, ad nil *g* tenetur.

7. Infirmitas præterita eum qui nondum convaluit, excuſat, qui tamen uſque ad meridiem infirmitate detentus fuit, poſtea totum recitare *h* tenetur.

8. Qui iter agit, vel ſtudet non *i* excuſatur, niſi habeat diſpenſationem à Papa, vel ad unum vel alterum diem ab inferiore.

9. Non *l* excuſatur, qui per alium tertium inſervit beneficio.

10. Quando gravis aliqua occupatio contingit, ſi recitatio officii nec anticipari, nec poſtponi poteſt, non *m* obligat.

11. Qui in audiendis confeſſionibus occupantur excuſantur ab horarum recitatione quando eſt magnus concurſus ſecundum aliquorum *n* opinionem non improbabilem.

12. Qui non habet Breviarium etiam ſi malitioſe illud in mare projecerit, non *o* tenetur niſi ad recitandum id quod in memoria retinet.

13. Qui ſubdiaconatum recipit, vel profitetur non tenetur, niſi ad Horas ſequentes ſecundum opinionem *p* probabilem, tutius tamen, & probabilius eſt contrarium.

14. Qui beneficium acceptavit recitare neſciens niſi ſperet brevi tempore id aſſecuturum, peccat *q* mortaliter.

15. Qui occupatur in choro in libris aſportandis, in ſignis apponendis, in portando incenſum non tenetur *r* ſupplere, quæ interim non recitavit.

16. Beneficiarii non excuſantur *ſ* ex eo, quod primo, & ſecundo anno non faciant fructus ſuos.

*QUANDO TENENTUR beneficiarii reſtituere, ex eo quod non recitaverint.*

17. Qui tranſactis ſex menſibus à beneficii poſſeſſione non recitant, *t* tenentur pro rata reſtituere. Ante ſex verò menſes licet reſtituere non teneantur, peccant tamen non recitando.

18. Qui

*c* Comm. DD.
*d* Vide comp. noſt. privileg.
*e* Ioan. de juſt. lib. 2, c. 37, dub. 9.
*f* Sanch. de matr. lib. 9, diſp. 35, nu. 4.
*g* Azor. ubi ſupra. n. 35. q. 4.
*h* Villal. ubi ſupra.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Vide P. Quintan. in ſingul.
*o* Comm. DD.
*p* Azor. ubi ſup. q. 17.
*q* Comm. DD.
*r* Azor. ubi ſup. q. 10.
*ſ* Comm. DD.
*t* Concil. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 9, parag. ſtatuimus.



18. Qui omnes horas omiſit aliquo die tenetur *u* reſtituere pro rata omnem penſionem diei illius. Qui Matutinū, partem dimidiam; qui unam horam ex aliis, ſextam partem reſtituit.

19. An qui præter horas ad alia munera tenentur his expletis propter defectum Horarum teneantur totum reſtituere, vel poſſint reſervare ſibi penſionem aliis muneribus eis reſpondentem, dubium eſt apud DD. probabilius videtur pro expleto munere *x* retinere poſſe penſionis quotam.

20. Beneficiarii *y* non habent abſolutum dominium fructuum niſi poſtquam recitaverint, niſi aliqua juſta cauſa omiſerint.

21. Reſtitutio facienda *z* eſt fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus illius loci, vel alterius. Et quidem in conſcientia ante ſententiam declaratoriam judicis *. Si autem ipſe beneficiarius ſit pauper, ſibi poteſt reſervare ex docti Confeſſoris conſilio, vel componi per Bullam Cruciatæ.

22. Diſtributiones quotidianæ *a* reſtituendæ ſunt his, qui adfuere officio divino; nec ſufficit, quod illi eas remittant.

23. Qui habet plura beneficia, & non recitat, omnium penſiones reſtituere *b* tenetur modo ſupradicto.

24. Qui bona fide vel invincibili ignorantia non recitavit, non tenetur *c* reſtituere ſecundum probabilem ſententiam.

25. Qui recitavit voluntariè diſtractus, licet peccet mortaliter, non tenetur *d* reſtituere ſecundum probabiliorem ſententiam.

26. Beneficium datum ad organum pulſandum, vel ad Theologiam docendam non *e* obligat ad recitandum. At habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio literarum vacet non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet. *

27. Hymnus aliquis, vel pſalmus brevis non eſt *f* notabilis pars.

28. Ordinati ab Epiſcopo non tenentur ad impoſitas preces, vel Miſſas ſub peccato; ſed ex quadam æquitate.

29. Qui recitat Matutinum ſequentis diei horâ ſecundâ etiam ante Veſperas, & Completorium juſtâ aliquâ ex cauſa *g* non peccat. Juſta cauſa *h* eſt ſi veſpertino tempori Horæ reſervantur, quia matutinum ſtudio aptius eſt.

30. Qui tempore debito ſcit ratione infirmitatis habiturum fore impedimentum, probabile *i* eſt non teneri prævenire, & ante debitum tempus recitare.

31. Qui recitat cum habente privilegium utendi Breviario brevi, ſatisfacit. *l*

*u* Comm. DD.
*x* Henriq. de excomm. c. 17, n. 2.
*y* Ex Conc. Later. ubi ſup.
*z* Leſſius ubi ſuprà. n. 177.
* In decr. Alexand. VII. 1665.
*a* Trident. ſeſ. 24. c. 12. de ref.
*b* Comm. DD
*c* Azor. 1. p. lib. 10 c. 14. q. 7
*d* Tolet. lib. 2. c. 12.
*e* Comm. DD
* In decr. Alexand. VII. 1665.
*f* Comm. DD.
*g* Valentia.
*h* Dian. ex Sanch. p. 4. tr. 4. reſ. 9.
*i* Dian. ibidem reſol. 20.
*l* Henriq. ubi ſup.



32. Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

32 Qui eſt impotens recitare ſolus, non tenetur *m* quærere ſocium: contrarium ut ſupra diximus tenet Leſſius, utrumque ... eſt probabile.

33. Qui dubitat an aliquem pſalmum omiſerit, ſi probabilem conjecturam habeat ſe non omiſiſſe non *n* tenetur repetere.

34 Propter notabilem ſyllabarum abſciſſionem, vel nimiã celeritatẽ recitandi non incurritur *o* mortale peccatũ, nec *p* eſt repetendi obligatio niſi ſit notabilis verborum corruptio.

35. Beneficiatus ſacerdos omittens Horas non peccat dupliciter ratione Ordinis ſacri, & ratione beneficii, ſed ſemel *q* tantum.

36. Qui non omittit Horam integram etiam ſi ſit pars notabilis, & peccat mortaliter, ut ſi Laudes omitteret, non tenetur *r* reſtituere.

37. Omiſſionẽ etiam totius officii per octo vel decem dies in anno non obligare ad reſtitutionem affirmat *ſ* Henriquez.

38 An beneficiarius, qui hodie ſupplet heſternum defectum liberetur ab obligatione reſtituendi alii affirmant, aliĩ probabilius negant.

39. Qui dum chorus alia canit occupatur in præveniendo lectione quam ipſe dicturus eſt, etiam ſi non audiat non tenetur *t* repetere.

40. Surdus eo modo quo poteſt recitare tenetur. Cæcus autem ſi ſolos pſalmos teneat in memoria ad nihil tenetur, ſi autem ſciat totum officium tenetur. Idem dic de non habente Breviarium, vel de habente *u* ſolum diurnum, in quo non ſunt lectiones, & de eo, qui aliud officium ab eius dici tenet in memoria non tenetur recitare.

41 Suarius, & Gavantus *x* requirunt ut omiſſio ſit peccatum mortale quod tanta pars officii omittatur ut æquivaleat minimæ Horæ

42 Si officium eſt trium lectionum, qui non poteſt illas recitare, poteſt autem pſalmos, ad illos tenetur, *y* quia trium lectionum defectus eſt parvus

43. Prælatus poteſt cum ſubditis diſpenſare, ut uno vel altero die officium moveant, unum recitando pro alio.

44 Qui non intereſt choro, vel proceſſionibus non tenetur privatim recitare litanias, ita Vaſquez, & alii; ſed *z* contrarium eſt tutius, & probabilius Suarez & alii.

45 Qui cum recitavit, vel Miſſam audivit non habuit *a* intentionem præceptum adimplendi, ſi poſtea intra eumdem diem mutat intentionem præcepto ſatisfacit.

46 Qui

*m* Dian. p. 4, tr. 4, reſ. 22.
*n* Idem p. 2, tr. 11, reſ. 51.
*o* Comm. DD.
*p* Salas apud Dian. p. 2, tr. 11, reſ. 21.
*q* Filiu. apud eumdem ubi ſup. reſ. 52.
*r* Henriq. ubi ſup.
*ſ* Idem.
*t* Laiman. apud Dianam p. 2, tr. 11, reſ. 21.
*u* Vide Filliuc.
*x* Sanchez apud Dian. p. 4, t. 4, reſ. 124.
*y* Vide P. Suarez.
*z* Diana p. 5, tr. 4, reſ. 216.
*a* Suarez.



46. Qui deditâ operâ officium de feria omittit *b*, & recitat de ſancto non peccat mortaliter ſecundum Filliucium.

47. In Eccleſia ubi fuerit particula aliqua ex ligno Crucis vel aliqua ſpina ex Chriſti corona, poſſunt celebrari ritu duplici minori. Sunt enim reliquiæ inſignes ratione qualitatis, licet quantitas parva ſit.

48. De nomine Mariæ poteſt recitari ritu duplici, non autẽ de nomine Jeſu, quia non eſt conceſſum utrique Caſtellæ.

49. De Viſitatione Virginis, & de Conſecratione Limenſis Eccleſiæ cum octava, ut de feſtis primæ claſſis, ſed hoc eſt ad libitum præter primam diem.

50. De S. P. N. Ignatio etiam poſt officium conceſſum ſemiduplex, poſſunt etiam externi ritu duplici celebrare.

51. Officium ſancti, cujus habetur reliquia inſignis, debet eſſe duplex majus.

52. Cum occurrunt duæ reliquiæ inſignes duorum Sanctorum, unus in diem alteram non impeditam transferendus eſt, & non ſunt ſimul celebrandi

53. Ubi habetur reliquia ſancti, qui ſub ritu ſimplici, vel ſemiduplici cum aliis ſociis celebratur, de ipſo ſolum fiet ritus duplex, de aliis commemoratio ſi fuerint ſimplices, ſi ſemiduplices transferendi ſunt.

54. Cum occurrit ſanctus habens reliquiam inſignem cum duplici ordinario, hic transferatur, & de illo recitetur, ſecus verò ſi occurrat cum duplici majore.

55 Cum occurrit duplex majus, quod non eſt primæ, nec ſecundæ claſſis cum octava, de hac recitandum, illud transferendum.

56. An regulares recitare poſſint in quintis feriis *c* de Euchariſtia, & in ſabbatis de Conceptione etiam in Adventu, & Quadrageſima alii ajunt, alii probabilius negant. Idem poſſunt Tertiarii S. Franciſci, & alii; non vero *d* qui ſolum corrigiam S. Auguſtini vel chordam gerunt S. Franciſci, quia his ſolum concedunt Pontifices, quod indulgentias poſſint lucrari.

57. Inſtitui poteſt Capellania, quæ verè *e* ſit beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ad congruam Capellani ſuſtentationem cum ea conditione à fundatore expreſſa ut Capellanus officium recitare non teneatur, quia Capellaniæ fundator poteſt quaſcumque voluerit conditiones apponere ex c. *præterea de iur. patron.*

58. Capellanus qui Sacerdos *f* non eſt & à fundatore eximitur ab onere recitandi officium, debet celebrare pro eo &

*b* Filliuc. & alii apud Dian. p. 2, tr. 11, reſ. 1.
Reſolutio ſequentiũ caſuum habita fuit in noſtro D. Pauli collegio à doctiſſimis patribus uſque ad caſum 56.
*c* P. Quintanad. tr. 8, ſing. 14.
*d* Idem ubi ſup.
*e* Idem ubi ſup.
*f* Idem ubi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eo & ſi ſacerdos non eſt ſaltem officium breve de B. V, recitare, quia beneficii Eccleſiaſtici fructibus nemo frui poteſt ſine aliquo ſpirituali onere.

---

# DISPVTATIVNCVLA
## interjacens,
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### Sectio Unica.
### HOSPITALE.

1. HOſpitale, ſeu Xenodochia inſtituuntur tantum ad ſubveniendum pauperibus, unde qui ſe finxit pauperem, vel titulo pauperis cum pauper non ſit, in eis curatur, vel nutritur, ſumptus reſtituere tenetur. *a*

2. Peccat *b* Hoſpitalis præfectus, qui ejus bona in aliis rebus, quam in iis ad quæ ſunt deſtinata, conſumit, vel ex negligentia perdit, vel perdi permittit cum obligatione reſtituendi.

*a* Navar. c.16, n.48.
*b* Idem c. 25, n.67.

3. Circa Hoſpitalia ſtatuit Concilium Tridentinum, quod Hoſpitalarii Hoſpitalium onera compleant, quæ ſi commodè non poſſint fructus illorum in alium pium uſum convertant prout Ordinariorum duobus peritioribus de Capitulo videbitur.

*c* Trid. ſeſ. 25.

4. Et omnes Hoſpitalarii etiam laici, non verò regularibus ſubjecti, ubi viget regularis obſervantia ad prædictam obligationem adimplendam ab Epiſcopo compelli poſſint. Et propterea in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem fructuum, quos contra Hoſpitalium conſtitutiones receperint nulla eis remiſſione profutura. Atque adminiſtratio uni, & eidem perſonæ ultra triennium non committatur nonobſtante, &c.

5. Hoſpitale conſtructum ſine Epiſcopi authoritate *d* eſt locus profanus, nec gaudet immunitate niſi ſuperveniat Epiſcopalis authoritas.

6. Hoſpitale cum inſtituitur debet ei ut Eccleſiæ dos aſſignari, & cum læditur in integrum *e* reſtitui.

7. Poteſt *f* in eo poni Rector ſine Epiſcopi authoritate, niſi habeat curam animarum, ſervanda tamen conſuetudo.

8. Hoſpitalis cura etiam ſine authoritate Epiſcopi erecta ad ipſum pertinet. *g*

*d* Sa verb. Xenod. num. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Trid. ſeſ. 7, c. ult.

9. Hoſpi-



9. Hoſpitalis adminiſtrator non tenetur *h* rationem reddere Ordinario quando id cautum eſt in ejus inſtitutione.

10 Hoſpitali, vel alio pio loco relicta ſi cum ipſo ſunt incorporata non poſſunt *i* alienari niſi ſervata ſolemnitate juris.

11. Hoſpitali habenti curam animarum, vel annexo Eccleſiæ Curatæ poteſt religioſus præfici. *l*

*h* Sà verb. Xenodoch. n. 5.
*i* Trid. ſeſ. 22. c. 1. de reform.
*l* Comm. DD.

# DISPVTATIVNCVLÆ
## DUÆ.
## I
### IACTANTIA.

EST vitium inclinans ad declarandum inordinate verbo propriam excellentiam. *a*

2. Eſt peccatum *b* mortale quando fit cum notabili irreverentia Dei, vel ſcandalo, vel damno proximi, ut cum ſe quis jactat magnum medicum, cum talis non ſit.

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.

### IDOLOLATRIA.

1. Peccat *a* mortaliter, qui ſine relatione ad Sanctos adorat illorum imagines, & qui deliberatè credit quemlibet infidelem, ſi vivat benè, moraliter poſſe in ſua ſecta ſalvari.

*a* Navar. c. 11, n. 18, & in novo num. 22.

---

# DISP. *I.* SECTIO PRIMA.
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### IEIVNIVM.
### *De Ieiunio in ſe. & quoad obligationem.*

1. IEjunium obligat *a* ex traditione Eccleſiæ, quamvis illius non extet præceptum poſitivum, unde Quadrageſimale jejunium non eſt de jure divino, ſed humano.

*a* Navar. c. 21, n. 1.



2. Ob-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

eo & ſi ſacerdos non eſt ſaltem officium breve de B. V, recitare, quia beneficii Eccleſiaſtici fructibus nemo frui poteſt ſine aliquo ſpirituali onere.

---

# DISPVTATIVNCVLA
## interjacens.
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### Sectio Unica.
### HOSPITALE.

1. HOſpitale, ſeu Xenodochia inſtituuntur tantum ad ſubveniendum pauperibus, unde qui ſe finxit pauperem, vel titulo pauperis cum pauper non ſit, in eis curatur, vel nutritur, ſumptus reſtituere tenetur. *a*

2. Peccat *b* Hoſpitalis præfectus, qui ejus bona in aliis rebus, quam in iis ad quæ ſunt deſtinata, conſumit, vel ex negligentia perdit, vel perdi permittit cum obligatione reſtituendi.

*a* Navar. c.16, n.47.
*b* Idem c. 25. n.67.

3. Circa Hoſpitalia ſtatuit Concilium Tridentinum, quod Hoſpitalarii Hoſpitalium onera compleant, quæ ſi commodè non poſſint fructus illorum in alium pium uſum convertant prout Ordinariorum duobus peritioribus de Capitulo videbitur.

*c* Trid. ſeſſ. 25.

4. Et omnes Hoſpitalarii etiam laici, non verò regularibus ſubjecti, ubi viget regularis obſervantia ad prædictam obligationem adimplendam ab Epiſcopo compelli poſſint. Et propterea in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem fructuum, quos contra Hoſpitalium conſtitutiones receperint nulla eis remiſſione profutura. Atque adminiſtratio uni, & eidem perſonæ ultra triennium non committatur nonobſtante, &c.

5. Hoſpitale conſtructum ſine Epiſcopi authoritate *d* eſt locus profanus, nec gaudet immunitate niſi ſuperveniat Epiſcopalis authoritas.

6. Hoſpitale cum inſtituitur debet ei ut Eccleſiæ dos aſſignari, & cum læditur in integrum *e* reſtitui.

7. Poteſt *f* in eo poni Rector ſine Epiſcopi authoritate, niſi habeat curam animarum, ſervanda tamen conſuetudo.

8. Hoſpitalis cura etiam ſine authoritate Epiſcopi erecta ad ipſum pertinet. *g*

*d* Sa verb. Xenod. num. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Trid. ſeſſ. 7, c. ult.

9. Hoſpi-



9. Hoſpitalis adminiſtrator non tenetur *h* rationem reddere Ordinario quando id cautum eſt in ejus inſtitutione.

10. Hoſpitali, vel alio pio loco relicta ſi cum ipſo ſunt incorporata non poſſunt *i* alienari niſi ſervata ſolemnitate juris.

11. Hoſpitali habenti curam animarum, vel annexo Eccleſiæ Curatæ poteſt religioſus præfici.

*h* Sà verb. Xenodoch. n. 5.
*i* Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reform.
*l* Comm. DD.

# DISPVTATIVNCVLÆ
## DUÆ.
## I
### IACTANTIA.

EST vitium inclinans ad declarandum inordinate verbo propriam excellentiam. *a*

2. Eſt peccatum *b* mortale quando fit cum notabili irreverentia Dei, vel ſcandalo, vel damno proximi, ut cum ſe quis jactat magnum medicum, cum talis non ſit.

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.

### IDOLOLATRIA.

1. Peccat *a* mortaliter, qui ſine relatione ad Sanctos adorat illorum imagines, & qui deliberate credit quemlibet infidelem, ſi vivat benè, moraliter poſſe in ſua ſecta ſalvari.

*a* Navar. c. 11, n. 15, & in novo num. 12.

---

# DISP. *I.* SECTIO PRIMA.
## RESOLUTIONES VARIÆ.
### IEIVNIVM.
### *De Ieiunio in ſe. & quoad obligationem.*

1. IEjunium obligat *a* ex traditione Eccleſiæ, quamvis illius non extet præceptum poſitivum, unde Quadrageſimale jejunium non eſt de jure divino, ſed humano.

*a* Navar. c. 21, n. 1.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

2. Obligat *b* ſub mortali ne quis à media nocte in mediam aliam noctem comedat plus quam ſemel.

3. Qui omittit jejunium die, in qua duplex præceptum obligat, duplex peccatum committit. *c* Contrarium tamen eſt probabilius.

4. Collatio ne potus noceat, poſſet *d* ſumi nulla etiam ſtante conſuetudine.

5. Non licet *e* mane collationem ſumere, & veſpere totum prandium niſi juſta interveniente cauſa.

6. Qui bona fide putat ſe non teneri ad jejunium non peccat, *f* niſi ignorantia craſſa laboret; qui dubitat, interroget; quod ſi adhuc dubitat, jejunare tenetur.

*QUANDO ieiunium obliget.*

7. Dies ad jejunium obligantes ſunt *g* omnes quadrageſimæ exceptis Dominicis, quatuor tempora, & Vigiliæ Sanctorum exceptis his, quæ cadunt tempore Paſchali; hoc enim tempore uſque ad vigiliam Pentecoſtes excluſivè non jejunatur.

8. Vigilia S. Joannis ſi venerit in die Corporis Chriſti jejunium erit *h* die antecedenti.

9. Vigiliæ S. Joannis Baptiſtæ, S. Laurentii, & omnium Sanctorum licet non ſint à jure præceptæ obligant *i* ex conſuetudine ad jejunium.

10. Dies Veneris per annum obligant ad ſolã carnium abſtinentiã; in Sabbatis verò conſulenda eſt conſuetudo. Si in die Veneris cadat Nativitas Domini, uſus carnium non prohibetur, *l* niſi his, qui ex voto, vel ex regula obligantur.

11. Lacticiniorum, & ovorum eſus diebus Veneris non eſt prohibitus niſi in quadrageſima non habentibus Bullam Cruciatam. In Peruano autem regno ſine illa propter conſuetudinem licet *m* manducare.

12. In rogationibus ubi habetur conſuetudo, obligat jejunium. In vigilia Aſcenſionis in aliquibus regnis fit abſtinentia à carnibus, non vero perfectum jejunium. In hoc Peruano regno carnes ex conſuetudine eduntur. *n*

13. Famuli cibos præparantes, & menſas ſternentes dominis jejunium violantibus non peccant. *o*

14. Qui invitat ad cœnandum, quem ſcit violaturum jejunium, non peccat. *p*

15. Paterfamilias tenetur *q* res ita diſponere, ut qui ſub ejus cura ſunt, jejunent, illos monere, & increpare, ſi ſecus faciant, vel ſi opus ſit moderatè punire.

16. Qui in diebus jejunii carnes vendunt non peccant *r*, niſi ſciant emi ad jejunii fractionem.

SECTIO

*b* Innoc. rub. de obſer. jejun.
*c* Navar. c. 21, n. 4. Contrarium aſſerit Suar.
*d* Idem Navar. c. 21, nu. 15.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Quadrageſima tota diſt. 79.
*h* Leo X. in Brevi.
*i* Vill. c. 23, diſ. 2.
*l* c. ult. de obſer. jejunii.
*m* Latè & doctè P. Menacho in manuſcrip.
*n* Conſuetudo hujus Peruani regni.
*o* Comm. DD.
*p* Azor ubi ſupra.
*q* Idem. q. 15.
*r* Comm. DD.



# SECTIO II.

## *Qui excuſentur à ieiunio.*

1. CAuſæ excuſantes ab hoc præcepto ſunt *a* tres: impotentia, labor, & pietas.

2. Propter impotentiam excuſantur, *b* qui ſine magno damno non poſſunt jejunare, ut infirmi, prægnantes, & pauperes, qui unam comeſtionem ſufficientem non habent.

3. Ob hanc etiam cauſam excuſantur, *c* qui vigeſimum primum annum nondum impleverunt. Et ſi uſu rationis carent, poſſunt carnibus veſci.

4. Religioſi Franciſcani etiamſi 21. annum non habeant, ſi ſunt profeſſi, tenentur *d* ad regulæ jejunia.

5. Ob impotentiam etiam excuſantur ſenes; an vero debeant eſſe ſexagenarii, vel ſeptuagenarii, dubium eſt inter DD. Communior *e* opinio eſt ſufficere ſexaginta annos.

6. Ob laborem excuſantur *f* agricolæ, & qui artibus mechanicis dant operam, etiam ſi divites ſint.

7. Artes autem mechanicæ, quæ parvo labore exercentur, ut ſuere veſtes, barbas tondere, pingere, & ſimilia facere non excuſant *g* à præcepto. Non deſunt tamen DD. qui hos etiam excuſent *h* probabiliter. In aliis vero in quibus dubitatur an labor ſit ſufficiens ſtandum eſt viri docti arbitrio.

8. Ob hanc etiam cauſam excuſantur *i* famuli, quibus domini jubent incompatibilia cum jejunio.

9. Cum jejunium obligat in die feſto, ut in *l* quadrageſima defeſſos ob præteritum laborem, vel qui ſe ex jejunio experiuntur inhabiles ad futurum, poſſunt excuſari.

10. Iter agentes pedites ſi iter habent ſeptem, vel octo leucas, vel minus, ſi non ſit perſona robuſta ad jejunium non *m* tenentur. Equites autem non excuſantur à DD. & per decreta Alexandri VII. 1666. 18. Mart. In hoc vero Peruano regno, ut reſolutum eſt ab omnibus fere patribus collegii noſtri Limenſis etiam equitantes excuſantur *n* propter aſperitatem nimiam omnium ferè itinerum tam vallium, quàm montium.

11. Qui ſine fraude in re non neceſſaria ita fatigatus eſt, ut nequeat jejunare, excuſatur, *o* & qui laboravit ob notabile lucrum, quod non contingit frequenter.

12. Excuſat *p* etiam metus juſtus uxorem quando maritus agere facit alios jejunium. Et qui transfert per terras infidelium carnes poteſt edere ad diſſimulandum.

13. Qui

*a* Comm. DD.
*b* Vide Leſſ. lib. 4. c. 2, n. 40.
*c* Comm. DD. apud Leſſ. ubi ſupra.
*d* Probabilior apud Azor. 1. p. l. 7. c. 17. q. 1.
*e* Leſſ. ubi ſupra.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Leſſ. de juſ. l. 4. c. 2, n. 41.
*h* Vide Mach. in ſumm.
*i* Comm. DD.
*l* Azor. 1. p. lib. 7. c. 17. q. 8.
*m* Idem ubi ſupra.
*n* Comm. noſtrorũ in hoc regno.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

[q Vide Villan.1. tr.13.diſ.4] 13. Qui legit, vel miniſtrat ad menſam, poteſt q parum cibi ſumere ad bibendum.

14. Ob pietatem, vel miſericordiam poſſunt excuſari concionatores, & Eccleſiaſtici miniſtri, qui munus ſuum jejunando obire non poſſunt, quod raro contingit. Tutius r erit in dubio ſuperiores conſulere. [r Azor.10. 1.lib.7.]

15. Maritus, qui aliter debitum reddere non valet, à jejunio liberatur, ſ ſi tamen poteſt duos vel tres dies jejunare, ad id tenetur. [ſ Comm. DD.]

16. Nemo poteſt t loco jejunii eleemoſynas elargiri, & qui à jejunio excuſatur non ideo poteſt carnes manducare. [t Comm. DD.]

17. Cum eſt neceſſitas non eſt ad ſuperiorem recurſus neceſſarius; in dubio autem ſufficit u Confeſſarii vel medici licentia. [u Comm. DD.]

18. Epiſcopus ex juſta cauſa x poteſt ſuo ſubdito in alium diem transferre jejunium, vel commutare, vel diſpenſare. [x Azor.1. p.lib.7. c.18.q.1.]

19. Idem poſſunt y Prælati religioſi, Priores, & Rectores & in horum abſentia Miniſtri, & Subpriores, & in caſibus, in quibus cum aliis, ſecum etiam poſſunt. [y Idem ubi ſup.q.6]

20 Si jejunium fuerit ex voto, idem dicendum, z quod de reliquis votis, & idem ſi ex pœnitentia, quod de aliis. [z Comm. DD.]

21. Religioſis mendicantibus conceſſit a Sixtus IV. poſſe anteponere, vel poſtponere horam comeſtionis, vel collationis ob infirmitatem vel debilitatem, & hoc præcipuè conceſſit concionatoribus. [a Sixt. IV.]

22. Leo X. Minoribus conceſſit quod iter agentes b poſſint in alium diem jejunium transferre. [b Leo X. vide compend. privileg.]

23. Eugenius IV. Ordini S. Hieronymi conceſſit c, quod ex licentia medici, vel ſine illa ſi commode conſuli non poſſit, liceat Prioribus, & in eorum abſentia Vicariis licentiam dare ſubditis ad eſum carnium, vel ovorum in jejunii diebus, & quod eandem illis poſſint concedere ſui confeſſores. [c Eug. IV.]

*QVAM VIM habeat conſuetudo in materia jejunii.*

24. Laicorum conſuetudo non obligat d clericos nec religioſos [d Comm. DD.]

25. Poteſt e conſuetudo aliquos dies jejunii introducere. [e Comm. DD.]

26. Religioſi obligantur f ad jejunium introductum in populo generali conſuetudine, niſi ipſi habeant contrariam. [f Azor. ubi ſupra.]

27. Cum religioſi ex ſua regula abſtinere tenentur ab aliquo cibo, non poſſunt g uti conſuetudine contraria laicorum. [g Comm. DD.]

*QVAM OBLIGATIONEM habeant peregrini, & tranſeuntes per terram ubi eſt jejunium.*

28. Luſitanus qui eſt in Caſtella, poteſt h comedere in Sabbato, quæ ibi introduxit conſuetudo. [h Comm. DD.]

29. Qui



29. Qui exivit à i loco ubi jejunatur, poteſt, ſi accedat ad locum ubi non jejunatur, cœnare etiam carnes, & mane aliquam refectionem ſumere ad iter agendum; quamvis contrarium aliqui ſentiant DD. prima ſententia videtur probabilior. [i Comm. DD.]

# SECTIO III.

## *AN IN DIE IEIVNII PLVSQVAM ſemel poſſit quis comedere.*

1. OBligat a jejunium ex conſuetudine ad ſemel tantum edendum. [a Comm. DD.]

2. Unitas hæc moralis debet eſſe non phyſica, unde qui ſurgit à menſa ante finem cum intentione redeundi, ſi non eſt magna interruptio, proſequi poteſt b cœptam comeſtionem. [b Comm. DD.]

3. Qui ſurgit animo finiendi, ſi iterum comedat, violat c jejunium; ſi autem durat, dum redit ad eandem menſam, poteſt animum mutare, & comedere. [c Leſ.4. de juſt. dub.2 num.11.]

4. Qui mappulam collegit putans fercula eſſe finita, ſi reſtant adhuc, poteſt d illa comedere. [d Comm. DD.]

5. Qui cibos probat etiam ſi ſint carnes, & qui per modum medicinæ, vel ne noceat potus parum cibi ſumit, non violat e jejunium; ſed preces amici non excuſant. [e Leſ. ubi ſupra n.15 dub.3.]

6. An qui ſemel jejunium fregit toties peccet, quoties iterum comedit, alii ajunt, alii probabilius negant. f [f Idem ubi ſupra num 16.]

7. Qui mane cum culpa, vel ſine illa jentaculum ſumpſit, ſi poſtea ſciat diem eſſe jejunii, tenetur g jejunare. Si verò ſufficiens non fuit comeſtio, poteſt iterum conſuetam ſumere refectionem meridie. [g Comm. DD.]

8. Qui habet privilegium à Papa comedendi pluſquam ſemel in die jejunii, ad illud non tenetur, h ſed carnes edere non poteſt. [h Leſ. lib. 4. de juſt. c.1.n.11]

*AN LICEAT in die jejunii facere collationem, & qualem?*

9. Conſuetam collationem ſumere i licet etiam ad ſuſtentationem. [i Comm. DD.]

10. Non licet ſine juſta cauſa mane jentaculum ſumere & veſpere cœnare; ſed ſi fiat, non erit mortale,

11 Collatio non poteſt fieri cum piſcibus, oſtreis, conchiliis, & aliis ſimilibus, neque cum cælo, lacte, cremore amygdalino vel triticeo (ideſt ſuccus expreſſus ex grano) ſi autem parum ſumatur, propter materiæ parvitatem non erit peccatum grave.

12. Neque poteſt l fieri cum leguminibus multi nutrimenti, ut fabis, ciceribus, & ſimilibus. [l Azor. ubi ſupra.]

13 Po-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

m Azor. 1. p. lib. 7, c. 8, q. 3. n Comm. DD.

13. Poteſt m cum herbis coctis cum pane biſcocto etiam ovis confecto cum fructibus, ſaccharo, vel melle conditis.

14 In quantitate collationis non n eſt certa menſura. Infirmiores, ſenes, & qui laborant, poterunt majorem ſumere. Ut plurimum octo unciæ parum vel minus videtur ſufficiens.

15. In Vigilia Nativitatis Domini more poſitum eſt etiam inter religioſos longiorem collationem ſumere.

DE CIBIS PROHIBITIS *in die jejunii.*

o Comm. DD.

16. In quadrageſima prohibetur o caro, & quidquid ab ea originem ducit.

p P. Menacho ubi ſupra. * In decr. Alexand. VII, 1666. q Sanc. de matr. lib. 9. diſp. 15. nu. 4, 1021. r Henriq. lib. 7, de Ind. c. 7. ſ lib. 3. c. 3.

17. Uſus lardi & ſaginminis, caſei, lactis, & ovorum in Peruano regno in quadrageſima etiam ſine Bulla p licitus eſt ob conſuetudinem; ſed alibi conſuetudo non comedendi ova & lacticinia in quadrageſima obligat.*

18. Qui habet diſpenſationem, vel neceſſitatem ad ova edenda, poteſt q edere reliqua lacticinia.

19. An qui diſpenſatus eſt ad edendas carnes, debeat à cœna abſtinere alii affirmant, alii probabilius r negant; quia ad jejunium non tenetur.

20. Qui ova, vel carnes edit propter neceſſitatem non peccat contra jejunii præceptum ſimul piſces edendo. Erit vero gulæ peccatum majus vel minus, prout magis vel minus ejus ſaluti nocuerit. Sed in ſynodalibus Limanis prohibetur ſ ſub excommunicatione latæ ſententiæ ne ſimul carnes, & piſces in diebus prohibitis edantur.

t Vill. ubi ſup. diſ. 8.

21. Ad appetitum tamen excitandum cibum faſtidienti ægroto parum piſcis ſumere nullum t erit peccatum.

22. Qui edit carnes ex neceſſitate, ſi edat nocivas, reus erit gulæ, non jejunii.

u Azor ubi ſupra.

23. Potus licet ſit vinum, non violat jejunium; & ne noceat poteſt ſumi parum cibi.

x Leſſ. lib. 4, c. 2, dub. 2, nu. 10.

24. Qui in una comeſtione comedit, quod in duabus comeſturus erat, minus meritum, ſed non x violat jejunium.

y Diana p. 4. tr. 4. reſ. 194.

25. Potus mixtus cum cibo, ut almidon & ſimiles, violant jejunium. De potu autem dicto chocolate ſi liquidius ſit, viri docti aſſerunt non violare jejunium; ſed alii probabilius y violari, quia potius eſt cibus, quam potus.

26. Vinum licet ſerviat ad alimentum, præcipuè ſumitur ut potus ad ſedandam ſitim, & ideo non frangit jejunium.

27. Hora comedendi eſt poſt undecimam circa meridiem.

z Leſſ. l. 4. c. 2, dub. 2, nu. 13.

28. An vero per unam, vel duas horas anticipare comeſtionem ſit peccatum mortale alii affirmant, alii probabilius negant; z cum juſta autem cauſa nullum eſt peccatum.

29. Cau-



29. Caupones, & alios, qui his quos ſciunt tranſgreſſuros eſſe jejunium cibos parant, peccare mortaliter alii ajunt, alii probabilius negant.

# SECTIO IV.

## *De variis circa jejunium reſolutionibus.*

1. PUeri ante ſeptennium expletum, etiamſi uſu rationis polleant, non a peccant carnes edendo, etſi alii id negent. a Diana p. 1, tr. 9, reſ. 41.

2. Nemo abſens obligatur ad jejunium populi ſui, unde poteſt b alio ſe conferre ut vitet jejunium. b Facund.

3. Jejunium ab Epiſcopo indictum religioſos non obligat. c c Dian. p. 1 tr. 9, reſ. 16

4. Omnes artifices indiſcriminatim putant Facundez & Machado excuſari d ab Eugenio IV. d Facun. apud Dia. ubi ſupra, reſ. 7. & 8.

5. Prægnantes, & lactantes licet à jejunio excuſentur, prohibentur e tamen veſci carnibus. e Villal. apud Dia.

6. Qui niſi ſumptâ cœnâ non poteſt dormire, non tenetur f jejunare ſumendo mane jentaculum, & noctu cœnam. f Filliuc.

7. Non peccat dominus ſervis imponens opus incompatibile cum g jejunio. g Dian. p. 1 tr. 9. reſ. 1.

8. Famuli comedentes reliquias ciborum, quas tollunt ex menſis dominorum, ſi ſtatim ſunt comeſturi poſt illos, non violant h jejunium, etiam ſi gulâ victi comedant. h Sanch. apud Dia.

9. Qui dubitat an expleverit 21. annum, vel an hodie ſit jejunium, non tenetur jejunare; i tenetur autem interrogare. i Suar. & alii 6, apud Dia. p. 4. tr. 3. reſ. 21

10. Qui cœnans die Jovis dubitat an ſit 12. hora, poteſt carnes edere, Sabbato autem idem dubitans non l poteſt. l Sanchez apud eundem.

11. Religioſi ſine ullo peccato poſſunt m prandere per unam horam, & dimidiam ante meridiem. m Diana p. 1. tr. 3. reſ. 17.

12. Qui ſine culpa mane jentaculum ſumpſit, nec prandium nec veſpertinam collationem tenetur n relinquere. n Comm. DD.

13. Infirmus cui prodeſt jejunium, non tenetur ſub præcepto jejunare, ſed ex virtute abſtinentiæ, contra quam ſolum venialiter comedendo peccabit. o Comm. DD.

14. Qui carnes edit eo die, in quo vovit jejunare, ſolum peccat p prima vice eas comedendo, ſecus vero in jejunio ex Eccleſiæ præcepto. p Dian. p. 1 tr. 3, reſ. 57

15. Die jejunii delectari in eſu carnium imaginariè tantùm non eſt peccatum q mortale; quia præceptum poſitivum humanum non extenditur per ſe ad actus internos. q Vaſquez apud eundem Dian.

16. Duæ unciæ cibi parva materia r eſt, quæ non violat jejunium, r Turri apud Dian.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

junium, dummodo non ſint carnes, quia in his parvitas materiæ eſt ſolum guſtare, ut coquis licet.

17. Qui die jejunii rogatus ab amico modicum cibi ſumit urbanitatis cauſa, nec venialiter peccat. Idem dic de eo qui inſervit infirmo ad excitandum ejus appetitum, *ſ* modicum poteſt ſumere etiam ex carnibus.

18. Qui die jejunii ter aut quater comedit tantum violat & peccat *t* quantum prima vice violavit præceptum. *t*

19. Qui vovit jejunium in pane & aqua, & ſæpe vinum bibit ſola prima vice *u* peccavit, ſecus ſi voviſſet nihil ſe comeſturum niſi panem, & aquam, tunc enim toties peccaret quoties vinum biberet.

20. Qui vovit jejunium in pane & aqua, ſi modicum alterius cibi ſumat, non violat jejunium. Si autem jejunare non poteſt niſi comedendo quod excedit parvitatem materiæ, jejunare non *x* tenetur.

21. An qui jejunare vovit omnibus ſextis feriis, ſi Nativitas Domini incidat in eas jejunare teneatur, alii ajunt, alii probabilius negant *y*, niſi ſpecialiter id voverit.

22. Juſta eſt *z* diſpenſandi cauſa magna in jejunando difficultas.

23 Senes ſexaginta annorum etiam ſi ſint obligati ratione conſtitutionum ſui Ordinis, *a* excuſantur à jejuniis non ſolum Eccleſiæ, ſed ſui Ordinis. Juvenes autem à jejuniis ex voto non *b* excuſantur etiam ſi ſint minores 21. annis.

24. Barbitonſores, & piſtores, & omnes alii artifices, qui corporaliter laborant, etiam ſedendo ut ſartores, à jejuniis excuſantur *c* ex Decreto Eugenii, ut ſupra in generali diximus.

25. In die jejunii, qui ſæpius modicum quid comedit, ſi notabilem quantitatem in fine comederit, *d* frangit jejunium.

26. Nulli officiales, etſi in republica corporaliter laborent, ſunt excuſati ab obligatione jejunii; quia non poſſunt ſe certificare, an labor ſit incompatibilis cum jejunio. *e*

27. Non excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, præſertim ſi iter neceſſarium non eſt, nec conficiant iter unius diei. *f*

*ſ* Diana ubi ſup. tr. 9. reſ. 29.
*t* Villalob.
*u* Sanch. apud Dia. p. 1, tr. 9, reſ. 4.
*x* Idem apud eundem p. 5. tr. 5, re. 61.
*y* Molina & alii quinque apud Dia. p. 1, tr. 19. reſ. 21.
*z* P. Menacho ubi ſupra.
*a b* Eman. Rod. 1, to. q. 9, reg. q. 100 art. 1.
*c* Fagund. de præcep. Eccl. præcept. 4.
*d* In decr. Alexand. VII. anno 1666, 18. Mart.
*e* In iiſd.
*f* In iiſd.

DISP.



# DISPUTATIO II.

## SECTIO UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *IGNORANTIA.*

### *Quid ſit ignorantia, & quæ ſcire unuſquiſque teneatur.*

1. IGnorantia *a* eſt privatio ſcientiæ reſpectu rerum, quas quis aptus eſt ſcire.

2. Ignorantia alia *b* negativa, quæ eſt negatio ſcientiæ in quocumque ſubjecto; alia privativa in ſubjecto apto; alia malæ diſpoſitionis, quando eſt cum errore conjuncta.

3. Unuſquiſque *c* tenetur ea ſcire, ſine quibus munus, ad quod eſt obligatus, obire non poteſt, & quæ alii ſuæ conditionis ut plurimum ſciunt.

4. Non peccat *d* judex, qui errat in apicibus juris.

5. Epiſcopi, & Prælati non ſolum ſcire tenentur *e* leges quibus ſubditos gubernent, ſed quod obſerventur curare, & indagare.

6. Peccat *f* qui prædicta vincibiliter ignorat.

7. Ignorantia invincibilis *g* cauſat involuntarium, & à peccato excuſat. Idem facit ignorantia antecedens, quando qui actum fecit, ſi ſciret prohibitum eſſe, non faceret.

8. Ignorantia conſequens quando quis vult ignorare ut liberius peccet, aliquo modo *h* cauſat involuntarium, ſed non excuſat à peccato.

9. Ignorantia concomitans, quando quis ignorans fecit, ſed ſi ſciret, nihilominus faceret, non eſt voluntaria, & à peccato *i* excuſat, ut ſi quis ſagitta transfigeret inimicum quem cervum putabat; peccabit autem ſi poſtea de illius occiſione lætetur.

10. Occidens hominem ignorans eſſe clericum, non *l* incurrit

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* D. Tho. 1. 2. q. 76. art. 4.
*d* Navar. conſ. 4. de uſur. lib. 5.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* D. Tho. 1. 2. q. 57. art. 3. l per error. ff. de juriſ. om. jud.
*h* Comm. DD.
*i* Sanchez de matr. to. 1. lib. 2. diſp. 14.
*l* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

currit excommunicationem, nec ſacrilegium, quia ignorantia circumſtantiæ facit involuntarium.

*m* D. Tho. & Comm. DD.

11. Ignorantia juris invincibilis excuſat *m* à peccato, affectata autem ſive juris, ſive facti non minuit peccatum; minuet autem ſi eſt indirecta & ſolum virtualiter voluntaria.

12. Inadvertentia, inconſideratio, & oblivio ſi ſint vincibilia non excuſant *n* à peccato, ſaltem veniali.

*n* D. Tho. 2, 1, q. 7. *o* Comm. DD.

13. Non poteſt *o* dari ignorantia primorum principiorum legis naturalis, poteſt autem dari de concluſionibus ab eis deductis.

*AN CONFESSARIVS admonere teneatur pœnitentem, quem ſcit ignorantiâ laborare.*

14. Quando invincibiliter ignorat, & ſperatur profutura admonitio, & poteſt fieri ſine ſcandalo & damno notabili, eum admonere *p* tenetur.

*q* Sanch. de matr. lib. 11, diſp. 38, n. 5. Idem ubi ſup. n. 1. *r* Idem ubi ſup.

15. Quando pœnitens vincibiliter, & culpabiliter aliqua ignorat, confeſſarius eum admonere tenetur. *q*

16. Cum conjuges invincibiliter ignorantes impedimentum ſunt in bona fide, raro obligatur Confeſſarius eos admonere, quia dum diſpenſationem conſequuntur, ſunt in magno periculo incontinentiæ. Ita noſter Sanchez. *r*

*ſ* Idem ubi ſup. nu. 6. *t* Henriq. lib. 6. de pœnit. c. 17, nu. 4. *u* Suar. to. 4, diſp. 32, ſec. 5, n. 3. *x* Navar. præl. , nu. 10, parag. 4. *y* Idem c. 24, nu. 11. *z* Comm. DD.

17. Cum pœnitens invincibiliter, & ſine damno tertii ignorat jus aut factum, & non ſperatur ex admonitione utilitas, non debet *ſ* admoneri, etiam ſi jus ignoratum eſſet divinum.

18. Idem dic *t* etiam ſi ſit cum damno tertii, ut ſi quis bona fide majoratum alienum poſſideat.

19. Cum pœnitens in his caſibus Confeſſarium interrogat, ſi directe de aliquo dubio interrogat, tenetur *u* ei reſpondere, quia jam eum urget conſcientia.

20. Ignorantia, & ſimplicitas rudium ut plurimum eos excuſat *x* à peccato, & à cenſuris in materia fidei.

21. Non peccat *y* contra præceptum correctionis, qui non admonet eum, qui inculpabili ignorantia non jejunat vel ſacrum non audit.

22. Peccat, *z* qui exercet officium, quod ignorat niſi ex peritorum conſilio ſperet ſe illud benè obiturum.

*a* Comm. DD. *b* Sanchez apud Dia. p. 4, tr. 4, reſ. 55.

23. Ignorantia craſſa vel ſupina, quando quis ignorat quod ut plurimum homines ſuæ conditionis ſciunt, non excuſat *a* à peccato, minuit tamen illud.

24. Ignorantia vincibilis, *b* quæ in aliis materiis eſſet mortaliter culpabilis, in præceptis humanis excuſat à peccato, dummodo non ſit affectata, vel craſſa.

25. Ignorantia omnis illa eſt invincibilis, & inculpabilis *c* quando



*c* Vaſquez apud Dianam reſ. 56, ubi ſupra. *d* Diana 1, p. tr. 7, reſ. 24. *e* Navar. c. 17, n. 83.

*c* quando nec cogitatio, vel ſcrupulus, nec dubium venit in mentem de malitia moralis actûs.

26. Qui operatur cum conſcientia dictante aliquem actum eſſe malum non vero determinante, an mortaliter an venialiter, ſolum peccat *d* venialiter, quia adhuc manet intra terminos mali communis, eſtque imperfecta talis operatio in genere mali.

27. Non excuſat *e* ignorantia juris, cum quis ſolum conſulit Doctores, quos ſcit ſibi placita eſſe reſponſuros.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ILLEGITIMVS.*

*a* Navar. c. 25, n. 69. *b* Comm. DD. *c* Trid. ſeſſ. 21, c. 5, de refor.

1. Illegitimus etiam occultus non poteſt *a* ſine diſpenſatione ordinari, etiamſi publicè habitus ſit ut legitimus.

2. Illegitimus, qui ordinatur ſine diſpenſatione, peccat *b* mortaliter, & incurrit irregularitatem.

3. Circa illegitimos ſtatuit *c* ſequentia Tridentinum *ſeſſ.* 21. *c.* 5. *de refor.* Ne filii illegitimi clericorum habeant penſiones ſuper beneficiis, quæ parentes eorum obtinuerunt, neque etiam alia habeant beneficia in Eccleſiis, ubi patres beneficium aliquod habeant, aut habuerunt. Atque reciprocæ reſignationes, quæ poſthac à parentibus clericis in favorem filiorum, aut alias fraudulenter fient ipſis nequaquam ſuffragentur. Quin peccat mortaliter & omnis qui accipit Beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis ſuæ ſtatuta, vel alia requirit.

*d* Navar. c. 17. n. 101. *e* Malder. apud Dia. tr. 1. n. 6. *f* Portel. apud Dia. p. 1, to. 2, reſ. 101.

4. Monialis illegitima ſecundum jus commune non *d* poteſt eſſe prælata, nec Epiſcopus diſpenſare.

5. In dubio nemo cenſendus *e* eſt illegitimus.

6. Poſſunt *f* Generales Ordinum cum illegitimis diſpenſare ad dignitates, & officia Ordinis abſque Capitulo. Legitimatus autem à Magiſtratu ſæculari, ſi ingrediatur religionem non cenſetur legitimatus ad officia Ordinis, quia Magiſtratus non tollit impedimenta Canonica.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## *I M A G O.*

1. Qui imaginem Crucis ſculpit humi in pavimento, gra-
viſſima pœna *a* punitur. Si tamen non faciat ex contemptu
non peccat mortaliter, quia talis lex non eſt in uſu.

*a* l. unica c nemini liceat.

2. Honor imaginis tranſit ad exemplar. Ex ſe *b* vetitum
eſt Chriſtum depingere ſub agni forma; ſed jam licet quia in
more poſitum.

*b* c. 6. de Conſec. diſt. 3.

3. Concil. Trid. ſeſſ. 25. ſub anathemate definivit *c* hære-
ticum eſſe, qui dixerit ſanctos non eſſe à nobis invocandos,
aut qui dixerit Sanctorum reliquias, aut imagines non eſſe à nobis venerandas.
aut eorum preces apud Deum nobis non prodeſſe,
Declaravit etiam quod ſicut ſanctium eſt ſan-
ctorum imagines, & maxime Domini noſtri, ejuſque Ma-
tris habere, & colere, ita etiam peccatum eſt illas procaci, &
non honeſta forma ornare. Item idololatriam eſſe credere
illis imaginibus ineſſe aliquam divinitatem, aut virtutem,
aut colere eas ſicut tales præter quam ad ea quorum imagi-
nes ſunt repræſentandæ. Denique quod imagines inviſitatæ
non ſunt in Eccleſia, nec domi habendæ ſine approbatione
Epiſcopi.

*c* Trid. ſeſſ. 25.

4. Peccat *d* mortaliter qui proponit imagines pro mira-
culis falſis.

*d* Navar. præl. 3. n. 26.

5. Peccat etiam *e* mortaliter adorans imagines ſine ulla
relatione ad ſanctos. Item qui habet imagines opprobroſas
ſanctis, vel Paſtoribus Eccleſiæ.

*e* Idem ubi ſupra.

IMMUNITAS Vide verbum *Eccleſia.*

## *I M P O S S I B I L E.*

1. Impoſſibile *a* dicitur juridicè, quod non poteſt fieri
cum honeſtate, & juſtitia, & quod incommodè fit, vel cum
magna difficultate dicitur impoſſibile, ad quod leges non
obligant.

*a* Sà hoc verb. n. 1.

## *I N C E S T V S.*

1. Si inceſtus non eſt cum matre, aut filia carnali, aut ſoro-
re, reliquos gradus non tenetur pœnitens in confeſſione ape-
rire, ſufficit *a* dicere ſe cum conſanguinea peccaſſe.

2. Si autem peccavit cum ſorore & timet confeſſorem ad
ejus notitiam fore perventurum, dicat *b* ſolum ſe cum con-
ſangui-

*a* Vide P. Pocam de adjuvandis moribundis in praxi.
*b* Idem ubi ſupra.



ſanguinea propinqua peccaſſe, ſequendo opinionem illorum
qui dicunt peccatum cum ſorore & conſobrina ejuſdem eſſe
ſpeciei.

3. Si peccavit cum matre, vel filia ſua, & confeſſor in illa-
rum notitiam eſt perventurus, dicat *c* ſe commiſiſſe inceſtum
cum conſanguinea in primo gradu, quia ſunt ejuſdem ſpe-
ciei.

*c* Idem ubi ſup.

4. Si verò hoc non ſufficit, ad tegendum complicem non
dicat fuiſſe conſanguineam, quia ſecundum Cajetanum pec-
catum cum conſanguinea in primo gradu, & peccatum cum
affine in primo gradu ejuſdem ſunt ſpeciei.

5. Si peccavit cum affine, omnes gradus ſunt ejuſdem ſpe-
ciei, & ideo ſufficit dicere ſe peccaſſe cum affine in gradu
prohibito, nec neceſſe eſt dicere an affinitas fuerit ex copula
licita, vel illicita.

6. Si affinis qua cum peccaſti his tibi eſt affinis tam per co-
pulam licitam, quam per illicitam, non eſt neceſſarium hanc
circumſtantiam aperire. Idem dic de his conſanguinea.

Omnes hæ reſolutiones deſumptæ ſunt ex P. Poca. in praxi pro adjuvandis moribundis.

---

# DISPVT. *III.* SECT. *I.*

## *I N D O R V M F E S T A*
### *ab eis ſub præcepto ſervanda.*

1. OMnes Dominicæ. Nativitatis Domini prima dies.
Dominicæ Reſurrectionis prima dies. Pentecoſtes
prima dies. Circumciſio. Epiphania. Aſcenſio. Corpus Chri-
ſti. Nativitas B. Virginis, Purificatio, Annuntiatio, Aſſum-
ptio. Feſtum SS. Petri, & Pauli.

Per Bull. Paul. III. ex Concil. Lim. 2. ſeſſ. 3. c. 70.

In reliquis autem feſtis poſſunt ad libitum laborare, ſed
non ſunt cogendi.

## *I N D O R V M I E I V N I A.*

In vigilia Nativitatis Domini. In vigilia Reſurrectionis.
Singulis ſextis feriis in Quadrageſima. Reliquis diebus non
tenentur jejunare; ſed tantum à carnibus abſtinere præter
Sabbata per annum, in quibus poſſunt carnes edere. ojo



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## *De Indorum privilegiis.*

1. PEr Bullam Pauli III. conceditur *a* Indis, quòd poſſint etiã ſine bulla in Quadrageſima edere ova, & lacticinia.

2. Per Bullam ejuſdem Pauli III. conceditur *b* Indis hujus novi Orbis ut poſſint matrimonia contrahere intra 3. & 4. ſanguinitatis gradum. Quod idem intelligendum in 3. & 4. gradu cujuſcumque affinitatis. Et ad uſum hujus gratiæ opus non eſt recurrere ad Ordinarium.

3. Per Bullam Gregorii 13. conceditur *c* quòd tam in foro interiori, quàm exteriori poſſit diſpenſari cum Indis, in quibuſcumque gradibus jure divino non prohibitis, ut matrimonia contrahant, vel ſi jam contraxerint etiam malitioſe & ſcientes, ut de novo validè contrahant. Sed prædicta diſpenſatio in foro exteriori debet fieri cum licentia ordinarii & aſſiſtentia unius ex Societate Jeſu.

4. Hæc prædicta facultas in foro interiori eſt perpetua, & ab Urbano VIII. etiam in exteriori confirmata eſt, excepto primo gradu, & in abſentia Ordinarii. Diſtantiam 66. leucarum reſtrinxit *d* ad 25. quæ ſunt duæ dictæ, & duravit uſque ad annum 1654.

5. Hoc privilegium in foro exteriori ex conceſſione Gregorii XIV. duravit uſque ad annum 1514. & fuit confirmatum ab Urbano VIII. per alios 20. annos. *e*

6. Pius V. conceſſit Indis ex infidelitate noviter converſis, *f* quod poſſint matrimonium contrahere cum uxore, quam habuerunt in infidelitate, ſi hæc convertatur ad fidem, etiam ſi prima non fuerit.

7. Paulus III. conceſſit eiſdem quòd poſſint à ſuis Parochis & ab aliis curam ipſorum habentibus abſolvi ab omnibus peccatis reſervatis etiam in Bulla Cœnæ contentis. Sed hæc facultas debet eſſe communicata per Epiſcopum. Idem conceſſit Greg. XIII. de omni hæreſi tam interiori quàm exteriori.

8 Per conceſſione Concilii Limenſis conceditur omnibus Parochis, & Indorum Confeſſoribus ut eos poſſint abſolvere ab omnibus caſibus reſervatis Epiſcopis, & à cenſuris iis peccatis annexis. Poterit tamen Epiſcopus auferre vel reſtringere

Paro-

*a* Ex conc. Lim. 1. ſeſ. 3. c. 91.
*b* Ex conc. Lim. ubi ſupra.
*c* Per Bull. Greg. XIII.
*d* Gregor. XIV.
*e* Servatur in archiviis Eccl. Lim.
*f* Ex conc. Lim. 26. 1.



Parochis hanc facultatem prout convenient judicaverit.

9. Per Bullam Pii IV. conceditur *g* Indis, ut poſſint lucrari indulgentias, & Jubilea, quæ Confeſſionem, Communionem, & jejunium requirunt, ſi ſolùm contriti jejunent, quando non eſt copia Confeſſoris, dummodo habeant intentionem opportuno tempore, vel ſaltem intra menſem confitendi.

10. Ex conceſſione Pii V. poſſunt *h* Epiſcopi in Indiis uti ad conficiendum Chriſma liquore vacato Balſamo, etiamſi non ſit verum Balſamum.

11. Pius IV. idem conceſſerat, *i* addideratque poſſe ab Epiſcopis Chriſma confici minore miniſtrorum numero, quam à jure requiritur.

12. Per Breve Pii V. conceditur *l* Indiarum Epiſcopis ut poſſint diſpenſare cum quibuſcumque perſonis in Indiis degentibus ſuper irregularitate contracta propter quodcumque delictum exceptis homicidio voluntario extra bellum commiſſo, & ſimonia. Qui tamen hujuſmodi diſpenſationem acceperint juſtam pœnitentiam debent adimplere, ſecus enim diſpenſatio erit nulla.

13. Per Bullam Clementis VIII. poſſunt *m* omnes Presbyteri tam ſæculares, quàm regulares uti Chriſmate, & oleo antiquo etiam per quadriennium ante conſecratis, ſi à loco ubi conſecratur, diſtent ſexaginta milliariis, quæ faciunt viginti leucas, & commodè afferri nova non poſſint, & eſt hoc privilegium perpetuum.

14. Ex conceſſione Urbani VIII. conceditur Indis, & Æthiopibus degentibus in hoc novo orbe, ut poſſint à principio Quadrageſimæ uſque ad feſtum Corporis Chriſti, & ejus octavam adimplere præceptum Confeſſionis & Communionis.

15. Indi Cuſquenſes, & omnes, qui ad Cuſquenſem Epiſcopatum ſpectant, ut Guamangenſes & alii, habent Apoſtolicum privilegium per quod liberi ſunt à ſolutione decimarum, & primitiarum. Hiſpani verò qui inter eos habitant, non gaudent hoc privilegio etiam ſi illorum ſeminent terras. Indorum privilegia non ſunt revocata per Bullam Cruciatam, & ideo ſine illa poſſunt omnibus uti.

*g* Ex conc. Lim. 1. ſeſ. 3. c. 9.
*h* Ex archiv. Eccl. Lim.
*i* Ex lit. Apoſt. ann. 1571. 4. Aug. ex Archiv. Lim. Eccl.
*l* Ex archi. Eccl. Lim.
*m* Ex Vrb. 8.

## SECTIO III.

### *De variis caſibus ad Peruanos Indos ſpectantibus.*

1. INdorum ſervitium perſonale in regno Chilenſi licet injuſtum poteſt *a* tolerari, & illud defendentes abſolvi, quia de eo habent ignorantiam invincibilem, & quia eos admonentibus non aſſentientur, poſſunt in ſua ignorantia relinqui; eſt enim res difficilis, & adhuc in lite. Idem dicendũ videtur potiori jure de Indis Guancauelicæ laborantibus.

2. Ab Indis, qui in multis non valent diſcernere inter mortale, & veniale peccatum, in venialibus quæ faciunt ignorantes, an ſint mortalia, vel venialia, neceſſarium non eſt numerum *b* interrogare.

3. Si Indus infidelis ad fidem convertatur cum pluribus uxoribus, videndum *c* eſt quæ ex his fuerit, cum qua primùm contraxit naturalem contractum ſecundum regionis conſuetudinem.

4. Indi in quolibet anni tempore poſſunt *d* recipere nuptiales benedictiones, ſed ſine apparatu prohibitis temporibus.

5. Indi cuſtodes mularum, ſi mulæ fugiant, vel eas aliquis furetur, ad illarum ſolutionem non tenentur, *e* quia ex tam parva mercede non poteſt oriri tanta obligatio.

6. Indis regni Chilenſis poſſunt *f* a Gubernatoribus ebrietates permitti ob vitanda majora mala, & quod habeant plures uxores, ſi hæc mala non poſſunt vitare niſi majoribus ſecutis.

7. Indi ſcientes aliquem Hiſpanum, Mixtum, vel Æthiopem incidiſſe in peccatum reſervatum Inquiſitioni, non ſunt *g* abſolvendi donec denuntient. Si vero ipſi in delicto participes fuerint ad denuntiationem non tenentur, ſi ſit periculum ſe prodendi.

8. Indorum perſonale ſervitium, ut injuſtum prohibetur *h* per Regias ſchedulas.

9. In Indorum commendã non ſuccedit *i* maritus uxori, nec uxor marito niſi in matrimonio per ſex menſes convixerint.

10. Indis coactis non poſſunt *l* Hiſpani ad privatum ſui ſervitium uti, etiamſi ſint Commendatarii, Prætores, vel Parochi quamvis ſervitio carere ſe dicant.

*a* Doctiſſimus P. Menacho in manuſcrip.
*b* Idem ubi ſupra.
*c* Idem ubi ſupra.
*d* Idem ubi ſupra.
*e* Idem ubi ſupra.
*f* Idem ubi ſupra.
*g* Idem ubi ſupra.
*h* Doctor Solorzan. de iur. Indiar.
*i* Ex reg. ſchedulis videndis in ſupradicto D.
*l* Idem ubi ſup. lib. 1. cap. 8.





11. Indos compellere ad ſervitia reipublicæ neceſſaria non *m* eſt injuſtum, dummodo cum moderatione, & ſine gravi eorum incommodo exigantur.

12. Indi paſtores non tenentur *n* ſolvere amiſſas oves niſi dolus intervenerit; quia contractus non eſt factus gratis illorum; quod ſi probent ovium peſtem, vel mortalitatem in eadem provincia, liberantur.

13. Salarium à Prorege D. Franciſco à Toleto augendum *o*, quia valde tenue.

14. In manſionibus vulgò dictis tambos, ſervitium Indorum permittitur, ita tamen, ut Indi qui in eis mulas, vel equos itinerantium cuſtodiunt pro amiſſis, vel abactis dolo ceſſante non teneantur. Nec cogi debent ad onera portanda, niſi hæc levia ſint, & aliter neceſſitate urgente, non poſſint portari.

15. Litteras qui aperiunt ad Regem miſſas, gravibus pœnis puniri jubentur per ſchedulam Regiam; & pii Reges admoneri deſiderant *p* de iis, quæ remedio indigent, & præcipuè ſi ad bonam Indorum gubernationem ſpectant.

16. Indos ſervitiales, qui dant, & recipiunt cum non habeant fodinas, vel prædia, quæ excolant, peccant, *q* & ad reſtitutionem tenentur.

17. Indi non poſſunt *r* vendi, nec in contractum deduci, etiamſi prædia, vel fodinæ, quibus ſolent diſtribui, vendantur. Hæc tamen ſi tales Indos habent plus valoris habent.

18. Indos ſibi ad metalla vel prædia diſtributos, qui ad alia opera traducunt vel aliis vendunt, vel locant graviter *ſ* peccant.

19. Indorum quos vulgo vocant de ſaliberquera nundinatio ſemper damnata, *t* & puniri juſſa.

*m* P. Ioſeph. de Acoſt. in manuſ. 21.
*n* Idem ubi ſupra.
*o* Idem ubi ſupra.
*p* Solor. ubi ſupra. lib. 1. c. 13.
*q* Idem ubi ſupra.
*r* Idem ubi ſupra.
*ſ* Idem ubi ſupra.
*t* Idem ubi ſupra.

## SECTIO IV.

### *De Indorum tributis.*

1. INdi tributa ſolvere incipiunt *a* à decimo octavo ætatis anno, & quinquageſimo expleto ab hoc onere relevantur.

2. Tributi taxati dimidium ſolvunt Indæ Mexicanæ, Peruanæ vero nec ad tributum, nec ad aliquod perſonale ſervitium tenentur.

3. Tributa Indorum licet ſint perſonalia cũ tamen præſentur

*a* Vide Solor. ubi ſupr. lib. 1. c. 21. & 22.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur de rebus, quas colligunt ſterilitate liberantur, nec amplius tenentur remiſſum ſolvere anno altero abundanti.

4. Caciques, ſecundæ perſonæ, & nobiles à Regibus Indis deſcendentes à triburis ſunt immunes, & idem dic de ipſorum filiis.

5. Indi qui tributis exigendis intendunt, à tributis non eximuntur.

6. Indus uxoratus cum Inda alterius Commendæ ejus ſequitur forum.

*DECIMÆ AN SINT ab Indis ſolvendæ?*

7. Indi Cuſquenſes, & Guamangenſes, ut ſupra diximus, ſunt liberi à decimarum ſolutione; Limenſes vero ex fructibus, qui vocantur de Caſtilla unum ex decem; ex his verò quæ vocantur de la tierra, unum ex viginti.

8 Caciques, & alii qui tributa non ſolvunt, decimas ſolvere tenentur.

9 Commendatarii ſive Patroni Indorum debent decimas ſolvere de ſpeciebus, quas pro tributis Indorum accipiunt.

*DE INDORVM MVNICIPIIS, SEV reductionibus.*

10. Indi in municipia reducti ea deſerere non debent, & ſi deſerant revocari poſſunt. Si verò fugiant propter injurias, & vexationes non debent reſtituere, quæ lucrati ſunt, immò nec tributa.

11. Vaſallis etiam ſi ſervitium, quod debent minimum ſit, non poſſunt locum fundi deſerere, & fugientes revocari, & caſtigari poſſunt.

12. Indi à ſuis municipiis fugientes, & eos recipientes, peccant & ad reſtitutionem tributorum & damnorum tenentur.

13 Vitium ebrietatis in Indis multorum peccatorum radix; ſed Hiſpani, & præcipue Magiſtratus, Correctores ſcilicet, & Parochi, qui Indis vinum vendunt, & alias potiones quibus inebriantur magis peccant, quam ipſi porrigentes venena, qui antidotum præſtare deberent.

14. Indorum teſtamentum minorem, quam ruſticorum ſolemnitatem requirit. Fit enim validè ſine publico tabellione, & ſine teſtibus rogatis coram Indo à gubernatore nominato duobus, vel tribus teſtibus ſive viris, ſive fœminis.

15. Sex Indorum conteſtatio ſimul, vel ſeparatim deſumpta pro uno tantum teſte eſt reputanda ex ordinatione D. Franciſci à Toleto.

*DE INDORVM Commendis.*

16. Licitè à Regibus dantur Conquiſtoribus hujus regni, eorumque filiis in præmium militaris laboris, & periculorum quæ



quæ paſſi ſunt in ejus conquiſitione.

17. Commendæ plures, & pinguiores hodie dari ſolent Magnatibus, & aliis nobilibus Hiſpaniæ, quod injuſtum & damnoſum reputat doctiſſimus Doctor Solorzano.

18. Penſiones ſuper Commendis non ſubjacent alii fortunæ, niſi caſus fortunæ omnes fructus tollat, vel in tantum, ut penſiones non ſufficiant.

19. Penſio non conſolidatur cum proprietate, ubi proprietarius certam, & præfinitam quantitatem habere jubetur, & non amplius.

20. Commendatarius Indorum, ſi eis damna intulerit, neſciatque quibus in particulari, reſtituat hoſpitalibus, vel Eccleſiis ſuæ Commendæ, vel ſuis ſumptibus mittat Concionatores Evangelicos.

21. Commendatarius tenetur reſidere non in Indorum municipiis, ſed in viciniore Hiſpanorum civitate, à qua ſi abſit, & vocatus non venerit ad reſidendum poterit à Commenda privari, niſi Regiâ gaudeat diſpenſatione, vel excuſetur impedimento ad id non affectato.

22. Indorum Commiſſarii, qui tributariorum numerum vel augent, vel minuunt graviter peccant, & ad reſtitutionem tenentur.

---

# SECTIO V.

## *De aliis reſolutionibus circa eandem materiam, ſelectis ex doctiſſimis manuſcriptis P. Ioannis, Pereſii Menacho.*

1. INdis, qui habent conſuetudinem ſe inebriandi, differenda eſt abſolutio per aliquod tempus, docendaque remedia; ſi vero ſpes ſit, quod ſe emendabunt, debent abſolvi.

2. Indæ, quæ potionem faciunt, quæ dicitur Chicha, ſi uni in tanta quantitate vendant [illegible] certum ſit quod emens illi ſe inebriabit, vel v[illegible] ſe inebriandi conſuetudinem habet, [illegible] Si vero moderatam potionem vendat [illegible]

3. Indæ [illegible] agatæ non poſſunt compelli ad nendu[illegible] o tributis ſolvendis virorum.

4. Indi n[illegible] laborandum in feſtis Hiſpanorum. Si [illegible] reddendum eſt eis ſtipendium non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

non ut taxatur per Regiam ſchedulam, ſed ut ſpontaneè laborantibus dari ſolet.

5. Indorum Prætor poteſt Caciques compellere ut aſſignatos Mitayos ad fodinarum labores complete adducat, ſed cum moderamine Chriſtianæ pietatis & prudentiæ, & tenetur, ne Indi ultra tempus eis deſignatum laborent, providere.

6. Indi, niſi exigatur, non tenentur in conſcientia ſolvere tributum.

7. Indæ etiamſi à ſua domina cogantur, ſi his qui ſe inebriant Chicham vendant in magna quantitate, & admonitæ non emendentur non ſunt abſolvendæ.

8. Indi, qui neſciant diſtinguere inter mortale, & veniale, etiamſi quæ venialia ſunt, putent eſſe mortalia, non ſunt cogendi ad aperiendum numerum.

9. Indos ad unum miniſterium aſſignatos non poteſt eorum Prætor ad aliud aſſignare, niſi ipſi ſponte velint. Qui ſi aſſignentur ad agros colendos, non poſſunt ab agrorum dominis ad pecora cuſtodienda mitti, niſi ſolvatur eis idem quod dandum erat ſi agros colerent, vel de novo ipſi ſponte conveniant pro pretio minore.

10. Indis qui ante completum ſervitium fugiunt, non debetur ſtipendium facti ſervitii, niſi computato damno ab eis facto per fugam.

11. Si verè, & non ficte ægroti ſunt, non ſunt cogendi ad ſervitium, quod propter infirmitatem præſtare non potuerunt, ſed liberi redeant ad ſuos, ſed pro diebus, quibus non laboraverunt nil eis debetur.

12. Qui ab Indis ultra taxam aſſignatam aliquid exigit, debet reſtituere. Quod ſi ignoret à quibus accepit, det pauperibus, vel pio operi in populo, ubi illi Indi degunt, quod melius erit.

13. In Chilenſi bello, nec in alio licitum eſt occidere innocentes per ſe niſi per accidens contingat, quod exploſus globulus contra hoſtes innocentes percutiat.

14. Indos, vel Indas furari, & ducere in bellum, ut ſerviant illicitum eſt militibus.

15. Indos baptizatos etiam ſi ſervi ſint dare gentilibus pro redimendis Hiſpanis nullo modo licet, quia manifeſto periculo apoſtatandi exponuntur, idque debet Epiſcopus impedire cenſuris.

16. In Chilenſi regno Indis baptizatis, qui ſi compellerentur unam tantum habere uxorem, tranſirent ad hoſtes gentiles, permitti poteſt plures habere, ne majora mala ſequantur. Hoc de his intelligendum qui non degunt inter Hiſpanos.



# SECTIO VI.

## DE EISDEM EX EODEM.

1. NOn licet Gubernatori mittere milites ad furandos Indos, vel Indas, ut ſerviant, nec equos, & ſimilia.

2. Indorum contractus ſunt ipſo jure nulli, ſi fiant ſine aſſiſtentia, & facultate judicis.

3. Indi addicti ad fodinas non poſſunt vendi, nec emi, & venditor, & emptor, & fodinarum proviſor vulgo aviador, qui ſciens prohibitum eſſe contractum, ſolvit pretium, peccat mortaliter, quia peccato mortali cooperatur.

4. Quod Indorum regulis vulgo Caciques promittitur pro Indis, quos ad fodinas aſſignant, non debet reſtitui, ſed his quibus aſſignati erant per ſcedulam, ſi ab eis ablati fuerunt.

5. Prætor Indorum, qui pecunia ad Xenodochium ſpectante medicamenta emit non poteſt charius vendere ipſi Xenodochio, & illud in quo ditior factus fuit ei reſtituere tenetur.

6. Prætor Indorum, qui emit à Commendatario triticum Indicum, ut lucraretur, & vendidit illud pretio currenti, & lucratus eſt aureum unum in quolibet medio vulgo fanegia, & qui in ſpecie non ſolverant in argento ſolvebant pretio tunc currenti, ſi iſti, quia non poterant, & in ſpecie non habebant tributum antea non ſolverunt, reſtituendum eſt illis quod ultra tributi perſolvendi taxam tribuerunt.

7. Indorum Prætor qui alicui Indos aſſignavit dum Prorex confirmaret, & ob hoc munera accepit, debet reſtituere, vel finito officio per interpoſitam perſonam à donante cognoſcere an ex animo dederit omnino liberali.

8. Prætor Indorum reſtituere tenetur damna ſecuta ex mala ſui officii adminiſtratione.

9. Indorum Prætor, & Notarius pro inſcriptionibus formas videlicet, ſi aliquid receperint, reſtituere tenentur.

10. Indos, qui vulgo dicuntur Poncocamayos non poſſunt Prætores in nendo, vel texendo occupare, & pro allato obſequio herbæ, & lignorum pretium tenentur ſolvere, quod ſi non ſolverint, reſtituere tenentur.

11. In-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11. Indis, qui in diebus feſtis dolo ducuntur ad fodinas, etiam ſi erutum aurum donandum ſit pauperibus, vel piis locis merces conſueta reſtitui debet, & antequam ad laborem eant ſacrum audire debent; ut autem in die feſto laborent ob piam cauſam Epiſcopus poteſt diſpenſare.

12. His, qui Indos redimunt injuſtè captos ne occidantur à victoribus, licet eos in ſervitute detinere donec ſervitio pretium datum recompenſent. Si verò in periculo occiſionis non ſunt, non licet eos redimere niſi ipſi ſponte velint.

13 Puella, quæ non habet ætatem ad contrahendum matrimonium, non ſuccedit in jus Indorum viri, cum quo deſponſata fuit, ſi moriatur vir antequam contrahat.

14. Indi ita pauperes ut nullo modo habeant unde eleemoſynam erogent, poſſunt lucrari jubilæum ſine eleemoſynæ erogatione, dummodo jejunia, orationes, & alia adimpleant.

15. Si intra duas hebdomadas non poſſunt confiteri, quia non eſt copia Confeſſariorum, vel ob aliud legitimum impedimentum, ſufficiet de peccatis conteri cum propoſito quam primum potuerint confitendi intra unum menſem, lucrabuntur indulgentiam, & poterunt à votis, & cenſuris abſolvi, & manebunt abſoluti, & vota commutata, etiam ſi confitendi propoſitum non adimpleant.

16. Si fuerint Communionis capaces, debent intra duas hebdomadas communicare; ſi autem intra eas non potuerunt, liberi manent ab obligatione Communionis ex privilegio Pii IV. *& ex concil. Lim. 2 ſeſ. 3, c. 94.*

17. Hoc non ſolùm de Indis, ſed de omnibus aliis, qui legitimè ſunt impediti ad confitendum, debet intelligi. Qui autem Communionis incapaces ſunt, quicumq; ſint, ſine Communione lucrari poſſunt Jubilæum ex privil. Greg XIII.

18. Chilenſe bellum contra rebelles Indos ut in præſenti ſtatu geritur, juſtum eſt propter injurias, & damna illata ab eis Eccleſiis, fidei, & innocentibus, ſed licet fiat ad defenſionem, ad reparanda damna, & ad reducendos Indos Chriſtianos ad Eccleſiæ gremium, qui tamen vivi capi poſſunt, non debent occidi, quia majora illis ab Hiſpanis illata ſunt damna, unde non videtur juſta illorum captivitas.

19. Indis ante 14 annum in viris, & ante 12 in fœminis, de quibus dubitatur an plenum uſum rationis habeant, ſi pater, & mater non conſentiant, non poteſt miniſtrari Baptiſmus, licet tamen ſi conſentiant ipſi, & filius baptizandus; qui ſi renuat, non licet, niſi moraliter conſtet uſu rationis carere, vel ſit in mortis periculo, in quo baptizari debet ſub conditione cùm



cùm dubitatur an plenum habeat judicium, curandum eſt tamen ut Baptiſmo conſentiat. Qui ſi poteſt doceatur, quæ neceſſaria ſunt neceſſitate medii, ſecundum illud D. Pauli: *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & quid inquirentibus ſe remunerator ſit.* Quæ ſi cognoſcat, & per Baptiſmum animam mundari à peccatis cupiat, dolens de illis, & ſperans gloriæ remunerationem, juſtificatur per fidem, & cognitionem ſupernaturalem. Quæ ſufficiunt in eo, qui non poteſt doceri quæ neceſſaria ſunt neceſſitate præcepti.

---

# SECTIO *VII.*

## *DE EODEM THEMATE ex eodem.*

1. INdorum diſtributio ad fodinas non debet eſſe ſecundum juſtitiam diſtributivam rigoroſam & geometricam, ſed ſecundum juſtitiam legalem. Nec ei, qui majorem fodinam, vel ditiorem, vel plures fodinas habet, plures Indi ſunt geometricè diſtribuendi, ſed prout diſtributor magis communi bono convenire judicaverit. Unde ſi pauperiorem habens fodinam labores diligentius promoveat præferendus eſt illi, qui negligens eſt, licet habeat ditiorem; & qui blandè Indos tractat ei, qui durè, immo huic auferendi, quia bonum commune præferendum eſt particulari, & Regia ſchedula ſic interpretanda eſt.

2. Indos ad vehendos fructus tragenes ſcilicet & placa ut vulgo vocantur, & ad paludes addictos non licet addicere ad fodinas, quia hic labor durior eſt, & quod in requiem conceſſum eſt, illis non debet in majorem laborem converti, nec obſtat in uſu eſſe, quia non eſt uſus, ſed abuſus.

3. Licet Indis ad fodinas addictis aliis mercedem ſolvere, & pro ſe ſubſtituere, quod vulgo mingare dicitur, quia in hoc nulli faciunt injuriam.

4. Indos diſtribuere his, qui non habent proprias fodinas, ſed locatas licitum eſt, quia expediens bono communi.

5. Indos, qui per decennium Commendatariis ſervierunt, cogere, ut ſint eorum perpetui janaconæ (ut vulgo vocan-

vocantur Indi Hiſpanis ſervientes) iniquum eſt, quia liber ullo tempore non præſcribitur, ut conſtat *ex l. fin. C. de præſcrip. long. temporis & l. uſu capionem.* Nec poſſunt licitè impediri ne redeant ad ſuos populos, ut colligitur *ex l. ſi quis. ff. de judiciis.*

6. Indi Janaconæ, quod arte aliqua acquirunt, ſibi, & non Commendatariis acquirunt, quia ſervi non ſunt, & ſoluto tributo à Principe taxato, quod ultra ab eis Commendatarii exigunt reſtituere tenentur, ut conſtat *ex p. 2. Tiſtam.*

7. Janaconas dare in dotem filiabus injuſtum eſt, & filios à parentibus ſeparare iniquum. Videatur *lex. 3. titul. 20. part. 2.*

8. Indorum reguli niſi ob graves cauſas gravia ſcilicet delicta vel contra Deum, vel contra Regem, vel propter inhabilitatem non poſſunt ſuo munere privari.

9. Contra Indos bellum gerere, & invaſiones facere, quæ vulgo Malochæ dicuntur ob id ſolum ut mancipia capiantur injuſtum eſt.

10. Servitium perſonale moderatum ob commune reipublicæ bonum introductum ut eſt Limæ licitum eſt.

11. Indi ſabbatis non tenentur abſtinere à carnibus, quia nullo jure, vel conſuetudine obligantur. Hæc enim obligatio in Hiſpanis ſolum eſt ex conſuetudine, quæ nunquam inter Indos fuit recepta.

12. Gubernator, qui poteſt Indos commendare, debet eis commendas dare, qui magis benemeriti fuerint, & peccat & ad reſtitutionem tenetur ſi minus benemeritis dederit, ſicut is cui committitur mercedes ſolvere operariis, qui plus laboraverint, ſi det his qui minus, & à fortiori ſi det aliis indignis, qui non laboraverunt. Poteſt tamen ſi plus benemeritus dives ſit, & minus benemeritus pauper, huic licitè dare Commendam, vel ei qui minus laboravit ſi communi bono Indorum, vel reipublicæ utilior ſit.

13. Non licet Gubernatori Commendas dare famulis ſuis ob ſibi exhibitum obſequium, nec ob id quod in honorificis muneribus quæ potius ſunt præmia, quam ſervitia, Regi ſervierunt.

14. In his Commendis licitum eſt ſicut in beneficiis Eccleſiaſticis penſiones imponere, ſi non fiat contra commune bonum Indorum, vel in damnum ipſorum Commendatarii cujus ſervitia non ſunt ſufficienti præmio affecta.

15. Qui fodinas nō habet, vel ſi habet nō operatur in eis, Indos ſibi datos non poteſt dare alteri etiā fodinas habētime: nemo enim



enim rem non ſuam dare poteſt, & minus locare.

16. Venditio agrorum communitatis Indorum ſi fiat ſine authoritate Protectoris generalis eſt nulla. Si autem ager, vel terra fuerit Indi particularis, debet fieri cum facultate Regii ſenatus, ſecus eſt nulla.

17. Indi qui vulgo ladinos dicuntur, juris cōmunis excommunicationes incurrunt; verbi gratia, ſi clericum percutiant, & ſic de aliis. Alii verò qui an ſit vel quid ſit excommunicatio nunquam audierant, nullam excommunicationem incurrunt, qui ut Limenſe Concilium docet non ſpiritualibus, ſed corporalibus ſi deliquerint plectendi ſunt pœnis.

18. Indis qui pecora cuſtodiunt, vulgò dictis miches, merces pro labore duo regales argentei debentur.

19. Indi in quocumque die Quadrageſimæ poſſunt communionis præceptum adimplere ex conſilio Confeſſoris & rationabili cauſa. Quia ſicut ex conſilio ipſius poteſt differre, ſic & anteponere.

20. Indis potionem inebriantem (vulgò dictam guarayo) ut ad populum ſuum ferant, licitum eſt vendere, uni autem ad bibendum tantam copiam dare ut probabiliter inebriandus ſit, illicitum eſt.

21. Indos cogere, ut cibos quos in tributum dederant, emant iniquum eſt, quia emptio, & venditio debent ſponte fieri, *l. invitum c. de contr. vend.*

22. Ab Indis non debet exigi in argento, quod in ſpecie debent, quia ob juſtas cauſas prohibitum eſt, niſi propter ſterilitatem, vel infirmitatem in ſpecie non poſſint ſolvere, & tunc pretio currente rerum quæ in ſpecie dandæ erant & non majore.

23. Indi Bullā non indigent ut Hiſpanorum feſta non ſervent, nec ut non jejunent jejunia Hiſpanorum, nec ut matrimonium contrahant in 3. & 4. conſanguinitatis gradu, nec ut à reſervatis abſolvantur, quia non ſunt hæc privilegia, ſed quaſi leges municipales hujus Peruanæ Provinciæ, & quamvis privilegia eſſent, cum ſint omni Indorum nationi conceſſa, non revocantur per Bullam, ſicut nec quæ uni religioni conceduntur ut conſtat ex ipſa Bulla Latina, & ex Bulla Pauli III.

24. Indorum infantes licitum ſine ceremoniis baptizari cum eorum parentes id petunt ægrotos eſſe affirmantes, ob frequens periculum ſine baptiſmo obeundi.

25. Cum Indorum opera Hiſpanus per menſem conducit & illi nolunt in feſtis in quibus poſſunt, operari, ſi merces



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

merces non æquat laborem tot dierum, non eſt pretium minuendum.

---

# SECTIO *VIII.*

## *De Indorum Prætoribus Reſolutiones variæ.*

1. INdorum Prætores ſi in domo ſua budos habeant chartarum, vel in aliorum domibus fieri permittant non ſunt *a* abſolvendi, quia qui peccatis remedia tenentur adhibere innumera patrandi peccata cauſam præbent.

*a* Comm. DD.

2. Qui concubinatus & alia peccata permittunt ob metum ne apud protegem de falſis criminibus accuſentur non excuſantur *b* à gravi peccato, & indigni ſunt officio, quod gerunt, bono vitæ exemplo falſitatis arguant inimicos, & Dei adimplendo præcepta Deum habebunt amicum.

*b* P. Menacho in manuſcript.

3. Prætores, qui minori pretio quam alii emunt cibos ab Indis vel quæcumque alia *c* peccant, & reſtituere tenentur, nec conſuetudine excuſantur quia eſt abuſus.

*c* Idem ubi ſup.

4. Juramenta facta à Prætoribus de non emendo, vel vendendo ut lucrentur, non ſunt *d* commutabilia niſi à Deo, vel ab hominem cujus favorem fiunt. Et cum moraliter impoſſibile ſit quod ſine gravi Indorum, & muneris ſui damno negotientur non ſunt abſolvendi niſi deſiſtant.

*d* Idem ubi ſup.

5. Vini venditio ſpeciali prohibitione Prætoribus eſt *e* interdicta propter innumera tam corporis quam animæ damna quæ Indis inde eveniunt.

*e* Ex ſchedula Regia.

6. Prætores non tenentur *f* juramentum facere de non negotiando, niſi ab eis exigatur.

*f* P. Menacho ubi ſup.

7. Indos nemo juſte *g* obligabit, ut ſe extraordinariis medíis præparent ad ſacram recipiendam Euchariſtiam.

8. Gentilicæ Indorum Confeſſionis ſecretum, ſi recta Intentione, convenientique modo fieret, ita fideliter obſervari oportebit, ut neque ex præcepto etiam ſuperioris punitionem cogitantis vel ipſi, vel cuiquam alteri eſſe à Confeſſario detegendum.

*g* Sequentes & ſelecti caſus uſque ad 24. deſumpti ſunt è docto tractatu Ferdinandi Zuritæ clerici Presbyteri.

9. Con-



9. Confeſſio, quæ apud Indos Idolorum cultores in uſu erat, & fortaſſe modo eſt nulla, ſpeciali obligatione Confeſſarium Indicum ad ſecreti cuſtodiam aſtringit, cum utilis eſt ad ipſius pœnitentis ſpirituale bonum.

10. Indorum reguli, qui ad ebrietatem Indos invitant, dummodo id convivium ad populum exhilarandum, & civium voluntates conciliandas efficiant, & moderatam diligentiam exhibeant ad damna evitanda non peccant, nec reſtituere tenentur etiam ſi rixæ excitentur, quas eis facile non eſt componere. Si vero propter notabilem eorum negligentiam damna ſequantur & peccabunt, & reſtituere tenebuntur.

Vide D. Th. 2.2.q. 44. art. 8. & q. 64. art. 8.

11. Ab Indicis medicis, qui magicis ſuperſtitionibus pharmaca conficiunt, impium eſt medicinam accipere. Si tamen Dæmonum opera ceſſiſſe intelligatur, & alioquin medicamentum eſt ſalutare, licitè ſumi poteſt.

12. Nullus eſt fere licitus uſus eorum medicamentorum, quæ Indi venefici, quos hampi camyſe vocant, ſolent ægrotis adhibere.

13. Indo Catechumeno frequenter committenti crimina gravia cum ſcandalo Baptiſmus conferendus non eſt, quo uſque ille mores emendaverit; ſecus verò ſi aliquando ſine ſcandalo in nonnulla crimina etſi gravia præ humana fragilitate labatur.

14. Indicus Parochus ſi ſe ad Indorum inſtitutionem talento carere cognoverit, & faciendi in Indis fructum ſpem omnino amiſerit, ex charitate debet idoneo ſuum locum concedere.

Colligitur ex D. Th. doctrina 2.2.q. 184. art. 5.

15. Ad charitatis, & honeſtatis officia præſtanda nemo poteſt privata cujuſcumque authoritate compelli, & ideo non poſſunt Indi ad hæc obſequia ab Hiſpanis compelli.

16. Etiam in mortis articulo ſuadere Indus non debet ut per interpretem confiteatur, ſi hic ſervaturus non eſt ſecretum, propter multa ſcandala quæ inde poſſunt oriri.

17. Cum Idolorum ſimulachra formalem, & diſtinctam in Chriſtianam religionem blaſphemiam vel illuſionem contineant, ea privato etiam homini ubicumque reperiantur, ita confringere licebit, ut non temerè, & ſine divinæ gloriæ fructu mortis periculo ſe exponat. Secus non licebit privata authoritate confringere.

2.2.q.10. art. 8.



18. In-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

18. Indicæ fœminæ adulterinos filios etiam ab Hiſpanis progenitos non debent naturalibus legitimis præferre. Poſſent tamen ſi digniores ſint, & ideo nobiliori cultu magis indiguerint, pretioſiora veſtimenta providere.

19. Indis prædicare, Evangelium in remotis regionibus, à quibus longe Epiſcopi abſunt etiam laicis licet, ſine Epiſcopi licentia ex ratihabitione illius.

20. Indis Kocam vendens eo quod multi illa ad malum abutantur, nullum peccatum committit.

22. q. 101, art. 2. 21. Perditos & ſceleratos homines Catholicæ majeſtatis lege prohibitos ad Indos tranſvehere reſtitutionis obligationem inducit.

22. Indicæ linguæ imperitus ſi periculo prædicandi falſitatem in rebus fidei, vel morum ſe exponat, peccabit mortaliter.

23. Indi qui ideo ſolum Baptiſmum volunt recipere, ut Regem ſuum imitentur parati ut ad regis nutum quamcumque ſectam admittant non ſunt recipiendi ad Baptiſmum.

24. Indi Chriſtiani, qui tributum conferunt, quod credunt in Idolorum cultum expendendum, graviter peccant niſi ad populi communes uſus exigatur.

Villal. to. 1, tr. 4, q. 2. 25. Indis amicis infidelibus Gubernator Chriſtianus, qui tradit vinctos inimicos occidendos non peccat, etſi illi eos crudeliter occidant, & comedant.

INCENDIARIUS Vide verbum, *Excommunicatio.*

## *INDIGNATIO.*

1. Indignatio nolentis videre, vel audire eum cui iraſcitur ut plurimum eſt ſolum veniale peccatum.

DISP.



# DISPUTATIO IV.

## SECTIO I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *INDULGENTIAE.*

### *An in Eccleſia ſit theſaurus ſpiritualis, & ex quibus conſtet.*

1. IN Eccleſia eſſe theſaurum infinitum ex meritis Chriſti locupletatum, & meritis aliorum Sanctorum ſuperabundantem *a* eſt de fide.

2. Quodvis opus bonum pœnale quatuor effectus *b* habet, reddit juſtum meliorem, contra tentationes firmiorem, & auget gratiam de condigno in eo, qui illud operatur, & ſatisfacit in hac vita pro luendis pœnis in alia. De congruo autem pro alio meretur, & ſatisfacit.

3. Satisfactionibus, quæ Chriſto, & aliis ſanctis ſuperfuerunt congeritur Eccleſiæ theſaurus, ex quo à Pontifice Chriſti vicario *c* extrahuntur indulgentiæ. Eſt autem hic theſaurus depoſitus in acceptatione divina.

*QUID SIT INDULGENTIA, & an in Eccleſia ſit poteſtas indulgentias concedendi.*

4. Indulgentia *d* eſt pœnæ pro peccatis debitæ relaxatio, quæ fit extra ſacramentum ex applicatione theſauri Chriſti, & SS. & eſt non ſolum abſolutio, ſed ſolutio.

5. In Eccleſia *e* eſt poteſtas indulgentias concedendi. Contrarium eſt error.

6. Indulgentiarum uſus *f* eſt à tempore Apoſtolorum licet ſub alio nomine.

7. Summus Pontifex, & Epiſcopi habent *g* poteſtatem indulgentias concedendi. Summus Pontifex cum plenitudine, Epiſcopi cum limitatione.

8. Epiſcopi poſſunt *h* cum limitatione concedere ſuis ſubditis

*a* Extrav. Vnigenitus de pœnit. & remiſſ.
*b* Comm. DD.
*c* Vide Henriq. lib. 7. de indulg. c. 2. num. 3.
*d* Vide Villal. to. 1. tr. 26. diff. 1.
*e* Trid. ſeſſ. 25. in decr. de indul.
*f* Comm. DD.
*g* c. cum ex eo de pœnit. & remiſ.
*h* dict. c. cum 1520



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diti etiam in aliena diœceſi. In dedicatione Eccleſiæ annum unum, in aliis feſtivitatibus, & occaſionibus ſolum 40. dies indulgentiarum.

9. Epiſcopus excommunicatus denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor non poteſt *i* indulgentias concedere.

10. Archiepiſcopus poteſt *l* in ſua provincia concedere indulgentias, quas Epiſcopi poſſunt.

11. An vero hæc Epiſcoporum poteſtas ſit à jure divino, vel non, alii negant, alii probabilius affirmant. *m*

12. Papa, & Epiſcopi poſſunt *n* delegare hanc poteſtatem indulgentias concedendi.

13. Concilium generale ſede vacante habet poteſtatem *o* indulgentias concedendi, non vero Provinciale, nec Capitulum ſede vacante, nec Proviſor, nec Parochus.

14. Conſuetudo legitimè præſcripta poteſt *p* dare hanc juriſdictionem Parocho, vel alii ſecundum probabiliorem.

15. Abbates, & Prælati religioſorum non habent *q* hanc poteſtatem.

*AN PRÆLATI religioſi poſſint ſæculares admittere ad ſuorum operum communicationem.*

16. Bona opera unius poſſunt *r* aliis communicari vel per modum meriti de congruo, vel pro modum ſatisfactionis.

17. Ad communicationem per modum meriti de congruo non eſt neceſſaria ſpecialis intentio, eo ipſo quod quis ſit in gratia particeps *ſ* omnium timentium Dominum.

18. Satisfactio minuitur *t* ex eo quod multi ex illa participent, non vero meritum.

19. Satisfactio ſtatim ſortitur *u* effectum, meritum autem poſt multum temporis poteſt applicari.

20. Quilibet *x* poteſt applicare alteri ſuam ſatisfactionem, meritum autem non niſi de congruo.

21. Prælati poſſunt quemlibet admittere ad communicationem bonorum operum ſuorum ſubditorum quoad meritum de congruo, & impetrationem, quia in hoc à ſubditis nihil auffertur. Satisfactionem vero ſubditorum ſine illorum voluntate ſaltem præſumpta applicare non poteſt, *y* licet contrarium teneant viri docti. Poteſt tamen præcipere ſubditis ut alicui ſatisfactionem in neceſſitate applicent.

*i* Comm. DD.
*l* D. noſtro ... c. ... de pœ. & rem.
*m* Nav.
*n* Comm. DD.
*o* Comm. DD.
*p* Villalob. tr. 16. diſ. 1.
*q* c. accedentibus de excepti.
*r* Comm. DD.
*ſ* Ex ſymb. Apoſt.
*t* Comm. DD.
*u* Comm. DD.
*x* Vill. tr. 16. diſ. 6.
*y* P. Suar. to. 4. diſp. 51, num. 6.

SECTIO



# SECTIO II.

## *An poſſit Eccleſia indulgentias concedere pro animabus in Purgatorio exiſtentibus.*

1. Eccleſia poteſt *a* indulgentias concedere pro animabus Purgatorii per modum ſuffragii.

2. Indulgentiæ aliæ *b* ſunt per modum abſolutionis, & hæ non conceduntur niſi ab habentibus juriſdictionem in eos quibus conceduntur. Aliæ ſunt per modum participationis, quibus gaudent ipſi Prælati; aliæ tandem per modum ſuffragii, id eſt per modum ſolutionis unius, qui pro alio offert pretium.

3. Papa non poteſt *c* applicare indulgentias animabus Purgatorii, niſi per modum ſuffragii, quia jam ſunt extra ſuam juriſdictionem.

4. Indulgentia vivis conceſſa non *d* poteſt defunctis applicari niſi ex ſpeciali conceſſione, qualis eſt illa Leonis X. facta Franciſcanis, ut omnes indulgentias ipſis conceſſas poſſint *e* pro defunctis applicare.

5. Epiſcopi, & Archiepiſcopi non poſſunt *f* pro defunctis indulgentias concedere.

6. Moraliter loquendo licet Papa poſſit quamplurimas indulgentias concedere, Purgatorium non exhauriet, quia hoc pendet ex acceptatione divina, quam in hac vita ignoramus.

*AN SIT NECESSARIA juſta cauſa ad indulgentias concedendas.*

7. Ad concedendas indulgentias eſt *g* neceſſaria cauſa pia, ac juſta, non ſufficit ſola Papæ charitas, vel voluntas liberandi animas à pœnis.

8. Si Papa ſine ſufficiente cauſa concedat indulgentias, & privilegia, hæc valebunt *h*, & non illæ.

9. Cauſa debet eſſe rationabilis, *i* & proportionata.

10. Si Papa forte decipiatur in proportione cauſæ valebunt *l* indulgentiæ ſecundum proportionem cauſæ.

11. Sufficientia cauſæ penſanda *m* eſt ſecundum bonum Eccleſiæ, nec cauſa adeo parva, quæ ad alteram relata non reputetur magna.

12. Multi graves DD. aſſerunt *n* quamlibet piam cauſam ſuffi-

*a* Comm. DD. Vide Suarez ubi ſupra diſp. 53, ſec. 1. n. 5.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD. V. de Bellar. l. 1. de Purg. c. 16.
*d* Henriq. ubi ſupra lib. 7. c. 8. num. 1.
*e* Leo X. habetur in comp. Min.
*f* Henriq. ubi ſup. c. 11.
*g* Clem. 6. in Extrav. unig. de pœnit. & remiſſ.
*h* Suar. ubi ſupra ſec. 2, num. 2.
*i* Idem to. 4, diſp. 59, ſec. 3. n. 9.
*l* Idem ubi ſupra.
*m* Comm. DD
*n* Vide Villal. ubi ſupra.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſufficere ad conceſſionem pleniſſimæ indulgentiæ, quod facit valde probabile ſumma liberalitas Chriſti erga ſuam dilectiſſimam ſponſam Catholicam Eccleſiam.

*a* Comm. DD.

13. Sufficit *a* pro cauſa opus bonum & ſatisfactorium licet alias quis ad illud ſit obligatus.

*p* Notabilis DD. ſententia.

14. Ad indulgentiam conſequendam non tam juvat magnitudo operis pœnalis, vel juſta cauſa, quam *p* ardens charitas, & viva fides in Chriſtum, quæ transfert mentes.

*AN INDVLGENTIÆ tantum valeant quantum ſonant.*

*q* DD. in 4. diſt. 20.

15. Valent *q* indulgentiæ quantum ſonant, quando adeſt juriſdictio in concedente, juſta cauſa, & proportionata, & ab illarum capaci debitæ diligentiæ fiunt.

16. In dubio interpretandæ ſunt in favorem animarum.

*r* Comm. DD.

17. Idem nunc ſunt indulgentiæ plenæ, plenariæ, & pleniſſimæ, licet olim fuerint diverſæ. Per quamlibet ex his remittitur *r* omnis pœna debita pro peccatis.

*ſ* Villal. ubi ſupra.

18. Cum additur remiſſio omnium peccatorum, & pœnitentiarum, quæ pro illis impoſitæ fuerunt *ſ* intelligitur de pœnitentiis à Confeſſario impoſitis.

*t* Comm. DD.

18. Jubileum *t* addit ſupra indulgentiam abſolutionem à culpis reſervatis magis, vel minus pro arbitrio concedentis.

*u* Vide Vill. ubi ſupra.

20. Cum in conceſſione dicitur tot dies, vel annos de injunctis pœnitentiis non *u* intelligitur de annis, vel diebus Purgatorii, ſed de ſatisfactionibus à Confeſſario impoſitis in hac vita.

*x* Comm. DD.

21. Multo *x* major eſt ſatisfactio unius diei in hac vita quam plurium annorum in alia.

*y* Quia contra comm. ſententiam DD.

22. Fallunt *y* qui aſſerunt neminem eſſe in Purgatorio ultra viginti annos, quia ex nonnullis revelationibus, quæ in vitis ſanctorum habentur conſtat aliquos damnatos fuiſſe uſque ad finem mundi. Propterea à Sum. Pont. conceduntur indulgentiæ in magno numero, & Bonifacius Papa dixit, Indulgentiæ Eccleſiæ Lateranenſis numerari non poſſunt niſi à ſolo Deo, & ego omnes illas confirmo.

SECT.



# SECTIO III.

## *An anima in Purgatorio exiſtens cùm ei conceditur indulgentia plenaria ſtatim exeat?*

1. CUm quis pro anima exiſtenti in Purgatorio plenariam indulgentiam lucratur, ſtatim *a* exit, ſed cum hoc apud nos ſit valde incertum oportet quam plures lucrari. *a* Comm. DD.

2. His qui in hac vita in lucrandis indulgentiis, & animabus Purgatorii juvandis negligentes fuere valde *b* probabile eſt à Deo ſuffragia non applicari in pœnam negligentiæ eorum, ut viventes fiant diligentiores. *b* Comm. DD. *c* Comm. DD.

3. Cum in conceſſione non exigitur Confeſſio, ſine illa indulgentiæ *c* poſſunt lucrari, ſecus verò cum exigitur. *d* Vill. ubi ſupra diſ. 11.

4. Cum in conceſſione dicitur, De quibus corde contriti, &c. non eſt neceſſarium quod immediatè præceſſerit Confeſſio, & probabilius *d* non ſufficere ſolam contritionem. An verò pœna peccatorum oblitorum remittatur, aliqui negant, mihi autem videtur durum. *e* Comm. DD.

5. Muti per nutus, vel per ſcripta confitentes indulgentias lucrari *e* poſſunt.

6. An verò in illis verbis, Et de pœnis illis impoſitis, comprehendantur aliæ pœnæ non impoſitæ à confeſſario alii ajunt, alii probabilius *f* negant. *f* Villal. ubi ſupra.

7. Quando habetur in conceſſione, quod indulgentiam concedat Confeſſor idoneus, intelligitur de ſacramentali Confeſſione, per eum, qui poſſit perficere Sacramentum. Si autem dicat quod alicui poſſit concedi in articulo mortis, poterit *g* etiam non Sacerdos. *g* Sylveſt. verb. indulg. nu. 69. *h* Comm. DD.

8. Quando Confeſſio exigitur, debet *h* eſſe ſacramentalis, & ſufficit per nutus.

9. Cum dicitur quod poſſit confeſſorem eligere, qui ei concedat indulgentias, ſi judicium amiſit, quilibet ſacerdos *i* poterit, & in hujus defectu clericus primæ tonſuræ, & hoc deficiente etiam ſæcularis. *i* Henr. lib. 7. de indulg. c. 6, num. 4.

10. Cum dicitur, quod parti ſatisfaciat, & non poteſt, ei *l* poteſt indulgentia concedi. *l* Sylveſt. ubi ſuprà. num. 50.



11. Cum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11. Cum dicitur, quod concedatur in vero mortis articulo, in præſumpto non *m* poteſt.

m Comm. DD.

12. Cum dicitur, quod abſolvatur à culpa & pœna, non debet *n* intelligi, quod culpa per indulgentiam remittatur, ſed quod poſſit ſacramentaliter à reſervatis abſolvi.

n Villal. ubi ſup.

13. Religioſi præſumentes abſolvere à culpa & pœna *o* incidunt in excommunicationem ipſo facto, & eſt Papæ reſervata.

o Clem. de relig. de privileg.

14. Cum dicitur in Iubileo quod confiteatur in hebdomada, & communicet in Dominica *p* ſufficit in ipſa Dominica confiteri, quæ debet eſſe ſequens.

p Navar. de or. Min. c. 35.

*QVIS POSSIT indulgentias lucrari.*

15. Baptizati, & uſum rationis habentes poſſunt *q* indulgentias lucrari.

q Comm. DD.

16. Qui indulgentias lucrantur debent eſſe ſubditi illas concedentis, ſed ſufficit, quod in hoc ſolum ſint ſubditi, & ideo religioſi *r* poſſunt lucrari indulgentias conceſſas ab Epiſcopo in cujus diœceſi morantur.

r D. Tho. Add. q. 27. art. 2.

17. Prælati poſſunt lucrari indulgentias à ſe conceſſas ſecundum probabiliorem *ſ* ſententiam, & poſſunt ſecum diſpenſare in faciendis diligentiis illas commutando.

ſ Suar. to. 4. diſp. 51. ſec. 1. nu. 24.

18. Ad Bullam ſumendam non *t* eſt opus eſſe in gratia, ſecus vero ad ſibi lucrandas indulgentias.

t Idem ubi ſupra. diſp. 25. num. 11.

19. Non deſunt, qui dicant indulgentias in peccato lucratas licet tunc non proſint, reviviſcere per pœnitentiam. Probabilior tamen eſt contraria *u* ſententia.

u Idem ubi ſupra, diſp. 27.

20. Cum opus ex ſe bonum ratione alicujus circumſtantiæ eſt peccatum veniale non ideo *x* impedit lucrum indulgentiarum, licet aliqui ſentiant contrarium.

x Idem ubi ſup. diſp. 51. ſec. 6.

21. Qui facit in peccato aliquod opus bonum ut poſtea cum ſit in gratia indulgentiam conſequatur, illam conſequitur ſecundum probabiliorem *y* ſententiam, licet tutior ſit contraria.

y Villal. ubi ſupra.

22. Licet qui eſt in peccato conſequi indulgentiam non poſſit, *z* poteſt tamen alios favores, vel commutationem votorum, &c. Hi tamen non comparantur ſine confeſſione ſi ſub ea conditione ut mos eſt, concedantur. Sufficit tamen ad conſecutionem illorum confeſſio informis.

z Suar. to. 4. diſp. 52. ſec. 3. n. 16.

23. Ad indulgentiæ conſecutionem neceſſaria eſt intentio actualis, vel virtualis, & poſt opus factum ſufficit ratificatio ſecundum probabilem opinionem, tutius tamen eſt iterum opus facere.

An



*AN SIT NECESSARIVM nihil ex petitis diligentiis prætermittere.*

1. Totum, quod indulgentiam concedens petit, eſt adimplendum, & licet ob impotentiam, vel ignorantiam omittatur lucrum *a* ceſſat.

a Comm. DD.

2. Cum Eccleſia deſtruitur, & poſtea ædificatur *b* durant adhuc in nova indulgentiæ, quæ erant in veteri, ſecus vero ſi alio transferatur.

b Suar. to. 4. diſp. 51. ſec. 1. n. 9.

3. Preces debent *c* fieri in Eccleſia aſſignata, & per grana ad id deputata, & non per alia.

c Comm. DD.

*AN QVIS POSSIT alii indulgentias lucrari.*

4. Non poteſt *d* unus pro alio indulgentias lucrari niſi ex ſpeciali conceſſione.

d Henr. l. 7. de indulg. c. 8. n. 1.

5. Eleemoſynæ, & alia quæ fieri poſſunt per interpoſitam perſonam ſufficit *e* quod ratificentur ab eo, in cujus nomine facta ſunt.

e Suar. tr. 4. diſp. 52. ſec. 1. n. 9.

6. In caſu in quo quis poteſt alteri indulgentias lucrari qui opus facit *f* debet eſſe in gratia; pie tamen aſſeri poteſt contrarium.

f Vill. ubi ſup. diſ. 5.

7. Cum cauſa conceſſionis indulgentiarum eſt proportionata, omnes qui petitas diligentias exequuntur, æquale lucrum *g* habent. Cum autem cauſa non eſt proportionata qui plus facit, plus lucratur.

g Idem ubi ſup.

8. Cum indulgentia conceditur his qui adjuvant ad fabricam Eccleſiæ, plus dare *h* debent divites, quam pauperes.

h Comm. DD.

9. Religioſi habitantes Eccleſiam vel ad ejus fabricam adjuvantes cum his rebus quas ad proprium uſum habent *i* lucrantur indulgentias conceſſas viſitantibus tales Eccleſias vel ad earum fabricam adjuvantibus.

i Villal. ubi ſup. diſ. 17.

10. Cum indulgentia abſque limitatione conceditur *l* poteſt lucrari toties quoties factæ diligentiæ fuerint.

l Comm. DD.

11. Eodem numero opere poſſunt *m* lucrari multæ, ac diverſæ indulgentiæ.

m Villal. ubi ſup.

12. Cum indulgentiæ conceduntur diverſis granis, ut illas lucretur qui verbi gratia recitaverit Ave Maria, non ſufficit ſemel recitare, ſed toties recitanda *n* eſt Ave Maria quot fuerint grana.

n P. Azor. 1. p. l. 10. c. 4.

13. Non eſt *o* determinata verborum forma ad concedendas indulgentias, Hæc autem eſt in uſu: Authoritate Sedis Apoſtolicæ concedo tibi plenariam remiſſionem omnium peccatorum tuorum.

o Comm. DD.

14. Indulgentias lucrari eſt opus *p* meritorium, & Deo valde gratum.

p Vide Henr. l. 7. de indulg. c. 2. n. 4.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gratum, & eſt applicare animabus Purgatorii opus miſericordiæ, & charitatis.

15. Religioſi, vel ſæculares clerici indulgentias incertas, & indiſcretas prædicantes peccant *q* mortaliter, & gravibus pœnis puniri debent, ſi hoc faciant ad lucrum temporale.

[*q* Clem. religioſi de privil.]

16. Cum indulgentiæ ſunt certæ, licet non poſſint in foro exteriori probari, non eſt *r* peccatum mortale illas prædicare.

[*r* Comm. DD.]

17. Cum indulgentiæ ad limitatum tempus conceduntur, tempore finito finiuntur, ſi ſunt perpetuæ durant donec revocentur. Sed *ſ* vide regulas Cancellariæ in Villalobos *tr.* 26. *to.* 1 *diſ.* 18 *n* 3.

[*ſ* Vill, ubi ſup. diſ. 18]

18. Indulgentiæ non *t* expirant morte concedentis, ſed poſſunt omnes ſuſpendi ab habente authoritatem.

[*t* Comm. DD.]

19. Revocatio, vel ſuſpenſio indulgentiarum non tollit *u* coram Deo illarum valorem donec revocatio ſufficienter promulgetur, non tamen eſt neceſſarium, quod de illa ſingulis in particulari conſtet.

[*u* Villal. ubi ſupra.]

20. Finitur *x* indulgentia cum deſtruitur locus, vel moritur perſona, cui erat conceſſa.

[*x* Cordo lib. 1, q. 36]

---

# SECTIO IV.

## DE MODO LUCRANDI jubileum.

1. AD lucranda Jubilea *a* neceſſarium eſt omnia, quæ facienda injungit, implere.

[*a* Comm. DD.]

2. Qui illud prima hebdomada lucratus fuit *b* poteſt etiam ſecunda, licet alii ſentiant contrarium.

[*b* Henriq. de indulgen. c. 11.]

3. Omnes diligentiæ adimplendæ *c* ſunt in una hebdomada, & ſequenti Dominica immediatè communicandum. Sunt tamen qui aſſerant ad feriam ſecundam differri poſſe communionem.

[*c* Idem ubi ſup.]

4. Cum jejunia injunguntur edi *d* poſſunt lacticinia extra Quadrageſimam, & in illa quando adeſt conſuetudo, vel Bulla.

[*d* Pius V. & Greg. 13, vide Henriq. ubi ſup. n. 4]

5. Qui lucratus eſt Jubileum non *e* poteſt prævenire, nec differre, nec commutare jejunia, niſi interſit Confeſſoris authoritas, & hoc intra præfixum terminum. Sunt tamen, qui aſſerunt fieri poſſe in ultima die.

[*e* Henriq. ubi ſup. c. 8, final.]



6. Si cadat jubileum intra hebdomadam *f* quatuor temporum utrique obligationi ſatisfit.

[*f* Idem. ubi ſup. c. 10, n. 1,]

7. Cum preces fundendæ injunguntur, ſi quis nequeat in Eccleſiam intrare *g* ſufficit illam de foris viſitare.

[*g* Idem l. 7, c. 10, n. 3,]

8. Sufficit ex eodem loco quinque altaria viſitare, quod ſi unum ſit tantum quinquies ipſum viſitandum, ſed non opus *h* eſt intereſſe proceſſionibus.

[*h* Navar. de orat. Miscel. 96 c. quod præcipitur 14, q. 9,]

9. Quod attinet ad eleemoſynam plus debet dare dives, quam pauper, & probabile *i* eſt lucrari jubilæum licet modica ſit eleemoſyna.

[*i* Henriq. ubi ſup. n. 7,]

10. Per jubilea poteſt eligi Confeſſor idoneus, & ſufficit *l* quod ab aliquo Ordinario ſit approbatus, ut poſſit eligi in quacumque diœceſi, licet contrarium ſit probabilius.

[*l* Idem c. 16, n. 1,]

11. Qui tempore jubilæi non habet conſcientiam peccati mortalis non *m* tenetur confiteri, ſed tutius eſt Confeſſione ſe præparare, quia ſunt qui aſſerant contrarium.

[*m* Idem ubi ſup.]

12. Qui in hebdomadæ principio confeſſus abſolutus fuit à reſervatis, vel vota fuerunt illi commutata, ſi poſtea jubileum non lucretur, non ideo *n* reincidit.

[*n* Idem ubi ſup. c. 18 num. 4.]

13. Peccata reſervata oblita amittunt reſervationem, ſi tamen aliquid per verecundiam fuit omiſſum, omnia ut ante *o* manent reſervata.

[*o* Comm. DD.]

14. Qui non potuit in una hebdomada Confeſſionem finire, *p* poteſt à cenſura abſolvi, & poſtea Confeſſioni finem imponere, & abſolvi à peccatis.

[*p* Henriq. ubi ſup. c. 11, n. 5,]

15. Ut quis jubileum lucretur *q* ſufficit, quod diligentiam ultimam faciat in ſtatu gratiæ, etiamſi alias fecerit in peccato mortali.

[*q* Idem ubi ſup. c. 11,]

16. Qui eſt extra patriam, & ibi audit publicationem jubilei, *r* poteſt ibi lucrari, vel expectare ut in ſua patria publicetur.

[*r* Comm. DD.]

17. Qui noluit conſequi jubileum, & die ultima mutat propoſitum, poteſt *ſ* confiteri, & die Dominica communicare à reſervatis abſolutus, dummodo jejunia à Confeſſario commutentur.

[*ſ* Dian. p. 4, tr. reſ. 14,]

18. Si quis omnibus adhibitis diligentiis in ſecunda Dominica imprudenter aliquid degluttat ob quod non poſſit communicare *t* commutetur Communio in aliud opus pium.

[*t* Idem p. 5, tr. reſ. 1,]

19. Qui ſemel lucratus fuit jubileum non poteſt illud alibi *u* iterum lucrari. Si tamen ob ignorantiam invincibilem illud publicatum eſſe neſcivit tranſacto termino poteſt intra duas heb-

[*u* Suarez apud Dian. ubi ſup. reſ. 171,]

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hebdomadas à die notitiæ illud lucrari.

20. Qui in patria neglexit *x* poterit alibi lucrari jubileum.

21. Sufficit *y* quæcumque vel minima oratio etiam ſi ſit aliàs debita, & idem de reliquis diligentiis, etiamſi debeantur ex voto, vel pœnitentia.

*x* Diana ubi ſup. *y* Idem ib.

22. Si quis poſtquam hic viſitavit Eccleſias, alio proficiſcatur, & ibi faciat alia requiſita, lucratur *z* jubileum, quia hoc non dependet à loco.

23. Si Epiſcopus plures, quam Papa petit, deſignatit Eccleſias viſitandas, *a* ſufficeret à Papa præſcriptas viſitare, quia Epiſcopus non poteſt Papæ privilegia onerare, bene tamen ſublevare.

*z* Suarez apud Dian. p. 5. tr. 12. reſ. 51. & 55. *a* Layman apud Dian. ubi ſup. reſ. 54.

24. Si herus famulo commiſit, ut eleemoſynam daret, ille autem vel diſtulit poſt tempus, vel non dedit, jubileum nihilominus lucratur, *b* licet alii contrarium ſentiant, ſed minus probabiliter.

*b* Dian. ubi ſup. reſ. 56.

25. Quando dicitur in forma jubilei, Verè pœnitentibus & confeſſis *c* ſufficit præterita Quadrageſima confeſſum fuiſſe, & habere propoſitum confitendi in futuro.

*c* Suar. ap. Dian. p. 3. tr. 11. reſ. 101.

26. Excommunicato, & cathecumeno, ſi ſint in gratia valere indulgentias *d* ſunt qui aſſerant.

*d* Ibid.

27. Cum duo Papæ concedunt pro aliquo opere 20. dies indulgentiarum, qui illud facit 40. *e* lucratur.

*e* Sa verb. Indulg.

28. Reſervatum crimen patrans in ſpe jubilei, virtute jubilei *f* poteſt abſolvi.

*f* Car. Bellar. de indulg.

29. Quando duobus diebus immediatis concurrunt duo jubilea ſufficit *g* ſemel confiteri & communionem recipere.

*g* Comm. DD.

30. Qui tempore à Bulla vel à jubileo præſcripto cepit confiteri, nec potuit perficere confeſſionem intra illud, poteſt elapſo termino abſolvi, quia cepit tempore idoneo.

31. Cum in jubileo datur omnibus facultas eligendi quemlibet Confeſſorem ab Ordinario approbatum *h* poſſunt omnes religioſi tam fœminæ, quam viri ſine licentia ſuorum Prælatorum eligere quem voluerint extra ſuum Ordinem ab Ordinario approbatum, vel à ſuo Prælato intra Ordinem.

*h* Comm. DD.

32. Tempore jubilei *i* poteſt quis ab uno Confeſſore petere votorum commutationem, & alteri confiteri.

*i* Comm. DD.

33. Cum quis lucratus eſt jubileum ſine confeſſione, quia nullum mortale peccatum in ejus memoriam venit, ſed termino jubilei tranſacto recordatur peccata reſervata ante à ſe commiſſa, non tollitur *l* reſervatio ſecundum probabiliorem opinionem.

*l* Suar. apud Dianam p. 5. tr. 4. reſ. 150.

34. Qui tempore jubilei omiſit in Confeſſione peccatum reſervatum ne revelaret complicem *m* poteſt elapſo jubileo à quocumque Sacerdote abſolvi.



*m* Comm. DD.

35. Qui ex conſilio Confeſſoris diſtulit Confeſſionem poſt tempus Jubilæi, & incidit in reſervata elapſo tempore poterit *n* ab eis abſolvi, ut lucretur jubileum.

*n* Diana p. 5. tr. 13. reſ. 19.

36. Confeſſarius pœnitentis, qui conſecutus eſt jubileum etiam elapſo tempore, poteſt vota illius & alia opera commutare, non verò *o* à reſervatis abſolvere.

*o* Sanch. apud Dianam p. 5. tr. 16. reſ. 49.

37. Indulgentia poteſt conferri extra Confeſſionem, & alienato à mentis judicio.

38. Cum transfertur ſancti alicujus ſolemnitas, & jubileum *p* transfertur, quia ad cultum illius conceſſum eſt à Pontifice, & ut concurrens populus illud lucretur.

*p* Comm. DD.

39. Cum dicitur quod ſit contritus, & confeſſus *q* ſufficit annuam Confeſſionem feciſſe, & tunc actum contritionis elicere.

*q* Vide Villal. ubi ſup.

---

# DISPVTATIO V.

## SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *INFAMIA.*

### *Quid ſit Infamia & quotuplex.*

1. INfamia eſt duplex *a* alia facti, alia juris. Facti eſt, quæ naſcitur ex delicto gravi & notorio. Juris quæ a jure datur, ut criminis pœna. Utraque inducit irregularitatem.

*a* Comm. DD.

2. Ut infamia facti ſit legalis, non *b* ſufficit quod notorium ſit delictum, ſed opus eſt ut à lege ſit injuncta talis infamia, & per ſententiam declaretur; ſecus enim non eſt legale, & canonicum impedimentum.

*b* Comm. DD.

3. Non ſufficit *c* ad incurrendā hanc infamiā rumor ſparſus apud

*c* Sa hoc verb.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

apud aliquos, nec confeſſio rei ante condemnationem, nec condemnatio litigantis per Procuratorem:

d Sa ubi ſup.

4. Tollitur *d* per factum contrarium, repellit autem dum durat à dignitate, à judicando, (non autem ab arbitrando) procurando, teſtificando in cauſa criminali, accuſando, poſtulando & ab Ordinis, aut beneficii ſuſceptione.

e Sa hoc verb. n. 2.

5. Infamia juris fit *e* ſententia diffinitiva ſuper crimine publico, vel aliquibus privatis ut furto, uſura, ſacrilegio, inceſtu homicidio, perjurio, adulterio, veneficio, & aliquando ipſo facto, ut ſi quis in adulterio deprehendatur, aut duas habeat uxores, aut ſponſas. Quidam tamen ajunt ſemper requiri ſententiam. Tollitur autem per Principem, qui non habet ſuperiorem.

f Comm. DD.

6. Infamia juris impedit *f* dignitatis executionem, & exercitium

g Comm. DD.

7 Infamia ob crimen læſæ majeſtatis comprehendit *g* filios & nepotes, ſed quæ eſt ex delicto proprio vel parentum Baptiſmo tollitur.

h Navar. c. 16, n. 46

8. Infamatus familiariter converſans cum infamatore *h* videtur ei remittere injuriam, ſed non obligationem reſtituendi famam.

## INFAMARE.

a Sa hoc verb.

9. Infamare ſe notabiliter, & falſo *a* ajunt multi peccatum eſſe mortale cum obligatione reſtituendi, alii utrumque negant.

b Vide Val. to. 3. diſp. 5. q. 17. p. 2.

10 Si quis ſe ipſum etiam verum dicendo infamet cum ſcandalo, & damno aliorum, *b* peccat mortaliter cum onere reſtituendi.

c Vide Sa hoc verb.

11. Qui metu tormentorum falſo ſibi crimen imponit nec peccati *c* damnandus, nec obligandus ad reſtitutionem nec ſibi nec alteri, qui ob id læditur.

d Comm. DD.

12. Cum crimen à te factum alteri imponitur *d*, potes te etiam cum vitæ diſcrimine prodere, vel tacere. Quod ſi tibi crimen imponitur, quod alter fecit potes meritoriè tacere.

e Comm. DD.

13. Si quis ſe ipſum infamet pro ſuo, vel aliorum bono nullum eſt *e* crimen.

f Vide Tol. lib. 5, c. 88

14. Prælatus, & qui ex officio bonum aliorum procurat *f* tenetur famam ſuam tueri. Sicut dicendum de privata perſona niſi infamia ſit de crimine hæreſis, vel alio valde gravi, vel de re turpiſſima.





15. Si per infamiam alicujus reſpublica læditur, non poteſt is infamiam remittere, ſi tamen remittat tenetur infamator reſtituere ex juſtitia.

## INFANS.

1. Dicitur *a* uſque ad ſeptennium incluſivè. a Vide gloſſ. c. 4. de temp. ordin. l. 6.

## INFIDELIS.

1. Infidelibus vendere ea quæ præcipuè deſerviunt ad idolorum cultum, vel tradere eis libros ſacros ad comburendum etiam ob mortis timorem peccatum *a* mortale eſt. a Aug. epiſ. 164.

2. Cum infidelibus poſſunt *b* converſari firmi in fide. b Sa hoc verb.

3. Infideles fiunt cives *c* illius loci, in quo baptizantur; & poſſunt retinere bona juſtè poſſeſſa c Ex Paul. III. Cupientes Iudæos.

4. Infidelis dicitur, *d* qui poſt fidem ſufficienter illi propoſitam non vult credere & peccat infidelitatis peccato. Infidelis negativè dicitur, qui non credit, quia fides non eſt ei ſufficienter notificata, & ob hoc non damnabitur, ſed ob alia peccata. d Comm. DD.

5. Peccat *e* mortaliter, qui deliberatè credit quemcumque infidelem, qui benè moraliter vixerit poſſe in ſua ſecta ſalvari. Poteſt autem fide implicitâ ſecundum graves DD, ſi explicite habeat ignorantiam invincibilem, & in ſua ſecta nihil credat, nec operetur lumini rationis contrarium. e Navar. c. 11, n. 18. f Vide Villalob. & Machad. in ſumm. qui citant. D. Tho. 2. 2. q. 10, art. 4.

## INFIRMUS.

1 Comedens *a* aliquid ex quo timet notabile damnum in ſalute, peccat mortaliter, nec non qui renuit remedia committens ſe providentiæ divinæ a Navar. c. 15, n. 13.

2. Qui non timet notabile damnum ob bonum animæ, & majorem mortificationem, meritoriè poteſt *b* medicinam renuere, & præcipuè qui proximus eſt martyrio. b Idem c. 15, nu. 41.

3. Qui ob magnam difficultatem edendi cibum reſpuit, vel pharmacum, non peccat *c*, quia magna difficultas impoſſibilitas reputatur. c Sa hoc verb.

4. Non tenetur *d* æger migrare in ſalubriorem locum, nec valde pretioſa medicamenta emere, nec mulier medicis pudenda detegere etiam ſi ad ſanitatem videatur neceſſarium. d Idem ibidem, num. 11.

## INGRATITVDO.

*a* Si hoc verb.

1. Ingratitudo ex contemptu magni beneficii eſt *a* peccatum mortale, quod pauci reputant.

## INIVRIA.

*a* Si hoc verb.

1. Aliquæ perſonæ non poſſunt *a* remittere ſatisfactionem injuriæ veluti uxor, filius familias, religioſus, & ſervus.

2. Qui alicui dicit leve convitium ſciens ipſum vel alium magnum perturbationem paſſurum, peccat *b* mortaliter.

*b* Navar. c. 17, num. 1.
*c* Idem, c. 18, num. 1.

3. Illa & ſola injuria *c* eſt peccatum mortale, quæ dicitur animo notabiliter nocendi etiam ſi non noceat, vel quæ notabiliter nocet, etiam ſi dicatur ſine animo nocendi, dummodo advertat quis damnum, vel debeat advertere.

*d* Comm. DD.

4. Peccat, *d* qui propria authoritate injurias ulciſcitur, etiamſi per judices nequeat.

*e* Comm. DD

5. Injuriarum actio nudo pacto *e* tollitur ipſo jure.

*f* Comm. DD.
*g* Navar. c. 18. n. 11.

6. Objicere alicui in faciem crimen ad correctionem non eſt peccatum, ſi verò fiat ex ira vel ex vindicta eſt *f* peccatum, & frequenter mortale.

7. Qui animo infamandi alicui in faciem objicit aliquod crimen duplex *g* peccatum committit, aliud contumeliæ, aliud detractionis.

## INOBEDIENTIA.

*a* Comm. DD.

1. Inobedientia eſt vitium *a* inclinans ad non obediendum eo ipſo, quod jubetur.

*b* Comm. DD.

2. Prout eſt vitium generale *b* comprehendit omnes actus vitiorum quibus non fit, quod jubetur ſive faciendo, ſive omittendo.

3. Qui id quod veniale eſt principaliter omittit, quia jubetur, peccat *c* mortaliter.

*c* Comm. DD.
*d* Navar. c. 23. nu. 38.

4. Qui probabiliter credit ſuperiorem juſſiſſe, quod ſi ſciret non juberet, non peccat *d* non parendo.

5. Qui deliberatè omittit, quod ſuperiorem ſcit juſſiſſe animo obligandi ad mortale, peccat mortaliter.

DISPV-



# DISPVTATIO IV.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## INQVISITIO.

### Inquiſitio quotuplex ſit.

1. INquiſitio alia *a* generalis, quando generaliter inquiritur an leges obſerventur; Alia ſpecialis, an talis perſona tale delictum commiſerit: Alia mixta, cùm inquiritur an talis Prælatus obſervet ſtatuta.

*a* Vide Villalob. to. 2. tr. 14. dif. 6.
*b* Comm. DD. vide c. permiciosem de eff. ordin. & c. qualiter, & quando de accuſ.

2. Ut procedatur generali inquiſitione, non eſt *b* neceſſarium, quod infamia præceſſerit, nec tunc peccata ſecreta aperienda, & cùm probari nequeant, non ſunt detegenda, erit enim contra juſtitiam, niſi ad correctionem, vel ad vitandum grave damnum.

3. Quamvis delictum duobus teſtibus poſſit probari non eſt revelandum ad punitionem.

*c* Comm. DD.

4. Quando delictum dicitur *c* ſuperiori ſecreto non dicitur ut judici.

*AN QVANDO delictum eſt publicum poſſit judex inquirere, quis illud fecerit?*

*e* Comm. DD.

5. Cum invenitur homo occiſus, & homicida ignoratur, *e* poteſt generaliter inquiri, non vero de aliqua ſpeciali perſona, nec inquiritur de ſecreto, ſed de publico.

*f* Leſſ. de juſt. lib. 2. c. 29. dub. 14. n. 117.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.

6. Teſtes in hoc caſu inquiſiti non tenentur *f* revelare nec licitè poſſunt homicidam, niſi infamia præceſſerit.

7. Non tenetur *g* judex inſtruere teſtes ne injuſtè revelent delinquentem. Si autem injuſtè, vel injurioſè revelctur ab aliquo poteſt contra eum procedere.

8. Ut in hoc inquiſitionis genere *h* procedatur, delictum debet eſſe certum.

*AN AD INQVIRENDVM de aliqua ſpeciali perſona neceſſaria ſit infamia?*

*i* c. inquiſitionis. paragr. tractia de ac-

9. Ad inquirendum de ſpeciali perſona, opus *i* eſt ut præcedat infamia, & ſi eſt Prælatus, debet eſſe damnoſa, quæ ſæpe ad judicis aures pervenerit.



10. Cum aul.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10. Cùm agitur de conferendo officio, vel beneficio *l* poteſt fieri ſecreta inquiſitio etiam ſi non præcedat infamia.

11. Ut dicatur eſſe infamia non ſufficiet, *m* quod ſint duo, vel tres qui crimen jurent, ſed neceſſarium eſt ut rumor ſit ſparſus, hæc neceſſitas non eſt de jure poſitivo, ſed juri naturali conformis.

12. Cùm facienda eſt inquiſitio ratione infamiæ, prius de infamia informatio facienda, *n* nec credendú judici ordinario.

13. In aliquibus caſibus poteſt *o* ſine infamia ad inquiſitionem procedi, & primo quando agitur de impediendo malo futuro, vel de tollenda peccati occaſione.

14. Ad inquirendum de hæreſi ſufficit *p* vehemens ſuſpicio, quæ habetur de eo, qui à communi converſatione fidelium vita, & moribus diffidere cognoſcitur. Idem dic de crimine læſæ majeſtatis humanæ.

15. Quando herus invenitur *q* occiſus, inquiſitio poteſt fieri de famulis, nec non de nautis, quando navis ſubmergitur, & contra illum, contra quem populus vel communitas ſuſpicantur.

16. Non debet *r* judex proceſſum motu proprio incipere, niſi ab alio id poſtuletur.

17. Non debent *s* judices faciles eſſe in admittendis denuntiationibus, nec epiſtolis ſine nomine fidem facere.

18. Infamia quæ oritur poſt detentionem rei in carcere non ſufficit *t* ad inquirendum contra eum.

*AN POSSIT IUDEX convictum de uno delicto interrogare de aliis, vel de sociis.*

19. Non poteſt *u* judex convictum de uno delicto interrogare de aliis de quibus non eſt infamatus, niſi quando unum eſt ſufficiens indicium, vel infamia alterius, vel de uno non poteſt convinci, niſi convincatur de alio.

20. Cùm ſocii delinquentis non ſunt infamati non *x* poteſt de illis inquiri.

21. Cùm conſtat complices fuiſſe, poteſt de illis fieri inquiſitio generalis, *y* non tamen tenetur reus illos detegere niſi fuerint infamati, vel parati aliud crimen in damnum tertii committere.

22. Tenetur judex reis exponere caſus, *z* in quibus obligati ſunt ad complices detegendos, vel dare eis tempus ad conſulendos viros doctos.

23. Cùm reus eſt ſervus, poteſt interrogari de ſociis, *a* & idem dic de graviſſimis delictis ut furto famoſo, hæreſi, maleficio, falſificatione monetæ, & ſimilibus. In his etiam non interrogatus reus tenetur complices revelare, ad id debet Confeſſarius monere, & ſi nolit non poteſt eum abſolvere.

m C. inquiſitionis.
n Navar. ſub de judic. n. 91.
o Vide Leſ. ubi ſupr. dub. 17.
p Vide c. excommunicamus parag. addiſcimus.
q Vide alias exceptiones in Villal. tr. 14. diſ. 8, tom. 2,
r Vide l. quoties parag. de naufr.
s Comm. DD.
t Comm. DD.
u c. cum oportet de accuſ.
x c. 1. de confeſſis
y Vill. tr. 14. diſ. 10.
z Eman. to. 1. qq. reg. q. 19.
a Anton. Gom. to. 2. var. c. 11. num. 17.



24. Prædicta doctrina debet intelligi, cum reus ſcit complices paratos eſſe ad nova crimina in damnum reipublicæ.

---

# DISPUT. VII. SECT. I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### INQUISITORES.

### *Inquiſitorum poteſtas quæ, & quanta.*

1. INquiſitorum poteſtas licet delegata habet *a* multa privilegia, ut ordinaria; unde ajunt multi poſſe delegare cauſas hæreſis, & an eorum delegatus poſſit ſubdelegare dubium eſt inter DD.

2. Non eſt *b* cumulativa, ſed privativa, unde jam Epiſcopi ſaltem in Hiſpaniæ regnis non poſſunt de hæreſi cognoſcere, nec fidei edicta proponere.

3. Eorum juriſdictio ſe extendit *c* non ſolum ad ea, quæ eis competunt de jure communi, ſed etiam ad ea, quæ conſuetudine ſunt recepta, eſtque tota Eccleſiaſtica.

4. Habent *d* familiam armatam, & ſuis Conſultoribus, & Advocatis poſſunt hanc facultatem concedere.

5. Si ſint *e* regulares non poſſunt à ſuperioribus ſuis ea pœna puniri, quæ ſui officii executionem impediat.

6. Si Inquiſitor recuſatur judex, *f* quia ſuſpectus debet recurri ad ſupremum.

7. Quando Inquiſitor eſt Theologus, non tenetur *g* qualificatores conſulere, & conſultores non habent ſuffragia deciſiva, ſed conſultiva.

8. Non poſſunt *h* legere libros hæreticorum, nec dare licentiam ad legendum, quia hoc ſpectat ad Generalem.

9. Poſſunt *i* cogere per cenſuras clerum, & populum ut conveniant ad audiendum edictum fidei, ſicut & judicem laicum, ut exequatur ſententiam ab ipſis latam & procedere contra eum, ſi nolit, ut contra hæreticorum fautorem.

10. Quæcumque laicorum ſtatuta officium Inquiſitorum impedientia, *l* ſunt ipſo jure nulla, poſſuntque illos per cenſuras cogere, ut illa revocent.

a Vide Dian p. 4. tr. 8, ref. 1.
b Molin. apud Dianam ref. 2. ubi ſupra.
c Diana ubi ſupra. ref. 15.
d Comm. DD.
e Comm. DD.
f Comm. DD.
g Dian. ubi ſup. ref. 38, tr. 7.
h Sanchez apud Dian. ubi ſup. tr. 8, ref. 46.
i Idem Dian. ref. 47.
l Idem ref. 104.

11. Rei licet poſſint appellare à ſententia interlocutoria, non *m* tamen à diffinitiva, nec per modum querelæ, nec ſupplicationis ad alium Superiorem recurrere.

*m* Idem ibidem reſ. 20,

12. Inquiſitores ſi habeant dignitatem, vel præbendam in aliqua Eccleſia, habentur *n* pro præſentibus etiam quoad diſtributiones quotidianas.

*n* Comm. DD.

13. Licet ſecundum praxim non eligantur, niſi habentes 40. annos, ſed non eſt *o* neceſſarium.

*o* Dian. ubi ſup. reſ. 21

14. Prohibentur *p* in Hiſpaniæ regnis eſculenta, & poculenta recipere. Quod ſi prætextu ſui officii pecuniam extorqueant, excommunicantur.

*p* Clem. 2. de hæret.

15. Juriſdictio illorum non expirat morte concedentis *q*, nec delegata ab eis per mortem ipſorum.

*q* Comm. DD.

16. Non poſſunt *r* Epiſcopum capere etiam ſi ſolum ſit titularis, vel electus, & non confirmatus, niſi de fuga ſuſpectus, & moliatur aliquid in fidei detrimentum.

*r* Suar. apud Dia. ubi ſupra reſ. 21.

*IN QUEM habeant juriſdictionem.*

17. In Generales Ordinum non habent *ſ* hoc privilegium, nihilominus tamen non debent contra eos procedere niſi inconſulto ſupremo Inquiſitore.

*ſ* Zanar. apud Dia. ubi ſupra.

18. Non poſſunt *t* procedere contra Nuntios, vel Officiales Apoſtolicos, nec unus Inquiſitor contra alios.

*t* Suar. ubi ſup. apud Dian.

19. Non baptizatus non poteſt ab eis puniri, ſed qui naſcitur, & educatus inter fideles præſumitur baptizatus; qui vero ante annos diſcretionis *u* captus eſt ab infidelibus non eſt puniendus.

*u* Comm. DD.

## *De quibus poſſint cognoſcere.*

20. Poſſunt *x* cognoſcere non ſolum de hæreſi, ſed de his, quæ ſapiunt hæreſim, de verbis ſcandaloſis, & piarum aurium offenſivis, & temerariis; verba tamen dubia in ſenſum catholicum ſunt interpretanda, niſi perſona ſit ſuſpecta de hæreſi.

*x* Vide Dian. ubi ſup. reſ. 70

21. Poſſunt *y* punire diſputationes cum hæreticis in caſibus à jure prohibitis, & eos qui ad illorum conventicula confluunt, & eos qui in ſortilegiis miſcent materiam ſacramentorum, verba ſacramentalia, & reliquias ſanctorum.

*y* Idem ibidem.

22 Cognoſcunt *z* etiam de ſortilegiis, etſi non ſapiant hæreſim, & de his qui ope Dæmonum furta detegunt, & de his qui ſcindunt ſchedulas continentes ſententiã excõmunicationis, nec non de his, qui ad communicandum quærunt plures, aut majores hoſtias.

*z* Ex Bulla Six. V.

23 Non



23. Non poſſunt *b* punire Confeſſarios frangentes ſigillum Confeſſionis, niſi ſimul habeant errorem in intellectu.

*b* Idem ibidem reſ. 55.

24. Ad inquiſitores ſpectat *c* in examen adducere revelationes muliercularum, & invigilare ne imagines beatificatorum cum ſanctitatis ſignis in publico exponantur. Item Ægyptianas punire, quæ per manuum ſigna bonam fortunam divinant.

*c* Urban. VIII.

25. Qui inſciis Inquiſitoribus qualecumque *d* conſilium etiam juſtum dederit reis in carcere Inquiſitionis detentis, eſt puniendus.

*d* Dian. p. 4. t. 7. reſ. 19.

26. Licet non ſint judices competentes reconciliatorum, qui vulgo ſambenitati dicuntur, ſi tamen hi inter ſe rixentur, dum ſunt in carceribus, vel propter habitum pœnitentiæ unus alteri convitia dixerit, poſſunt *e* illos punire.

*e* Idem in ſum. verb. Inquiſitores n. 160.

*DE MODO PROCEDENDI.*

27. Poſſunt non ſolum verbaliter, ſed realiter citare, & capere reum in alieno territorio etiam Eccleſiaſticorum ſine eorum licentia. Ut tamen poſſit capi, debent *f* eſſe indicia ad torturam ſufficientia.

*f* Dian. in com. hoc verb. n. 17

28. Poſſunt *g* de levi ſuſpicione formari inquiſitiones, & interrogare reum ſi ſit homo vilis, improbus, & abjectus, ſecus ſi ſit nobilis, honeſtus vel religioſus. Dicitur autem levis ſuſpicio comparative ad vehementem, debet enim eſſe notabilis arbitrio judicis

*g* Idem ubi ſup. n. 28.

29. Si denuntiatio fiat per chartam ſine nomine etiam ſi teſtes nominet, non debet *h* reus ex vi illius examinari, quia eſt ſuſpecta.

*h* Comm. DD.

30. Si poſt ſententiam abſolutoriam ſuperveniant nova indicia, hæc ſunt cum prioribus conjungenda, & ſecundum utraque de novo examinanda. Et ſi poſt impoſitam pœnam arbitrariam ſuperveniat plena probatio, debet reus pœnâ ordinariâ puniri. *i* Quòd ſi arbitraria jã impleta fuerat, hoc de ſecunda pœna detrahatur, niſi ſit capitalis, quæ non poteſt minui.

*i* Comm. DD.

31. In cauſis fidei poſſunt *l* procedere ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu judicii proferre ſententiam, ſervatis tamen his quæ ad æquitatem ſpectant.

*l* Caſtropal. apud Dian. ubi ſupra nu. 19.

32. Non tenentur reo manifeſtare indicia, nec ſemiplenam probationem, ex qua jus habeant legitimè interrogandi, quamvis ad hoc teneantur in aliis criminibus exceptis læſæ majeſtatis. *m*.

*m* Diana in comp. ubi ſupra num. 32.

33. Nõ poſſunt *n* reo promittere impunitatẽ, ſi verũ fateatur: & ſi promittãt, non debẽt adimplere præſertim ſi ſit relapſus.

*n* Idem ſ. ibidem n. 31.

*o* Comm. DD.



34. Ante

Id. 34. Antequam reus de hæreſi faciat judicialem confeſſionem, ad ſacramentalam non eſt admittendus, dandus tamen eſt illi Advocatus, ſed non Procurator.

---

# SECTIO II.

## *De tortura reis inſligenda ſententiáque ferenda.*

a Comm. DD.

1. EſT valde neceſſaria tortura, a quia crimina ad ſanctum tribunal ſpectantia, ut hæreſis, & ſimilia ſunt valde occulta, & difficilis probationis.

b Sanchez apud Dia. tr. 6. reſ. 18.

2 Si indicia ſint vehementia, reus ſi b poteſt, debet torqueri ut abſolvatur, vel pœnâ ordinariâ puniatur.

c Comm. DD.

3. Poteſt reus c appellare à ſententia torturæ, & debet admitti, niſi appellatio ſit frivola vel calumnioſa.

d Barboſa apud Dia. reſ. 18.

4. Antequam torqueatur reus, debet d dari ei copia indiciorum, & depoſitionum ſine nominibus teſtium, & ablatis circumſtantiis, ex quibus poſſunt in eorum devenire notitiam.

e Diana ubi ſup. num. 15.

5 Reo minori 25. annis dandus e eſt Curator, ſine quo confeſſio rei erit nulla, ſed non eſt opus, ut Curator torturæ interſit.

f Leſſius apud Dianam ubi ſup. n. 16.

6 Cùm reus confeſſus eſt delictum, non eſt f torquendus ut complices detegat, niſi ſit ſemiplena probatio, quod ſocios criminis habeat. In quo caſu levius eſt torquendus, quam in proprio delicto, & in condemnatione addenda eſt hæc clauſula: Quod quidquid dixerit non præjudicet primæ confeſſioni; unde ſequitur, quod ſi neget, delictum confeſſum nihil operetur.

g Comm. DD.

7. Cum pertinaciter reus ad omnia g interrogata tacet, poteſt per torturam torqueri & cum ſunt plures complices, ille prius torquendus, qui timidior, & vilior eſt, ut facilius confiteatur.

h Diana ubi ſupra num. 17.

8 Poſſunt ad torturam condemnare h etiam perſonas exceptas ut nobiles, clericos, religioſos; pueri tamen minores 14. annis, & ſenes non ſunt torquendi, ſed terrendi, mulieres prægnantes nec torquendæ, nec terrendæ; nobiles & clerici, & religioſi mitius torquendi.

9. Proba-



9. Probabile eſt clericum non poſſe torqueri etiam ſi ſint plurima indicia, niſi ſit diffamatus de crimine; ſed i contrarium eſt probabilius, maxime ſi crimen ſit hæreſis.

i Zanard. apud Dia. ubi ſupra. num. 38.

10. Quanta debeant eſſe indicia, ut quis poſſit torqueri, Inquiſitorum arbitrio relinquitur. Quod ſi quis ſine ſufficientibus indiciis torqueretur, omnis ejus confeſſio nullius l eſſet momenti ad condemnationem.

l Diana ubi ſupra num. 39.

m Comm. DD.

11. Sufficit m unus teſtis omni exceptione major ad torturam, ſi is non remotè, ſed de viſu deponat. Si autem reus ſit bonæ famæ, non ſufficit unus etiam ſi ſit omni exceptione major; ſi autem ſit malæ famæ, ſufficit unus, licet non ſit omni exceptione major.

n Diana ubi ſupra num. 40.

12. Ex unico indicio remoto etiam per duos teſtes probato non debet reus torqueri, ſed debent n ut minimum eſſe duo, niſi unum eſſet proximum, & delictum inferens.

o Comm. DD.

13. Quando autem ſunt plura, & ſi teſtibus ſingularibus probarentur, ſufficiunt o ad torturam.

p Tanner. apud Dianam ubi ſupra num. 41.

14. Unus ſocius criminis non facit p ſemiplenam probationem, niſi concurrant alia adminicula: 1. ſtricta amicitia cum ſocio. 2. ſecreta collocutio. 3. mala fama. 4. fuga accuſati, alii teſtes de auditu.

q Comm. DD.

15. In crimine magiæ, etſi duæ ſagæ teſtentur de viſu, quod aliqua perſona bonæ famæ interfuit illarum conventui non q eſt procedendum ad torturam.

r Dian. ubi ſupra num. 41.

16. Licet accuſatus ſit bonæ famæ, talia adminicula poſſunt concurrere cum declaratione ſocii in crimine, ut ſufficiant r ad torturam.

ſ Sanchez apud Dia. ubi ſupra.

17. Non ſufficit ſ ſola fama ad torturam, niſi adjuvetur adminiculis, ut ſi eſt perſona vilis infamata, & oriatur à fide dignis, non à malevolis, & ipſa per teſtes idoneos probetur.

t Dian. ubi ſupra num. 42.

18. Fuga poſt accuſationem non eſt ſufficiens t indicium, ſi autem fiat ante accuſationem poſt commiſſum delictum vim habet ſemiplenæ probationis.

u Comm. DD.

19. Comprehendere reũ in mendacio, vel varium in reſponſionibus, niſi ſint aliæ præſumptiones nõ ſufficit u ad torturam.

x Comm. DD.

20. Non debet x reus interrogari in tortura de re vel perſona aliqua in particulari, quia id eſt eũ ad mendaciũ inducere ſed in generali monendus eſt ut veritatẽ fateatur circa objecta.

y Diana ubi ſupra num 44.

21. Semel tortus non eſt iterum torquendus, y niſi nova indicia ad torturam ſufficientia ſupervenïant.

z Leſſius apud Dia. ubi ſupra.

22. Reus in tortura confeſſus debet poſt 40. horas eandẽ confeſſionẽ z extra torturã ratificare. Quod ſi neget, poteſt iterũ torqueri, ſed ſi idem faciat ſecunda vice non poteſt iterum torque-

torqueri, niſi leviſſima fuerit tortura, vel ſuperveniant nova indicia.

*a Delrio apud Dianam ubi ſupra.*

23. Inquiſitor, qui probabilem opinionem *a* ſecutus reum ad torturam condemnavit, non debet à ſuo Viſitatore puniri.

### *DE SENTENTIA ferenda ab Inquiſitoribus.*

*b Diana ubi ſupra. num. 47.*

24. Neminem unquam poſſunt *b* Inquiſitores tradere brachio ſæculari inconſulto ſupremo Senatu Inquiſitionis, quia id inter graviſſima computatur.

*c Idem ubi ſupra.*

25. Non poſſunt *c* in Hiſpania aliquem religioſum, nobilem vel inſignem perſonam comprehendere, niſi ex præſcripto ejuſdem Senatus miſſis ad eum indiciis, & probationibus habitis.

*d Idem ubi ſup. n. 48.*

26. Secundum praxim Hiſpaniæ *d* unus Inquiſitor poteſt procedere independenter ab altero.

*e Azor. apud Dianam ubi ſup. n. 49.*

27. Non poſſunt *e* ſine Epiſcopo torturæ ſententiam ferre, nec actu cogere ad abjurationem; quod ſi hoc faciant, tenebit, & reus tenebitur ſub pœna relapſi. Nec poſſunt reum per ſententiam abſolvere.

*f Molina apud Dianam ubi ſup. n. 49.*

28. Si inter Epiſcopum, & Inquiſitores ſit ſuffragiorum diſſenſio, remittenda *f* eſt in Romana Inquiſitione cauſa ad Pontificem; in Hiſpania, ad ſupremam Inquiſitionem.

*g Comm. DD.*

29. Non poſſunt *g* permittere laicis, ut unus aſſiſtat in cauſis fidei, ut fit Venetiis, niſi ex ſpeciali conceſſione Papæ.

*h Ex praxi Inquiſit.*

30. Debent *h* ſententias proferre non noctu, ſed diu, niſi obſtet multitudo negotiorum, & in publico, & in ſcriptis, non tamen eſt neceſſarium ut ſedeant pro tribunali.

*i Dian. ubi ſup. n. 50.*

31. Actum tradendi reum brachio ſæculari debent *i* exercere in die feſto propter majorem concurſum populi.

*l Comm. DD.*

32. Propter indicia plene probata poteſt *l* reus damnari ad pœnas extraordinarias, ad triremes, ad fuſtigationem, ad carcerem &c. non verò ad ordinariam, niſi probatio delicti clarior ſit luce meridiana, vel indicia ſint indubitata, ut ſiquis ex genere Judæorum Judaicam fecit cæremoniam.

*m Dian. tr. 4. reſ. 10.*

33. Non poſſunt *m* ad plenam probationem duæ ſemiplenæ uniri, niſi concurrant alia indicia.

*n Idem reſ. 33.*

34. Abjuratio de levi poteſt *n* fieri publicè, & de vehementi privatim prout Inquiſitoribus convenire videbitur. Ætas ad abjurandum in viro neceſſaria 14. anni, in fœmina 12.

*o Comm. DD.*

35. Abjurantes de levi poſſunt *o* cogi ad abjurandam omnem hæreſim generaliter.

36. Abjurantes de vehementi ſi recidant *p* puniendi ſunt ut relapſi



relapſi; ſecus qui abjurarent ſolum de levi, vel ſecundâ vice non convincuntur de hæreſi, ſed tantum quod fuerint fautores hæreticorum.

*p Dian. in comp. nu. 52. ubi ſup.*

37. Qui abjuravit de vehementi, non admittitur ad audiendas Confeſſiones; ſecus, qui de levi; ſed neuter eſt irregularis, privatur *q* tamen uterque voce activâ, & paſſivâ, & ſunt ad dignitates inhabiles ex decreto Urbani VIII.

*q Ex decr. Urb. VIII.*

---

# SECTIO III.

## *DE CONFISCATIONE BONORUM, & pœna delictorum.*

*a Comm. DD.*

1. CONfiſcatio bonorum, & deſcriptio non eſt *a* facienda, niſi quando reus capitur pro hæreſi formali, non verò pro aliis delictis hæreſim ſapientibus.

*b Sanchez apud Dianam ubi ſup. n. 53.*

2. Bona confiſcata licet ſint Eccleſiaſticorum ad Fiſcum Regium ſpectant *b* poſt condemnationem. Sed ſi Inquiſitores aliquem injuſtè deſinant condemnare, reſtituere non tenentur Fiſco, quia jus illius non eſt niſi poſt condemnationem.

*c Idem apud Dian. ubi ſup. n. 54.*

3. Filiis damnatorum non debentur *c* alimenta, ſed Inquiſitio illis miſericorditer proſpicit filias puellas apud honeſtas fœminas collocando, & filios arti alicui mechanicæ applicando. Si tamen filius ſit infirmus, vel debilis, præbentur ei tenuia alimenta ex miſericordia.

*d Comm. DD.*

4. Debita rei ante delictum contracta ſolvenda *d* ſunt à Fiſco, quod ſi dubium eſt, ad illum ſpectat probatio.

*e Vaſq. apud Dianam ubi ſup. n. 55.*

5. Non poſſunt *e* confiſcari majoratus non ſolum ex bonis propriis inſtituti, ſed etiam ex donis à Rege donatis, nec bona fideicommiſſa ſubjecta, vel alienare prohibita, niſi id factum eſſet in ſolum delinquentis favorem. Neque bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia filii, quod idem faciendum de profectitiis.

*f Vaſquez apud eundem ubi ſupra.*

6. Cùm Inquiſitores revocant bona alienata ab hæreticis poſt delictum, non tenentur *f* pretium emptoribus reſtituere, niſi illud extet inter hæretici bona vel in utilitatem illius ſit converſum, quia ab illo tempore non potuit hæreticus bona vendere, quia erant Fiſco obligata.

7. Qui

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

g Sanchez apud Dia. ubi ſupra, n. 57.

7. Qui contumaces fuerunt, & ter citati non comparuerunt, ſi poſt annum compareant, audiuntur g quoad ſuam perſonam, non verò quoad bona confiſcata.

h Dian. tr. 7, reſ. 3.

8. Qui poſt fidei negationem apud infideles ſponte ad fideles redeunt, & dicunt ſe in corde fidem ſervaſſe, abjurare debent de vehementi; ſi autem coacti redeunt, & dicunt ſe interius ſervaſſe fidem, torquendi ſunt; ſi negent, abjurent de vehementi; ſi fateantur, h puniendi ſunt carcere perpetuo, vel aliis pœnis extraordinariis.

Idem ib. reſ. 17.

9. Aſtrologi judiciarii futura contingentia prædicentes, & ſi dicant ſe certo id affirmare, puniri i poſſunt pœnis canonicis, vel aliis arbitrariis.

l Dian. in comp. n. 60.

10. Binas nuptias contrahentes in Romana Inquiſitione tanquam vehementer ſuſpecti l torquentur ſuper intentione & negantes poſt abjurationem damnantur ad triremes per quinquennium. In Hiſpania verò ut leviter ſuſpecti non torquentur, ſed pænitentiis ſalutaribus, vel etiam triremibus puniuntur. Sed antequam capiantur, debet præcedere plena probatio.

m Idem ubi ſup. n. 61.

11. Blaſphemi hæreticaliter m abjurant ſolum de levi, ſed puniuntur ſecundum qualitatem delicti.

n Idem ubi ſup. n. 61.

12 Clerici, vel religioſi matrimonium contrahentes n abjurant de levi, & damnantur ad triremes ſaltem per quinquennium, niſi ſint vehementer ſuſpecti, quia ſunt ex provincia infecta hæreſi Lutherana. Similiter ſunt ſuſpecti, qui contrahunt cum hæretica.

o Ex conſt. Greg XV.

13. Confeſſarii ſolicitatores juxta Romanum ſtylum ſunt vehementer ſuſpecti juxta Hiſpanum leviter tantum, & conſequenter ibi torquentur, hic non. Pœnæ o ſunt ex conſtitutione Gregorii XV. privatio ab officio, & beneficio, inhabilitas perpetua ad illa, & ſuſpenſio ab executione Ordinis; ſi vero religioſi ſunt, privatio vocis activæ, & paſſivæ. Interdum adduntur aliæ pœnæ pro qualitate delicti ut damnatio ad triremes, vel carcer perpetuus.

p Dian. ubi ſup. n. 64.

14. Si non Sacerdos Confeſſiones audiat, ſi eſt laicus & vilis, fuſtigationem, & ad triremes p damnatur. Si ſit perſona honeſta, aut religioſa ad triremes mittitur. Si ſit talis, quæ non poſſit mitti ad triremes, mittitur in exilium, & ſi eſt in aliquo Ordine, ab eo ſuſpenditur toto tempore exilii, ſed ſecundum Bullas traditur brachio ſæculari, quod non eſt in uſu in Hiſpania.

q Comm. DD.

15. Idem q dic de non ſacerdotibus celebrantibus Miſſam, etiamſi non proferant verba conſecrationis, aut illam non per-



ficiant, modò veſtibus Sacerdotalibus illam incipiant.

r Dian. ubi ſup. n. 61.

16. Conculcantes, vel confringentes Crucem, vel imagines ſacras ſunt de fide ſuſpecti; ſed ſi id fiat ex iracundia puniuntur r pœnis arbitrariis.

ſ Idem n. 66.

17. In excommunicatione obſurdeſcentes per annum etſi ab Inquiſitoribus puniri poſſint, non tamen ſolent ſ niſi in excommunicatione pro cauſa fidei.

t Comm. DD.

18 Hæreſiarchis, & dogmatizantibus rarò eſt reconciliatio t concedenda, quamvis pœnitentiam oſtendant, præſertim ſi tunc id faciant, quando ad brachium ſæculare traditio imminet.

u Dian. ubi ſup. n. 68.

19 Hæretici abſentes convicti, ſi citati non compareant poſt 30. dies traduntur u curiæ ſæculari, & eorum ſtatua comburitur, ſi vero non fuerint convicti, & eodem modo citati non compareant per annum declarantur hæretici, & eorum bona confiſcantur à die, qua teſtes depoſuerunt in hæreſim incidiſſe.

x Comm. DD.

20. Hæretici defuncti, ſi talis appareat poſt mortem, memoria x damnatur, ſtatua comburitur, oſſa exhumantur, ſi poſſunt diſtingui, bona confiſcantur, & quamvis confiſcatio bonorum ceſſet præſcriptione 40. annorum, memoriæ vero damnatio, & ſtatuæ combuſtio nullo tempore præſcribitur.

y Comm. DD.

21. Hæretici pœnitentes poſt publicatos contra eos teſtes (nam quando ante accuſationem pænitent, mitius cum eis agitur) ad perpetuos carceres damnantur. Si verò pœnitentiā agāt in ipſo theatro proximi ſupplicio, vix y dāda eſt eis fides.

z Dian. ubi ſup. n. 70.

22. Poſt ſententiam latam non z poſſunt Inquiſitores, niſi ſolus ſupremus pœnas mutare.

a Comm. DD.

23. Hæretici impœnitentes morte a puniuntur, & idem dicendum eſt de impænitentibus fictione juris, de illis videlicet qui poſt plenam probationem delictum negant. Nec non de confitentibus diminutè, id eſt de his, qui fatentur unum errorem, & negant alium, vel convicti ſunt de complicibus & eos nolunt detegere, in hoc tamen poteſt aliquando oblivio admitti.

b Dian. ubi ſup. n. 71.

24. Qui ante pænitentiam impletam revocat confeſſionem non reddens cauſam revocationis cenſetur negativus; & b tradendus eſt curiæ ſæculari. Excipe quando revocavit in continenti in præſentia judicis ante triduum.

c Idem ubi ſup. n. 72.

25. Qui fatetur verba, vel facta hæreticalia, ſed negat intentionem torquendus eſt. Si verò non ſolum fatetur verba, ſed de illis convincitur, & negat intentionem, tamquam negativus tradendus c eſt brachio ſæculari.

26. Hære-

*d* Comm. DD.

26. Hæretici relapſi non *d* poſſunt excuſari, quin brachio ſæculari tradantur, niſi ſponte ad pænitentiam venerint. Non tamen dicitur ſponte venire, qui redit, quia timet vel facilè prævidere poteſt ſe eſſe accuſandum. Non punitur ut relapſus, qui ſecunda vice tantùm eſt ſuſpectus vehementer de hæreſi.

*e* Comm. DD.

27. Fautores, defenſores, & receptores &c. hæreticorum ſuſpecti ſunt *e* de hæreſi; an verò de levi, an de vehementi relinquitur prudentiæ Inquiſitorum. Puniuntur pænis arbitrariis, vel exilio, vel fuſtigatione, & interdum triremibus, imò & confiſcatione bonorum. Quæ omnia intelliguntur etiamſi fuerit inefficax, quia reus captus eſt nihilominus ab Inquiſitoribus.

*f* Dian. ubi ſup. n. 74.

28. Non denuntiantes non ſunt *f* ſuſpecti, niſi eis competat ex officio.

*g* Comm. DD.

29. Habentes, vel legentes libros hæreticorum *g* ſunt ſuſpecti vel de levi, vel de vehementi ſecundum qualitatem perſonæ. Ordinariè autem abjurant de levi, & pœnæ leviores eis imponuntur.

*h* Dian. ubi ſup. n. 76.

30. Impedientes officium Inquiſitionis *h* ſunt de fide ſuſpecti non ſolùm cum impediunt ex odio fidei, ſed etiam cum id faciunt ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ. Abjurant tamen de levi, & mitius puniuntur.

*i* Idem ubi ſup. nu. 77.

31. Transferentes arma, equos, &c. ad infideles, ſi ſint perſonæ viles, fuſtibus *i* cæduntur, alii exilio, & pecunia puniuntur, & quæ transferre volebant confiſcantur, vel ſi jam erant transmiſſa, duplicatur pœna pecuniæ etiam ſi lucri cauſa id fiat. Si autem fiat ad auxilium præſtandum, pænis fautorum puniuntur.

*l* Comm. DD.

32. Judæi, & Mauri delinquentes in his, quæ nobis & ipſis ſunt communia, puniuntur *l* ab Inquiſitoribus pro qualitate delicti. Idem eſt de Judæis, ſi tranſeant ad Saracenos; deficiunt enim in multis veteris legis, quæ cum noſtra habent communia.

33. Malefici, & ſortilegi ad Inquiſitionis tribunal ſpectant, neque in his datur parvitas materiæ, cùm omnis invocatio Dæmonis ſit graviſſima. Si autem ſapiant hæreſim, torquentur de intentione, quam etſi negent ſi ſint laici, & ignobiles, *m* traduntur plerumque triremibus.

*m* Leſſ. apud Dian. ubi ſup. n. 77.

34. Invocatio Dæmonum ad tentandam alicujus pudicitiã eſt ſortilegium *n* hæreticale. Hoſtiâ uti, ſuper qua quis Miſſam celebravit, licet non ſit conſecrata ad ſortilegium, eſt crimen hæreticale. Qui autem uſus eſt hoſtiâ conſecratâ, traditur

*n* Dian. ubi ſup.



ditur curiæ ſæculari, ſicut & qui maleficio aliquem occidit. Si autem non occidit, intulit verò damnum grave, perpetuo carceri damnatur ex decreto Gregorii XV.

35. Qui pænitentiam impoſitam ab Inquiſitoribus non implet, non tanquam relapſus, ſed tanquam impœnitens arbitrariè *o* punitur; ſi autem pertinaciter adimplere recuſat, brachio ſæculari tradendus eſt.

*o* Dian. ub ſup. n. 80.

36. Schiſmatici ſunt *p* ordinariè de levi ſuſpecti, niſi aliud ſuadeat diuturnitas temporis, vel aliæ circumſtantiæ. Puniuntur arbitrariè privatione dignitatum, vel beneficiorum, exilio, & ſimilibus pænis; quòd ſi ſint nimis pertinaces, traduntur curiæ ſæculari.

*p* Comm. DD.

37. Sodomitæ ubi ab Inquiſitoribus puniuntur, non ſunt *q* cogendi abjurare, ſed convicti, vel confeſſi traduntur brachio ſæculari.

*q* Comm. DD.

38. Teſtis falſus in hoc tribunali non *r* punitur pænâ talionis, niſi quando propter falſum teſtimonium innocens eſſet, ut hæreticus combuſtus, nec in hoc caſu faciendum inconſulto ſupremo Inquiſitionis Senatu.

*r* Dia. ubi ſup. n. 83.

39. Falſo teſtificans ad abſolutionem rei, ut fautor hæreticorum *ſ* punitur, & qui falſos teſtes inducunt eidem pænæ ſubjiciuntur.

*ſ* Idem ubi ſup.

40. Inquiſitores ſemper ac procedere volunt contra perſonas graves, & in dignitate conſtitutas, *t* debent, ſi poſſibile eſt, ſupremæ inquiſitionis ſenatum conſulere.

*t* Idem in comp.

41. Non debent *u* commiſſarios ſuos, Præbendatos, vel Parochos eximere à juriſdictione Epiſcoporum, qui eos ſi deliquerint punire poſſunt. Idem dic de commiſſariis Cruciatæ, qui à choro abeſſe non debent prætextu ſui officii.

*u* Schedula regia apud Villal. to. 1. q. 1. art. 1.

## *INTENTIO.*

1. Sola mala intentione ſine opere injurioſo nemo ad damni reſtitutionem *a* obligatur.

*a* Navar. c. 17. n. 61.

2. Intentio ſecundaria nec *b* facit ſimoniacam, nec uſurarium.

*b* Idem ib.

3. Sufficit *c* intentio virtualis ad conficienda ſacramenta, ad divinum officium, & ad omne opus morale.

*c* Comm. DD.

DISPUT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. *VIII.* SECT. *I.*

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *INTERDICTVM.*

*a* Comm. DD.

*De eſſentia interdicti.*

1. INterdictum *a* eſt cenſura Eccleſiaſtica prohibens uſum quarumdam rerum divinarum, ut fidelibus communem, quatenus talis eſt.

2. Interdictum *b* aliud locale, aliud perſonale, aliud utrumque ſimul. Locale eſt quod ponitur alicui loco, ne in eo divina celebrentur officia. Perſonale quando perſonis, ne aliquid faciant, interdicitur nullo determinato loco. Locale, & perſonale quod ſimul utrumque comprehendit.

3. Locale aliud *c* generale, quod plura loca comprehendit; aliud ſpeciale, quod unam tantùm Eccleſiam.

4. Cùm in Parochia ſola Eccleſia *d* interdicitur, interdictum eſt ſpeciale, cùm verò tota Parochia eſt generale.

5. Cùm interdicitur tota civitas excepta unâ Parochiâ, dicitur generale; cùm verò interdicuntur omnes Eccleſiæ unius civitatis, & non tota civitas, eſt *e* ſpeciale.

6. Cùm ponitur in aliqua urbe interdictum generale, omnia loca *f* comprehendit, exceptâ Eccleſiâ cathedrali.

7. Cùm ponitur in civitate mutata, *g* manent vici extra muros, & monaſteria, & Eccleſiæ etiam ſi ad aliam diœceſim ſpectent, interdicta.

8. Religioſi tranſgredientes interdictum, vel ceſſationem ab Eccleſia matrice vel Parochiali ſervatam, incurrunt *h* excommunicationem.

9. Cùm interdicitur ſpecialiter aliqua Eccleſia, non *i* poteſt in ejus ſacellis ſacrum fieri, nec in cœmeterio contiguo mortuus ſepeliri.

10. Interdictum generale interdum *l* ponitur perſonæ innocenti, in quantum eſt pars populi.

11. Cùm interdictum ponitur clero, non comprehendit *m* populum, nec è converſo.

12. Cùm ponitur clero, non *n* comprehendit omnes clericali privi-

*b* Comm. DD. Vide c. præſent. excomm. & c. non eſt vobis ec. eum in partibus de verb. ſignif.
*d* Vide P. Suar. de cenſ. diſp. 31. ſec. 2, n. 7.
*e* Idem ubi ſup.
*f* c. quamvis de præb. in 6.
*g* c. ſi civitas de ſent. excom. in 6.
*h* Comm. DD.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* c. ſi ſent. de excom. ſent.
*n* Sylv. verb. interdictum 2. q. 7.



legio gaudentes; nec cùm ponitur civitati, comprehendit alienigenas in vicis extra muros habitantes, nec in ipſa civitate extra muros.

13. Qui habet duo domicilia dum eſt in loco ubi eſt interdictum, tenetur *o* illud ſervare, ſecus ſi ubi non eſt.

14. Interdictum locale non infert *p* perſonale, nec è converſo; nihilominus locale infert neceſſario perſonale ſpeciale, quia ſemper ponitur propter culpam alicujus.

15. Interdictum etiam dividitur *q* in totale, quando ponitur ſecundùm omnes ſuos effectus; & in partiale, quando ſecùndùm aliquos tantùm, verbi gratia, cùm interdicitur ingreſſus in Eccleſiam, vel Eccleſiaſtica ſepultura.

16. Alia diviſio *r* eſt in interdictum à jure quando ab illo ponitur, & interdictum ab homine quando à judice. Item aliud latæ ſententiæ, aliud ferendæ, aliud ut cenſura contra contumaces, aliud in pœnam delicti.

*AN INTERDICTVM privet ab uſu ſacramentorum?*

17. Interdicti tempore non poſſunt *ſ* fideles recipere ſacramenta niſi in caſibus à jure permiſſis.

18. Licet *t* baptizare, & confirmare eos, qui interdicto cauſam non dederint.

19. Licet *u* chriſma conficere, & fontem benedicere ſervatis, quæ jubentur *in c. Alma mater, de ſent. excom. in 6.*

20. Licet *x* Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrare, & abſolvere ab excommunicatione, niſi ſit incurſa cauſa ipſius interdicti.

21. Non licet *y* ei, qui cauſam dedit interdicto, hoc adminiſtrare ſacramentum, nec baptizare niſi in caſu neceſſitatis. Quod ſi de facto adminiſtret, probabile eſt non eſſe invalidum utrumque ſacramentum.

22. Licet infirmus Euchariſtiam *z* adminiſtrare in periculo mortis, ſed ſi cauſam interdicti dedit, non ei miniſtratur, niſi factâ ſatisfactione ante ſacramentum pœnitentiæ.

23. Hoc tempore cum eadem pompa, & cymbalorũ ſonitu *z* portanda eſt infirmis Euchariſtia; ſed qui cauſam interdicto dedit non poteſt illam adminiſtrare, niſi in caſu neceſſitatis.

24. Nec dare nec recipere licet *a* hoc ſacramentum etiam clericis, vel religioſis tempore interdicti, niſi habeant privilegium. Hæc eſt communior ſententia, ſed quod attinet ad religioſos & clericos, contrarium tenet *b* noſter Suarius non improbabiliter.

25. Qui habent Bullam Cruciatæ, *c* poſſunt Euchariſtiam recipere, & religioſi ut plurimum habent hoc privilegium.

*o* Suar. de cenſ. diſp. 32, ſec. 2, num. 15.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Comm. DD.
*ſ* c. & ſent. de[illegible] excom. in 6.
*t* Vide dic. c. alma mater.
*u* Vide idem c.
*x* Villal. tr. 13. dif. 3.
*y* Dic. c. alma mater.
*z* Suar. ubi ſupra, num. 28.
*a* Comm. DD.
*b* Suar. de cenſ. diſp. 12, ſec. 1, num. 19.
*c* Comm. DD.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

26. In locis interdictis non licet *d* adminiſtrare extremæ unctionis Sacramentum, nec interdicto perſonali etiam in feſtis *e* quæ excipiuntur in *c. alma mater.*

27. Non poſſunt *f* dari, nec recipi Ordines, & etiam ſi ſit interdictum locale, qui ei cauſam dedit non poteſt ordinari in alio loco.

28. Tempore cujuſcumque interdicti poteſt celebrari matrimonium, licet contrarium teneant *g* viri docti.

29. Benedictiones nuptiales non ſunt *h* prohibitæ hoc tempore, ſi tamen fiant moderatione indicta in *c. alma mater*, & benedicendi habeant Bullam ad audiendam Miſſam, poſſunt in ea benedici.

30. Qui in materia ſacramentorum violat interdictum, *i* peccat mortaliter.

*DE PŒNIS quas incurrit, qui in materia Sacramentorum violat interdictum.*

31. Clerici violantes illud in Sacramentorum adminiſtratione, irregularitatem incurrunt, *l* niſi eos excuſet neceſſitas propria, vel aliena.

32. Qui in loco non interdicto adminiſtrat Sacramentum perſonæ interdictæ non incurrit irregularitatem.

33. Qui miniſtrat, vel recipit ſacramenta ut Baptiſmum, vel Euchariſtiam, quæ non petunt Ordinem clericalem in miniſterio, licet peccent, non tamen habent *m* pœnam à jure ipſo facto incurrendam.

*AN LICEAT celebrare officia divina tempore interdicti.*

34. Tempore cujuſcumque interdicti ſunt *n* prohibita officia divina.

35. Officia divina dicuntur *o* orationes publicæ, quæ in Miſſali, Breviario, Pontificali, & manuali, vel alibi inſtitutæ ſunt ad uſum Sacramentorũ & Sacramentaliũ, & Horæ canonicæ.

36. Tempore generalis interdicti licitum *p* eſt clericis binos, vel ternos recitare dummodo ab aliis non audiantur.

37. Item licet *q* hoc tempore in Eccleſiam ingredi etiam ſi patens ſit Euchariſtiæ Sacramentum, clerici ab horarum recitatione excuſantur.

38. Modo prohibita non ſunt officia divina, ſi tamen ſervetur moderatio *r* præcepta in *c. alma mater.*

39. Hæc conceſſio ſolum loquitur *ſ* de interdicto generali locali, nec debet extendi ad locale ſpeciale.

40. Poſſunt admitti omnes clerici etiam primæ tonſuræ, & etiam conjugati dummodo habeant requiſita à concilio. *t*

41. Eccleſiæ nomine intelliguntur *u* omnia loca in quibus ſacrum licitè fieri poteſt.

42. Verba

*d* c. quod ins. de
*e* Suarez ubi ſup. num. 41.
*f* Covar. c. alma mater p. 2, parag. 1, num. 7.
*g* Sanch. de matrim. 7. diſ. 8.
*h* Idem ubi ſup.
*i* diſp. 8. nu. 10.
*k* Comm. DD.
*l* c. 1. de ſent. & de jud. in 6.
*m* Comm. DD.
*n* c. ſi cl. vit. de ſent. excom.
*o* Navar. c. 27. n. 171.
*p* Sylveſt. verb. interdictum 5. q. 5.
*q* Comm. DD.
*r* d. c. alma mater.
*ſ* c. quod nonnullis de privil.
*t* Trid. ſeſſ. 23, c. 6, de reform.
*u* Comm. DD.



42. Verba illa, campanis non pulſatis, intelligenda *x* ſunt, ut nec ad Miſſam, nec ad officia alia divina illis ſignum fiat, nec campanulæ dum elevatur hoſtia. Poteſt tamen fieri ſignum ad ſalutationes Angelicas, & ad alia neceſſaria cum tubis & matracis.

43. Amentes, & puerulos, qui uſum rationis non habent non *y* eſt neceſſarium excludere.

44. Qui tempore interdicti furtim Miſſam audit, peccat *z* mortaliter.

45. Clericus, qui non habet miniſtrum alium ad ſacrum faciendum laicum poteſt *a* admittere.

46. An vero, qui habet privilegium ad ſacrum audiendum teneatur illud audire alii negant alii probabilius affirmant. *b*

47. Qui habet privilegium ad audiendam Miſſam, vel ad aſſiſtendum divinis officiis, poteſt *c* ſecum ferre famulos qui comitari eum ſolent, niſi cauſam interdicto dederint. Quod ſi ægrotent, alios poteſt recipere, & ſecum ferre, dummodo ſit ſine fraude.

*x* Comm. DD.
*y* Suar. de cenſ. d. 34. ſec. 6. n. 14
*z* Suar. ubi ſup. ſec. 7. num. 4.
*a* Navar. c. 27. n. 71.
*b* Henriq. c. 48. n. 5.
*c* Suar. vobis de priv. & in 6.

## SECTIO II.

### *Quomodo in aliquibus feſtis interdictum ſuſpendatur.*

1. BOnifacius VIII. conceſſit, *a* quod in feſtis Nativitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & in Aſſumptione B. V. excluſis ſolùm excommunicatis, apertis januis admittantur ad officia divina omnes interdicti, dummodo qui cauſam interdicto dederunt non accedant ad altare. Et poteſt fieri ſignum cum campanis. Hoc autem intelligendum de interdicto locali generali.

2. Hæc ſuſpenſio interdicti ſolùm eſt ad celebranda officia divina, non vero ad recipienda *b* Sacramenta, & ſic intelligenda ſunt Ordinum privilegia in illorum feſtis, in eis tamen poteſt miniſtrari Euchariſtia.

3. In prædictis feſtis poteſt fieri quodlibet officium divinum, vel Miſſa votiva recitari, non tamen mortui ſepeliri in Eccleſia. Pie tamen poteſt contraria ſententia *c* ſuſtineri.

4. Exceptio hæc in prædictis feſtis non eſt intelligenda *d* niſi de primo die, feſta tamen incipiunt à Veſperis diei antecedentis, & in ſequentis Completorio finiuntur.

5. In ſabbato ſancto poteſt *e* dici Miſſa incipiendo à Gloria, & idem probabiliter fieri poteſt in vigilia Pentecoſtes,

*a* In decr. Bonifacii VIII.
*b* Avil. de cenſ. c. 9. diſp. 4, ſec. 1, dub. 12.
*c* Suar. ubi ſupra ſec. 1, num. 1.
*d* Contraria tamen eſt probabilior.
*e* Suar. de cenſ. diſp. 34. ſec. 1. num. 40.



6. In

6. In his feſtis non prohibetur, *f* quod poſſit denuo imponi interdictum.

7. Cùm dicitur quòd ad altare non accedant, qui cauſam interdicto dederunt, ſolùm prohibetur, *g* quod non communicant, neque offerant.

8. Hoc privilegium eſt jam extenſum *h* ad feſtum Corporis Chriſti, & per octavam, & ad Conceptionem B.V. & per octavam, etiam ſi non dicatur officium, quod incipit *Egredimini.*

*AN VIOLANTES interdictum circa officia divina peccent, & quibus pœnis puniantur*

9. Peccat mortaliter Eccleſiaſticus violans interdictum circa divina officia, etiam ſi ſit tantum *i* circa conditiones appoſitas in *c. alma mater.*

10. Clerici exercentes aliquẽ actũ Ordinis in loco nominatim interdicto, incurrunt *l* irregularitatem; excuſantur tamen propter metũ, vel ſcandalũ: idem dic in interdicto perſonali.

11. Clerici ſive ſæculares, ſive religioſi tam viri, quàm fœminæ non poſſunt *m* eligi, nec poſtulari, ſi ſint interdicti violatores, & habent alias pœnas, quas non incurrunt ipſo facto, ſed ſunt eis infligendæ, clerici enim ſpoliandi ſunt beneficiis, & religioſi recludendi in arctioribus monaſteriis, ſi ſint pertinaces.

12. Laici peccant *n* mortaliter violando quodcumque interdictum, ſed non deſunt viri docti, qui violantes locale interdictum excuſent à peccato mortali.

13. Si interdictum non eſt denunciatum, vel non obſervatur, ab his in quorum gratiam fuit impoſitum, illos non *o* obligat.

*AN INTERDICTUM privet ab Eccleſiaſtica ſepultura?*

14. Interdictum privat *p* ab Eccleſiaſtica ſepultura, niſi ſit privilegium; ſed non privat *q* clericos, quicumque ſint, dummodò gaudeant privilegio clericali; nec religioſos, quia habent privilegium.

15. Harum perſonarum funus *r* debet fieri ſine campanarum pulſatione, & cum moderationibus, quæ habentur in *c. alma mater.*

16. Qui habet privilegium *ſ* ad audiendam Miſſam non ideo habet ut poſſit in Eccleſia ſepeliri.

17. Qui tempore interdicti ratione illius ſepultus eſt extra Eccleſiam, illo finito transferendus *t* eſt intra Eccleſiam; ſi autem intra Eccleſiam ſepultus eſt, non eſt exhumandus.

18. Qui nominatim interdictos *u* ſepeliunt intra Eccleſiam, excommunicationem incurrunt.

*f* Comm. DD.
*g* Suar. ubi ſuprà, num. 17.
*h* Leo X.
*i* Vill. ubi ſupra diſ. 8.
*l* Idem dic de religioſis ex Comm. DD. ex cit. iuſ. de ſent. excomm. in 6.
*m* Dict. c. irqui.
*n* Soto & Navar. c. 27. n. 171.
*o* Comm. DD.
*p* c. quod int. de pœnit. & remiſſ.
*q* Ex dict.
*r* Vide c. alma mater ubi ſupra.
*ſ* Suar. ubi ſup. n. 11.
*t* Comm. DD.
*u* Vide ſũ verb. excomm.





19. Qui habent Bullam Cruciatam, poſſint *x* in loco ſacro ſepeliri.

20. Interdictum *y* ab ingreſſu Eccleſiæ eſt aliquo modo perſonale, & aliquando dicitur ſuſpenſio.

*QUID SIT INTERDICTUM ab ingreſſu Eccleſiæ.*

21. Privat *z* ab ingreſſu Eccleſiæ, & ibi peragere divina officia, & qui illud violat in officio Ordinis, fit irregularis.

22. Nomine Eccleſiæ intelligitur, quæ publice deputata eſt ab Epiſcopo; *a* poteſt tamen hoc modo interdictus ſacrum facere in privato oratorio.

23. An vero totaliter interdictus poſſit Eccleſiam ingredi ad orandum, vel ad concionem audiendam alii negant, alii probabilius affirmant. *b*

24. Non *c* poteſt in cæmeterio ſacrum audire, ſed contrarium eſt etiam probabile.

25. Si talis moriatur ſine pœnitentia, non eſt ſepeliendus neque in Eccleſia, *d* neque in cæmeterio, ſecus vero, ſi pœnitentiam egerit.

26. Privilegium *e* conceſſum in *c. alma mater* ut in quatuor feſtis poſſint interdicti in officiis divinis aſſiſtere, his etiam conceditur, dummodo ipſi non *f* celebrent.

*DE CAUSIS, ET SUBIECTO interdicti.*

27. Qui poteſt excommunicare & ſuſpendere, poteſt etiam interdicere.

28. Prælati religioſi poſſunt *g* ponere interdictum perſonale, non verò locale.

29. Aliud eſt à jure, *h* aliud ab homine; aliud ponitur ab Ordinario, aliud à delegato.

30. Quicumque poteſt excommunicari *i* poteſt interdici perſonaliter. Interdictum vero perſonale *l* non comprehendit Epiſcopos, neque eum, qui illud poſuit. Poteſt autem poni in communitate, vel in populo.

31. Non debet *m* poni niſi propter peccatum mortale cum pertinacia, ſed partiale propter veniale poteſt poni.

32. Non poteſt *n* poni generale locale ut aliquod debitum ſolvatur.

33. Ponitur *o* in civitate vel republica propter peccatum Principis, vel Prætoris.

34. Non habet determinatam formam verborum, ut plurimùm tamen ponitur *p* hoc verbo *Interdico.*

35. Interdictum locale generale non *q* obligat niſi prius denunciatur. Perſonale autem ſive ſit generale, ſive ſpeciale ſtatim obligat.

*x* Vide verb. Bull.
*y* Dic. c. is cui.
*z* Ex eod. c. is cui.
*a* Villal. ubi ſupra diſ. 8.
*b* Idem ubi ſup.
*c* Abb. ex cum Eccl. de imm. Eccl.
*d* Ex tex. in c. 11. q. 3.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Comm. DD.
*l* Villal. ubi ſup.
*m* Idem ubi ſup.
*n* Extrav. Provide de ſent. excomm. ubi ſupra.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Dic. extrav. ad evitand.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*DE EO QVI POTEST relaxare interdictum.* Vide verbum *Cenſura.*

36. Quamvis ruat Eccleſia vel deſtruatur, manet *v* tamen in loco interdictum.

*v* Comm. DD.

37. Cum communitas perit, interdictũ generale perſonale perire neceſſe *ſ* eſt. Si ante aliquis communitatẽ interdictã deſerit, liberatur ab interdicto, ſi ille cauſam non dedit; ſed qui de novo admittitur ad communitatem, obligatur interdicto.

*ſ* Vill. tr. 19. diſ. 11.

38. Qui moritur ſpecialiter interdictus, nõ poteſt ſepeliri in loco ſacro, niſi prius abſolvatur, *t* & poteſt à Parocho abſolvi.

*t* Idem ibidem.

39. Interdictum generale locale non poteſt *u* ad cautelam relaxari, benè autem perſonale.

*u* Comm. DD.

40. Non ſuſpenditur *x* per appellationem.

*x* ad hoc quoniam de appell.

41. Interdictum omne poteſt *y* per tempus ſuſpendi, vel totum vel quoad aliquos effectus.

*y* Suar. de cenſ. diſp. 38, ſec. 5, num. 5.

42. Epiſcopus non poteſt *z* concedere privilegium perpetuum ad tempus interdicti.

*z* Comm. DD.

*DE INTERDICTIS poſitis à jure,* Vide Villaloh. *to. 3. tract. 19. diſ. 13.*

## SECTIO III, ET VLTIMA.

### *De variis circa interdictum reſolutionibus.*

1. AN interdicto clero interdicantur ſimul omnes religioſi tam viri, quam fœminæ alij ajunt, alij probabilius negant. *a*

*a* Sà hoc verb. n. 11.

2. Interdictum perſonale, ſpeciale, vel generale poteſt *b* ferri pro debito pecuniario.

*b* Dian. p. 3, tr. 10, reſ. 35.

3. Privilegia religioſorum de celebrandis Miſſis tempore interdicti non ſunt revocata *c* per concilium Tridentinum.

*c* Henriq. apud Dian. ſup. tr. 1.

4. Qui habet privilegium aſſiſtendi divinis officiis tempore interdicti *d* poteſt in loco ſacro ſepeliri.

*d* Avila apud Dian. ubi ſupra reſ. 45.

5. Dies privilegiati nempe Nativitatis, Reſurrectionis Domini, & Pentecoſtes non ſolum ſunt primi ſed ſequentes. *e*

*e* Avila de cenſur.

6. In interdicto perſonali generali poſſe ſepeliri in loco ſacro eum qui interdicto cauſam non dedit, alii negant, alii probabilius affirmant. *f*

*f* P. Suar. de cenſ.

7. Poteſt *g* non interdictus audire Miſſam ſpecialiter interdicti.

*g* Comm. DD.

8. Interdictus à ſacro faciendo poteſt *h* Ordines conferre alio celebrante.

*h* Comm. DD.

9. Sa-



9. Sacrum poteſt fieri præſente perſonâ interdictâ, ſi expelli non poteſt, & locus non eſt interdictus, nã præceptum de ejiciendo interdicto intelligitur ſolùm de interdicto locali.

10. Interdictum perſonale ſpeciale poteſt *y* tolli à quolibet Confeſſario, ſi non eſt reſervatum, & parti eſt data ſatisfactio vel cautio illius.

*y* Dian. in comp. hoc verb. n. 18

11. In violatione interdicti erit *z* materia parva dicere orationes officii divini etiam præmiſſo, *Dominus vobiſcum,* benedicere aquam, & eâ populum aſpergere.

*z* Dian p. 3, tr. 1, reſ. 59.

12. Interdictum ab eo etiam, qui illud poſuit *a* obſervandum eſt, alioquin pœna ligatur, niſi ſit Papa, vel ſecundum alios ſecum diſpenſet.

*a* Sà hoc verb.

13. Interdictum à jure non ad determinatum tempus, nec reſervatum *b* poteſt Epiſcopus relaxare, & quilibet Prælatus erga ſuos ſubditos, & judex à ſe poſitum ſuſpendere, vel totum, vel in partem.

*b* Comm. DD.

14. Clerico admittenti interdictum ad divinum officium interdicitur *c* ad Eccleſiam ingreſſus uſque ad ſatisfactionem.

*c* Sà ubi ſup. n. 11.

15. Qui excommunicavit nõ præmiſsâ monitione canonicâ, & ſine teſtibus, interdicitur *d* per menſẽ ab ingreſſu Eccleſiæ.

*d* c. ſacro de ſent. excomm.

16. Communitas faciens clericos ſolvere illicitas gabellas ipſo facto eſt *e* interdicta, & Eccleſia interdicetur cum communitas facit Epiſcopum capi, vel vulnerari, vel exulare.

*e* Sà hoc verb. n. 14

17. In ſolemni abſolutione ab interdicto *f* præſtandum eſt juramentum de non contrafaciendo.

*f* Idem ubi ſup. n. 15.

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### INTERPRETATIO.

Vide *conſilium, diſpenſatio, lex, pœna, verba.*

1. INterpretatio *a* in pœnis facienda mitior, in favorabilibus amplianda, in dubiis facienda, ut potius res valeat,

*a* Sà hoc verb. n. 1.



quam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam pereat, & in partem benigniorem, & faciliorem præſumendo potius bonam, quam malam fidem.

2. Ubi tractatur de obligatione ſtrictè *b* interpretandum.

3. Maſculinum in favorabilibus *c* comprehendit fœmininum, non vero in contractibus.

4. Aliquis, & alius, ſiquis & ſimilia *d* comprehendunt etiam fœminam.

5. Cùm lex prohibet, ne quis interpretetur, non *e* prohibet DD. nec tribunalia, quin poſſint ſecundum communem doctrinam interpretari.

6. In ambiguis, dubiis, & incertis ſolùm ad Principem interpretatio *f* ſpectat.

7. Modicæ ſolemnitatis omiſſio non vitiat *g* actum.

8. Edicta non prohibent *h* opera alioquin bona, ſed ea, in quibus, licet ſit boni ſpecies, latet malum, aut periculum.

9. Non dicitur *i* præſumere qui ſe benefacere probabiliter credit.

10. Quando principale non tenetur, nec *l* acceſſorium.

11. Quod eſt inutile, pro nullo vel non ſcripto habendum, *m* ſicut quod non intelligitur.

12. Clauſula ultima generalis ad præcedentia refertur, *n* niſi ſit ſpecialis ratio, & diverſa.

13. Cùm diſpoſitio finitur unico actu, ſi iſte eſt nullus, vel inutilis, poteſt *o* repeti.

14. Dicens de uno de alio negare *p* videtur.

15. In generali ſermone intelligitur *q* excepta perſona loquens.

16. Uſus communis verborum præferendus eſt in omni materia propriæ ſignificationi.

17. Repulſus à re majori non videtur repulſus à minori.

18. *Ritè* ſignificat ſolemniter, rectè, juſtè.

19. Licet in generali conceſſione non veniant, quæ requirunt ſpeciale mandatum, ut corrigere, deponere, conferre beneficia, dare dimiſſorias, veniunt tamen cùm ſine illis generalis conceſſio eſſet inutilis, aut cùm ex verbis colligitur talem fuiſſe concedentis intentionem.

*b* Comm. DD.
*c* Sà hoc verb.
*d* Comm. DD.
*e* Sà hoc verb.
*f* Azor. lib. 5, c. 16, q. 16.
*g* Comm. DD.
*h* Sà hoc verb.
*i* Comm. DD.
*l* Gloſſ. in c. 5, de donat. inter vir. & uxor.
*m* Comm. DD.
*n* Comm.
*o* Sà ubi ſup. n. 12.
*p* Communis prolo. quia DD.
*q* Vide Silv. verb. clauſula num. 1.

## INVENTARIUM.

1. Hæres tenetur *a* à die, quâ ſcit hæredem inſtitutum fuiſſe, inventarium incipere intra dies 30.

2. Licet illum non incipiat prædicto tempore, dummodo finiatur

*a* l. ult. parag. ſi non autem C. de jur. delib.



finiatur intra tempus legitimum, non *b* amittit privilegia.

3. In regno Caſtellæ terminus legitimus *c* ſunt 90. dies, ſi autem bona defuncti ſint diſtantia, annus unus.

4. Inventarium debet *d* fieri coram tabellione, & citandi ſunt creditores, ac legatarii, & ſcribenda omnia bona mobilia, & immobilia defuncti cum debitis, & chirographis.

5. Si fuerint multi hæredes *e* ſufficit, quod uni committatur à reliquis, quod pro omnibus faciat inventarium, & teſtator non poteſt hanc obligationem remittere.

*b* Villal. to. 2, tr. 30, diſ. 21.
*c* L. 5. tit. 6. p. 6.
*d* L. ult. parag fin. c. de jur. de lib. l. 5. tit. 6. p. 6.
*e* Villal. ubi ſup.

## INTERROGATIO.

1. Interrogatio in Confeſſione debet *a* fieri de his quæ videntur neceſſaria ad hoc quod fiat integre, & fructuoſè.

2. Non debet *b* fieri de omnibus peccatis, in quæ poſſibile eſt lapſum pœnitentem fuiſſe, ſufficit ſi fiat de conſuetis, nec debet fieri de occultioribus; & ſi fiat, fiat cautè.

3. De numero eſt *c* neceſſaria, ſed in carnalibus non debet eſſe nimia, & in conjugatis circa venerea ſit nimis moderata, & fiat honeſtè.

4. De ſtatu pœnitentis, & an habeat impedimentum ad recipiendam abſolutionem non eſt *d* neceſſario præmittenda ante Confeſſionem, nec an ſit excommunicatus.

5. Omittere aliquam interrogationem ob inadvertentiam, vel oblivionem non eſt *e* mortale.

*a* Navar. c. 5. n. 2.
*b* Idem c. 5. nu. 1.
*c* Idem c. 5. nu. 4.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.

## INVIDIA.

1. Invidia eſt *a* habitus inclinans ad triſtitiam de bono alieno, eo quod minuat propriam excellentiam. Eſt peccatum mortale ex genere ſuo, filiæ illius ſunt odium, ſuſurratio, detractio, lætitia in alienis malis, & triſtitia in bonis.

2. Gaudere deliberatè, de malo alterius notabili eſt *b* peccatum mortale, ſicut & triſtari de bono notabili in quantum minuit propriam excellentiam, nec deſunt qui à mortali excuſent.

3. Triſtari eo quod non habeas tanta bona temporalia ſicut proximus erit mortale *c*, ſi finis fuerit mortalis, ſecus vero ſi venialis.

4. Triſtari eò quòd Deus malis bona tribuat eſt *d* mortale, ſi fiat incuſando divinam providentiam. Item erit mortale ſiquis proponat imitari malos, eò quòd proſpera ſibi eveniant.

*a* Navar. c. 13. n. 128.
*b* Idem ubi ſup.
*c* Comm. DD.
*d* P. Aull. in ſum. hoc verb.

5. Triſtari, qui videt virtutes alienas eò quòd non ha-
*e* Comm. DD. beat, virtus *e* eſt.

6. Dolere de bono alieno in quantum bonum alterius eſt,
*f* Navar. c. 24. parag. 1. odii *f* peccatum eſt. Si autem doleas de damno, quod tibi vel aliis ſequitur de bono illius peccatum non eſt.

7. Triſtari de bono ſpirituali alieno in quantum *g* tuam
*g* Comm. DD. minuit excellentiam, peccatum invidiæ eſt.

## INVOCATIO DAEMONVM.

*a* Navar. c. 11, n. 24. 1. Invocatio dæmonum *a* alia eſt expreſſa, quando verbo, vel opere dæmonum auxilium imprecatur; tacita alia cùm quis ad aliquid conſequendum utitur rebus, vel verbis, quæ ex ſuapte natura nec ex applicatione divina, vel Eccleſiaſtica valere cauſare talem effectum, vel quando rebus, quæ talem poſſunt effectum cauſare alia inutilia adjunguntur.

2. Rebus ſacris uti eâ lege, ut ſint taliter, & in tali mate-
*b* Idem ubi ſup. ria, & tali numero, modo & tempore *b* peccatum eſt mortale.

3. Adjungere cauſis naturalibus tales characteres inuti-
*c* Comm. DD. les ad conſequendum effectum, peccatum *c* mortale eſt.

4. Uti rebus naturalibus, ut aleis, chartis, ſortibus, aſtrolabio, cribro, & aliis ad ſciendum arcana futura, &c. vel ad
*d* Comm. DD. ſubito medendum extra vires medicinæ peccatum *d* mortale eſt.

*e* Navar. c. 11, n. 21. 5. Uti verbis ſacris ad inanem effectum, ut ad movendum cribrum, peccatum *e* mortale eſt. Idem dic *f* quando miſ-
*f* Idem ubi ſup. num. 24. centur falſa, ut quod Chriſtus febrem habuit.

6. Peccat mortaliter, qui habet *g* dæmonem familiarem
*g* Comm. DD. ad ſciendum ſecreta, vel quæ locis remotis eveniunt.

7. Idem dic de eo, qui ope dæmonum vult invenire theſaurum vel quodvis aliud, ſive malum, ſive bonum. Vide verbum *Superſtitio*.

## IRA.

*a* Navar. c. 13, num. 115. 1. Ira eſt *a* vitium inclinans animum ad ſumendam vindictam inordinatè. Filiæ ejus ſunt Indignatio, clamor, tumor, opprobrium, contumelia, rixa, blaſphemia, &c.

2. Peccat *b* mortaliter, qui in re notabili ſumit vindictam
*b* Comm. DD. authoritate propria, vel in finem malum, vel pluſquam delinquens meretur.

3. Pec-



3. Peccat *c* peccato mortali iræ, qui propter indignatio- *c* Navar. c. 23, n. 116.
nem, tumorem, vel clamorem facit aliquid prohibitum ſub mortali.

4. Contingit *d* etiam in hoc vitio per defectum peccare, *d* D. Tho. 2. 2. q. 158. art. 7.
cùm quis non iraſcitur cum tenetur iraſci ſecundum rationem, ut dicit Chryſoſtomus. Qui cum cauſa non iraſcitur inceptè facit: patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolum malos, ſed etiam bonos invitat ad malum. Chriſtus licet mitiſſimus irâ uſus fuit aliquando ſecundum Marcum c. 3. *Circumſpiciens eos cum ira malos.* Væ vobis prælatis, qui cum bona indole ſalvationem veſtram operari poſſetis, ſed fortè condemnabimini, quia ob tepiditatem, vel remiſſionem religioſam diſciplinam ruere permiſiſtis.

# DISP. IX. SECTIO VNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### IRREGVLARITAS.

### *De Irregularitatis definitione, quo iure ſit introducta; & de effectibus eius.*

1. Eſt *a* impedimentum canonicum ad recipiendos Ordi- *a* Comm. DD.
nes, vel ad receptos exequendos.

2. Non eſt *b* cenſura, nec ſemper pœna, non de jure di- *b* Suarez de cenſ. diſp. 40. ſec. 4.
vino, ſed canonico.

3. Nec Epiſcopus, nec conſuetudo irregularitatem valent introducere, nec poteſt *c* incurri, niſi ſit in jure expreſ- *c* c. is, cui de ſent. excomm. in 6.
ſa, & tunc non eſt neceſſaria ſententia judicis, ut incurratur.

4. Impedit *d* directè ſuſceptionem, & uſum Ordinum, & *d* Comm. DD.
in hoc à cenſuris diſtinguitur.

5. Ejus primarius effectus eſt reddere *e* hominem inha- *e* Comm. DD.
bilem ad Ordines, non verò incapacem.

6. Hæc prohibitio *f* obligat ſub mortali ex ſua natura, *f* Comm. DD.
ſed non habet aliam pœnam à jure.

7. Impedit *g* ſub mortali uſum Ordinum ſuſceptorum ſi- *g* c. is, cui de ſent. excomm. in 6.
ve ſubſequatur, ſive præcedat.

8. Poteſt *h* irregularis matrimonio validè aſſiſtere, & ſuſcipere ſacramenta, quæ poteſt laicus excepto Ordine. *h* Comm. DD.

9. Poteſt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9. Poteſt exercere Eccleſiaſticam juriſdictionem, non verò *i* degradatè realiter, ſi verò pænitentes abſolverit, abſolutio erit valida, ſed peccabit mortaliter.

10. Non amittit *l* ipſo facto beneficium, & fructus facit ſuos, cautè tamen faciet, beneficio renunciando antequam eo privetur.

11. Quamvis privetur beneficio, non tenetur *m* illius fructus reſtituere, nec jus eligendi, & confirmandi amittit quando ſuo beneficio eſt annexum.

12. Irregularis eſt *n* inhabilis ad recipiendum beneficium, & eſt probabilior ſententia hanc inhabilitatem extendi ad ſimplicia, penſiones.

*QVOT SINT irregularitatis ſpecies?*

13. Irregularitas *o* alia totalis, quæ privat à ſuſceptione omnium Ordinum; alia partialis, quæ non ab omnibus, ſed ab uno, vel alio contrahitur, ut defectus ætatis.

14. Totalis ponitur *p* vel propter culpam, vel propter indecentiam.

15. Aliæ contrahuntur actu proprio, aliæ ſine illo: aliæ actu licito, aliæ illicito.

16. Quæ contrahuntur *q* actu licito, alia ex defectu ſacramentorum, alia ex defectu lenitatis, alia ex defectu animæ.

17. Quæ contrahuntur *r* ex actu illicito, alia ex homicidio, alia ex ordinum adminiſtratione contra cenſuram, alia ob reiterationem Baptiſmi, alia propter infamiam.

18. Non *ſ* eſt irregularitas aliqua ab homine; omnes ſunt à jure.

19. Non *t* poteſt incurri per actum purè mentalem, debet eſſe exterior, conſummatus, & perfectus.

20. Quæ ſtatuitur ut pœna, non *u* poteſt incurri ob ſolum veniale, poſſet autem Papa ob illud ſolum eam imponere.

21. Sufficit *x* ut contrahatur, quod actus ſit peccatum mortale, licet non ſit ex contemptu, ſufficit etiam culpa lata, & indirectè voluntaria, nec eſt neceſſariũ, quod actus ſit publicus.

*AN IN DVBIO ſe quis debeat irregularem judicare?*

22. Cùm dubium eſt juris circa irregularitatem, vel ſunt opiniones ex utraque parte probabiles, non *y* ſe debet quis irregularem judicare.

23. Dubius de facto, in caſu homicidii ſe *a* debet irregularem judicare, ſecus verò in rebus aliis.

*QVIS POSSIT irregularitatem incurrere?*

24. Solus capax Ordinis eſt *b* capax irregularitatis.

25. Irregularitas orta ante Baptiſmum ex homicidio ſecun-

*i* Trid. ſeſ. 14. de refor.
*l* Avila de cenſ. diſp. 1, dub. 5.
*m* Comm. DD.
*n* Suarez ubi ſup. ea diſp. 40,
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Vide Suarez de cẽſ.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* D. Th. 1. 2. q. 19. art. 5
*u* Suarez ubi ſup. diſp. 40, ſec. 1,
*x* Comm. DD.
*y* Comm. DD.
*a* c. ad audientiam c. ſignificaſti de homicid.
*b* Comm. DD.



cundum probabiliorem ſententiam tollitur *c* per Baptiſmum.

26. Amentes, & qui carent membris neceſſariis ad Ordinis executionem *d* ſunt irregulares.

27. Summus Pontifex *e* non eſt capax irregularitatis, quia non eſt ſubjectus quoad vim coactivam juri poſitivo.

*QVA verborum FORMA ponitur in jure?*

28. Quoties ex verbis textus colligitur irregularitas, & ipſo facto imponitur, ſolum *f* incurritur.

29. Non *g* incurritur cùm ponitur verbis temporis futuri.

30. Cùm in textu ſit mentio irregularitatis de illa debet intelligi, niſi aliunde contrarium conſtet, idemque dicendum quando loquitur de effectibus propriis illius.

*AN QVI IVS, VEL FACTVM irregularitatis ignorat in illam incurrat?*

31. Qui jus irregularitatis ignorat, ſi faciat actum, cui eſt annexa illam *h* incurrit.

32. Cùm datur ignorantia facti invincibilis non incurritur niſi cum clericus operam dabat *i* rei illicitæ.

33. Cùm ignorantia juris, vel facti excuſat à peccato mortali, excuſat *l* etiam ab irregularitate, quæ ponitur ob delictũ.

*DE EO, QVI POTEST diſpenſare.*

34. De jure communi & ordinario ſolus Papa *m* diſpenſat.

35. Epiſcopi *n* poſſunt diſpenſare in his, quæ procedunt ex delicto occulto, niſi ſit homicidium voluntarium.

36. Hæc conceſſio locum *o* non habet, ubi Tridentinum non fuit receptum.

37. Epiſcopi nomine intelligitur *p* electus, & confirmatus, etiam ſi non ſit conſecratus. Archiepiſcopi autem non poſſunt uti hoc privilegio in tota ſua provincia.

38. Eandem poteſtatem *q* habet Capitulum ſede vacante ſecundum probabiliorem ſententiam.

39. An verò extendatur ad omnes, qui habent juriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem alii negant, alii probabilius *r* affirmant.

40. Prælati Ordinum, qui communicant privilegia Ordinis Dominicani hoc privilegio gaudent.

41. Epiſcopus *ſ* poteſt delegare hanc facultatem, & alteri committere, qui cum ipſo diſpenſet. Idem poſſunt religioſi Prælati, & ſecundum aliquos ſecum poſſunt diſpenſare.

42. In hac conceſſione pro peccato occulto intelligitur, quod non eſt publicum. Publicum *t* autem eſt illud, quod ſcitur in civitate, vel in vicinia, vel in communitate etiam decem perſonarum, & tunc erit publicum, cùm ſcitur à majori parte.

43. Po-

*c* Conat. clem. ſi furioſus.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Vide P. Suar. de cenſ. diſp. 41,
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Sanchez
*l* Comm. DD.
*m* Trid. ſeſ. 24. c. 6. de refor.
*n* Trid. ubi ſupra.
*o* Ex declar. cardin.
*p* Vide Suar. de cenſ. diſp. 41, ſec. 1, n. 7,
*q* Sanch. de matr. l. 2, diſp. 2.
*r* Henriq. lib. 11, de ſacr. Ordin. c. 10, n. 2,
*ſ* Villal. in 1. tr. 22, diſ. 9.
*t* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*a Fil. c. 1, n. 19, de conſt.*

43. Poteſt *a* Epiſcopus prædictam facere diſpenſationem, etiamſi cauſam remiſiſſet Pontifici, niſi jam agatur de cauſa in foro contentioſo.

*x Comm. DD.*

44. Si reus fuit accuſatus, & à judice abſolutus adhuc *x* manet delictum in ratione occulti, licet alii contrariũ defendãt.

*y Villal. ubi ſup. n. 15*

45. Epiſcopus poteſt *y* committere facultatem diſpenſandi non vero abſolvendi extra ſuam diœceſim.

*z Sanch. de matr. l. 8. diſp. 18.*

46. Perſonæ quibuſcum *z* poteſt diſpenſare, ſunt, quæ habent domicilium in ſuo Epiſcopatu, & cum negotiatoribus, & ſcholaſticis ibi commorantibus.

*a Vide Math.*

47. Probabile *a* eſt quemlibet Confeſſorem approbatum virtute Bullæ Cruciatæ poſſe diſpenſare in omni irregularitate proveniente ex delicto, excepto homicidio voluntario, vel mutilatione, vel bigamia; & noſtri qui hoc privilegium communicatum habent a noſtro P. Provinciali poſſunt in eiſdem exceptis prædictis.

*b Comm. DD.*

48. Clericus irregularis ex occulto delicto homicidii *b* poteſt confeſſo peccato ſine nova irregularitate ob vitandum ſcandalum celebrare.

*c Ex Arch. Limenſ.*

49. Epiſcopi in Indiis occidentalibus habent *c* perpetuum privilegium ad diſpenſandum in irregularitate proveniente ex delicto publico, dummodo non ſit homicidium voluntarium extra bellum, vel ſimonia.

*d Comm. DD.*

50. Cum illegitimo, & cum quovis alio irregulari non ex delicto diſpenſatio eſt *d* multo difficilior.

*e Ex quod. privil. quod ſervat. in archiv. Lim.*

51. Illegitimi Meſtiſi, vel Hiſpani ſi Indicum idioma ſciant, & ſint alias idonei, *e* poſſunt ſacris ordinibus initiari, confeſſiones audire, & prædicare etiamſi ſint ſpurii, non obſtantibus natalibus, & quibuſvis aliis, non tamen homicidii voluntarii & bigamiæ defectibus, & impedimentis.

*f Comm. DD.*

52. Cum Prælati in Capitulis abſolvunt à cenſuris, & irregularitatibus, ſufficit *f* confiteri peccatũ, propter quod incurſa fuit irregularitas, ſed hujus abſolutio debet eſſe cum cauſa.

*g Comm. DD.*

53. Prælati Ordinum poſſunt *g* circa ſuos ſubditos, quidquid Epiſcopi erga ſuos, unde poſſunt cum corpore vitiatis cum indecentia non eſt ſcandaloſa, nec accidit culpa illorum, diſpenſare.

*h Villalo. bi ſup.*

54. Sixtus IV. conceſſit *h* Generalibus, & Provincialibus Ordinis Dominicani, & Franciſcani, ut poſſint diſpenſare cũ ſuis ſubditis in omni irregularitate, exceptis quæ proveniunt ex homicidio volũtario, mutilatione membrorũ vel bigamia.

*i Comm. DD.*

55. Non eſt forma aliqua verborum *i* à jure determinata ad diſpenſandum, quælibet ſufficit, quæ diſpenſantis exprimat intentionem.

56. Po-



*l Comm. DD.*

56. Poteſt *l* diſpenſari tam operibus, quam verbis, ſed ut ritè fiat opus eſt cauſam cognoſcere.

---

# *SECTIO* II.

## *De irregularitatibus in particulari.*

### *An incurratur irregularitas ex indigna receptione, vel adminiſtratione Baptiſmi?*

*a c. qui in qualibet 1. q. 1.*

1. QUi ſciens ſemel ſe ritè fuiſſe baptizatum, voluntariè iterum Baptiſmum recipit, irregularitatem *a* incurrit, & eſt probabile, quod etiamſi per metum, non vero ſi coactus illud recipiat.

*b Argumento ex c. de apoſt*

2. Et toties fit *b* irregularis, quoties illud voluntariè recipit, & in hac ſolus Papa diſpenſat. Si autem delictum fuerit occultum poteſt etiam Epiſcopus.

*c Villal. ubi ſup. diſ. 11. n. 4.*

3. Idem dicendum *c* de eo qui voluntariè rebaptizat.

*d Idem ibid. n. 4.*

4. Qui diſtulit Baptiſmum uſque ad mortis periculum *d* manet irregularis, ſed ſi purget ſuſpicionem per fidei actum, vel quia fuit defectus miniſtrorum, poterit ab Epiſcopo diſpenſari.

*e c. 7. 57. diſt.*

5. Qui Baptiſmum recipit, ubi eſt peregrinus & ideo ignotus *e* manet irregularis, dum non conſtat de ejus vita & moribus.

*f c. omni 98. diſt.*

6. Ille cujus Baptiſmo dubitatur *f* non poteſt Ordines recipere.

*g Comm. DD.*

7. Ex indigna receptione aliorum ſacramentorum nulla contrahitur *g* irregularitas, niſi aliquando in matrimonio propter bigamiam.

*AN INCVRRATVR EX INDIGNA Ordinis receptione.*

*h Suar. de cenſ. diſp. 42. ſec. 5.*

8. Qui indignè recipit ſacramentum Ordinis incurrit *h* ſuſpenſionem, quam ſi non ſervat, incurrit irregularitatem.

*i c. is cui de ſent. excom. in 6.*

9. Qui recipit Ordinem in irregularitate non contrahit novam *i* irregularitatem, nec ſuſpenſionem.

*l Comm. DD.*

10. Qui ſecundò recipit Ordinem jam ſuſceptum, vel in peccato mortali publico, vel ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo nullam *l* contrahit irregularitatem, quia non ſunt tales irregularitates in jure expreſſæ.

11. Qui exercet

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Qui exercet actum Ordinis, quem non habet, manet *m* irregularis, & ſuſpenſus quantum ad Ordinem quem habet, & idem eſt ſi exerceat actum Epiſcopi, vel ſit laicus.

13. Qui adminiſtrat ea quę laicis licet non *n* ſit irregularis.

14. Qui excuſatur à peccato mortali non manet *o* irregularis.

15. Clericus, qui cenſura ligatus actum *p* Ordinis ſacræ exercet, & excommunicatus, qui facit in ſua præſentia ſacrum celebrari manet *q* irregularis.

*m* c.1. de cler. non ordin. miniſ.
*n* Comm. DD.
*o* Comm. DD.
*p* c.1. is cui deſent. excom. in 6.
*q* Conſt. c.alma r. p.parag. 6. fin.

## SECTIO III.

### *De irregularitate, quæ oritur ex aliquibus delictis.*

1. HÆreticus etiamſi reſipiſcat, manet *a* irregularis ſi fecit actum exteriorem.

2. Non manet *b* irregularis qui abjuravit de levi vel de vehementi, ſi non erat hæreticus, ſed ob timorem confeſſus fuit, vel teſtibus falſis crimen probatum fuit.

3. Nec *c* qui ob metum oſtendit ſe eſſe hæreticum cum non eſſet.

4. Pro hæretico reputatur *d* etiam apoſtata à fide catholica.

5. Schiſmaticus, ſi non eſt hæreticus, non *e* incurrit irregularitatem.

6. [illegible]tores *f*, receptores, & defenſores hæreticorũ manent irregulares. Idem eſt de ſuſpectis in fide propter infamiam.

7. Filii hæreticorum etiamſi non ſint hæretici *g* ſunt irregulares, niſi pater relicta hæreſi reſipiſcat, vel ante patris hæreſim fuerint nati.

8. Nepos hæretici ex filia non *h* eſt irregularis.

9. In hac irregularitate *i* ſolus Papa diſpenſat, & quamvis ſit occulta, magis probabile eſt non poſſe Epiſcopum.

10. Cum Apoſtatis à Chriſtiana religione, qui in Apoſtaſia ſacris initiati fuerunt, ſolus Papa *l* diſpenſat.

11. Neophiti, id eſt, qui paulo ante baptiſmum receperunt (de his ſolum hic loquimur) ſunt *m* irregulares.

12. Filius infidelium qui ab infantia fuit baptizatus non eſt neophitus, nec qui novi Chriſtiani *n* vocantur.

13. Qui multis abhinc annis licet adultus Baptiſmum recepit, non *o* eſt neophitus, & hoc Epiſcopi arbitrio remittendũ.

*a* c. ſi quis presbyter 1. q. 7.
*b* Vill. ubi ſup. diſ. 11.
*c* Idem ib.
*d* Comm. DD.
*e* Suar. ubi ſupra ſec. 2. num. 7.
*f* Vill. ubi ſup. n. 6.
*g* c. quicunque parag. hæretici e. ſtatutum 2. de hæret. in 6.
*h* Anton. Gom. l. 3. var. c. 1. num. 4.
*i* Vill. ubi ſup. n. 10.
*l* c. fin. de apoſt.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Vill. ubi ſup. n. 2.





14. In hac irregularitate ſolus Papa *p* diſpenſat, ſed ceſſat ceſſante impedimento.

*AN CONTRAHATVR per ſimoniam vel per alia delicta.*

15. Per ſimoniam, vel per alia delicta non contrahitur, *q* niſi ſequatur infamia.

16. Per nullum aliud delictum præter ſupradicta *r* incurritur, nec per pœnitentiam publicam, excepto homicidio, & mutilatione.

17. Qui Petrum percuſſit non animo occidendi, vulnus tamen, quod intulit ita grave fuit, ut per ſe mors ex illo ſecuta fuerit, voluntarius homicida judicandus eſt, & irregularitatem incurrit. *ſ* Si autem vulnus non fuit lethale, ſed incuria chirurgi mortuus fuit, non incurrit irregularitatem.

18. Ex homicidio voluntario etiam occulto *t* incurritur irregularitas, licet alii contrarium teneant probabiliter.

19. Qui mortuo caput abſcidit non *u* incurrit.

10. Qui abortare facit mulierem, ſi fœtus nondum erat animatus, non *x* incurrit. Idem dic de eo qui venenum dedit ad ſterilitatem.

21. Quod dictum eſt de homicidio, dicendum *y* eſt de mutilatione, licet hæc irregularitas non ſit adeo gravis.

22. Ad hanc irregularitatem non ſufficit *z* quælibet percuſſio vel ſanguinis effuſio, ſi membrum aliquod abſcindatur.

23. Qui debilitat membrum *a* non ſit irregularis, licet alii contrarium ſentiant, nec qui deformat.

24. Qui abſcindit membrum mortuum, vel aridum non *b* ſit irregularis.

*QVÆ PERSONÆ incurrant irregularitatem ex homicidio, & mutilatione, & quis in ea diſpenſet.*

25. Omnes baptizati excepto Papa hanc irregularitatem *c* cum occidunt, & mutilant, incurrunt.

26. Et qui mortis dant *d* cauſam & ſi pœniteant antequam ſequatur effectus. Et qui jubet *e* alium occidere ſi ſequatur effectus, niſi mandatum revocaverint, & notificaverint mandatario, facientes quantũ in ſe fuit, ne excuſationi mandaretur.

27. Sufficit ad *f* incurrendam hanc irregularitatem, quod mandatum, vel conſilium fuerit indirectum.

28. Manet *g* etiam irregularis, qui mandatum vel conſilium dedit, ut quis alium occideret, ſed ſi mandatarius ab illo alio occiſus fuit, erit ex homicidio caſuali.

29. Si ratum habeas homicidium etiam tuo nomine factum non *h* incurris irregularitatem ſecundum probabiliorem opinionem, ſed purgandus es in foro exteriori.

*p* Idem ubi ſup.
*q* Comm. DD.
*r* Suarez ubi ſup.
*ſ* Comm. DD.
*t* Villal. ubi ſup. diſ. 18. n. 3.
*u* Comm. DD.
*x* Greg. XIII. in conſtit. quæ incip. ſedes Apoſt.
*y* Comm. DD.
*z* Villal. ubi ſup.
*a* Avil. de cenſ. dub. 1.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Suarez de cenſ. diſp. 44. ſec. 3.
*e* Navar. c. 27. n. 211.
*f* Villal. ubi ſup.
*g* Innoc. c. ad audientiam de homicidio.
*h* Villal. ubi ſup.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

50. Cooperantes, & adjuvantes ad homicidium *i* ſunt irregulares, quando fuerunt in cauſa, ut facilius, & animoſius committeretur.

31. Quod dictum eſt de homicidio intelligendum de mutilatione.

32. Fit etiam *l* irregularis qui ſeipſum mutilat, & qui ob culpam ſuam mutilatus eſt.

33. Hæc irregularitas *m* non habet ſpecialem effectum, etiam ſi homicidium ſit qualificatum, niſi fiat per aſſaſſinos.

34. In hac ſolus Papa *n* diſpenſat, etiam ſi delictum ſit occultum; ſi autem ſit orta ex mutilatione occulta etiam Epiſcopus, & probabile eſt in homicidio omnino occulto poſſe Epiſcopum diſpenſare, & cum religioſis Prælatum.

*AN PER HOMICIDIUM caſuale, vel mutilationem contrahatur.*

35. Quod *o* dicendum eſt de homicidio caſuali intelligi debet de mutilatione, ſed non loquimur de homicidio purè caſuali, ſed de mixto.

36. Ut mors alicujus dicatur voluntaria, opus *p* eſt, ut quis teneatur, ac poſſit illam impedire.

37. Diverſa eſt, quod homicidium imputetur ad culpam, & diverſa, quod ad pœnam, & ad irregularitatem *q* ſufficit, quod ſit voluntarium in cauſa, cum non ſit neceſſaria diligentia, vel quod cauſa ſit illicita, etiam ſi fiat diligentia.

38. Cum homicidium eſt purè caſuale, v. g. quando opus erat licitum, & facta fuit debita diligentia, non *r* incurritur irregularitas.

39. Ut imputetur homicidium caſuale, quod ſit propria authoritate *ſ* debet involvere aliquod peccatum.

40. Chirurgi, *t* & medici laici, ſi cum debita diligentia abſcindunt aliquod membrum, etiam ſi mors ſequatur, non ſunt irregulares.

41. Infirmarii, & alii, qui aſſiſtunt infirmo, niſi ex negligentia mortaliter culpabili mors acceleretur, non *u* incurrunt irregularitatem, licet alii dicant ſufficere venialem.

42. Non incurritur *x* niſi ſit culpa lata, non enim ſufficit levis, vel leviſſima.

43. Qui non impedit homicidium, ſi peccat contra charitatem, & non contra juſtitiam non ſit *y* irregularis.

44. Qui ob culpam ſuam mortalem eſt in cauſa quod mors acceleretur vel mutilatio, *z* contrahit irregularitatem.

45. Qui mandat, vel conſulit, adjuvat, vel cooperatur ad percuſſionem, ex qua ſequitur mors fit irregularis *a*, etiam ſi addat cautelam.

46. Qui

*i* c. ſicut dignum parag. qui viro, & c. ſignif. 2. de homic.
*l* c. hi qui 5. diſt.
*m* Villal. ubi ſupra. diſ. 21.
*n* Trid. ſeſ. 24. c. 6. de ref.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Villal. ubi ſup. diſ. 12.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* c. ad aures de æt. & qual.
*u* Silveſt. verb. homicid. q. 21.
*x* Sanchez de matr.
*y* Suarez ubi ſuprà, ſec. 4. n. 1.
*z* Comm. DD.
*a* Vill. ubi ſup. n. 18.



46. Qui conſuluit minus malum ad evitandum majus, ſi faciat cum cautela non *b* manet irregularis.

47. Omnes, qui concurrunt ad rixam, in qua aliquis occiditur *c* manent irregulares, & erit voluntarium homicidium, ſi ſciebant principalem aggreſſorem animum habere occidendi. Probabile eſt tamen, quod ſolus, qui lethale vulnus inflixit fiat irregularis.

*AN ORIATUR ex omni opere illicito, ex quo mors ſequatur.*

48. Qui facit opus illicitum ex ſe non periculoſum, cum debita diligentia etiam ſi mors ſequatur non ſit *d* irregularis, ſecus ſi ſit illicitum, & ex ſe periculoſum.

49. Clericus venator perdicum, & leporum tempore, quo debeat ſacris aſſiſtere, ſi poſita diligentia caſu aliquem occidit, non *e* ſit irregularis.

50. Clericus, qui incidit tumorem, ex cujus inciſione mors eſt ſecuta *f*. manet irregularis ſecundum probabiliorem.

51. An verò contrahat irregularitatem, qui licèt debita diligentia operam dabat rei illicitæ, ex qua mors eſt ſecuta, alii ajunt, alii probabilius *g* negant, quando opus ex ſe ut diximus non erat periculoſum.

52. Qui facit opus licitum etiam ſi ſit periculoſum, & præmittit debitam diligentiam non *h* incurrit irregularitatem.

53. Qui vulnus non mortiferum inflixit, ſed ex incuria chirurgi, vel percuſſi intemperantia, mors ſecuta, ſi percuſſio fuit gravis, & cum peccato mortali ſecundum probabiliorem ſententiam *i* manet irregularis, quia c. exhibit. de homicidio non loquitur de gravi & culpabili, ſed de inculpabili percuſſione.

54. Qui fuit cauſa illicita ut ſe ipſum mutilaret, vel ob ſuam culpam paſſus eſt mutilationem fit *l* etiam irregularis.

55. Qui alium occidit ſe vel ſua, vel ſuos defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ non *m* manet irregularis.

56. Qui poteſt ſe defendere fugiendo ſine infamia, vel alia via, ſi occidat, fit *n* irregularis.

57. Clericus, & religioſus, & homo vilis, qui poſſunt fugiendo ſe defendere *o* manent irregulares.

58. Qui cauſam ob ſuam culpam aggreſſori dedit, ut adulter, etiam ſi ob ſuam defenſionem illum occidat, irregularis *p* erit ſecundum opinionem probabiliorem.

59. Qui potuit ſe defendere minori percuſſione, ſi occidat *q* manet irregularis; ſed hoc ad diſcernendum eſt valde difficile.

*b* Comm. DD.
*c* Suarez diſp. 45. ſec. 1.
*d* Henriq. l. 11, n. 3, de irreg.
*e* Villal. ubi ſup. diſ. 13. n. 4.
*f* c. ſtent enim ſangui. no necle. to vel mota.
*g* c. ſicut 2. de homicid.
*h* Villal. ubi ſuprà num. 4.
*i* Henriq. de irreg. c. 14. n. 4.
*l* Vide Villal. ubi ſuprà num. 17.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Villal. ubi ſup. num. 1.
*p* Suar. de cenſ. diſp. 46. ſec. 1. num. 6.
*q* Vide Villal. ubi ſuprà.



60. Epiſ-

60. Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo, qui exceſſit in moderamine inculpatæ tutelæ, *r* niſi fuerit homicidium voluntarium, ut in eo qui jam non tam ſe defendere, quam occidere voluit.

*r* Navar c. 27, n. 140.

61. Prædicta doctrina extendenda *ſ* eſt ad caſum, in quo aggreſſor non occidere, ſed mutilare, vel fuſtibus percutere volebat.

*ſ* Comm. DD.

62. Qui non poteſt bona ſua defendere niſi furem occidat, non incurrit *t* irregularitatem ſecundum probabiliorem opinionem; ſed ut hoc homicidium ſit inculpabile bonorum omiſſio debet eſſe notabilis.

*t* Suarez ubi ſup. n. 4.

63. Hæc tamen doctrina non eſt extendenda *u* ad clericos, vel religioſos.

*u* Comm. DD.

64. Qui alium occidit ob defenſionem innocentis cum prædicto moderamine tutelæ, non manet *x* irregularis.

*x* Suarez d. diſp. 46, ſec. 3, n. 5.

*AN INCVRRATVR à judice ſententiam proferente in cauſa ſanguinis?*

65. Judex, qui profert ſententiam, ex cujus executione mors ſequitur, manet irregularis *y*, ſecus ſi non ſequatur.

*y* c. ſententiam ſanguinis ne cleric. vel mona.

66. Clericus, qui alteri ſuam juriſdictionem committit, etiamſi ille in cauſa ſanguinis ſententiam ferat, & exequatur, non fit *z* irregularis.

*z* c. ultim. ne cleric. vel mon. in 6.

67. Domini temporales, qui ſub mortis pœna leges ſtatuunt, non *a* ſunt irregulares, nec Doctores qui de his ſcribunt, vel ſcripta in lucem edunt.

*a* Comm. DD.

68. Nec concionatores, *b* qui judices admonent, ut in legum obſervatione invigilent; nec Confeſſor qui Prætorem non vult abſolvere nolentem juſtitiam exercere, vel relinquere officium.

*b* Comm. DD.

69. Cum judex dubius eſt an mortis ſententiam ferat, Advocatus, & aſſeſſor, cujus conſilio ſententiam fert *c* ſunt irregulares.

*c* Vill. diſ. 25. n. 7. ubi ſup.

70. Inquiſitores reos tradendo curiæ ſeculari factā proteſtatione non *d* incurrunt irregularitatem, ſed hæc proteſtatio non eſt neceſſaria, niſi ad melius eſſe.

*d* Comm. DD.

*AN QVI ALIVM accuſat in cauſa ſanguinis ſi mors ſequatur ſit irregularis.*

71. Accuſator in cauſa ſanguinis, ſi mors ſequatur *e* manet irregularis ex defectu lenitatis.

*e* c. aliquantum, parag. 1. c. ſi quis viduam 50, de homic. in 5.

72. Clericus, qui de malefactore queritur coram judice factā proteſtatione, dum lis durat, non fit *f* irregularis, etiam ſecuta morte.

*f* c. præl. de homic. in 6.

73. Non eſt *g* opus ut proteſtatio fiat ex corde, benè tamen

quod

*g* Suarez de cenſ. diſp. 47, ſec. 2.



quòd accuſatio ſit, non ex animo vindictæ, ſed ratione alicujus damni evitandi, vel boni acquirendi.

74. Sufficit, *k* quod clericus timeat damnum in ſe vel in ſuis domeſticis, vel conſanguineis, vel in ſuis bonis, vel in alienis quando aliter impediri non poteſt.

*k* Avil. de cenſ. 7. p. diſp. 9. ſec. 2.

75. Excuſatur *l* etiam dicta proteſtatione, quando reum detinet, ut judici tradat.

*l* Silv. hoc verb.

76. Non eſt *l* neceſſarium, quòd faciat proteſtationem coram judice Eccleſiaſtico.

*l* Comm. DD.

77. Qui accuſat de crimine levi, vel in cauſa civili non *m* indiget proteſtatione.

*m* Comm. DD.

78. Quod dictum eſt de clericis, *n* intelligendum eſt de laicis cum hac differentia, quod clericus ſi non faciat proteſtationem, incurrit irregularitatem ex homicidio injuſto, laicus autem ex defectu lenitatis.

*n* Villal. ubi ſupra num. 12.

79. Qui oſtendit malefactorem judici cum quærenti ad mortem *o* manet irregularis.

*o* Comm. DD.

80. Qui clamat poſt furem, ad furem, ad furem, ſi eſt in propria cauſa et facit proteſtationē, irregularitate non *p* ligatur.

*p* Villal. ubi ſupra n. 15.

## SECTIO IV.

### *An teſtes in cauſa ſanguinis, & alii ad illam concurrentes ſint irregulares.*

1. Teſtis in cauſa ſanguinis eſt *a* irregularis, etiam ſi præmittat proteſtationem.

*a* c. ſi quis viduam 50, diſt.

2. Teſtis in cauſa criminali, quæ mortis pœnam non meretur etiamſi ſequatur, non fit *b* irregularis, nec in cauſa civili ſi faciat proteſtationem.

*b* Villal. ubi ſupra diſ. 27, n. 2.

3. Tabellio, vel notarius, qui mortis ſententiam ſcribunt, & qui illam tranſcribunt, ſi mors ſequatur, ſunt *c* irregulares.

*c* Suarez de irreg. diſp. 47, ſec. 1, n. 4.

4. Omnes, *d* qui fuerunt miniſtri in cauſa ſanguinis, irregularitate ligantur.

*d* Villal. ubi ſupra n. 3.

5. Advocatus, qui patrocinatur reum etiam ſi mors ſequatur contra accuſatorem, ſi cauſa fuit juſta non *e* incurrit irregularitatem; ſecus ſi patrocinabatur accuſatorem, & mors rei eſt ſequuta.

*e* Comm. DD.

6. Reus, qui ſe defendendo petit reparationem damni factā proteſtatione, etiam ſi accuſatoris mors ſequatur, non *f* fit irregularis.

*f* Comm. DD.

7. Religioſi, vel clerici portitores luminaria ne dent *g* ignem ad comburendum hæreticum.

*g* Dic. c. ſi quis viduam.

8. Qui gladium miniſtrat, vel vendit interfecturo reum, qui

*h* Villal. ubi ſupra n. 8.

Dd 3 præpa-

præparat patibulum, qui admonet miniſtros, ut cautè ducat, ut fugiat, qui acuit gladium, ut citius moriatur etiam bono animo; omnes denique, qui executioni cooperantur, ut illius miniſtri *h* manent irregulares.

9 Qui docet carnificem modum quo reum facilius interficiat in communi, & non hunc, vel illum in particulari, *i* non ſit irregularis

10 Præco, & qui dat ſignum ut miniſtri conveniant ad juſtitiæ executionem manent *l* irregulares.

11. Qui eſt cauſa ut citius moriatur eſt *m* irregularis

Qui inadvertenter dicit reo ambulemus frater, vel percutit jumentum, vel dicit reo, ut ad altum ſuperiorem ſcalæ gradum aſcendat, non *n* ſit irregularis.

12. Qui directè facit, ut reus citius moriatur eſt irregularis, non vero *o* qui per accidens; nec confeſſarius, qui dicit carnifici, nemo te impedit, quin tuum munus exequaris.

13. Quoad diſpenſationem non comprehenduntur *p* irregularitates, quæ proveniunt ex defectu lenitatis ſub eis, quæ ex homicidio voluntario.

14. Cum bellum eſt juſtum, vel ob defenſionem, qui occidit, vel mutilat non *q* eſt irregularis.

15. Idem *r* eſt cum ſit ob defenſionem boni communis, vel patriæ etiam ſi ſint clerici, qui militant

16. Qui in bello aggreſſivo licet juſto occidit, vel mutilat, vel ad id alios exhortatur manet *ſ* irregularis, ſi eſt baptizatus.

17. Qui adeſt bello juſto, ſed non occidit, nec mutilat, hortatur tamen milites ad fortiter dimicandum non *t* ſit irregularis.

18. Duces, qui caſtra ordinant, & milites exhortantur ad bellum, nec qui eos tymponis, & lituis provocant ſiunt *u* irregulares.

19 Clericis non licet *x* pugnare, bene tamen exhortari milites ad pugnam. Poteſt tamen cum licentia Papæ & pugnare, & occidere in bello juſto.

20. In hac irregularitate Papa diſpenſat, *y* & qui habent facultatem diſpenſandi in irregularitatibus excepto homicidio voluntario.

21 Omnes bellantes in injuſto bello, etiamſi neminem occidant, vel mutilent, principes, & omnes alii, qui ad hoc bellum cooperantur ſunt *z* irregulares.

22. Si in bello hoc fiant multa homicidia omnes hi incurrunt *a* multas irregularitates naſcentes ex delicto.

23. Si homicidia, & mutilationes amici patiantur irregulares erunt ex homicidio caſuali, ſed ſi utrinque contingant utroque modo *b* erunt irregulares.

24 Si

*h* Villal. ubi ſupra num. 8.
*i* Idem ubi ſupra.
*l* Avil. de cenſ. p. 7. diſp. 5.
*m* Comm. DD.
*n* Avil. ubi ſupra.
*o* Villal. ubi ſupra num. 14.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Villal. ubi ſup. diſ. 45. n. 1.
*ſ* c. ſi quis alligans 5. diſt.
*t* Comm. DD.
*u* Villal. ubi ſup. num. 7.
*x* D. Tho. 2. 2. q. 40. art. 2.
*y* Comm. DD.
*z* c. ſi quis viduam 56. diſt.
*a* Villal. ubi ſup. diſt. 5. n. 1
*b* Comm. DD.



24. Si tamen nullum contingat homicidium, nec mutilatio nulla erit irregularitas. Clerici autem ſumentes arma *c* ſuſpendendi ſunt à ſuis Ordinariis.

25. In hac irregularitate Papa *d* diſpenſat, & in homicidio caſuali Epiſcopus, & habentes privilegium

*DE EA QUÆ oritur ex defectu bonæ famæ.*

26. Infames à jure, id eſt quos jus pro pœna facit infames, & infames à facto, id eſt, qui propter aliquod delictum publicum infamiam incurrunt, ſunt *e* irregulares.

27. Infamia facti ut ſit legalis, *f* opus eſt, ut à lege tali delicto imponatur, ut pœna, & ſit ſententia judicis.

28. Solus Papa diſpenſat *g* in infamia juris, in ea vero quæ oritur ex delicto, ad quod extenditur facultas Epiſcopi, ipſe etiam poteſt diſpenſare.

29. Cum Princeps ſecularis *h* tollit infamiam, quæ eſt à jure civili, non eſt neceſſaria alia diſpenſatio.

30. Cum infamia eſt facti tollitur *i* virtuoſâ vitâ, & diſpenſatur ab Epiſcopo.

*AN BIGAMI ſint irregulares.*

31. Bigamus eſt, qui binas nuptias contraxit.

32. Bigamia alia dicitur vera, *l* quando quis binas nuptias ſucceſſivè celebravit, & bis vel plura matrimonia conſummavit. Alia eſt interpretativa, quando quis cum vidua contraxit. Alia eſt ſimilitudinaria cùm quis poſt votum ſolemne, quod per ſimilitudinem dicitur ſpirituale matrimonium, carnale contraxit.

33. Hæc irregularitas dicitur ex defectu ſacramenti.

34 Qui contraxit cum vidua matrimonium nullum, & illud conſummavit *m* manet irregularis ſecundum probabiliorem ſententiam.

35. Incurritur *n* bigamia interpretativa quando quis duxit virginem, hæc tamen adulterium commiſit, & maritus redit ad illam.

36 Qui cum pluribus mulieribus fornicationem, vel adulterium commiſit, non *o* eſt irregularis.

37. Qui duo matrimonia invalida contraxit & conſummavit, irregularitatem *p* incurrit.

38. Qui habet Ordines minores, & incurrit *q* bigamiam, amittit privilegium clericale, ſecus vero ſi eſt ſacris initiatus.

39 In bigamia ſolus *r* Papa diſpenſat.

40 In bigamia ſimilitudinaria ſimplici, non verò mixta *ſ* poteſt Epiſcopus diſpenſare. Idem poſſunt cum ſuis ſubditis, qui quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habent. Bigamia ſimilitudina-

*c* Suarez ubi ſup. n. 4.
*d* Comm. DD.
*e* c. Infamis 6. q. 1.
*f* Villal. ubi ſup.
*g* Idem ibid. n. 4.
*h* Comm. DD.
*i* Villal. ubi ſup. n. 6
*k* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* Couar. d. parag. 2. n. 1.
*n* Villal. ubi ſup. diſt. 31. n. 5.
*o* Comm. DD.
*p* Villal. ubi ſup.
*q* Idem ubi ſup. n. 12.
*r* Comm. DD.
*ſ* Couar. ubi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tudinaria mixta eſt, quando quis poſt votum ſolemne nupſit cum corrupta, vel binas nuptias celebravit.

41. Ad impetrandam hanc diſpenſationem opus *t* non eſt dicere an ſit bigamus, vel quadrigamus.

*t* Navar. conſ. 2, de bigam. lib. 1,

*DE EA QVAE NASCITVR ex defectu natalium,*

42. Filii illegitimi ſunt irregulares, *u* nec poſſunt obtinere dignitatem, nec beneficium etiamſi non ſit curatum ſine diſpenſatione.

*u* c. 1, de fil. præsb.

43. Hoc impedimentum etiam ſi ſit occultum tenet, *x* ſed filius non tenetur matri credere, niſi res ſit valde clara, verbi gratia, ſi conceptus fuit marito abſente.

*x* Vill. ubi dif. 32, n. 1

44. Expoſiti, & omnes illi, de quibus dubitatur an ſint legitimi, pro legitimis habendi *y* ſunt.

*y* Comm. DD.

45. Illegitimus, qui Ordines ſuſcepit ignorans, ſi poſtea ſciat ſe eſſe illegitimum, non *z* poteſt in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare.

*z* Vill. ubi ſup. dif. 32 num. 4,

46. Filii clericorum habiti de legitimo matrimonio ante Ordines ſolum habent *a* impedimentum ab obtinendas eaſdem præbendas ſeu dignitates, quas habuerunt illorum parentes.

*a* c. ad hæc de fil. præsbit.

47. De diſpenſatione hujus irregularitatis vide ſupradicta de eo qui poteſt diſpenſare, & adverte hanc diſpenſationem ſtrictè eſſe interpretandam, ita ut diſpenſatus ad unum intelligatur *b* ad aliud.

*b* Comm. DD.

*DE IRREGVLARIBVS EX DEFECTV corporis, vel animæ.*

48. Furioſi, & omnes illi, qui carent uſu rationis ſunt irregulares. *c*

*c* Comm. DD.

49. Qui amens fuit aliquando per modum habitus non eſt ordinandus, nec præſumitur ſanus ſine Epiſcopi approbatione.

50. Qui poſt Sacerdotium mentem amiſit non privatur Ordinum exercitio niſi amentia durante; ſanitas verò illius approbanda *d* eſt ab Epiſcopo.

*d* c. in tuis literis, 7. q. 1.

51. Quod dicitur de phræneticis, dicendum de Energumenis & arreptitiis.

52. Qui laborat epilepſia ita ut totaliter impediatur ad uſum Ordinis eſt *e* irregularis; advertendum tamen eſt an bene convaluerit, & poſſit ſine indecentiæ periculo celebrare.

*e* c. 17, q. 1.

53. Idem *f* dicendum eſt de quacumque infirmitate, quæ ſecum afferat indecentiam, vel horrorem. Si autem eis ſupervenįat talis infirmitas poſt Sacerdotium, poterunt celebrare in ſecreto ſacello.

*f* Comm. DD.

54. Cum



54. Cum his ſolus Papa diſpenſat; *g* Epiſcopus tamen poteſt declarare ex medici conſilio an ſint ſani.

*g* Navar. num. 102

55. Qui neſciunt legere, ſunt *h* irregulares: cum his poterit Papa diſpenſare, ſed malè.

*h* c. illiter. diſt. 36.

56. Qui licet legere ſciant, ignorant tamen quæ neceſſaria ſunt ad uſum Ordinis, ſunt *i* irregulares.

*i* Comm. DD.

57. Ex concilio Tridentino ad Ordines minores *l* neceſſarium eſt Latinam linguam intelligere. Et ad ſacerdotium debent eſſe idonei ad populum docendum ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac ad adminiſtranda ſacramenta diligenti examine præcedenti idonei comprobentur.

*l* Trid. ſeſ. 23, c. 4, de reform.

58. Religioſi ad chorum deputati non *m* indigent tantâ ſcientiâ. Idem dic de clericis choro ſervientibus.

*m* Vill. ubi ſup. diſ. 34, nu. 3,

*QVI SINT irregulares ex defectu corporis?*

59. Hermaphroditæ, in quibus prævalet ſexus virilis ſunt capaces Ordinum, ſed propter indecentiam ſunt *n* irregulares. Qui non habet legitimam ætatem eſt irregularis, & qui ante illam ſacris initiatur manet ſuſpenſus, quod ſi celebret, manet *o* irregularis. Si autem non celebravit, & ætatem implevit ceſſat ſuſpenſio.

*n* c. 1, dif. 36.

*o* Vill. ubi ſup. nu. 3.

60. Qui ſibi ipſi abſcidit aliquod membrum, vel partem illius fit *p* irregularis, ut qui ſibi abſcidit digiti partem. Si autem non ipſe, ſed alius etiam culpa illius partem digiti abſcidit non eſt irregularis.

*p* c. partem diſt. 55.

61. Qui ſeipſum caſtravit propter infirmitatem non manet *q* irregularis.

*q* c. 11. quis pro ægr. diſt. 55.

62. Qui caret aliquo membro ad uſum Ordinis neceſſario eſt irregularis, *r* & idem eſt de eo qui habet membrũ inutile.

*r* Comm. DD.

63. Surdus omnino, qui nihil audit eſt *ſ* irregularis, non verò qui tardè audit.

*ſ* Comm. DD.

64. Mutus & qui verba pronunciare non valent ſunt *t* irregulares, non verò tardus ad loquendum.

*t* Vill. ubi ſup. nu. 10

65. Qui habent manum aridam, vel pollicem, vel indicem ſunt *u* irregulares, non vero ſi eis tantum unguis deficiat.

*u* c. ſiu de corp. vit.

66. Cum hi defectus vel ſimiles poſt Ordines eveniunt, ſolùm manent *x* irregulares quoad ea, ad quæ ſunt inhabiles.

*x* Suar. de cenſ. diſ. 51, ſec. 1,

67. Notabiliter deformes & monoculi *y* ſunt irregulares.

*y* Comm. DD.

*DE IRREGVLARITATE ex ſervitute.*

68. Servi ſunt irregulares, ſi tamen eis donetur libertas *z* poſſunt ordinari.

*z* c. quæcumque diſt. 54.

69. Cum ſervus ſciente domino, & non contradicente ordinatur, manet *a* liber, nam tacitè ei donata cēſetur libertas.

*a* Comm. DD.

70. Servus, qui ordinatur contra voluntatem domini *b* manet ordinatus.

*b* Trid. ſeſ. 7, de ſer. cap. 3,

Dd 5

71. Ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

71. Liberti, quibus donata eſt libertas cum operum obligatione, abſoluti ab hac obligatione *c* non ſunt irregulares.

72. Libertinorum filii non *d* ſunt irregulares.

73. Qui matrimonium contraxit cum ancilla, ſoluto matrimonio manet *e* irregularis, quia præſumitur vilis.

*DE IRREGULARITATE orta ex aliqua obligatione.*

74. Qui cauſas curiales agunt, vel quibuslibet publicis functionibus occupantur, antequam ſuorum officiorum rationem reddant *f* ſunt irregulares.

75. Clerici autem hæc officia exercentes, licet malè agant non ſunt *g* irregulares.

76. Clerici poſſunt *h* eſſe conſiliarii in civilibus.

77. Non incurrit *i* irregularitatem qui adminiſtrat negotia eccleſiaſtica, vel ad pietatem ſpectantia, nec qui hæc officia invitus exercet.

78. Obligatus ad reddendam rationem alicujus muneris parte ſatisfacta *l* poteſt ordinari.

79. Si autem hæc obligatio ſit privata nec orta ex officio publico non facit *m* irregularem ſecundum probabiliorem ſententiam etiam ſi pars non ſit ſatisfacta.

80. Curiæ obligati dicuntur, qui tenentur ratione ſui muneris exercere juriſdictionem in aliqua Republica, Senatu, vel Communitate, & hi ſunt *n* irregulares.

81. Milites, advocati, & omnes alii, qui publico gaudent ſtipendio, dum obligatio ſui muneris durat, ſunt *o* irregulares.

82. Excipiuntur ab hac irregularitate, *p* qui Epiſcopi, vel Eccleſiæ, vel alia pia agunt negotia.

*DE IRREGULARITATE ex defectu patrimonii.*

83. Qui non habet beneficium, vel ſufficiens patrimonium, unde alatur, non poteſt *q* ordinari Ordine ſacro.

84. Qui habet tot debita, ut æquent ejus patrimonium, non habet *r* titulum ſufficientem.

85. Qui habet patronatum laicum ex quo ſufficienter poſſit ali, & hoc perpetuum, poterit ordinari.

*c* Vill. ubi ſup. diſ. 36, nu. 4. *d* Comm. DD. *e* c. ſiquis viduam. diſ. 34. *f* c. unic. de oblig. ad ratioci. *g* Comm. DD. *h* Comm. DD. *i* Vill. ubi ſup. nu. 4. *l* Idem num. 7. *m* Idem num. 4. *n* c. 1. & 4. & ult. diſt. 51. *o* Ibidem. *p* Comm. DD. *q* Trid. ſeſ. 21, de ref. c. 2. *r* Suar. de cenſ. diſp. 31, ſec. 1, num. 15.

SECTIO



# SECTIO V.

## *De variis circa hanc materiam reſolutionibus.*

1. IRregularis non indiget *a* diſpenſatione ad primam tonſuram; ſed contraria ſententia eſt communior.

2. Qui in rixa alteri abſcidit digitum, vel auriculam vel naſum non *b* eſt irregularis, & ſecundum aliquos, nec qui mulieri mamillam.

3. Cùm quis ſponte ob indignationem, vel impatientiam ſibi membrum abſcidit, ſi non ſit notabilis deformitas, & factum non ſit notorium, non ſit *c* irregularis ſecundum probabiliorem ſententiam.

4. Cùm homicidium non fuit voluntarie præmeditatum, ſed rixâ forte exorta factum eſt, caſuale dici debet, & in eo *d* poteſt Epiſcopus diſpenſare.

5. Probabile *e* eſt damnatos ad triremes non eſſe irregulares, quia talis irregularitas & infamia in jure expreſſa non eſt.

6. Clericus concubinarius, vel adulter *f* poſt pœnitentiam ſublatâ infamiâ per virtuoſam vitam poteſt ſine alia licentia celebrare.

7. Per hæreſim exteriorem licet occultam *g* incurritur irregularitas ſecundum probabiliorem opinionem.

8. Clericus in hæreſim lapſus poſt pœnitentiam, & abjurationem ſine alia diſpenſatione poteſt *h* ſuſceptos Ordines exercere.

9. Qui fictè negat fidem ſive ſponte, ſive coactè *i* non ſit irregularis, niſi crimen ſit notorium propter infamiam

10. Qui ab inquiſitoribus coacti ſunt abjurare hæreſim etiam de vehementi non ſunt irregulares, *l* niſi ſuſpecti ſint de dato favore hæreticis in quantum talibus.

11. Filii Paganorum & Judæorum, & Saracenorum *m* non ſunt irregulares, ſecus verò filii hæreticorum.

12. An clerici ſæculares poſt ſacros Ordines contrahentes matrimonium cum virgine ſint irregulares alii negant, alii probabilius affirmant. *n*

*a* Dian. p. 4, tr. 2, reſ. 88. *b* Idem reſ. 36. *c* Regin. apud Dia. p. 4, tr. 2. *d* Dian. ubi ſup. reſ. 62. *e* Dian. p. 4, tr. 2, reſ. 89. *f* Layman. apud Dia. ubi ſupra *g* Suar. apud Dia. reſ. 46. *h* Avil. apud Dia. p. 4, tr. 4, reſ. 35. *i* Diana ubi ſupra tr. 1, reſ. 49. *l* Suar. apud Dia. ubi ſupra reſ. 47. *m* Dia. ubi ſup. reſ. 45 *n* Idem ibidem reſ. 19.

13. Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

13. Qui ducit virginem à ſe defloratam irregularis *o* non fit.

14. Qui cognoſcit uxorem ſuam per vim ab adultero cognitam, non fit *p* irregularis ſecundum ſententiam probabilem.

15. Qui non examinatus furtivè ſe ingerit ad Ordines manet *q* irregularis.

16. Qui durante matrimonio etiam non conſummato præſumit ſacris initiari, irregularitate *r* ligatur.

17. Religioſus invalidè profeſſus, qui ſacris initiatur manet ſuſpenſus, quod ſi Ordinem exerceat, manet *ſ* irregularis, niſi metu infamiæ excuſetur.

18. An qui exercet actum Ordinis quem non habet, adminiſtrando Sacramentum, exceptis Baptiſmo ſolemni, & celebratione, incurrat irregularitatem, alii negant, alii probabilius affirmant. *t* Sed hoc intelligendum de clericis, non autem extendendum ad laicos.

19. Sacerdos nondum approbatus abſolvens non fit *u* irregularis, fit autem ſi excommunicatus abſolvat, vel Euchariſtiam adminiſtret etiam non celebrando.

20. Qui ſuſpenſus ab uno Ordine aſcendit ad ſuperiorem non fit irregularis, *x* quamvis cum Epiſcopo concelebret, quia concelebratio illa non reputatur primum ſacrum.

21. Cum non eſt facilis recurſus ad Papam, & urget neceſſitas, poteſt *y* Epiſcopus diſpenſare in homicidio occulto, ut quis in ſuſcepto Ordine miniſtret.

22. An irregularitas ex defectu natalium ſit diſpenſabilis per Epiſcopum alii ajunt, *z* alii negant, utrique probabiliter, ſi eſt occulta.

23. Epiſcopus *a* poteſt diſpenſare, ut illegitimus bonâ fide ordinatus, immò & malâ, Ordines exerceat.

24. Tollitur hæc irregularitas profeſſione religioſa non tantùm quoad Ordines, ſed etiam quoad prælaturas religionis, & ſaltem poſſunt in illa quoad hoc Prælati diſpenſare. Nec reincidunt in illam, qui poſt profeſſionem vel votorum ſimplicium emiſſionem in Societate noſtra à religione expelluntur. In his autem contrarium *c* eſt probabilius, quia abſoluti à votis merè ſæculares exiſtunt.

25. Poteſt *d* etiam Epiſcopus diſpenſare in irregularitate ex delicto deducto in forum contentioſum etiam punito.

26. In Bigamia interpretativa ſi eſt occulta probabile *e* eſt poſſe Epiſcopum diſpenſare. Idem dicunt multi in Bigamia propria quoad minores Ordines, & beneficium ſimplex.

27. Prælati religionum cum ſuis ſubditis poſſint diſpenſare in quacumque bigamia, & illis *f* conceſſit Paulus III. facul-

*o* Comm. DD.
*p* Diana p. 4. reſ. 18.
*q* Comm. DD.
*r* Diana ubi ſupra.
*ſ* Comm. DD. & Bonav. apud Dia. reſ. 22.
*t* Dian. ubi ſup. reſ. 56.
*u* Suar. apud Dia. ubi ſupra reſ. 89.
*x* Idem apud Dia. ubi ſupra reſ. 92.
*y* Avila apud Dia. reſ. 71.
*z* Diana ubi ſupra.
*a* Layman. ubi ſup.
*b* Vide Sanchez apud Dia. ubi ſupra reſ. 64.
*c* Vide Dian. ubi ſupra.
*d* Sanch. apud Dia. ubi ſupra, p. 4. tr. 8. reſ. 97.
*e* Avila apud Dia. ubi ſupra. reſ. 51.
*f* Paul. III. in Bulla.



cultatem abſolvendi ſuos ſubditos ſemel in anno à quacumque irregularitate ex quavis occaſione, vel cauſa contracta.

28. Diſpenſatus, ut celebret excepto loco homicidii *g* poteſt celebrare in ſuburbiis illius civitatis.

29. Irregularitas ex delicto non incurritur *h* ſecundum aliquos ante decem annorum ætatem.

30. Tollitur *i* per profeſſionem religionis quæcumque accidit ſine peccato (excepta Bigamia) quantum ad omnes Ordines non verò quoad Prælaturam vel dignitatem.

31. Cum multi jaciunt lapides, & ignoratur quis eorum hominem occiderit, omnes ſunt *l* irregulares.

32. Qui accipit eodem die cum minoribus Ordinem ſacrum, vel duos ſacros fit *m* irregularis. Diſpenſat Epiſcopus, ut acceptis uti poſſit, & ad alios aſcendat.

33. Cantans ſolemniter Epiſtolam ſine manipulo non manet *n* irregularis.

34. Suſpenſus ad tempus, ſi celebret non incurrit *o* irregularitatem ex multorum ſententia; hoc autem verum eſt ſi tempus ſuſpenſionis adimpletum eſt, vel non ſit vera ſuſpenſio, ſed tantum quædam prohibitio.

35. Virtute jubilei Sanctæ Annæ in Limano Xenodochio à quocumque idoneo Sacerdote ſive ſæculari, ſive regulari, quicumque Chriſti fidelis poteſt abſolvi ab omni cenſura, & irregularitate etiam bigamiæ, & homicidii voluntarii diſpenſari exceptis ſolùm cenſuris in Bulla Cœnæ contentis. Viri tamen docti cenſent hoc Jubileum finitum eſſe, quia fuit vivæ vocis oraculum, & hæc ſunt revocata.

*g* Dian. ubi ſup. tr. 4. reſ. 123.
*h* Sa n. 5. in hoc verb.
*i* Idem ubi ſupra.
*l* Idem hoc verb.
*m* Silv. verb. hoc num. 6.
*n* Sa hoc verb.
*o* Idem n. 6.
Paul. Pap. IV. an. 1558.

---

# DISPVTATIVNCVLA
## interjacens.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### *IVDAEVS.*

1. Cum non eſt periculum ſubverſionis, nec ſcandalum, licet *a* cum Judæo communicare, & in eadem domo habitare, non tamen illius operâ uti ad medicinam.

2. Licitum *b* eſt Judæo vendere ea quibus utitur in ſuis cæremo-

*a* Ex conſ. Greg. XIV.
*b* Molin. diſp. 360.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

remoniis, ſed non ea intentione, nec cum certò ſcitur ad id illa emere.

[a Azor. l. 3, c. 7.] 3. Judæus non c poteſt habere Chriſtianum ſervum, vel famulum, & ſervi ejus ſi volunt Baptiſmum recipere cum illo recipiunt libertatem.

[d Vide Azor. loc. cit. c. 6.] 4. Judæi, qui nunquam Baptiſmum receperunt non d ſunt prohibendi facere ſuos ritus, & ſinagogas reficere.

[e Sa hoc verb. n. 5.] 5. Princeps non e habens ſuperiorem, poteſt illis permittere uſuras exercere ob vitanda majora mala ſecundum probabilem opinionem

[f Idem ubi ſupra.] 6. Chriſtiana poteſt f nutrire puerum Judæum extra domum Judæorum.

---

# DISPVT. X. SECT. I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## IVDEX.

### QVAE SINT NECESSARIA, VT iuſtè iudicet.

[a D. Tho. 2. 2. q. 60.] 1. TRia ſunt a neceſſaria ut juſtè judicet: Juriſdictio, juſtitiæ amor, & prudens conſultatio ad non errandum.

[b Comm. DD.] 2. Nemo b poteſt alium judicare, qui ſibi non ſit aliquomodo ſubditus.

[c Comm. DD.] 3. Cùm ſuperior injuriantis illum non punit, ſuperior injuriati poteſt c illum punire admonito prius ejus judice.

[d Lota diſt. 96. & 11. q. 1. per tot.] 4. Peccant graviter ſæculares clericos judicando, quia divino, & humano jure ſunt excepti.

[e Comm. DD.] 5. Judex Eccleſiaſticus non tenetur e ratum habere factum proceſſum à Judice ſæculari, nec debet condemnare clericum ob confeſſionem factam coram illo.

[f c. ſi diligenti de foro cōpet.] 6. Non poſſunt clerici renunciare privilegio emptionis, in civilibus tamen poſſunt eligere judicem arbitrum ſæcularem.

[g c. 2. de ma. per.] 7. Poteſt g in cauſa civili judicari per modum reconventionis à judice ſæculari

[h Vill. to. 2. tr. 14. diſ. 1] 8. Judex vi reum extrahens ab Eccleſia in caſu, quo ejus immunitate gaudet, peccat graviter & h poteſt à reo armis repelli.

9. Iudex



[i c. decet parag. ordinari de imm. Eccl.] 9. Judex ſæcularis non i poteſt exercere juriſdictionem in Eccleſia, & quidquid ibi fecerit eſt nullum.

[l Comm. DD.] 10. Epiſcopus, qui exemptos judicat in eo, in quo illi ſubditi non ſunt, graviter l peccat.

[m Comm. DD.] 11. Facta à judice excommunicato occulto, vel per communem errorem, vel diverſas opiniones tolerato valida m ſunt.

[n Vide Leſ. lib. 2. c. 29. dub. 6.] 12. Tyrannus, qui habet oppreſſam rempublicam peccat mortaliter ſententiam proferendo, ſed eſt n valida, & obſervanda in conſciētia ob bonū reipublicæ ſuppoſito ejus ſtatu.

*AN SVMMVS PONTIFEX poſſit ſeipſum alteri ſubiicere.*

[o Comm. DD.] 13. Si, quod Deus avertat Summus Pontifex eſſet hæreticus, ſubjectus maneret o futuri concilii judicio.

[p Comm. DD.] 14. In foro conſcientiæ poteſt p ſeipſum cuilibet Sacerdoti ſubjicere.

[q Vill. ubi ſup. diſ. 21] 15. In rebus temporalibus q poteſt cuilibet judici ſe ſubjicere, & tenebitur ſervare ſententiam illius.

[r Idem ubi ſupra.] 16. In eo, in quo ipſe ſe judicare non poteſt, nō r poteſt alteri ſe ſubjicere, & cùm ſe non poſſit excommunicare nec ſuſpēdere, non poteſt hoc alteri committere In abſolutione autem à ſuis peccatis ſolùm dat materiam non commiſſionem

*AN LICEAT iudici ſententiam proferre ſciens rei veritatem in contrarium?*

[ſ Comm. DD.] 17. Cùm judex ſcit aliquem eſſe innocentem, tenetur ſ in quantum poteſt illum liberare.

[t Comm. DD.] 18. Cumprobatur delictum contra eum quem ſcit eſſe innocentem, tenetur t cauſam remittere ad ſuperiorem, & teſtis vicem agere. Si autem nullo modo poſſit eum liberare, quod vix poteſt contingere, an poſſit eum liberare, quod vix poteſt contingere, an poſſet eum condemnare ſecundum allegata, & probata alii negant, alii probabilius affirmant.

[u D. Tho. 2. 2. q. 67.] 19. Iudex inferior tenetur obſervare leges ſuperioris, etiam ſi ſibi conſtet evidenter de delicto.

[x Comm. DD.] 20. Iudex ſupremus non tenetur obſervare ſolemnitates juris poſitivi; y tenetur tamen ad ea quæ ſunt juris divini, & naturalis, & ideo non poteſt judicare ex eo quod ſcit in particulari, & hoc ſaltem eſt de jure gentium, ut ſententia feratur ſecundum allegata, & probata.

[y Vide Leſ. lib. 2. c. 29 dub. 11.]

[z Bart in l. unic. c. ut quæ.] 21. Contrarium tenent z viri docti, & in abſolutione ejus, quem ſcit innocentem, omnes conveniunt poſſe uti particulari ſcientiâ ſupremum Principem, illuque eſſe credendum

[a Comm. DD.] 22. Non a poteſt Princeps inauditum condemnare, niſi citatus nolit comparere, vel delictum ſit notorium, vel magnū

ſequa-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſequatur ſcandalum ex publicatione delicti, & periculum reipublicæ, vel ſi cujus innocenti s ex dilatione ſupplicii.

*QUAS DEBEAT judex ſequi opiniones?*

b Comm. DD.

23. Cùm utraque opinio eſt probabilis, b poteſt judex ſequi quam maluerit; ſed reo favorabilior, & benignior eſt præferenda.

24. Cùm in civilibus utraque opinio eſt probabilis ex parte facti c debet judex partes componere.

c Villal. to.1, tr.1, dif.13, n.2
d Comm. DD.

25. In civilibus debet d favere melius probanti, & in criminalibus poteſt ſequi, imo & debet ſequi minus probabilem faventem reo.

26. Quod dictum eſt cùm ſunt opiniones ex parte facti, dicendum etiam eſt cùm ſint e ex parte juris.

e Comm. DD.
f Vill. ubi ſupra n. 5.

27. Poteſt f judex ſequi aliorum opinionem magis receptam relictâ propria, quam judicat magis probabilem.

g Idem n.7

28. An verò poſſit abſolutè ſequi opiniones minus probabiles alii ajunt, alii g negant probabilius; niſi ſit magis recepta, vel in favorem rei.

h Idem n.8

29. Poteſt h judex ſequi opinionem, quam judicat magis probabilem, licet ſit minùs tuta.

i Comm. DD.

30. Poteſt i judex procedere per modum accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis.

l Comm. DD.

31. Denuntiatio l alia eſt Evangelica, quæ ſolùm dirigitur ad emendationem delicti, alia judicialis, quæ ad punitionem ob bonum commune.

m Comm. DD.

32. Procedit m etiam judex vel ex officio, vel ad inſtantiam partis. Ex officio quando præceſſit infamia, vel denuntiatio, & judex inquirit contrarium. Ad inſtantiam partis procedit, quando eſt qui reum accuſet.

n Villal. to.2, tr.14 dif.15.

33. Non n poteſt judex condemnare reum ſine accuſatore vero, vel ficto. Fictus accuſator eſt infamia, vel indicia, vel denunciator.

o Comm. DD

34. Parentes erga filios, & Prælati erga ſubditos ad puniendu levia peccata non o indigent accuſatore.

Ex Lleria de accuſ.
* In decr. Alexandri VII 1665.

Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, non poteſt judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.*

*DE INQUISITIONE facienda à judice vide verbum inquiſitio.*

*QUANDO poſſit judex torquere reum?*

p Comm. DD.

35. Non p poteſt judex torquere reum, niſi in gravibus delictis, nec cùm delictum eſt probatum quamvis illud neget.

36. Cùm reus tenetur confiteri, & malitioſè appellat, poteſt



poteſt q torqueri; nec non cùm eſt obligatus revelare complices, & non vult.

q Navar. in ſum. c. 18, n. 50.
r Comm. DD.

37. Cùm crimen poteſt teſtibus plenè probari, non eſt r torquendus reus; ad torturam tamen requiritur ſemiplena probatio cum infamia.

ſ Comm. DD.

38. An indicia ſint ſufficientia, judicis arbitrio ſ relinquitur.

t Comm. DD.

39. Sola infamia non t ſufficit ad torturam, niſi cum aliis adminiculis v.g. ſi ſit jam infamatus de ſimili delicto, vel fugam ceperit cum hoc commiſſum fuit.

u Villal. ubi ſup. dif.16.

40. Indiciorum copia in ſcriptis u danda eſt reo ante torturam, ut ſe exoneret, & hoc obſervandum præcipue in cauſis religioſorum.

x l. 1. ff. de quæſtio.

41. Cùm reus poſt confeſſionem in tortura non vult illam ratificare, x poteſt iterum torqueri. Si autem iterum confeſſus neget poſt torturam, ne procedatur in infinitum, ſi gravia fuerunt tormenta, debet definitivè abſolvi.

y Comm. DD.

42. Confeſſio facta in tortura ſine indiciis eſt y nulla.

*QUI SINT à tortura excepti.*

z Lib. 2, tit.30, p.7.

43. Pueri, z ſenes, milites, nobiles, Decuriones, Doctores: Milites autem ſi ſint Duces; quia alii niſi ſint nobiles, ſæpe torquentur.

a Comm. DD.

44. Prægnantes donec pariant, & à partu convaleſcant a ſunt etiam exceptæ. Senes autem niſi ſint valdè decrepiti poſſunt torqueri, ſed non ita graviter, ut juvenes.

b Comm. DD.

45. Qui ob ætatem non poſſunt torqueri b poſſunt comminari, & flagellis cædi, non tamen qui ob privilegium ſunt excepti.

c Vide lex liberos, ff. de quæ.

46. Teſtes c poſſunt torqueri in duobus caſibus. 1. Quando vacilli, & varii ſunt in dicto. 2. Cùm probatur complices fuiſſe in delicto, vel de mendacio convictos, quia conſtat illos factum vidiſſe, quod negant.

d Comm. DD.

47. Teſtis vitio notatus d purgatur in tortura.

e Villal. to. 2, tr. 14, dif. 14.

48. Religioſi flagellis tantum, & jejuniis torquendi e ſunt, & levioribus pœnis moniales, quia fragiliores ſunt.

f Vide Villal. ubi ſup. dif.15.

49. Propter ſola indicia non f poteſt reus puniri pœnâ ordinariâ; poteſt tamen, ſi præſumptio contra eum ſit violenta, ut adulter repertus in alieno toro cum uxore alterius.

*AN ET QUANDO judex reſtituere teneatur?*

g c. qualiter quando de accuſat.

50. Cùm judex mortaliter culpabilem injuriam irrogavit reo; ut extorqueret confeſſionem, non g poteſt ultra

in cauſa contra eum procedere, nec revelatos complices punire.

51. Si, quod [illegible] avertat, judex teſtes, vel accuſatores ad falſum teſtim[illegible] deduceret, tenetur *h* reo etiam cum periculo vitæ, vel bon[illegible] restitutionem facere.

*h* Comm. DD.

52. Si ſciat judex à ſuis miniſtris injurias fieri, *i* tenetur illas impedire, & ſi non impediat, reſtituere.

*i* Comm. DD.

53. Cùm judex reum damnavit ex ſola particulari ſcientia delicti, vel injurioſè ab eo confeſſionem extorſit, cum ſine indiciis ſufficientibus, vel cum eſſet perſona privilegiata torquendo, vel ex loco ſacro illicitè extrahendo, vel decipiendo, damna reſtituere *l* tenetur.

*l* Vide Leſſ. lib. 2. c. 29.

54. Niſi parte conſentiente non *m* poteſt judex pœnam legis relaxare, vel diminuere, niſi hoc valde utile eſſet bono communi.

*m* D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 4.

55. Judex inferior etiam parte conſentiente non *n* poteſt pœnam legis remittere, niſi aliquando ob bonum commune epychcia utendo. Superior autem licitè poteſt parte conſentiente.

*n* Idem ubi ſup.

---

# SECTIO II.

## *De Iudice Eccleſiaſtico.*

1. JUdex Eccleſiaſticus *a* poteſt conſuetudine legitimè præſcripta acquirere juriſdictionem in laicos, ſed non è contra.

*a* Sanchez apud Dia. p. 4. tr. 1. reſ. 51.

2. Quæſtio juris circa decimas ad ſolum Eccleſiaſticum judicem *b* pertinet, facti vero eſt mixti fori.

*b* Fagun. apud ipsũ.

3. Cognitio decimarum, quæ ſæcularibus datæ ſunt in feudum ad ſolum judicem ſæcularem *c* ſpectat. Et ſimiliter decimarum conductor apud ſolum judicem ſæcularem eſt conveniendus. Idem dic quando clerici petunt à laicis, ut ſolvant decimas, quas conſuetudine immemorabili numquam ſolverint.

*c* Azor. apud ipsũ ubi ſupra.

4. Non poteſt *d* laicus has cauſas cognoſcere titulo etiam compromiſſionis ſimul cum Eccleſiaſtico.

*d* Comm. DD.

5. Si authoritate ſummi Pontificis decimæ tranſlatæ fuerint ad laicum, qui pro eis vel æqualem vel majoris valoris rem dedit, tunc ſpectabit *e* cauſa ad judicem laicum.

*e* Dian. p. 5. tr. 2. reſ.

6. Ad



6. Ad Eccleſiaſticum ſolum pertinet *f* cauſa ſponſaliorum, & præcipuè quando agitur de illorum valore. [illegible] pendente lite ſuper matrimonium vel ſponſalia puellam deponere ad inquirendum ejus voluntatem.

*f* Comm. DD.

7. Executio piorum legatorum, & poſt annum totius teſtamenti ſpectat *g* ad Eccleſiaſticum.

*g* Dianã p. 4. tr. 1. reſ. 97.

8. Quando clericus clericum inſtituit, vel teſtamentum conditum eſt ad pias cauſas, publicatio illius pertinet *h* ad Eccleſiaſticum.

*h* Molin. apud Dia. ibidem.

9. Cognitio dotis relictæ in teſtamento puellæ pauperi etiam principaliter & ad inſtantiam partis, pertinet ad Eccleſiaſticum. Itemque dare tutorem clerico minori, vel mente capto. Sed inventarium facere bonorum clerici, qui reliquit filios minores, ſpectat ad laicum.

*i* Diana ibidem reſ. 117.

10. Iudex Eccleſiaſticus *l* punire poteſt laicum ob perjurium, ſed non è contra. Item judicat laicum, quando convenitur, quia non ſolvit fructus præbendæ ſibi locatæ, vel prætii, quam in emphyteuſim habet ex Eccleſia.

*l* Covar. apud Dia. 1. 9. tr. 2. reſ. 60.

11. Iudex Eccleſiaſticus *m* poteſt cognoſcere cauſam laici ſimul cum clerico delinquentis.

*m* Laym. apud Dia. p. 3. tr. 1. reſ. 1.

12. Non opus habet Eccleſiaſticus præmittere cenſuras, ut imploret brachium ſæculare; *n* poteſt tamen, ſi nolit auxilium præſtare, cogere per illas judicem laicum.

*n* Barbo. apud Dia. p. 1. tr. 1. reſ. 121.

13. Etiam ſi in puniendis clericis ſint negligentes judices Eccleſiaſtici, non poſſunt *o* laici eos punire.

*o* Comm. DD.

14. Avocatio cauſarum ſpiritualium à quocumque fiat ad tribunalia ſæcularia eſt prohibita *p* per Bullam Cœnæ, nec excuſat tolerantia Sum. Pont. quia Bulla reclamat, nec non eſſe receptam in aliqua provincia, quia ipſa Bulla excludit omnem prætextum.

*p* Filiuc. apud Dia. ubi ſup. reſ. 53.

15. Privilegium conceſſum Principibus laicis cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticas quia odioſum, *q* poteſt revocari, ſed non niſi juſta de cauſa, ſi datum eſt ob remunerationem.

*q* Dianã ibidem reſ. 55.

16. Eccleſiaſticus *r* poteſt laicos concubinarios punire pœna pecuniaria poſt primam monitionem, & excommunicare poſt trinam, & hoc crimen eſt mixti fori.

*r* Azor. apud Dia. p. 1. tr. 3. reſ. 88.

17. Quæſtio ſuper uſuram, ſi eſt juris ad ſolum Eccleſiaſticum pertinet, ſi eſt facti eſt mixti fori; & ideo Eccleſiaſticus judex *ſ* poteſt cogere judicem laicum, ut ſuperſedeat executioni contractus, donec declaret an ſit uſurarius, vel non.

*ſ* Dianã ibidem reſ. 3.

18. Sacrilegium eſt mixti fori, & ad utrumque tribunal *t* ſpectat.

*t* Barb. apud Dia. p. 1. tr. 5. reſ. 51.

19. Filius ſpurius *u* poteſt petere alimenta coram Eccleſiaſtico,

*u* Dianã ibidem reſ. 14.

ſiſco, ſi v[illegible] enim hæc cauſa mixti fori.

x Idem ib. ref. 118.

20. [illegible] Eccleſiaſticus judex relaxat juramentum x poteſt etiam annullare, vel reſcindere contractum juratum, qui ratione juramenti ad eum ſpectat, & eſt mixti fori.

y Barb. apud Dian. ubi ſupra ref. 87.

21. In criminibus mixti fori y poteſt judex Eccleſiaſticus reos laicos in ſuum carcere detrudere non invocato brachio ſæculari, & qui apud eum accuſatur non poteſt iterum accuſari apud ſæculare tribunal, mitius autem, quam par eſt, à ſæculari punitos poteſt Eccleſiaſticus majore pœna punire.

z Dian. ib. ref. 89.

22. Cum implorat Eccleſiaſticus brachium ſæculare, non tenetur z oſtendere proceſſum, quia ad laicum judicem pertinet nuda executio.

a Bonaci. apud Dia. p. 4. tr. 1. ref. 14.

23. Cum ſit appellatio à ſententia lata per duos judices non a poteſt fieri niſi apud Eccleſiaſticum, quia ſolus poteſt arbitros judicare.

b Dian. p. 1. tr. 2. ref. 105.

24. Appellationes tuitivæ, quæ dantur, ne procedatur contra eum, qui ad curiam recurrit Romanam, non ſunt b concedendæ à laicis judicibus, quia lædunt libertatem Eccleſiaſticam.

25. Inventarium bonorum defuncti Epiſcopi conficere non ſpectat ad laicum.

*DE IVDICE LAICO.*

c Dia. ref. 98. ubi ſup.

26. Judex laicus nec incidenter cognoſcere c poteſt de cauſis Eccleſiaſticis, quia non ſolum eſt incompetens, ſed incapax. Eccleſiaſticus vero poteſt de profanis, quia licet ſit competens, non eſt incapax.

d Filiu. apud Dian. p. 1. tr. 2. ref. 11.

27. Laicus ſecreto faciens informationem contra Eccleſiaſticum, etiam cum intentione remittendi eam ad Eccleſiaſticum, lædit d Eccleſiaſticam immunitatem.

e Comm. DD.

28. Non e poteſt laicus cognoſcere cauſam, in qua agitur, ut Eccleſiaſticus recuperet beneficium, è quo eſt ejectus, imo nec poteſt cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficii.

f Barb. apud Dia. p. 1. tr. 1. ref. 2.

29. Nec f poteſt cognoſcere de hæreſi etiam facti, & conſequenter nec de apoſtaſia.

g Dian. p. 1. tr. 2. ref. 118.

30. Filius clerici, qui etiam eſt clericus non g poteſt à Principe laico legitimari, quia eſt actus juriſdictionis.

h Comm. DD.

31. De adulterio, quando proceditur ad pœnam ſanguinis ſolum h cognoſcit judex laicus, quoad alias pœnas eſt mixti fori. Cum autem agitur de divortio ſolus Eccleſiaſticus eſt competens, & idem eſt quando agitur de ſeparatione ad tempus.

i Moll. apud Dia. ubi ſup. ref. 116.

32. Poteſt i laicus cogere ſæcularem, ut condonet obligationem juramenti, vi, vel metu extorti, quando illa ſuit extortum.

33. Lai-



l Diana p. 1. tr. 1. ref. 70.

33. Laicus l poteſt dirimere controverſias ortas in publicis proceſſionibus inter confraternitates, C[illegible]ſcere autem an ſit rector illarum legitime electus, [illegible] ſpectat ad Eccleſiaſticum.

# SECTIO III.

## *DE VARIIS CIRCA IVDICES reſolutionibus.*

a Comm. DD.

1. Ex notitia, quam judex habet ex revelatione ſigilli Confeſſionis nihil a poteſt agere, & quod egerit eſt nullum.

b Comm. DD.

2. Judex qui accepit aliquid notabile pro ferenda ſententia juſta vel injuſta b peccat mortaliter, & tenetur reſtituere quod accepit pro ferenda ſententia juſta, & expenſas, & damnum illatum. Quod autem accepit pro fe[illegible] ſententia injuſta non tenetur reſtituere, ſe[illegible] ferenda, un[illegible] illatum.

c Comm. [illegible]

3. Judex Eccleſiaſticus ferens ſententiam, [illegible] injuſtam, manet ipſo facto ſuſpenſus.

4. Judex, qui ſecutus conſilium Aſſeſſoris bona fi[illegible] dicat, non d peccat, nec tenetur reſtituere, totum on[illegible] ad Aſſeſſorem.

e [illegible] 18.

5. Si nulla præceſſit infamia, e accuſatio, vel denuntiatio, non poteſt inquirere contra particularem perſonam, etiamſi ſint duo, vel tres teſtes, niſi delictum ſit notorium.

f Comm. DD.

6. Judex ſæcularis f poteſt clericum capere in flagranti delicto, ſed debet eum remittere ad Eccleſiaſticum intra debitum tempus.

g Comm. DD.

7. Orta quæſtione circa juriſdictionem inter judicem laicum, & Eccleſiaſticum, ad Eccleſiaſticum g ſpectat declarare, ad quem pertineat.

h Comm. DD.

8. Malefactores h poſſunt trahi à miſerabilibus, ut viduis, & pupillis ad judicem Eccleſiaſticum.

i Sà hoc verb. n. 5.

9. Poteſt i judex Eccleſiaſticus retinere ſibi pœnam pecuniariam à ſe vel ab ſtatuto impoſitam, ſed laudabilius erit dare in uſus pios.



10. Poteſt

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10. Poteſt l judex pœnam imponere cùm non eſt à jure impoſit[a] [illegible]

11. Iudex, qui non viſitant carceres, nec curat providere pauperibus, m peccat mortaliter.

12. Poteſt n aſſumere Aſſeſſorem expenſis partium.

13. Poteſt, o ſi eſt conſuetudo, accipere aliquid pro ſalario, & eſculenta munera parui valoris ſponte oblata.

14. In lite difficili p poteſt cogere partes ad compoſitionem.

15. Clericus conſentiente Epiſcopo q poteſt litigare coram judice Eccleſiaſtico non ſuo, & coram ſæculari in rebus temporalibus.

16. Iudex Eccleſiaſticus r poteſt cogere ſæcularem à ſe judicatum ad pœnæ ſolutionem vel per cenſuras, vel invocato brachio ſæculari.

17. Conſuetudo judicum non procedendi ſecundum omnia requiſita in jure diu approbata legis vim ſ habet.

18. Teſtis non tenetur t reſpondere judici niſi ſciat ſe teneri, vel quia probata eſt infamia, vel quia ſunt indicia ſufficientia, vel ſemiplena probatio; poteſt autem ſi velit etiam in occulto crimine teſtificari.

19. Iuſta u eſt appellatio ad judicem ſuperiorem, etiamſi inferior tulerit ſententiam ſecundum opinionem probabi[lem] [illegible] ſuperior illam revocare ſecundum opinio[nem] [illegible]

20. Iu[dex] [illegible] Eccle[ſiaſticus] [illegible] & injuſtitiæ periculo non x peccat Eccleſ[iaſticus] [illegible] accipiendo, ut cauſam ſolito diligentius pertractet; nec ſi accipiat aliquid, ut prius expediat negotium unius, quando partes litigantes ſunt æquales in tempore. Hæc autem non ſunt agenda.

21. Licitum y eſt aliquid donare judicis concubinæ, ut pro ſe intercedat, quando alia via non poteſt judicem inflectere, ut tibi ſervet jus tuum.

22. Non licet interficere accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam judices, à quo iniqua certo imminet ſententia; ſi aliâ viâ non poteſt innocens damnum evitare. z

l Idem ubi ſupra num.6.
m Navar. c.25.n.24.
n Sá ubi ſup.n.11.
o c ſtatuto de reſcrip. lib.6.
p Sá ubi ſup.n.15.
q Idem n.17.
r Covar.c.10,n.4.
ſ Sá ubi ſupra nu.4.
t Sá verb. teſtis n.3.
u Dian p.3,tr.5,reſ.204.
x ... Leſſ. ... ſup.
y Dia. p.10,t.11,reſ.118.
z In decr. Alexand. VII. anno 1665, 24. Septemb.

# DISPVTATIVNCVLA interjacens,

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### IVDICIVM TEMERARIVM.

1.Juda-



1. IUdicium temerarium perſonæ particularis a eſt deliberata, & firma ſententia de malo alterius ſine ſufficienti fundamento, & ex ſua natura eſt peccatum mortale. Erit autem veniale propter infirmitatem actus, vel materiæ levitatem.

2. Parvitas, vel gravitas materiæ non eſt ſumenda ex eo ſolùm, quod ſit malum grave, vel leve in genere moris, ſed etiam ratione infamiæ, vel injuriæ. Fatuum eſſe vel amentem nullum eſt peccatum, qui vero alium temerariè judicat eſſe amentem peccat mortaliter ob gravem, quam ei infert injuriam ſecundum probabiliorem b ſententiam.

3. Qui alium judicat ſine fundamento in re levi, de qua ille parum offenderetur, non peccat c mortaliter.

4. Judicare ſine fundamento aliquem defunctum damnatum eſſe ad gehennæ pœnas, eſt d peccatum mortale.

5. Cùm judicium non exiit in actum exteriorem detractionis, vel contumeliæ obligatio ſolùm e eſt illud deponendi.

6. Cùm Petrus homo verax dicit ſe vidiſſe Joannam fœminam honeſtam cum adultero peccantem, ſi Petro non credo, facio illi injuriam, ſi credo, fœminæ honeſtæ. Quid ergo faciam? Remedium f eſt judicium ſuſpendere, & manere in dubio, donec res clarior fiat.

a Comm. DD.
b Idem p.5,tr.1,reſ.68.
c Comm. DD.
d Villal.
e Comm. DD.
f Comm. DD.

# DISPVT. XI. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### IVRAMENTVM.

*De juramenti definitione, & quæ verba vim juramenti habeant, & quæ non.*

1. IUramentum a eſt invocatio nominis divini in teſtimonium.

2. Juramentum b eſt aliud actuale, quando actu in ſe Deus invocatur; aliud virtuale, quando invocatur in ſuis creaturis, ut in ſanctis.

3. Cùm in jure ſtatuitur, quod jurans tangat libros Evangeliorum, ſi hoc non obſervetur, non tenet c in foro exteriori, licet obliget in interiori.

4. Juramentū d aliud aſſertorium, cùm quis ſub juramento affirmat

a D.Tho. 2,2,q.89, art.1.
b Comm. DD.
c Covar.c. quamvis pactum, parag.1, n.1.
d Vide Villal. tr.36, dif.1.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

affirmat aliquid eſſe verum; aliud promiſſorium, cùm quis ſub juramento [illegible] ad aliquid faciendum; aliud execratorium, cùm quis [illegible] malum execratur à Deo infligendum, ſi quod affirmat, vel promittit non eſt verum, vel ſi hoc non egero; aliud tandem eſt purum, aliud conditionale.

5 Cùm formaliter vel virtualiter adducitur teſtimonium divinum, eſt *e* juramentum, etiam ſi non proferatur hoc verbum *Iuro*.

*e* Comm. DD.

6. Cùm intentio [illegible] non eſt Deum ut teſtem adducere, non eſt *f* juramentum quocumque verbo proferatur.

*f* Comm. DD.

7. [illegible], *g* hoc me facturum nullo alio verbo addito, non eſt juramentum.

*g* Villal. ubi ſup.

8. Qui jurat per [illegible], vel per creaturas, in quibus eminet aliqua ſpecialis perfectio Dei, jurare per Deum *h* cenſetur.

*h* Comm. DD.

9. Per habitum religioſum, [illegible], per conſcientiam meam, per ſalutem, per [illegible] meam, per [illegible] Dei & ſimiles modi loquendi ſunt *i* vera juramenta, ubi dicantur ſine animo Deum in teſtem afferendi, ut cùm quis iratus dicit: Per Deum, vel vivit Deus, quod ex intolerabilis; vel addita conditione, Vivit Dominus quod ſi non reſpexiſſem, &c. In his & ſimilibus non *l* eſt juramentum.

*i* Vide Sanch. in ſum. lib. 3. c. 1. n. 30.

10. Hæc verba voto à Dios, prometo à Dios, ex ſe non *m* ſunt juramenta, ſed vota, ſed jam in uſu recepta ſunt ut juramenta.

*l* Villal. to. 1. tr. 34. d. 1. 1.

*m* Comm. DD.

11. Hæc autem, ſicut ſacerdos, ſicut Chriſtianus, ſicut credo in Deum, ſicut religioſus, ex ſe non ſunt *n* juramenta, niſi dicentis animus ſit Deum adducendi in teſtem.

*n* Vide Suar. to. 2. de relig. tr. 5. lib. 1. c. 11.

12. In mea conſcientia, per meam conſcientiam, corpus Dei tecum, in fide mea, per fidem meam, in fide honeſti viri, & ſimilia, niſi adſit animus jurandi, non *o* ſunt juramenta.

*o* Comm. DD.

13. Deus ſcit, coram Deo, Deus eſt teſtis & ſimilia *p* ſunt juramenta, licet de illis aliqui DD. dubitent.

*p* Azor. to. 1. lib. 11. c. 3. q. 1.

14. Idem *q* dic de hoc Vivit Dominus, Deus eſt veritas, alii ajunt, alii negant.

*q* Sanchez ubi ſup. n. 25.

15. Hæc autem: Juro por omne, quod jurare poſſum, juro à ſan, juro à tal voto atal, por eſta que me la aveis de pagar, por eſſa cruz ſeñalando otra coſa, non dicuntur animo jurandi, & ideo non *r* ſunt juramenta.

*r* Comm. DD.

16. Hoc verbum: Par Dios aliqui dicunt eſſe juramentum, quia idem eſt ac per Deum; ſed jam dicitur ſine animo jurandi



jurandi etiam à fœminis, & ſic non *ſ* eſt juramentum.

*ſ* Sanc. ubi ſup. n. 15.

17. Qui petit juramentum ab infidelibus, quos ſcit juraturos per Deos falſos, non peccat, *t* ſi hoc ſi neceſſitate faciat.

*t* D. Aug. in lib. de perju.

18. Sicut Deus eſt veritas, ſicut Chriſtus eſt Filius Virginis, ſi ſenſus ſit comparare veritatem [illegible] cum divina, eſt blaſphemia. *u* Si ſenſus ſit adducere [illegible] divinam veritatem vel Chriſtum, erit juramentum [illegible] quod veritas humana ſit ad ſimilitudinem di[illegible], nec [illegible] juramentum, nec blaſphemia.

*u* Vide Sanc. in jur. lib. 3. c. 15.

19. Per mortem, quam [illegible] ut juramentum habetur. *x* Scit Deus [illegible] quod non [illegible], eſt verbum æquivocum, & pendet ex animo dicentis. Id [illegible] dic de hoc, coram Deo, quod non mentior.

*x* Comm. DD.

20. Maldita ſea la [illegible], que yo tengo [illegible] Tantos Angeles vengan por mi alma como [illegible], mexor me guarde Dios que eſtoes verdad, [illegible] que me mantien, que me corten las orejas, ex ſe non *y* ſunt juramenta, niſi dicantur cum animo jurandi.

*y* Comm. DD.

*AN LICEAT IURARE, & juramento ſi deſint debitæ circumſtantiæ quale ſit peccatum?*

21. Juramentum ex ſui natura *a* eſt licitum, & honeſtum ſi fiat cum veritate, reverentia, & neceſſitate.

*a* Comm. DD.

22. Cùm deeſt veritas etiam ſi ſit in re minima, eſt peccatum *b* mortale; cùm deeſt neceſſitas, vel reverentia eſt veniale.

*b* Comm. DD.

23. Cùm in juramento promiſſorio deeſt adimplendi voluntas etiam in re minima, eſt *c* peccatum mortale.

*c* Comm. DD.

24. Qui jurat ſe facturum rem, quæ eſt peccatum mortale; *d* peccat mortaliter; qui autem jurat ſe facturum rem, quæ eſt peccatum veniale, peccat venialiter.

*d* Comm. DD.

25. Qui jurat ſe non facturum rem, quæ eſt ex conſilio, vel ex charitate, vel miſericordia, vel non docturum artem utilem, vel non facturum rem indifferentem, peccat *e* venialiter.

*e* Vill. ubi ſup. dif. 4.

26. Qui jurat ſe facturum rem, quam judicat *f* eſſe impoſſibilem, peccat mortaliter, quia jurat ſine animo adimplendi.

*f* Comm. DD.

27. Prædicta juramenta adimplendi non eſt obligatio *g* juranti, quia contra bonos mores.

*g* Vill. ubi ſupra.

28. Qui habet conſuetudinem jurandi, ſi ſemper eſt cum veritate, non peccat *h* mortaliter. Si autem habet conſuetudinem ſæpe jurandi ſine advertentia an ſit verum, an ſit falſum, eſt in ſtatu peccati mortalis, & illi differenda eſt abſolutio, ut ſe emendet, niſi veræ contritionis ſigna oſtendat.

*h* Comm. DD.

SECTIO

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO II.

## AN OMNIA IURAMENTA obligent?

1. JUramentum debet *a* intelligi de rebus in eodem ſtatu permanentibus.

2. Quod eſt contra bonos mores, vel in damnum tertii non *b* obligat.

3. Si jures dare Petro, quod antea promiſeras Joanni, ſi Joannes acceptavit, non potes *c* adimplere.

4. Nec teneris *d* adimplere juramentum de non relevando peccato, quod vergit in damnum reipublicæ.

5. Qui jurat rem bonam facturum ob malum finem, ut qui jurat ſe preces facturum, *e* ut puella fruatur, peccat, & non tenetur adimplere.

6. Si meretrix juret ſe pia opera facturam, ſi ei Deus prolem dederit; vel miles in bello injuſto ut ſe Deus à periculis eripiat, tenentur *f* adimplere, nec peccant, quia finis non eſt malus.

7. Qui jurat ſe facturum minus bonum majoris impeditivum ſi hoc eligit, non tenetur *g* ad illud; ſi autem non eligit majus bonum, tenetur ad minus, ut qui vovit puellam pauperem ſe ducturum uxorem, ſi eligat religionem, non tenetur *h* juramento.

8. Qui jurat ſe non reſignaturum beneficium, ſi eligat religionem *i* poteſt renunciare.

9. Juramentum non adimplere in re levi ſolum eſt *l* veniale ſecundum probabiliorem ſententiam.

10. Qui juravit ſe recitaturum per totum annum ſingulis diebus unam ſalutationem Angelicam, & ſi nullam recitaverit in fine anni, non peccat *m* mortaliter. Qui vero juravit ſingulis diebus per totum annum unum obolum pauperibus ſe daturum, tenetur ſub mortali, cum ad notabilem quantitatem pervenerit.

11. Qui propter urbanitatem juravit ſe in primo loco non ſeſſurum, non peccat *n* ſi poſtea non adimpleat.

12. Qui jurat ſe facturum rem indifferentem, quam melius non

*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Vill. ubi ſupra.
*d* Conar. 4. decret. 2. p. c. 4, num. 1.
*e* Comm. DD.
*f* Vide Azor. to. 1, lib. 11, c. 5.
*g* Idem ubi ſupra q. 2.
*h* c. commiſſ. de ſponſ.
*i* Comm. DD.
*l* Azor, to. 1, lib. 11, c. 1. q. 8.
*m* Villa. ubi ſupra vide Dialum. & Vill. to. 1. tr. 3. diſſ. 4, n. 3.
*n* Azor ubi ſup. l. 11, c. 4. q. 4.



eſt facere, quā facere, non tenetur *o* adimplere. Ut ſi quis juret hodie in agrum non exiturum, non tenetur adimplere.

13. Cùm promiſſio includit in *p* tacitam conditionem, hæc includitur etiam in juramento, & conſequenter promiſſionem; ut ſi juraſti te ducturum [illegible] virginem, ſi hæc corrupta fuit ab aliquo non [illegible] adimplere.

14. Juramentum ob metum factum, ſed cum animo adimplendi obligat. Ut ſi juraſti ob metum latronis te daturum ei centum aureos *q*, teneris dare, ſed potes petere relaxationem, & ſi dederis, repetitionem coram judice.

15. An vero qui juravit ſe ad carcerem rediturum, *r* ubi erat injurioſe detentus, teneatur redire alii ajunt, *ſ* alii negant: utraque opinio eſt probabilis, tutior affirmativa.

16. Cum juramento cauſam dedit dolus, vel error, affirmativa non *t* obligat.

17. Qui jurat ſe facturum rem, quæ poſtea redditur impoſſibilis, vel valdè difficilis, non *u* tenetur ad illam.

18. Qui juravit ſe pecuniam daturum tali die, ſi creditor terminum diſtulit, non *x* tenetur.

19. Qui utitur compenſatione *y* non violat juramentum, etiam ſi non ſolvat ſecundum probabiliorem ſententiam.

20. Qui jurat ſe obſervaturum ſtatuta alicujus collegii vel univerſitatis, non *z* tenetur ad futura, ſed ſolùm ad præterita.

21. Qui jurat ſub conditione, illa non poſita, non tenetur *a*

22. Juramenti obligatio non *b* tranſit ad hæredes.

23. Juramentum factum ob animi turbationem, ſi hæc fuerit tanta, ut tollat uſum rationis, non tenetur *c*

24. Qui fictè jurat peccat *d* mortaliter, ſed non tenetur adimplere, niſi aliunde ſit obligatus.

25. Qui jurat cum intentione ſe obligandi, ſed ſine animo adimplendi, peccat *e* mortaliter, & tenetur adimplere.

26. Qui jurat ſine animo jurandi non manet *f* obligatus, ſi autem jurat mendacium, peccat mortaliter, ſi autem injurioſe cogitur ad jurandum, non peccat ſecundum probabilem opinionem.

27. Cum judex petit juridicè juramentum, tenetur *g* jurans jurare ſecundum mentem illius. Idem eſt ſi ſponte ſe offerat ad jurandum.

28. Quoties quis injuſtè cogitur ad jurandum, vel habet juſtam cauſam celandi veritatem, *h* poteſt uti verbis æquivocis.

29. Scholaſtici, *i* qui ſub juramento interrogantur an ingreſſi fuerint domum oppoſitoris, ſi ingreſſi ſunt non tamen ut minus pro ſuffragio accipiant, poſſunt jurare ſe ingreſſos non fuiſſe.

30. Adiu-

*o* D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7.
*p* Conar. in c. quamvis pactū 2. p. parag. 4.
*q* Comm. DD. in c. debitores de jurejur.
*r* Sylveſt. verb. juram. q. 16.
*ſ* V. Leſ. lib. 2, c. 14 num. 25.
*t* Comm. DD.
*u* Comm. DD.
*x* Conar. c. quamvis pactū 1. p. parag. 7. n. 6.
*y* Sylv. verb. jur.
*z* D. Tho. 2. 2. q. 98. art. 2.
*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Silv. verb. juram. q. 9.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Leſſ. l. 2, c. 42, dub. 8, c. 42.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Vide Vill. ubi ſup.

30. Adultera à qua maritus ſtricto gladio interrogat an dormierit cum adultero, poteſt *l* cum juramento reſpondere ſe nec vidiſſe eum, ſubi[illegible]gendo anno præterito.

31. Cùm latro, vel tyra[illegible]atur mortem alicui, ut juret ſibi daturum centum au[illegible] *m* poteſt jurare ſubintelligendo, ſi à me debiti fuerint.

32. In foro exteriori non ju[illegible]tur *n* ſecundum mentem jurantis, ſed ſecundum verba ext[illegible]ora.

33. Cùm quis mandavit, ut res [illegible]eret, *o* & interrogatur legitimè an fecerit, tenetur reſpondere, & fateri veritatem.

34. Judici licet *p* petere juramentum ab eo, quem ſcit pejeraturum, cum illi conceſſum eſt à jure; Perſonæ autem particulari non licet.

QUIS A IURE PROHIBITUS *ſit jurare?*

35. Pueri ante pubertatem à jure prohibiti *q* ſunt jurare, nec non infames, *r* & perjuri, ut tales condemnati. *ſ* Item amentes, & furioſi.

36. Clerici jurare prohibentur coram *t* judice laico. Et ſi in aliquo caſu gravi illius juramento opus fuerit non eſt ſumendum, niſi coram judice Eccleſiaſtico, & ſæculari remittendum.

37. Laici in utroque tribunali poſſunt jurare, & ab Eccleſiaſtico compelli *u* cenſuris, ut jurent ne odio vel amore tegant veritatem.

38. In diebus feſtis non licet jurare in judicio, niſi in cauſa pia, & ob bonum pacis.

39. Honeſtum videtur (verba ſunt c. *placuit de teſtibus*) ut qui in ſanctis audet jurare, jejunus faciat *x* cum omni honeſtate, & timore Dei. Textus hic intelligendus eſt non ut præceptum, ſed ſecundum æquitatem, ut magna juramento exhibeatur reverentia.

QUOMODO RELAXETUR *juramentum?*

40. Juramentum *y* aliquando fit immediatè Deo faciendi aliquid in ejus obſequium, aliquando homini in ejus utilitatem.

41. Juramentum aſſertorium numquam *z* poteſt relaxari.

42. Quod eſt in favorem tertii ex conſenſu illius relaxatur, ſi autem non conſentiat, nec Papa *a* poteſt relaxare, niſi extortum fuerit vi, vel metu, vel in favorem excommunicati.

43. Cauſæ relaxandi juramentum ſunt: *b* injuſtè fuiſſe extortum, ex temeritate, perturbatione, vel levitate factum. Cùm verò propter alias cauſas ſupradictas non obligat, non indiget relaxatione.

*l* Idem ubi ſupra. *m* Comm. DD. *n* c. humanæ aures 22, q. 5. *o* Azor. to. 1. lib. 11. c. 4. q. 2. *p* Comm. DD. *q* D. Tho. 2, 2. q. 89. art. 10. *r* c. teſtimonium de teſtib. *ſ* c. quicumque 6, q. 1. *t* c. [illegible] 11, q. 1. *u* c. dilecti de teſtib. cogen. *x* c. placuit de teſti. *y* Comm. DD. *z* Comm. DD. *a* Vil. to. 1, tr. 36, diſ. 11. *b* Vide D. Tho. 2, 2, q. 89, art. 9.

44. An



44. An verò juramenta caſtitatis, vel religionis ſint reſervata, alii negant, alii probabilius affirmant. *c*

45. Juramentum in favorem ter[illegible] non *d* poteſt commutari etiam in melius, niſi ex [illegible] partis.

46. Jurare ſine neceſ[illegible] amphibologia non *e* eſt peccatum mortale, niſi ſit [illegible]dicio, vel in grave damnum tertii.

47. Juramentum caſtit[illegible]is vel religionis probabile eſt *f* eſſe ab Epiſcopo diſpenſabile.

48. Qui ex prava conſuetudine ſæpè jurat inadvertenter licet falſo, non peccat *g* mortaliter, nec deneganda eſt ei abſolutio, ſed admonendus, ut ſe accuſet de negligentia in extirpanda prava conſuetudine.

49. Si adſit juſta cauſa, petere licet *h* etiam perſonis particularibus juramentum ab eo, quem ſcit eſſe pejeraturum.

50. Petere juramentum ab eo, *i* quem ſcio juraturum eſſe falſum bona fide intelligendo verum eſſe quod jurat, peccatum eſſe mortale alii ajunt, *l* alii negant minùs probabiliter.

51. Aſſuetum falsò jurare, etiam cùm inadvertenter jurat verum peccare mortaliter alii ajunt, *m* alii negant.

52. Jurans puellæ ſe illam ducturum etiam fictè, cum ideò ab illo paſſa fuit violari, tenetur *n* eam ducere, niſi diſpar admodum ſit conditio.

53. Juramentum civitatis quod major pars non ſervat, non *o* obligat.

54. Juramentum impuberis patre contradicente *p* irritatur.

55. Juramentum à ſe factum in Dei gloriam poteſt unuſquiſque commutare *q* in rem apertè meliorem.

56. Qui juravit ſe non petiturum diſpenſationem voti, aut juramenti, nec ea uſurum, poteſt *r* rem ſuperiori indicare, & ſi ſuperior in utroque diſpenſet ea uti diſpenſatione.

*c* Azor ubi ſupra. *d* Comm. DD. *e* Sanchez apud Dia. 2, p. tr. 15, num. 11. *f* Navar. apud Dia. ubi ſup. 69 *g* Dian. ubi ſupr. tr. 5, reſ. 21. *h* Dia. p. 5, tr. 7, reſ. 14 *i* Idem ubi ſupra. *l* Azor. to. 1, lib. 11, c. 21, q. 8. *m* Comm. DD. *n* Sa hoc verb. n. 17. *o* Idem ubi ſupra. *p* Comm. DD. *q* Comm. DD. *r* Sa ubi ſupr. n. 17.

DISPUT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### *IVRISDICTIO.*

#### *Quid ſit & quotuplex.*

1. IUriſdictio eſt *a* poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juris dicendi, vel æquitatis ſtatuenda.

2. Alia *b* eſt ordinaria, quæ alicui inhærens nomine proprio exercetur, alia delegata, quæ ab Ordinario eſt accepta.

3. Quatuor *c* ſunt, quæ dant juriſdictionem ordinariam: Lex, Papa, conſuetudo, & communitas approbata.

4 Delegata acquiritur *d* per jus, vel commiſſionem ab eo, qui habet ordinariam.

5. Privilegia dant juriſdictionem. *e*

6. Judex Eccleſiaſticus habet *f* juriſdictionem in eum, qui ſe illi ſubjicit cum facultate ſui ſuperioris.

7. Juriſdictio alia *g* contentioſa, quæ exercetur in partes unâ contradicente; alia eſt voluntaria, quæ ſine contradictione exercetur ut in Confeſſione.

8. Juriſdictio habitualis confertur *h* Sacerdoti per characterem Ordinis; actualis autem datur ei ab Eccleſia, habitualis eſt à jure divino, & ſine illa non poteſt eſſe actualis.

9. Peccat *i* mortaliter judex qui alienâ utitur juriſdictione, vel propriâ extra ſuum territorium.

10. Juriſdictio delegata à Principe in perpetuum privilegium ratione dignitatis, vel alicuius ordinariæ poteſtatis poteſt *l* alteri committi.

11. Juriſdictionem ſuper ſe nemo *m* habet, neque Papa.

12. Juriſdictionem dat tacita ratihabitio, & ejus conceſſio eſt favorabilis, nec cenſetur *n* revocata ante revocationis notitiam.

13. Excommunicatus non denuntiatus, & ſuſpenſus habens publicam juriſdictionem, valide poteſt *o* illâ uti.

*a* Vide P. Azor, c. 2. & Silv. verb. juriſd. n. 1, *b* Vill. tr. 1, ſt. 9, diſ. 45, *c* Idem ubi ſupra *d* Comm. DD, *e* Comm. DD, *f* c. not ſi. in comp. q. 7, *g* Vide Silv. ubi ſup. & c. ſpec. 5. 4. 1. *h* Navar. c. 4. n. 1. *i* Idem c. 25. n. 14, *l* Idem c. 27. n. 45. *m* Sa hoc verb. *n* Idem ib. *o* Comm. DD.





14. Juriſdictione commiſſa intelliguntur commiſſa ea omnia, ſine quibus non poteſt *p* commodè exerceri.

*p* Comm. DD.

### *IVS.*

1 Jura magis attendunt *a* S[...]ores, quàm ad entia.

2. Jus divinum non *b* poteſt totum tolli à Papa, poteſt tamen limitari, & interpretari ab eo in ſpiritualibus, & ab Imperatore in temporalibus.

3. Jus Epiſcoporum poteſt *c* à Papa juſta de cauſa limitari, ſicut habitualis Sacerdotum juriſdictio, ne exeat in actum, donec eis ab Eccleſia actualis concedatur.

4 Jus novum etiam Conciliorum *d* poteſt limitari per antiquum, & vice verſâ.

5. Jus in re *e* eſt, quod acquiritur per diſpoſitionem inter vivos, vel ultimam voluntatem, collationem, confirmationem, & alium modum legitimum, & dicitur jus perfectum.

6. Jus *f* imperfectum, quod acquiritur promiſſione, ſtipulatione, & ſimilibus non perfectè, ſed in actione ad rem petendam coram judice ſiſtit.

7. Jus in re, vel ad rem in officiis, vel beneficiis non acquiritur *g* ex ſola juſtitia diſtributiva.

8. Qui ſuo jure utitur, nemini *h* facit injuriam.

*a* Navar. n. 40. 16. 17, *b* Idem c. 27. n. 263, *c* Idem ubi ſupra *d* Idem ib. *e* Comm. DD. *f* Comm. DD. *g* Comm. DD, *h* Comm. DD.

# IVSPATRONATVS.

## *DE IVRISPATRONATVS DEFINITIONE, & quomodo acquiratur?*

1. IUſpatronatus *a* eſſe quid ſpirituale alii ajunt, alii negant; alii dicunt eſſe partim ſpirituale partim temporale.

2. Id ſolet ſibi ſervare, qui præbendam de ſuis bonis inſtituit, & *b* poteſt in id conſentire Epiſcopus etiam poſt donationem factam.

3. Jus ergo patronatus *c* eſt poteſtas nominandi clericum promovendum ad beneficium vacans.

4. Patronus *d* eſt, qui fundat, ædificat, vel dotat Eccleſiam, ſi autem unus det fundum, alius fabricam, alius dotem, tres patronos habebit.

5. Jus hoc tranſit *e* ad hæredes, ſed non poteſt legari *f* niſi ex licentia Epiſcopi. Idem dic de donatione inter vivos, & de permutatione.

*a* Vide ſtatum de jure patronatus. *b* Ibid. *c* Comm. DD. *d* Vill. tr. 1. ſt. 19, diſ. 6, *e* Comm. DD. *f* Vill. ubi ſupra.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

6. Non poteſt g ve[ndi], quia eſſet ſimonia.

7. Cum bonis con[ceditur], probabile h eſt valde cum illis tranſire.

8. Cum illud habet ux[or] ... maritus ſed illa debet i præſentare.

*QUOTUPLEX SIT juſpatro[natus], & an Papa poſſit illud derogare?*

9. Juſpatronatus aliud clericorum, quod ex bonis Eccleſiaſticis fundatum eſt, aliud laicorum quod ex bonis ſæcularibus.

10. Si ſpectat ad clericum & ad laicum ſimul, quantum ad favores eſt Eccleſiaſticum, l in odioſis ſæculare. Si ſpectat ad duos Eccleſiaſticos, & ad unum laicum, habetur m pro Eccleſiaſtico.

11. Papa juſta de cauſa poteſt derogare juſpatronatus laicorum. Ejus Delegatus non n poteſt derogare juſpatronatus laicorum, Epiſcopus neutrum.

12. Non tenetur o Papa derogare juſpatronatus laicorum, niſi exprimat, nec Ducum, nec Marchionum, vel Regis niſi nominatim id declaret.

13. Si per privilegia, vel præſcriptionem acquiſitum fuit, non ſolum Papa, ſed ejus Delegatus poſſunt p illud derogare etiamſi ſit laicorum.

*QUIS POSSIT tollere conditiones Iuriſpatronatus, & quomodo ſunt obſervandæ?*

14. Conditiones poſitas à patrono ex conſenſu Epiſcopi ſolus Papa poteſt q tollere, nec cenſetur id velle, niſi exprimat.

15. Si conſtituitur in fundatione, quod Capellanus tot Miſſas dicat, r nominandus eſt Sacerdos. Et idem ſi dicat, quod per ſe vel per alium tot ſacra faciat.

16. Si eſt fundatio laicorum, & in ea conſtituitur, quod detur Sacerdoti, non poteſt dari non Sacerdoti. Si autem eſt fundatio clericorum, ſ ſufficit quod intra annum ordinari poſſit.

17. Poteſt t patronus ponere conditionem, ut ſit mobilis ad nutum, non vero conditiones juri contrarias.

18. Cum ſtipendia minuuntur, poteſt u Epiſcopus numerum diminuere Miſſarum.

19. Cum dici jubentur in tali Eccleſia, vel capella, ibi, & non alibi dicendæ x ſunt.

20. Cum in una hebdomada non poteſt Miſſas dicere, debet illas dicere inſequenti, niſi aliud ex fundatione conſtet.

21. Patronus laicus præſentare debet z intra 4. menſes, & Eccleſia-

g Comm. DD.
h Abb. in c. cum laicus de jure patro.
i P. Azor. to. 2. lib. 6, c. 21, q. 1.
l Comm. DD.
m Comm. DD.
n Comm. DD.
o Comm. DD.
p Idem ubi ſupra.
q Clem. quia contingit de relig. domi.
r Vill. to. 1 tr. 5, d. f. 8.
ſ Azor. to. 2, inſt. mor. lib. 6 c. 14.
t Vide P. Azor. ubi ſupra.
u Idem ubi ſupra.
x Comm. DD.
y Vill. ubi ſupra.



Eccleſiaſticus intra ſex. z Et idem ſi Juſpatronatus partim eſt Eccleſiaſticum, partim ſæculare.

22. Si intra prædictum tempus patronus non præſentat, a poteſt providere Epiſcopus.

23. Patronus laicus po[teſt] uno nominato, ſi hic quia indignus nõ admittitur, b aliu[m] nominare, vel duos ſimul ut Epiſcopus eligat, hoc vero non conceditur patrono Eccleſiaſtico, qui ſi ſimul præſentavit indignum, Epiſcopus alium providebit.

24. Patronus non poteſt c ſeipſum præſentare, ſed ipſo conſentiente poteſt Epiſcopus illum inſtituere; filium tamen ſuum poteſt præſentare.

25. Si plures fuerint patroni, & unus fuerit clericus, d poteſt iſte ab aliis præſentari.

26. Patronus tenetur e dignum præſentare, ſi ſecus fecerit poteſt ab Epiſcopo repelli.

27. Debet f fundationis conditiones obſervare.

28. Qui habet à Papa privilegium præſentandi, debet g digniorem eligere ſecundum probabiliorem.

29. Si fuerint plures patroni, & omnibus ſimul ut collegio, vel Capitulo conceſſum ſit præſentare, qui abfuit, quia non fuit vocatus, poteſt h à judice petere ut irritam faciat præſentationem.

30. Si patronus ſit puer ante ſeptennium pro eo tutor præſentabit. Poſt ſeptennium i ipſe, ſi proprio jure, & non ratione collegii ei competat præſentatio.

31. Si eſt filiusfamilias non poteſt l pater pro eo, nec ſub ſpecie ratihabitionis, ſed ipſe debet præſentare.

*DE INSTITUTIONIS DEFINITIONE, ET à quo facienda?*

32. Inſtitutio eſt m conceſſio Eccleſiæ, vel beneficii facta ab Epiſcopo.

33. De jure communi ſpectat n ad Epiſcopum, ad ejus Vicarium, & ad Capitulum ſede vacante.

34. Non poterunt o ad alios inferiores, niſi ex privilegio, præſcriptione, vel conſuetudine.

35. Non poteſt p fieri ab Epiſcopo ſine patrono, niſi hic intra præfixum tempus non præſentaverit. Epiſcopus ad hoc nõ habet tempus determinatũ, debet tamen intra ſex menſes.

36. Cum patronus laicus plures præſentat, q debet Epiſcopus digniorem eligere ſecundum probabiliorem opinionem, & dignior repulſus poteſt appellare.

37. Præſentatus examinandus ab Epiſcopo r, & ſi fuerit indignus, repellendus.

z c. unica parag. verum de jur patro.
a Comm. DD.
b c. cum autem de jur. patro.
c c. per noſtras de jur. patro.
d Azor. ubi ſupr q. 50.
e c. cum in cunctis de elect.
f Comm. DD.
g Villal. ubi ſupra.
h Argumento c. in Eccl. de præb. in 4.
i Comm. DD.
l Villal. ubi ſupr
m Comm. DD.
n c. ex frequentibus de inſt. & cau.
o Comm. DD.
p Comm. DD.
q P. Azor. ubi ſupra.
r Trid. ſeſ. 24. c. 18. de reform.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*f* Comm. DD.

39 Lex poſita à patrono, ſi non eſt recepta, non eſt *f* ſervanda.

# JVSTITIA.

## DE DEFINITIONE IVSTITIAE, *& quotuplex ſit.*

*a* Iuſtin. in inſt. parag. 1. de juſt. Aug. lib. 19. de civi. Dei.

1. JUſtitia eſt conſtans, *a* & *perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens* ex Iuſtiniano: & ex Auguſtino: *Iuſtitia munus eſt jus ſuum unicuique tribuere*, unde fit in homine juſtus quidam ordo naturæ, ut anima ſubdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipſa, & caro.

*b* Villal. co. 1. tr. 7.

2. Iuſtitia ſemper *b* eſt ad alterum. Debitum aliud eſt legale, id eſt ex juſtitia ſive commutativa, ſive diſtributiva, ſive legali. Aliud eſt morale, & dicitur honeſtatis, ſive æquitatis, quod invenitur in liberalitate vel affabilitate, & dicitur utile.

*c* Comm. DD.

3. Iuſtitia alia *c* eſt generalis, ſeu legalis, quæ reſpicit bonum commune, alia ſpecialis inter cives, quæ reſpicit bonum particulare.

*d* Comm. DD.

4. Dividitur *d* juſtitia in legalem ſtrictè ſumptam, cùm verba ut ſonant accipiuntur; & in epicheyam, ſeu æquitatem cùm interpretantur, ut utilia ſunt bono communi.

*e* Vide D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 6

5. Iuſtitia *e* particularis alia commutativa, quæ reſpicit æqualitatem inter partes, ut in emptione, & venditione; alia diſtributiva, quæ reſpicit proportionem in diſtributione præmiorum.

*f* Vide eundem ubi ſupra.

6. *f* Iuſtitia commutativa ſumit medium ſecundum proportionem arithmeticam, diſtributiva autem ſecundum geometricam.

*AN FIAT injuſtitia ſcienti, & conſentienti.*

*g* Comm. DD.

7. Qui peccat contra juſtitiam legalem, niſi ſimul peccet contra particularem non tenetur *g* reſtituere. Et quot ſunt juſtitiæ modi, tot ſunt injuſtitiæ.

*h* Ariſt. 5. Ethicor. c. 5.

8. In bonis quorum quis verè eſt dominus, non patitur *h* injuſtitiam ſciens, & conſentiens.

*i* Comm. DD.

9. In bonis quorum non eſt verè dominus, ſed cuſtos, ut in membris ſuis, etſi ſciat, & conſentiat, injuriam patitur, *i*





# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES TRES.

## I.

### *LAVDEMIVM.*

*a* l. 1. c. de jur. emphyt.

1. LAudemium eſt de *a* jure communi quinquageſima pars rei venditæ in emphyteuſim, & meliorationem. Ex conſuetudine autem eſt ſolùm pars trigeſima. Hæc debetur directo domino, quoties venditur, alienatur, permutatur, vel donatur.

*b* Sylveſt. verb. emphyt. num. 15.

2. Non debetur *b* quando hæres neceſſarius rem accipit titulo hæreditatis, vel datur filiæ in dotem, vel redditur venditori ex pacto de redimendo, vel quando plures hæredes eam dividunt inter ſe. Hæc ſunt de jure communi, conſulenda tamen eſt conſuetudo.

*c* P. Mant. [illegible] l. 9. c. 11. num. 5.

3. Cum res datur in emphyteuſim alicui, filiis ejus, & nepotibus, hi autem hæreditatem repudiarunt, *c* redit ad dominum directum, & ſi res eſt Eccleſiæ, non tranſit ad filios naturales.

# DISPVT. II. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### *LEGATVM.*

*De Legati definitione, eiuſque effectibus.*

*a* l. legatum ff. de leg. 1.

1. LEgatum *a* eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

f Comm. DD.

39 Lex poſita à patrono, ſi non eſt recepta, non eſt f ſervanda.

# JVSTITIA.

## DE DEFINITIONE IVSTITIAE, & quotuplex ſit.

a Iuſtin. in inſt. parag. 1. de juſt. Aug. lib. 19. de civi. Dei.

1. *Iuſtitia eſt conſtans, a & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens* ex Iuſtiniano: & ex Auguſtino: *Iuſtitia munus eſt jus ſuum unicuique tribuere*, unde ſit in homine juſtus quidam ordo naturæ, ut anima ſubdatur Deo, animæ caro, ac per hoc Deo anima ipſa, & caro.

b Villal. co. 1. tr. 7.

2. Iuſtitia ſemper b eſt ad alterum. Debitum aliud eſt legale, id eſt ex juſtitia ſive commutativa, ſive diſtributiva, ſive legali. Aliud eſt morale, & dicitur honeſtatis, ſive æquitatis, quod invenitur in liberalitate vel affabilitate, & dicitur utile.

c Comm. DD.

3. Iuſtitia alia c eſt generalis, ſeu legalis, quæ reſpicit bonum commune, alia ſpecialis inter cives, quæ reſpicit bonum particulare.

d Comm. DD.

4. Dividitur d juſtitia in legalem ſtrictè ſumptam, cùm verba ut ſonant accipiuntur; & in epicheyam, ſeu æquitatem cùm interpretantur, ut utilia ſunt bono communi.

e Vide D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 6

5. Iuſtitia e particularis alia commutativa, quæ reſpicit æqualitatem inter partes, ut in emptione, & venditione; alia diſtributiva, quæ reſpicit proportionem in diſtributione præmiorum.

f Vide eundem ubi ſupra.

6. f Iuſtitia commutativa ſumit medium ſecundum proportionem arithmeticam, diſtributiva autem ſecundum geometricam.

*AN FIAT injuſtitia ſcienti, & conſentienti.*

g Comm. DD.

7. Qui peccat contra juſtitiam legalem, niſi ſimul peccet contra particularem non tenetur g reſtituere. Et quot ſunt juſtitiæ modi, tot ſunt injuſtitiæ.

h Ariſt. 5. Ethicor. c. 5.

8. In bonis quorum quis verè eſt dominus, non patitur h injuſtitiam ſciens, & conſentiens.

i Comm. DD.

9. In bonis quorum non eſt verè dominus, ſed cuſtos, ut in membris ſuis, etſi ſciat, & conſentiat, injuriam patitur, i

DISP.



# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES TRES.

### I.

### LAVDEMIVM.

a l. 1. c. de jur. emphyt.

1. LAUDEMIUM eſt de a jure communi quinquageſima pars rei venditæ in emphyteuſim, & meliorationem. Ex conſuetudine autem eſt ſolùm pars trigeſima. Hæc debetur directo domino, quoties vendicatur, alienatur, permutatur, vel donatur.

b Sylveſt. verb. emphyt. num. 15.

2. Non debetur b quando hæres neceſſarius rem accipit titulo hæreditatis, vel datur filiæ in dotem, vel redditur venditori ex pacto de redimendo, vel quando plures hæredes eam dividunt inter ſe. Hæc ſunt de jure communi, conſulenda tamen eſt conſuetudo.

c F. Manl. in ſum. 1. p. c. 111. num. 5.

3. Cum res datur in emphyteuſim alicui, filiis ejus, & nepotibus, hi autem hæreditatem repudiarunt, c redit ad dominum directum, & ſi res eſt Eccleſiæ, non tranſit ad filios naturales.

# DISPVT. II. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### LEGATVM.

*De Legati definitione, eiuſque effectibus.*

a l. legatum ff. de leg. 1.

1. LEgatum a eſt donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda.



2. Non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. Non differt b à fideicommiſſo particulari, niſi quoad formam verborum, niſi cùm fideicommiſſum relinquitur ad exonerandam conſcientiam defuncti, quia tunc habet rationem debiti.

3. Cùm relinquitur ſine [illegible]ne, ſtatim c debetur legatario cum meliorationibus, vel deteriorationibus quas habuerit.

4. De jure communi cùm hæres hæreditatem non acceptat, omnia legata amittuntur, d niſi ad pia ſint opera. In regno autem Caſtellæ non amittuntur.

5. Cùm teſtator legat rem hæredis, valet legatum, & tenetur e hæres illam dare.

6. Cùm teſtator ſciens rem eſſe alienam, illam f legavit, tenetur hæres illam emere; quod ſi nolit dominus illam vendere, tenetur dare legatario pretium illius. Idem dic ſi libertatem leget alieno ſervo. Si autem neſciebat eſſe alienam, non valet legatum.

7. Cùm teſtator legavit libertatem ſervo, quem putabat ſuum eſſe, danda g eſt tamen ei libertas.

8. Cùm legatum eſt incertum, quia neſcitur, cui ex duobus habentibus idem nomen relictum fuit, non valet; valet h autem etſi error ſit in nomine, cùm conſtat, cui perſonæ relictum ſuit. Sed in foro interiori in primo caſu, ut doctè aſſerit Molina, inter duos legatum i partiendum eſt.

9. Cùm una ex duabus rebus legata fuit, quam voluerit poteſt l hæres præſtare.

10. Cùm teſtator legat, quod non habet, dicens: Lego meas domos, ſi non habet non valet m legatum. Si autem dicat: Lego unam domum Joanni, emenda eſt, & danda.

11. Cùm quod primò uni legaverat, ſecundò alteri legat, ſecundò legatum n valet, non primo.

12. Cùm legat rem, quam ſciebat à ſe in pignus eſſe datam, hæres redimere tenetur, o & ſolvere. Si autem neſciebat eſſe datam in pignus legatarius debet redimere.

13. Teſtator p poteſt legare, quod nondum natum eſt.

14. Cùm teſtator debet aliquid ſub pignore, & creditori legat ipſum pignus, nihilominus creditori ſolvendum q debitum.

15. Cùm legat alicui dicens: Lego Petro decem, quæ debeo illi, quamvis nihil debeat, legatum ſolvendum r.

16. Cùm legat alicui, ut poſſit ex ſua fodina fodere metalla, non ſ tranſit ad hæredes.

17. Qui donat rem, quam in teſtamento legaverat videtur revocare

b Mol. de juſt. & jur.
c Vide Vill. tr. 30. diff. 17.
d L. ſi nemo ff. de teſt.
e l. unum parag. ſi rem ff de leg.
f l. non dubium parag. fin. ff. de leg.
g L. Paul. ff de ſt. lib.
h l. 9. tit. 9. p. 6.
i Mol. diſp. 197.
l l. ſi ita ſcriptum in fin. ff. de leg.
m l. Titio ff de aur. & arg. leg.
n Molin. diſp. 5.
o l. 11. tit. 9. p. 6.
p Comm. DD.
q l. creditorem. c. de legat.
r l. creditorem ff. de liber. legat.
ſ l. 27. ſec. 9. par. 6.



revocare t legatum, non vero ſi rem vendidit, vel in pignus dedit.

18. Cùm teſtator ligna legavit, & poſtea illis cooperuit domum videtur u revocaſſe legatum.

19. Qui legat currū, equos illum vehētes legare videtur. x

20. Qui legavit chirographum, debitum in eo contentum legare y cenſetur.

21. Cum teſtator legavit omnia, quæ habet in arca, non comprehenduntur actiones, z & jura in chirographis ibi ſervatis contenta.

22. Cùm legat uni filio tertium, & alii quintum, prius extrahendum a eſt quintum, & poſtea tertium.

23. Cùm legat alicui putans vivere, ſi mortuus eſt, non valet b legatum. Et idem eſt ſi legatarius ante acceptationem moriatur, ad hæredes illius.

24. Cùm legat alimenta, c hæc compenſanda ſunt ſecundum vires hæreditarias, & perſonam legatarii.

25. Cùm legat omnia, quæ habet in tali prædio, ſi fortè res aliqua illuc allata eſt, quæ ad prædium non ſpectat, vel ablata eſt quæ ſpectabat, nec augendum, nec minuendum legatum, ſed omnia, & ſola quæ ad prædium ſpectant comprehenduntur.

26. Cùm legat centum aureos quos habet in arca, ſi minus invenitur, id dandum legatario; ſi plus, dandi e ſunt centum tantùm.

27. Cum legat ſub conditione, ſed per legatarium non obſtat quin adimpleatur non amittit f legatum.

28. Cum legat ſub conditione impoſſibili, vel contra bonos mores, habetur g pro non appoſita.

29. Cum pater legat filiæ ſub conditione, ne nubat, habetur h pro non appoſita, ſecus vero ſi maritus uxori.

30. Si legat filiæ ut caſtè vivat, & nupſit non amittit i legatum à patre, vel ab alieno, ſecus vero ſi à marito.

31. Quando legat filiæ duo millia aureorum, ſi nupſerit, & mille ſi ingrediatur religionem eligat, danda ei tria millia aſſerunt l multi DD. alii vero mille ſolùm, utrique probabiliter.

32. Cum legat alicui, ut nubat cum conſanguinea ſuâ, ſi eſt digna tenet m conditio, ſi eſt indigna, habetur pro non appoſita.

33. Quod legatur puellæ, ut nubat cum Petro ſi ex parentis ſui voluntate nubat cum alio, non amittit n legatum.

t l. 40. tit. 9. p. 6.
u l. ſed. legata ff. de legat.
x Comm. DD.
y l. ſervum para. cum qui chyrog ff. de legat.
z Molin. diſp. 102.
a & l. 14. tit.
b l. unica parag. in primo de jud. toll.
c l. 4. tit. 9. p. 6.
d l. ſi ita legatum ff. de leg. 2.
e Ibidem l. ſupra cit.
f L. juri civili ff. de cond. & de mor.
g L. ſi quis ſtipulatus ff. de condit.
h Comm. DD.
i Anton. Gom ad l. Taur. 16.
l Vide Mol t. de juſt diſp. 207.
m l. 4. in fin. tit. 4. p. 6.
n S. 44. in l. 1. n. 2. C. de inſt. &



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

34. Quod legatur alicui, ut nubat cum nobili, ſi nubat cum ignobili amittit *o* legatum.

*o* Sanch. ubi ſup. diſp. 35. num. 14.

35. Cum legatur alicui ut nubat, & ingreditur religionem, non amittit *p* legatum, niſi aliunde conſtet de voluntate teſtatoris.

*p* Aut. de Sanch. Epil. pag. ſed & hoc.

36. Cum teſtamentarii jurant ſe pauperes electuros ad legata, & nec precibus, vel favoribus alios admiſſuros, ſi rogati admittant pauperiorem, non faciunt *q* contra juramentum. Faciunt tamen contra illud ſi relicto pauperiore pauperem eligant, ſed non tenentur reſtituere, tenebuntur autem, ſi relicto paupere non pauperem eligant.

*q* Vide Vill. ubi ſup. diſp. 10.

37. Cum teſtator dicit quod teſtamentarius non teneatur rationem reddere, non ideo poteſt aliquid ſibi uſurpare de bonis defuncti.

38. Quarta Falcidia *r* eſt quarta pars, quæ extrahitur à legatis.

*r* Idem ubi ſupra.

*QUANDO EXTRAHENDA eſt à legatis Falcidia.*

39. Cum hæredes ſunt deſcendentes vel aſcendentes, eorum legitimæ integræ extrahendæ ſunt prius à bonis, & poſtea legata, & hic non habet *ſ* locum quarta Falcidia.

*ſ* Comm. DD.

40. Cum hæres non eſt ex deſcendentibus, neque ex aſcendentibus poteſt *t* ſibi retinere quartam Falcidiam, quæ pro rata extrahenda eſt ex legatis, quando nulla alia ſuperſunt bona, vel ſi supereſt parum, *u* ſumere poteſt ex legatis uſque ad quartam partem.

*t* Comm. DD.

*u* Vide Mol. lib. 1. de primog. c. 17 nu. 9. & diſp. 111.

41. Non ſolum ex legatis, *x* ſed etiam ex donationibus mortis cauſa extrahenda eſt hæc quarta pars, & ſecundum viros doctos habet locum in regno Caſtellæ.

*x* Idem ubi ſup.

42. In novem caſibus *y* videndis in P. Molina non extrahitur quarta Falcidia. Quæ prius, & quæ poſterius extrahendæ ſint, vide *l. 2. tit. 13. p. 6.*

*y* Idem de primog. c. 14. n. 9.

# SECTIO II.

## *De variis circa Legata reſolutionibus.*

1. LEgatum ad cauſas pias poteſt *a* Papa in alium pium uſum convertere, & Epiſcopus in magis pium, & in æquipium conſentiente hærede, & loco pio cui relictum eſt.

*a* Sâ hoc verb.

2. Ulti-



2. Ultimis voluntatibus Papa, & ſupremus Princeps derogare *b* poſſunt.

3. Legatum ad uſum profanum poteſt *c* Princeps non habens ſuperiorem convertere in pium vel in alium profanum.

4. Legatum in aliquem uſum, ſi non poteſt impleri, *d* poteſt Epiſcopus in alium mutare.

5. Legare non poteſt, qui non *e* poteſt teſtari, & mutus ſicut nutibus poteſt teſtari ſic & legare.

6. Legato principali legata cenſentur *f* acceſſoria, etiam pretioſiora, ut legato lecto ejus ornamenta.

7. Legatis veſtibus, quæ domi habentur, veniunt *g* etiam quæ ſunt apud ſartorem.

8. Legatum tibi relictum ab eo, qui falſo credebat ſe eſſe ſuum filium poteſt *h* retinere.

9. Legatarius juſtè poſſidet, etiã *i* ſi teſtamentum ſit nullũ.

10. Legari *l* poteſt ſpurio ad alimenta, vel dotem, ſed non tranſit ad hæredes ejus, ſed ad hæredes patris, tranſit vero legatum naturale.

11. Legatum factum filio computandum in legitimam.

12. Legatum annuum poteſt *m* peti in principio anni, niſi aliud conſtet de voluntate teſtatoris.

13. Legata minuẽda *n* ſi caſu fortuito minuatur hæreditas.

14. Legatum ſub conditione, ut nubat arbitratu alterius, quia conditio eſt illicita, habetur *o* pro non appoſita.

15. Peccat, *p* qui non ſolvit legata, quam primum poteſt, & incidit in pœnas juris, ſi pia non ſolvit intra ſex menſes, & alia intra annum.

16. Ex legatis piis non extrahitur Falcidia, *q* nec Trebellanica, niſi hæres etiam eſſet pius.

17. Ad legata pia ſufficiunt *r* duo teſtes, & valent ante aditam hæreditatem, & etiam non aditam.

18. Si tempore mortis teſtatoris legatarius erat capax valet legatum. *ſ*.

19. Nato filio poſt teſtamentum, ſi legata erant parvi valoris adhuc valent. *t*

20. Si legatũ datur ab ipſo teſtatore, fit *u* donatio inter vivos.

21. Legatum Eccleſiæ intelligitur de Parochiali, niſi aliud conſtet, & de legatis ad pias cauſas debetur Epiſcopo 4. pars ſed in hoc ſervanda *x* eſt conſuetudo.

22. Cum legat teſtator alicui, ut nubat conſulendo talem, *y* tenetur conſulere, ſed non ſequi conſilium.

23. Legatum alicui ſub conditione, ſi fiat religioſus, vel presbyter non habebit *z* ſi non fiat.

*b* Clement. quia contingere de religioſ. dom.
*c* Sâ hoc verb. n. 22.
*d* Covar. c. 3. n. 9.
*e* Sâ ubi ſup. n. 5.
*f* Silv. ver. leg. 3. n. 3.
*g* Sâ ubi ſup. n. 15.
*h* Idem ubi ſupra.
*i* Idem ubi ſupra.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Sâ ubi ſup. Covar. c. ſi hæredes de teſt. n. 5
*p* Sâ ubi ſup. n. 23.
*q* Vide Panormit. ad c. relatam de teſtam.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* Comm. DD.
*u* Comm. DD.
*x* Sâ hoc verb. n. 27
*y* Idem ibid. n. 35.
*z* Molin. diſp. 107. col. 2.



24. Lega-

24. Legatum ut emas [illegible] velles, erit *a* tuum etiam ſi non emas, ſimiliter ut nubas etiam ſi non nubas,

25. Legatum ſub conditione, [illegible] prius cuidā ſi volueris, ſi primo noſit, & poſtea velit [illegible] *b* etiam ſi non nubas.

26. Legatum alicui dum habuerit [illegible] 20 annos, ſi tunc moriatur, *c* tranſit ad hæredes illius.

27. Legatum alicui dum fuerit vidua, & quod poſt mortem ejus fiat tuum, ſi nubat, ſtatim *d* fit tuum.

28. Legatum ſi pudicè vixerit non amittitur, niſi per copulam carnalem; ſed multi alii etiam per oſcula, & amplexus aſſerunt amitti.

29. Legatus calix intelligitur argenteus, *f* legata planeta cenſetur ſerica.

30. Legata *g* re litigioſa litigabitur ſumptibus hæredis.

31. In legatis faciẽda ut in favorabilibus ampla interpretatio.

32. Legatum ad piam cauſam gaudet *h* privilegio Eccleſiæ relicti.

33. Legans creditori in dubio cenſetur *i* compenſare.

34. Legatum pauperibus in communi applicari poteſt *l* fabricæ Eccleſiæ pauperis.

35. Legatum canonicis ipſis, & non Eccleſiæ debetur, *m* non vero ſingulis, ſed illorum collegio, & Epiſcopus habet ex eo quartam canonicam.

36. In primogenitis, & majoratibus licita *n* eſt conditio, qua clerici, & regulares, & beneficiarij excluduntur. Legatum cũ fructibus debetur *o* à die quo hæres adivit hæreditatem.

37. Teſtamentum in pias cauſas manu teſtatoris ſcriptum licet non ſit coram teſtibus publicatum, *p* validum eſt.

38. Legatarius gravi injuria legantem afficiens legatum amittit, *q* ſed expectanda ſententia judicis.

39. Legatum relictum in communi pro maritandis puellis, applicari poteſt *r* volenti religionem intrare.

40. Legatum relictum orphanis *ſ* poteſt dari habentibus parentes pauperes, vel inutiles, quando non ſunt orphanæ, quibus detur. Idem dic de relicto viduis poteſt dari habentibus maritos pauperes, & inutiles.

41. Pro orphanis intelliguntur etiam expoſitæ, quarum parentes ignorantur, *t* & quæ patre carent, licet matrem habeant.

42. Legatum *u* pro virginibus dotandis poteſt retineri ab ea, quæ eſt habita pro virgine, licet ſit corrupta.

43. Legatum pro dotandis puellis, ſi non ſint nuptæ debetur *x* nuptis ſine dote, vel tenus.

*a* Idem ubi ſupra. *b* Sà hoc verb. n. 40. *c* Idem ubi ſupra. *d* Idem ubi ſup. num. 42. *e* Vide Mol. loc. cit. *f* Vide Covar. c. Indicante de teſt. c. 4. *g* Sà ubi ſupra. *h* Silv. verb. leg. num. 5. *i* Vide Covar. in c. officii de teſt. n. 2. *l* Sà ubi ſupra. *m* Vide Covar. in c. requiſiſti de teſt. num. 10. *n* Idem lib. 2. var. reſ. 12. num. 10. *o* Sà ubi ſupra. *p* Covar. c. relatum 1. de teſt. num. 11. *q* Comm. DD. *r* Molina diſp. 218. *ſ* Dian. p. 4. tr. 16. reſ. 10. *t* Idem ubi ſupra. *u* Idem ubi ſupra. *x* idem ubi ſupra.





44. Legatum relictum commun[illegible] puellæ pro anima teſtatoris, ſi hæc moriatur antequ[illegible] ob[illegible]at, debetur *y* altori puellæ.

45. Legatum pro fab[illegible] Eccleſiæ *z* poteſt dari pro ornamentis divino cultui neceſſariis. Item diſtribuendum quotannis, poteſt totum ſimul dari, v. g. hoſpitali, vel monaſterio. Item dandum naturalibus alicujus loci poteſt dari per decennium ibi commorantibus, niſi ſint cum animo non ibi perpetuo permanendi.

46. Cum bona non ſufficiunt ad legata pro rata *a* minoranda ſunt.

47. Legatum conſanguineo pauperi *b* dandum pauperiori.

48. Legatum quotannis præſtandum Eccleſiæ, ſi per duos annos non præſtetur, non deberi alii *c* ajunt, alii negant.

49. Legata pia facta coram duobus teſtibus tantum valida *d* ſunt, nec valeret ſtatutum factum in contrarium.

50. Legatum relictum filiæ, cui pater debebat certum *e* videtur relictum in ſolutionem dotis. Idem dic de filio.

51. Licitum *f* eſt legare pecuniæ uſum fructum.

52. Legatum Societati cum onere ſacrum faciendi non *g* poteſt admitti niſi ex circumſtantiis colligatur animum fuiſſe teſtatoris legatum non ut Miſſæ ſtipendium, ſed ut eleemoſynam gratis donatam relinquere, v. g. ſi multum excedat conſuetum Miſſæ ſtipendium.

53. Falſum, & damnatum eſt ab Alexand. VII. an. 1666. annuum legatum pro anima relictum non plus quàm per decem annos durare.

---

# DISPUTATIUNCULA interjacens.

## SECTIO UNICA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### LEGITIMA.

1. Filia dotata poteſt *a* petere ſupplementum legitimæ, niſi expreſſe renuntiaverit, ſed computanda ſunt omnia, quæ data ſunt ei ad nuptias exceptis veſtibus, quibus communiter utebatur.

2. Renuntiatio legitimæ facta per metum juramento non *b* confirmatur.

*y* Comm. DD. *z* Vide Sanct. apud Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 140. *a* Comm. DD. *b* Dian. p. 5. tr. 6. reſ. 29. *c* Vide eundem p. 4. tr. 14. reſ. 84. *d* Comm. DD. *e* Comm. DD. *f* Comm. DD. *g* P. Menacho in manuſcrip.

*a* Sà hoc verb. n. 4. *b* Covar. in c. quamvis de pact. p. 3.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

3. Quæ filius impudic[illegible] veſtem, ex[illegible] c computanda in legitimam, niſi pater videretu[illegible] ſi non [illegible]

4. Legitima donata filio inte[illegible] d poteſt à patre revocari.

5. Profeſſus religionem e debet ſtimari [illegible] ſtimari filio, & pater infidelis filio facto Chriſtiano.

6. Donatio facta filio inter vivos non f computatur regulariter in legitimam; benè tamen, quæ morte confirmatur; & facta pro dote, & quæ ſolvit pater pro pœna delicti, quod filius commiſit.

7. Filii hæretici damnati ad mortem g privantur legitima; non tamen ejus, qui crimen læſæ majeſtatis humanæ commiſit ſecundum quoſdam.

8. Non poteſt legitima filii gravari à patre niſi ipſe conſentiat, poteſt tamen prohibere ne illam alienet uſque ad tertiam generationem. Molina verò aſſerit h gravamen poſitum in legitima filii etiam in illius favorem eſſe nullum.

9. Ex donatione Eccleſiæ facta extrahenda i eſt filiorum legitima, ſi poſt illam naſcantur.

10. Legitima non hæredis ſed judicis arbitrio extrahenda l eſt, & ſi filius hæreditati renunciaverit, ſupplementum autem legitimæ eſt ei præſtandum.

c Sà ubi ſup. n. 1.
d Idem ubi ſup. num. 1.
e Idem ibidem.
f Vide Covar. in c. Raynaldus de teſt. parag. 1. n. 6.
g Vide Silveſt. verb. legitima n. 5.
h Vide Mol. diſp. 177. col. 2.
i Comm. DD.
l Comm. DD.

---

# DISP. III. SECTIO PRIMA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## LEX.

### *De legis Definitione, & quot ſint legis genera.*

Lex, decretum, ſtatutum, conſtitutio idem ſignificant, licet ſub diverſis reſpectibus.

1. Lex eſt a Sanctio ſancta jubens honeſta, prohibens contraria. Communior definitio inter Theologos eſt D. Thomæ. Lex nihil aliud eſt quàm quædam rationis ordinatio, & præceptio in commune bonum ab eo, qui curam reipublicæ gerit promulgata.

a L. ſi rogo ff. de leg. D. Th. 1. 2. q. 2. art. 4.

2. Lex



1. Lex b debet fieri [illegible] particulare, ſed commune, & debet in com[illegible] ob bonum [illegible] e, poteſt tamen in unam partem, & non in aliam.

3. Lex non c ſpirat [illegible] legislatore, mandatum verò particulare ſit. Privilegium autem eſt particularis lex.

4. Cum ceſſat in particulari ratio legis, non ideo d ceſſat lex. Quæ ſi non eſt ſufficienter promulgata non e habet legis vigorem.

5. Effectus legis f eſt homines bonos reddere, & illius actus jubere, vetare, permittere, & punire.

6. Lex alia g æterna, id eſt providentia divina, quâ Deus omnia gubernat; alia naturalis, quæ eſt lumen à Deo cunctis hominibus inditum ad finem naturalem conſequendum, & diſcernendum inter bonum, & malum; alia eſt humana, quæ ſupra definita eſt; alia tandem divina data à Deo ad dirigendum hominem ad finem ſupernaturalem.

b Suarez l. de leg. c. 6. n. 2.
c Comm. DD.
d Comm. DD.
e c. In illis temporibus diſt. 4.
f Comm. DD.
g Vide D. Th. 1. 2. q. 91. art. 1.

*AN LEX vetus obliget.*

7. Præcepta moralia legis veteris ſunt de jure naturali, & ideo h obligant.

8. Præcepta ceremonialia legis veteris i ceſſarunt poſt novam, & ideo non obligant.

h Comm. DD.
i De fide.

*DE LEGE naturali.*

9. Lex naturalis non l eſt propriè habitus, ſed actus per modum habitus. Synderesis autem eſt quidam habitus nos ad bonum inclinans, & inde ad legis obſervationem.

10. Lex naturalis eſt una m continens in ſe plura præcepta, lex autem ſuperior eſt præceptis.

11. Actus virtutum ſecundum quod ſunt rationi conformes n ſunt de lege naturali, ſed ſecundum proprias ſpecies aliqui ſpectant ad legem humanam poſitivam.

12. Lex naturalis quoad prima principia eadem o eſt apud omnes nationes, ſed non quoad concluſiones particulares.

13. Non poteſt dari ignorantia invincibilis primorum principiorum naturalium, benè tamen concluſionum deductarum ex illis; quia tales poſſunt occurrere circumſtantiæ, ut docti etiam dubitent.

14. Jus gentium p eſt, quo omnes gentes utuntur, ut rerum

l Vide D. Tho. 1. 2. q. 94.
m Comm. DD.
n Ex idem ubi ſup. art. 4.
o Comm. DD. D. Th. ubi ſup. art. 4.
Vaſq. to. 1. diſp. 122.
p c. Jus gentium diſt. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rerum diviſio, ſtipendiorum, [illegible] modus, [illegible] gradus, &c.

*DE LEGE HUMANA.* [illegible] *an ſit in* [illegible] *poteſtas leges condendi.*

15. In hominibus eſt *m* poteſtas cond[illegible] leges & ſtatuta, quorum obſervantia obliget in conſcientia. Et [illegible] veritas definita in Tridentino.

16. Papa *o* poteſt condere leges Eccleſiaſticas, quæ obligent univerſam Eccleſiam; civiles autem quas facit, ſolum obligant in terris temporaliter illi ſubjectis.

17. In rebus *p* Eccleſiaſticis judicatur ſecundùm leges civiles in quantum non ſunt canonicis contrariæ.

18. Leges Pontificiæ quamplures ſunt in jure canonico; quæ autem ſunt in Decreto non ſunt *p* Pontificiæ, niſi etiam ſint in juris corpore.

19. Cardinalium declarationes non ſunt *q* leges, niſi poſitæ ſint authenticæ, & promulgatæ à Papa, ut legis vim habeant ſecundum probabilem opinionem.

20. Epiſcopus in ſua diœceſi *r* poteſt leges condere, quod *ſ* eſt de jure divino ſecundum probabiliorem ſententiam. Idẽ poteſt legatus à latere. Idem *t* poteſt concilium generale.

21. Cardinalium collegium ſede vacante *u* non poteſt, poſſunt *x* autem concilia provincialia, & ſynodalia.

22. Capitulum Canonicorum vivente Epiſcopo poteſt ſibi aliquas conſtitutiones condere, mortuo vero Epiſcopo toti *y* diœceſi ſecundum communiorem opinionem.

23. Capitula inferiora non *z* poſſunt aliquas leges condere, niſi ex conſenſu, & approbatione Epiſcopi.

24. Superiores religionum *a* poſſunt in ſuis capitulis, & congregationibus leges condere.

*DE EO QUI POTEST leges civiles condere.*

25. Summus Pontifex non *b* poteſt leges civiles dare toti Eccleſiæ.

26. Imperatores *c* poſſunt leges condere in omnibus ſuis regnis, ſecus vero Reges illi ſubjecti.

27. In Hiſpania debent *d* judices judicare ſecundum leges regni, & non ſecundum alias.

28. Judices debent *e* obſervare leges civiles, quæ deducuntur à jure naturali, & ſecundum illas judicare.

29. Leges civiles obſervandæ *f* ſunt in Hiſpania quando non ſunt leges regni.

30. Leges fori in Hiſpania non *g* obligant, niſi ex conſuetudine jam receptæ ſint.

31. Reges,

*m* Trid. ſeſ. 7, c. 8. *n* Comm. DD. *o* Comm. DD. *p* Comm. DD. *q* P. Sanch. l. 8, de matr. diſp. 48, n. 10. *r* c. 1, de maior. & ibid. *ſ* Vaſquez 1. 2, diſp. 172, c. 1. *t* Comm. DD. *u* Comm. DD. *x* c. concilia diſt. 17. *y* c. cum olim de major. & obedi. *z* Comm. DD. *a* Comm. DD. *b* Comm. DD. *c* Vide Suarez de leg. l. 5, c. 7. *d* Comm. DD. *e* l. 6, tit. 4, p. 5. *f* Comm. DD. *f* Vill. to. 1, tr. 2, diſ. 2. *g* L. 1, Tauri.



31. Reges, ac Princi[illegible] temporalibus non habent ſuperiorem *h* poſſunt [illegible] tamen leges.

32. Cùm regnum [illegible] ad fœminam ſpectat e-tiam ſi ſit conju[illegible] condere leges. Et idem *l* poteſt reſpublica, quæ [illegible] temporalibus non habet ſuperiorem.

33. Domini inferiores ſolum *m* poſſunt præcepta imponere ad tempus, & facere aliquas conſtitutiones, quæ ut habeant vim legis à populo, & à regio ſenatu approbandæ ſunt.

34. Leges municipales, quæ ſunt ad particulares civitates ſpectantes, ſi ſunt in uſu, & legibus regni non contrariæ obſervandæ *n* ſunt.

*AN LEX humana poſſit jubere aliquid, quod à lege naturali juſſum non ſit?*

35. Lex humana jubere *o* poteſt, quod nec à lege naturali, nec divina juſſum ſit, ſed hæc ſemper à naturali originem habet.

36. Eo ipſo, quod legiſlator aliquid *p* jubet, facit illud materiam virtutis, & contrarium vitii.

*AN PRÆLATI religioſi poſſint ferre leges præter eas, quas habet Ordo à ſua fundatione?*

37. Prælati religioſi etiam cum toto capitulo non *q* poſſunt leges condere non ſpectantes ad religioſam obſervantiam, nec obligare religioſos ad arctiorem vitam, quàm profeſſi ſunt. Contrarium alii ſentiunt, ſed in dubio pro prælatis ſtandum.

*QUAS CONDITIONES habere debet lex humana, ut ſit juſta.*

38. Lex erit omne id quod ratione conſtiterit, quod religioni conveniat, quod ſaluti proficiat. D. Iſid.

Has omnes conditiones habere debent ſuperiorum mandata. Legis virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire. *L. legis 7. ff. de legibus.*

39. Lex valde difficilis & laborioſa, & non benè recepta non *ſ* obligat.

*QUALIS DEBEAT eſſe promulgatio legis, ut obliget.*

40. Ut lex ſit ſufficienter promulgata non eſt *t* neceſſarium, ut ad omnium notitiam perveniat.

41. Quamvis lex ſufficienter ſit promulgata, qui illam invincibiliter ignorat, *u* excuſatur etiam ſi excommunicationem annexam habeat.

42. Ut quis dicatur ſufficientem legis notitiam habere, opus eſt *x* ut à perſona fide digna illam habeat.

43. Aliquos effectus habet *y* lex etiam apud illum, qui eam igno-

*k* Comm. DD. *l* Vill. ubi ſup. *m* Comm. DD. *n* Villal. ubi ſup. *o* Comm. DD. *p* Comm. DD. *q* Comm. DD. *r* D. Iſid. l. 5, ethymol. c. 3. *ſ* Comm. DD. *t* In auth. ut novæ conſtit. col. 5. *u* Vide Azor. to. 1, lib. 5, c. 2. *x* Comm. DD. apud Nav. lib. 1, conſil. cõſil. 4, n. 14. *y* Comm. DD.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ignorat, ut cum contra[torn] vel taxam ſtatuit.

44 Sufficit z quod leges [torn] obligent, publicentur in Romana curia, ut dicantur ſufficienter [torn] ſecundum probabiliorem, & communiorem ſenten[torn] probabile etiam eſt non obligare, niſi promulgentur in ſingulis [torn] civibus.

z Vide Molin. ubi ſup.

45 Lex civilis ſufficit, quod promulgetur in curia Regia, ut omnia regna obliget, a niſi Rex jubeat, ut in omnibus civitatibus publicetur.

a Comm. DD.

46. Cum diverſa regna, quæ diviſis legibus utuntur, ſub eodem Rege ſunt, non b ſufficit in curia publicatio, ut item ſi regna ſint valde diſtantia.

b Comm. DD.

47. Leges, quæ alias revocant non indigent c promulgatione, niſi revocent privilegia.

c Comm. DD.

48. Revocatio privilegii opus d eſt, ut veniat ad notitiam privilegiati.

d Comm. DD.

49. Ad valorem privilegii non eſt neceſſe, e ut veniat ad privilegiati notitiam, nec indiget promulgatione ſecundum probabiliorem ſententiam.

e Vide P. Azor. to. 1 l. 5. c. 1. q. 5

*AN LEX obliget ſtatim ac eſt ſufficienter promulgata.*

50. Ex ſua natura obligant f ſtatim ac ſunt promulgatæ; leges autem civiles ipſo facto non obligant niſi tranſactis duobus menſibus, niſi in eis aliud ſtatuatur.

Peccat vero populus, qui abſque ulla cauſa non recipit legem à Principe promulgatam.*

f Comm. DD.

* In decr. Alexand. VII. an. 1665. 24. Sept.

51 Leges Pontificiæ ſtatim obligant, g ac promulgatæ ſunt in curia Romana niſi terminum præſcribant.

g Comm. DD.

*AN QUI IGNORAT invincibiliter legem in pœnam illius incurrat.*

52. Aliæ leges pœnam ſolùm aſſignant, & prohibitionem præſupponunt, aliæ ſimul rem prohibent, & pœnam ſtatuunt. In primis qui illas tranſgrediuntur pœnam etiam ſi invincibiliter ignorent, incurrunt, h ſecus in ſecundis.

h Vide P. Suar. t. 5. diſ. 4. ſect. 5. à n. 21.

53 Qui autem ſcit prohibitionem, ſed non pœnam i manet in foro exteriori obligatus ad illam.

i Comm. DD.

54. Qui ignorat invincibiliter excommunicationem annexam juri naturali, & divino, illam non l incurrit, quod à fortiori procedit in jure poſitivo, ignorantia vero vincibilis non excuſat à cenſura.

l Henr. l. 1 de excom.

*AN LEX HUMANA quæ à principio recepta non fuit, obliget?*

55. Si ſolùm naturæ principia inſinuantur opus non eſt, ut populus legem recipiat ut obliget, ſed in re lex à principio non recepta, non m obligat.

m Azor. t. 1. l. 5. c. 4.

56. Lex,



56. Lex, quæ ob igno[torn] conventi[torn] recipitur n non obligat, & cùm populus prop[torn] ſuſpendit ſuum effectum.

n Comm. DD.

57. Qui à princ[torn] non cuſtodierint ſine rationabili cauſa o pecc[torn]

o Vaſq. 1. 2. diſp. 160. c. 5. n. 34.

58 Leges [torn]onicæ receptæ non p obligant, & cum ab eis ſupplicatur, ſuſpendunt ſuum effectum.

p Suar. t. 5.

59. Regis reſponſum, & Principis reſcriptum legis q habent vigorem, non vero Regii ſenatûs ſententiæ.

q Comm. DD.

*AN LEX HUMANA obliget in conſcientia & quomodo cognoſcatur?*

60. Veritas fidei eſt quod lex humana obliget in conſcientia.

61. Conſtitutiones religionum, & regulæ ad peccatum non obligantes non r ſunt leges propriè loquendo.

r Comm. DD.

62. Ex verbis legis colligitur ſ obligatio, ut ſi dicat præcipio, mando, jubeo, prohibeo, interdico, vel æquipollentia, debeant, teneantur, neceſſario, ne ceſſe eſt, non licet, non poteſt, & quæ ponuntur modo imperativo.

ſ Clem. exi 1. de verb. ſign.

*QUOMODO cognoſcatur quando lex obliget ſub veniali, vel ſub mortali?*

63. Qui operatur ex contemptu legis peccat t mortaliter.

64. Ex verbis ſimplicibus u præcipio, mando, &c. non colligitur obligatio ad mortale.

t Comm. DD.

u Vaſq. 1. 2. diſp. 111. c. 5.

65 In materia levi non poteſt legiſlator ſub mortali obligare, in materia vero gravi poteſt ſub x veniali tantum.

x Comm. DD.

66. Non eſt y certa regula ad colligendam materiæ gravitatem, colligitur tamen ex utilitate communitatis.

y Suar. de legi. l. 5. c. 27. à n. 6.

67. Leges admittunt z interpretationes, & civiles intellectus, ſed multi in hoc facillime falluntur.

z Comm. DD.

68. Lex præcipiens in virtute obedientiæ in materia ſufficienti obligat ſub mortali. Idem dic cùm præcipitur ſub excommunicatione. An vero cum ſub gravi pœna idem ſit dicendum, alii ajunt, alii negant.

4 Comm. DD.

[torn]ECTIO

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO [illegible]

## RESOLUTIONES VARIÆ.

1. REctor univerſitatis præcipiens ſub pœna præſtiti, niſi materia ſit gravis non *a* obligat ſub mortali.

2. Cum lex fundatur in falſa præſumptione non *b* obligat in conſcientia, ſicuti hæres qui non fecit inventarium, non obligatur ſolvere debita ultra vires hæreditarias in foro conſcientiæ.

*AN LEGES PÆNALES ultra pœnam obligent ad culpam?*

3. Leges purè pœnales, quæ nihil prohibent, non *c* obligant ad culpam ſecundum probabiliorem ſententiam.

4. Lex quæ taxam aſſignat, obligat *d* ſub peccato mortali in materia gravi, & ad reſtitutionem.

5. Leges canonicæ, quæ imponunt cenſuras, & alias pœnas *e* obligant ſub peccato.

6. Leges civiles mixtæ, quæ prohibent ſub pœna, obligant *f* ad culpam ſecundum probabiliorem ſententiam; Contraria tamen poteſt *g* ſuſtineri in praxi, cùm legem frangens non ſe exponit morti, vel alii gravi periculo.

7. Non omnes leges pœnales etiam in prima ſententia *h* obligant ſub mortali, ut quæ prohibent ſub pœnis levibus ligna cædere, piſcari, &c.

8. Leges poſſunt *i* ante judicis ſententiam obligare ad pœnam, quæ in actione conſiſtit, & non in ſola privatione, ut poſſet prælatus præcipere, ut qui talia fecerit ſe verberet, ſed non deſunt contrarium ſentientes.

*QUOMODO cognoſcitur an pœna ſit ferenda, vel lata.*

9. Leges, quæ continent ſententiam ferendam, & non latam non obligant *l* ante judicis ſententiam.

10. Cùm res eſt in dubio *m* cenſenda, eſt ſententia ferenda, & non lata.

11. Cum lex habet verba commiſſoria *n* ſententia eſt ferenda.

*a* Azor. to. 1. lib. 11 c. 8, q. 11. *b* Silv. verb. lex q. 9.
*c* Vaſq. 1. 2. q. 12. diſp. 158, c. 11, n. 11. *d* Idem ubi ſup. *e* Comm. DD. *f* Suarez de leg lib. 5. c. 3. n. 6. *g* Nava. c. 23. n. 55. & ſequent. *h* Comm. DD. *i* Vaſq. 1. 2. to. 2. diſp. 158, c. 1.
*l* Comm. DD. *m* Comm. DD. *n* Comm. DD.

12. Pœna



12. Pœna co[illegible] [illegible]vention *o* obligat, niſi poſt judicis [illegible]entiam; ſu[illegible] [illegible]it *p* tamen docti contrarium aſſerentes.

13. Cum [illegible] lex de futuro non habet *q* ſententiam [l]atam, ſecus [illegible] præterito.

14. Verba hæc, ipſo facto, latæ ſententiæ, & ſimilia *r* dicunt latam ſententiam.

*AN POENÆ, QUÆ conſiſtunt in privatione, & imponuntur ipſo facto, obligent ante judicis ſententiam?*

15. Leges Canonicæ impoſitæ ipſo facto obligant *ſ* ante judicis ſententiam. Idem dic de pœna non petendi debitum propter affinitatem ſupervenientem matrimonio.

16. Pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ obligat *t* ante ſententiam judicis, ſi expreſſa eſt in lege.

17. Cùm lex imponit pœnam ipſo facto non ſolum *u* privat bonis, ſed obligat ad actionem conſequentem, ut excommunicatus non ſolum privatur officio divino aſſiſtere, ſed exire tenetur ab Eccleſia cùm incipit.

18. Legem pœnalem ipſo facto obligantem ad pœnam, quæ in actione conſiſtit obligare ante judicis ſententiam, alii ajunt, alii probabilius *x* negant; niſi DD. in aliquibus legibus pœnalibus ſpecialiter contrarium interpretati fuerint.

19. Lex quæ frumento taxam *y* aſſignat & pœnam, ad pœnam non obligat niſi poſt judicis ſententiam.

20. Pœna amittendi ipſo jure beneficium non obligat *z* ante ſententiam, niſi expreſſè in aliquibus caſibus à Papa declaratum fuerit.

21. Hæreticus non tenetur *a* bona ſua reſtituere ante condemnationem. Peccat *b* tamen vendens ſua bona ei, qui delictum illius ignorat.

22. Cum prohibetur actus exterior, *c* prohibetur etiam voluntas illum faciendi, & licet actus ſit valde occultus poteſt à lege prohiberi.

23. Lex civilis non poteſt *d* directè prohibere actum interiorem, nec illum punire.

24. Eccleſia non poteſt cenſuram ferre ob actum purè interiorem, nec illum punire ſecundum *e* probabiliorem.

26. Cum actus interior ſit veluti anima exterioris; lex hunc prohibens, etiam *f* prohibet illum.

26. Eccleſia non *g* poteſt punire actum exteriorem [illegible] ob malam intentionem interiorem.

27. Qui confitetur hæreſim interiorem, vel amico aperit ad petendum conſilium non eſt *h* excommunicatus.

*o* Vaſq. 12. diſp. 171. n. 1. *p* Vide Suarez ubi ſupra num. 5. *q* Comm. DD. *r* Comm. DD. *ſ* Comm. DD. *t* Vaſq. 12. diſp. 168. n. 2. *u* Suarez de leg lib. 5. c. 8. n. 9.
*x* D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4.
*y* Comm. DD. *z* Leſſ. de juſt. lib. 2. c. 17.
*a* Vaſq. 12. to. 2. diſp. 17. c. 3. *b* Comm. DD. *c* Comm. DD. *d* Comm. DD.
*e* D. Tho. q. 91. art. 4. *f* Comm. DD. *g* Comm. DD. *h* Comm. DD.

*AN LEX HVMAN[illegible]*

18. Lex humana *t* poteſt [illegible], [illegible] tunc cenſetur obligare cum [illegible] orum [illegible] t ſe [illegible] quàm vita.

*t* Comm. DD.

29. Carthuſiani *l* tenentur abſtinere à carnibus etiam cum vitæ periculo; ſi tamen non eſſet alius cibus non tenentur ſinere ſe fame perire.

*l* Vaſq. 12, diſp 161,

30. Qui ob metum mortis matrimonium contraheret cum conſanguinea non peccaret; *m* peccaret tamen ſi ob metum mortis eam cognoſceret.

*m* Comm. DD.

*AN LEX HVMANA poſſit irritare contractus, & homines ad illos inhabiles reddere.*

31. Contractus alii ſunt à legibus irriti, alii irritandi, & lex humana *n* poteſt irritare con[illegible], & homines ad illos inhabiles reddere.

*n* Trid. ſeſ. 24, c. 1, de refor.

32. Cùm lex dicit, quòd contractus ſit ipſo jure nullus, vel perſonas ad illos inhabiles reddit, vel prohibet actum aliquibus perſonis in ſpeciali, alias *o* contractus eſt nullus.

*o* Vaſq. 12, to. 2,

33. Cùm lex taxam ſtatuit, valet *p* contractus, ſed exceſſus debet reſtitui.

*p* Comm. DD.

34. Religioſi ſunt *q* inhabiles ad contractus, & ad teſtamentum faciendum jure poſitivo.

*q* Religioſi ſunt inhabiles. Comm. DD.

*AN PRINCEPS, vel legiſlator ſubdantur ſuis legibus.*

35. Legiſlator, qui non eſt Princeps ſupremus *r* ſubjectus eſt legibus ſuis, tam quoad vim directivam, quàm coactivam. Princeps autem, qui non habet ſuperiorem *ſ* ſolùm quoad directivam, & poteſt leges mutare, & ſecum in aliis diſpenſare.

*r* Comm. DD. *ſ* Comm. DD.

36. Prælatus Eccleſiaſticus faciens contra ſuas leges non incurrit *t* excommunicationem.

*t* Comm. DD.

37. Poteſt *u* eſſe aliqua ſpecialis lex, quæ nullo modo obliget Principem, ſed tantum ſubditos.

*u* Villal. to. 1, tr. 2, diſ. 18.

38. Princeps *x* manet obligatus ad contractus, & quaſi contractus, quas cum ſubditis iniit.

*x* Comm. DD,

SECTIO



[torn fragment:] quæſtionalis n... ... it p tamen viri... lex loquitur... fide...

# SECTIO III.

## *AN CLERICOS OBLIGENT LEGES CIviles, & an religioſi ad has, & ad Epiſcopales teneantur,*

1. Eccleſiaſtici *a* tenentur obſervare leges civiles ad bonum regimen reipublicæ ſpectantes, ſed non quoad pœnam ſed quoad vim directivam tantùm.

*a* Vaſq. 12, diſp. 167, num. 34.

2. Obligantur *b* etiam ad leges, quæ irritant contractus, & teſtamenta, non vero ad eas, quæ ſunt in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ.

*b* Comm. DD.

3. Idem dicendum *c* de religioſis quoad vim directivam, & quoad hanc ſolùm ſubduntur ſynodalibus. Tenentur *d* tamen obſervare feſta ſtatuta ab Epiſcopo, non vero officium clericorum recitare.

*c* Comm. DD. *d* Trid.

4. Feſta a magiſtratibus indicta non *e* tenentur obſervare.

5. Vota facta à populo authoritate Epiſcopi *f* tenentur etiam religioſi obſervare, & facta à magiſtratibus ipſo populus.

*e* Azor. 2, p. tom. lib. 1, c. 15, 16, *f* Henriq. c. 21, n. 3.

*AN PEREGRINI, & alienigenæ teneantur legibus civitatis, per quam tranſeunt.*

6. Alienigenæ vagi *g* tenentur legibus illius populi per quem tranſeunt.

*g* Sanch. de matr. lib. 3, diſ. 18, n. 15,

7. Si ſunt leges juſtæ factæ ſpecialiter pro alienigenis *h* obligantur obſervare, & alias, quarum tranſgreſſio eſt in damnum populi, & cum vendunt tenentur ad taxam, & ad vectigalia.

*h* Comm. DD.

8. In contractibus idem *i* dicendum excepto dotali.

*i* Sanch. ubi ſup. n. 20.

9. Qui mutat domicilium in alium locum cum animo ibi manendi, ad illius leges *l* tenetur, vel ſi ibi habitet per majorem anni partem.

*l* L. exigere, ff de judiciis.

10. An vero qui tranſeunt per locum & velut hoſpites ibi tantum morantur, illius legibus obligentur alii ajunt, alii *m* negant probabilius, ſi abſit ſcandalum.

*m* Sanchez ubi ſup. n. 5.

11. Alienigenæ, & peregrini non *n* tenentur obſervare leges ſui domicilii dum tranſeunt per loca ubi non obſervantur.

*n* Suarez ſup. q. 14, art. 6, diſp.

 11. Luſ[illegible]

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

12. Luſitanus in Caſtella [illegible] poteſt ſabbatis edere arietum minuta, quæ non poſſet in Luſitania. Et qui exit à loco, ubi jejunatur, ſi pervenit ad locum ubi non jejunatur, poteſt illa nocte cœnare.

*o* Vill. tr. 2. to. 1, diſ. 34.

13. Tyrannorum legibus ſi juſtæ ſunt *p* obediendum eſt, & ab eis poteſt poſtulari juſtitia, & eis reddendum tributum. *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari.*

*p* Comm. DD.

14. Epicheia eſt æquitas, ſive interpretatio legis; hæc reſpicit caſus particulares, ſicut lex communes.

*DE EPICHEIA ejuſque definitione.*

15. Contra Epicheiæ virtutem ſunt duo vitia *q* contraria: Primum cum quis vult obſervare legem ſuperſtitioſè contra mentem legislatoris. Aliud cùm quis fraudulenter verba legis ſervat ſciens eſſe contra mentem legislatoris.

*q* Comm. DD. Vide Vill. ubi ſup.

16. Reſpectu legis divinæ vel naturalis *r* non eſt Epychicia, ſed prudens interpretatio.

*r* Vaſq. 1. 2. to. 2. diſp. 176, n. 4.

17. Princeps ejuſque ſucceſſores ſuas leges *ſ* poſſunt interpretari.

*ſ* Comm. DD.

18. Ratio legis poteſt *t* ceſſare negativè in particulari, ut ratio jejunii, quæ eſt maceratio carnis in Petro, qui ea non indiget, vel contrario quando obſervantia legis eſt contra legis rationem, ut ſi furioſo depoſitum enſem reſtituas.

*t* Comm. DD.

19. Cùm ratio legis ceſſat contrariè, & hoc eſt certum, non eſt obſervanda, *u* in dubio recurrendum eſt ad ſuperiorem; vel obſervanda, niſi prudentum arbitrio obligatio ceſſare cenſeatur.

*u* Vide P. Vaſq. ubi ſup. diſp. 186, c. 3. n. 21.

20. Si ex utraque parte ſit dubium, & in obſervatione ſit ſpirituale periculum non eſt *x* obſervanda.

*x* Comm. DD.

21. Cum dubium eſt an legislator potuerit, vel voluerit obligare locum *y* valet Doctorum interpretatio.

*y* Comm. DD.

22. Cum totaliter ceſſat legis finis, & ipſa redditur inutilis, *z* ceſſat lex.

*z* Vide P. Azor. to. 1, lib. 5. c. 24.

23. Cùm ceſſat una cauſa legis manente aliâ, non ceſſat lex.

24. Licitum eſt leges humanas mutare cùm oportet, non autem leviter mutandæ, ſed juſtâ causâ occurrente.

SECTIO



# SECTIO IV.

## *DE CONSVETVDINE QVID SIT, ET quæ requirat, ut legitimè præſcripta ſit.*

1. CONſuetudo *a* eſt jus non ſcriptum, quod longo, & diuturno uſu ortum eſt, & ideo uſus antecedit, & cauſat conſuetudinem.

*a* Comm. DD.

2. Conſuetudo pluribus, ac frequentibus actibus introducitur; aliquando tamen ſufficient *b* duo.

*b* Sanchez de matr. lib. 4, diſp. 1, num. 17.

3. Conſuetudo introduci *c* debet à populo, vel communitate, & ſcienter, & non cum ignorantia, & ſecundum probabiliorem opinionem non eſt neceſſaria Principis ſententia; hæc tamen præſumitur elapſo tempore ſufficienti.

*c* Suarez de leg. lib. 7, c. 9, n. 7.

4. Actus per quos introducitur *d* debent eſſe publici, ac notorii, & ipſa conſuetudo rationabilis; antiqua verò talis præſumitur.

*d* Comm. DD.

5. Introducta ex Principis conſenſu non habet *e* tempus determinatum, & duo actus ſufficient.

*e* Azor. to. 1, lib. 5, c. 4. q. 6.

6. Commercium negotiatorum, & communitas religioſorum *f* poſſunt conſuetudinem introducere, ſi faciant animo ſe obligandi, & non ex ſola devotione.

*f* Comm. DD.

7. Cùm introducitur ſine expreſſo conſenſu Principis *g* opus eſt longo tempore, hoc autem relinquitur arbitrio prudentis.

*g* Vaſq. 1. 2. to. 2, diſp. 77. c. 1.

8. Actus per quos conſuetudo introducitur bona fide *h* faciendi ſunt.

*h* Regul. poſſeſſor. de reg. jur. in 6, c. fin. de conſuet.

*AN CONSVETVDO habeat legis vigorem.*

9. Conſuetudo non poteſt *i* prævalere contra jus naturale, aut divinum, nec contra jus gentium.

10. Cum dubium eſt an conſuetudo legitimè introducta ſit non *l* obligat.

*l* Comm. DD.

11. Conſuetudo ex ſua natura non habet legis vim, ſi autem ſit rationabilis, & legitimè præſcripta in re ſervanda *m* eſt ut lex, quia in ea Princeps, & populus, qui leges condere poſſunt, conſentire cenſentur.

*m* c. fin. de conſuet.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

potest [...]trimonii impedimentum con-

12. Conſuetudo poteſt *n* mat[...]. Et qu[...] ſtituere.

*n* Sanchez de matr. [...] lib. 7. d. 4.

13. Conſuetudo vincit legem, hæc autem qua[ndo] dicit nulla obſtante conſuetudine, de præterita, & non de futura *o* intelligenda eſt.

*o* Villal. [...]

14. Conſuetudo poteſt *p* derogare aliqua ex religioſorum regulis, quia hæc ſunt de jure humano.

*p* P. Azor. [...] lib. 7. c. [...] q. [...]

15. Cum non uſus habet actum tacitum contra legem *q* introducit conſuetudinem.

*q* Comm. DD.

16. Cum legiſlator ſcit factum eſſe contra legem, & cum poſſit non punit, ſufficiunt *r* duo actus.

*r* Azor. lib. [...] c. 4. q. 6.

17. Principis privilegium amittit, qui illo non utitur per decennium, religionum vero per centum. Si tamen uti non potuit vel utendi occaſio non fuit, non *ſ* amittitur.

*ſ* Comm. DD.

---

# SECTIO V.

## DE VARIIS CIRCA LEGES *reſolutionibus*.

1. CUm in lege excipiuntur aliqui caſus *a* intelliguntur etiam excepti, quos aliàs jus excipit, & ſi materia eſt favorabilis omnes ſimiles, & quos æquitas poſtulat ut excipiantur.

*a* Sà hoc verb.

2. Lex prohibens non eſt *b* extendenda ad caſus, in quibus non eſt tanta ratio.

*b* Idem ubi ſup.

3. Cum lex formam præſcribit ſuper eo, in quo quis alias poteſtatem habet, ſi is agat contra legem, actum *c* tenet.

*c* Comm. DD.

4. Cum lex damnat malefactores adjuvantes intelligenda *d* eſt, ſi non cauſa neceſſitatis, vel pietatis, ſed tanquam malefactores illos adjuvent.

*d* Sà ubi ſup.

5. Lex aliquid vetans non *e* comprehendit facientes bona fide.

*e* Idem ubi ſup.

6. Per jus novum non eſt recedendum ab antiquo, niſi exprimatur.

7. Lex civilis *f* tollitur contrariâ conſuetudine decem annorum, & Eccleſiaſtica ſi Papa non contradicat, & idem dic de Epiſcopali conſtitutione. Canon autem ſecundum Abbatem non abrogatur niſi conſuetudine 40. annorum, & conſentiente Papa.

*f* Comm. DD. Vide P. Azor lib. 5. c. 17. q. 6.

8. Nulla lex derogat *g* conſuetudinem rationabilē alicujus loci, niſi illius expreſſam facia[t] [...] mentionem.

*g* Vide c. 1. de conſ. lib. 6.



9. Lex ſoquens non [...] *h* tollit factum præteritum, quamvis hujus effectus ex futuro dependeat.

*h* Comm. DD.

10. Lex interpretanda *i* eſt juxta principia juris etiam ſi legiſlator dicat aliam ſuam mentem fuiſſe.

*i* Sà ubi ſupra.

11. Cum prohibetur ſubornatio *l* intelligitur mala, niſi aliud colligatur ex verbis, vel ratione legis.

*l* Comm. DD.

12. Cum dicitur non gaudeat, vel amittat, non eſt *m* pœna ipſo jure poſita. Nec actus irritus ſed irritandus, cùm dicitur, non poteſt, non valeat. Sunt tamen qui dicant eſſe irritum cum dicit, non poſſit.

*m* Vide Sà ubi ſupra.

13. Lex ſimpliciter loquens non *n* comprehendit contractus juratos, nec jurata ſtatuta.

*n* Comm. DD.

14. Statuentes aliquod ſtatutum ſi confirmetur à Principe præcipuè in illorum favorem, poſſunt *o* facere contra illud.

*o* Comm. DD.

15. Cùm Papa ſtatuta confirmat, intelligitur *p* ſi non ſint juri communi contraria, vel ab eo valde aliena.

*p* Comm. DD.

16. Statutum Epiſcopi non ligat *q* ſubditos extra diœceſim delinquentes.

*q* Sà hoc verb.

17. Cum in lege Eccleſiaſtica dicitur, teneantur, vel præcipimus, aliqui dicunt *r* obligare ad mortale, vide quæ ſupra diximus.

*r* Vide Sà ubi ſupra.

18. Nemo *ſ* tenetur legibus ante ſeptennium, etiamſi habeat uſum rationis.

*ſ* Comm. DD.

19. Cum lex eſt tibi incommoda, & moleſta, & dubitas an ab ea ratione alicujus neceſſitatis, vel circumſtantiæ excuſeris, ad ejus non *t* teneris obſervantiam.

*t* P. Salas.

20. Magiſtratus, qui taxam tritico ſtatuit *u* tenetur ſervare ſub mortali in materia gravi. Secus ſi ſit legiſlator non habens ſuperiorem, niſi juraverit ſe ſervaturum, vel ſequatur ſcandalum.

*u* Comm. DD.

21. Regulæ Cancellariæ non obligant *x* in foro interiori, unde Epiſcopus donans inter vivos intra 20. dies ante obitum validè donat in foro conſcientiæ licet talis donatio ſit nulla ſecundum regulas Cancellariæ.

*x* Comm. DD.

22. Lex exorbitans à jure communi reſtringi debet quantum fieri poterit.

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### LIBELLI, LIBRI.

1. Libellos infamatores facere eſt *a* grave crimen, & qui illos faciunt, tenentur ad reſtitutionem, & ipſo facto excommunicationem *b* incurrunt, ſi ſint contra religionem.

2. Libri amatorii relegandi ſunt à *c* ſcholis, & ut venenum fugiendi.

3. Libri aſtrologiæ judiciariæ, geomantiæ, chiromantiæ, magiæ, ſortilegiorum, auguriorum, & quivis tractatus de his agentes lege *d* prohibentur, & tradi jubentur Epiſcopis, vel Inquiſitoribus à Sixto V. in Bulla.

4. Libri agentes de rebus ſacris non poſſunt *e* typis mandari ſine nomine authoris ex Decr. Concilii Tridentini ſub pœna anathematis.

5. Si liber ſit alicujus junioris & moderni, non poteſt, nec debet opinio cenſeri probabilis, etſi non conſtet rejectam eſſe à ſede Apoſtolica tanquam improbabilem. *f*

6. Libri prohibiti donec expurgentur, non poſſunt retineri uſque dum adhibita diligentia corrigantur. *g*

Libertas vide *Servus*.

*a* Comm. DD.
*b* Vide Mathæ. in ſum.
*c* Navar. c. 23. no. 18.
*d* Sixt. V. in Bulla.
*e* Trid. ſeſſ. 4. de edit. & uſu ſac. lib.
*f* In decr. Alexandr. VII. anno 1665. 24. Septemb.
*g* In iiſdem 1666. 18. Martii.

### LITTERAE APOSTOLICAE.

1. Ille cenſetur *a* falſas litteras habere, qui ſciens vel ſcire debens illis utitur.

2. Supplicationes à Papa ſignatæ, quæ ſignaturæ appellantur, in materia odioſa non habentur *b* pro litteris Apoſtolicis.

3. Litteræ Apoſtolicæ per ſurreptionem habitæ non dicuntur *c* falſæ.

4. Aliud *d* eſt falſare litteras, quod includitur in Bulla Cœnæ, aliud uti falſis, quod non comprehenditur. Litteræ dimiſſoriæ ad Ordines non *e* poſſunt conferri à Capitulo Sede vacante, niſi poſt annum à morte Epiſcopi. Contra hoc facientes puniuntur pœnâ interdicti, & Ordinati minoribus privantur clericali privilegio, & majoribus manent ipſo jure ſuſpenſi ad beneplacitum futuri Prælati.

5. Qui ſcripta invenit aliena peccata & legit, vel chartas ſigillatas aperiens illas legit, mortaliter *f* peccat.

6. Legens alienas epiſtolas ob ſolam curioſitatem ſine animo

*a* Navar. c. 17. n. 62.
*b* Idem ubi ſupra.
*c* Comm. DD.
*d* Navar. c. 27. n. 62.
*e* Idem n. 25.
*f* Comm. DD.



animo lædendi notabiliter, & ſine periculo damni notabilis non peccat mortaliter.

7. Prælato licet *g* reſervare, & legere litteras ſuis ſubditis miſſas. Idem *h* dic de duce reſpectu ſuorum militum, cùm eſt in hoſtium obſidione.

8. Idem *i* dic de inimico mittente litteras, cùm timet ſibi vel proximo grave aliquod malum imminere.

*g* Comm. DD.
*h* Navar. c. 18. n. 13.
*i* Idem ibidem.

### LITIGIVM.

1. Peccat mortaliter, qui paciſcitur, vel tranſigit in cauſa criminali, niſi ceſſante ſcandalo. Item peccat cum onere reſtituendi, qui accipit aliquid, ut diſcedat à lite injuſta. Item peccat, ſed non tenetur reſtituere, qui utitur inſtrumentis falſis, vel aliis malis mediis, cùm tamen cauſa eſt juſta.

2. Quando litigantes habent pro ſe opiniones æque probabiles, non poteſt judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio. *g*

*a* Navar. c. 25. n. 32.
*b* In decr. Alexand. VII. anno 1665. 24. ſeptemb.

---

# DISPVT. IV. SECT. PRIMA

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### LOCATIO.

#### De locationis definitione, & de juſto pretio res locatæ.

1. Locatio *a* eſt contractus, quo perſona, vel res aliqua ad uſum vel fructum pretio conceditur.

2. Eodem modo de pretio rei locatæ ſicut & venditæ judicandum *b* eſt.

3. Cùm res locatur ſine pretii aſſignatione illud *c* ſolvendum in quo alias conducta eſt. Si autem tunc primò locata eſt, taxari debet à judice, vel ab aliis bonæ conſcientiæ viris.

4. Non licet *d* locare mulas ad majus tempus, quàm indiget is qui iter acturus eſt, nec computare dies quibus ne fatigentur, quieſcunt in itinere. Ne locare per totum diem ei, qui ſolum uſque ad meridiem indiget; in hoc autem conſuetudo conſulenda eſt.

*a* Vill. to. 2. diſ. 1. tr. 41.
*b* Parag. 1. de locat. & condu.
*c* Vill. ubi ſupra.
*d* F. Manl. in ſum. 1. p. c. 19.
*e* Villal. ubi ſupra.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

5. Non licet locare boves ſub juſto, ut conductori pereant, niſi minuendo pretium ex aſſecurationis conventione. Idem dic de apum alveariis.

*QVÆ RES poſſint locari?*

6. Res omnes, quæ vendi poſſunt *f* poſſunt locari, niſi uſu ſint conſumptibiles. — *f* Comm. DD.

7. Cùm res alienari prohibentur, non *g* poſſunt locari per multum tempus. — *g* Comm. DD.

8. Domus viciniæ puerorum magiſtro, vel grammaticæ lectori non *h* poteſt locari officiali, qui ſtrepitu docentem, & legentem impediat. — *h* Comm. DD.

*QVAM HABEAT obligationem, qui locat rem inutilem, vel nocivam?*

9. Cùm plures eandem domum conducunt, non poteſt alteri locari, niſi omnes conſentiant. *i* — *i* Comm. DD.

10. Qui locat cellam vinariam, & per doliorum reciſuras vinum effunditur in foro exteriori condemnabitur. *l* Qui vero agrum locavit, in quo ſunt herbæ venenoſæ non condemnabitur. — *l* l. ſed addes parag. 2. ff. de locat.

11. In foro autem interiori neuter horum tenetur *m* ad reſtitutionem, ſi habuit invincibilem ignorantiam, tenentur tamen de lata, & levi culpa. — *m* Vill. ubi ſup. diſ. 4.

12. Quamvis fuerit occultum vitium rei, qui illam conduxit, pretium ſolvere non tenetur, *n* ſi ei fiat inutilis. — *n* d. l. ſed addes.

13. Quamvis vitium ſit publicum, qui illud ignoravit in foro conſcientiæ nil ſolvere tenetur. *o* — *o* Comm. DD.

14. Qui in arte, quam ignorabat locavit ſua opera, tenetur *p* damna reſtituere. Idem dic de eo, qui ſe jactabat ſupra id, quod ſciebat. — *p* Comm. DD.

15. Qui locavit rem non ſuam bona fide tenetur *q* à domino impetrare, ut ratum habeat contractum, vel dare aliam ſimilem; ſi autem non poſſit, conductor ſolùm ſolvet pretium pro tempore, quo tali re uſus eſt. Idem dic cùm domus corruit ſine conductoris culpâ. — *q* Vill. ubi ſupra.

16. Si conductor domum illam non habitavit ob impedimentum ex parte ſua non domus, nec locatoris, *r* tenetur nihilominus pretium ſolvere. — *r* Idem ubi ſupra.

17. Qui opera ſua locavit per diem, & laborem deſiudavit, tenetur *ſ* pro rata reſtituere pretium, & damna. — *ſ* Molin. t. 2. de juſt. diſp. 502.

18. Ei, qui conventionem fecit tot mancipia portandi, *t* ſi duo, vel tria mortua fuerunt in navigatione, pretium integrum debetur. — *t* Idem ubi ſupra.

19. Qui conduxit navem ad merces portandas, & orta tempe-



ſtate ex media navigatione redijt in portum, naulum ſolvere tenetur *u* ſecundum probabiliorem opinionem, quia in proprium commodum uſus eſt re aliena, & damnum non fuit ex culpa locatoris. — *u* Idem ubi ſupra.

*QVÆ CVLPA SIT neceſſaria, ut conductor teneatur de damno?*

21. Conductor rei tenetur *x* de culpa lata, & levi, & non de leviſſima. Et idem eſt ſi culpa fuerit filiorum, vel domeſticorum. — *x* Vill. ubi ſup. diſ. 4.

22. Si mula conducta moriatur in via ſine culpa conductoris ad nil tenetur, *y* ſi autem culpa ſua, tenetur ſolvere pretium mulæ ante ſententiam judicis. — *y* Comm. DD.

23. Qui portat vaſa vitrea tenetur *z* majorem adhibere diligentiam, & ſecundum probabiliorem ſententiam tenetur de culpa leviſſima. — *z* Molin. diſp. 494.

24. Paſtor oviũ tenetur *a* ſolùm de lata, & levi, & illius juramento, & veriſimili probationi ſtandum in foro exteriori. — *a* Greg. Lop. l. 15. tit. 8, p. 5.

25. Qui rem accepit non conductam, ſed ut in illa operaretur, & periit, vel damnum recepit, tenetur *b* de levi, & hæc ſuſie præſumitur, & ideo in foro exteriori rei dominus poteſt pretium petere. — *b* Vill. ubi ſupra.

26. Qui vineam conduxit, & eam non putavit, ut fructus uberiores illo anno ferret, tenetur *c* reſtituere damna ſequentis anni. — *c* Comm. DD.

*AN QVI PRÆDIVM conduxit ſterilitate ſuperveniente teneatur pretium ſolvere.*

27. Cùm omnino pereunt fructus, non tenetur *d* conductor pretium ſolvere, ſi autem pars ſolùm periit, ſolet pro rata. — *d* l. ſi merces parag. vis maj. l. ex conduct. parag. ſi vis ff. loc.

28. Cùm prædium non ex accidenti, ſed ex ſua natura talibus defectibus eſt ſubjectum, ſolvendum *e* eſt pretium. Idemque ſi damnum accidat culpa conducentis, vel ſuorum vel fructus jam congregati in horrea computruerunt, vel conductio facta eſt pluſquam per annum, vel futuris accidentibus renuntiavit, ſed in hoc caſu non veniunt extraordinaria niſi declaretur. — *e* Dict. l. ex conducto.

29. Cùm fertilitas prædii conducti eſt ſupra ſolitum abundans, & lucrum conductoris ſupra ſolitum augetur, penſio etiam debet *f* augeri. — *f* Vill. ubi ſup. diſ. 7.

30 Si ſumptus ſunt neceſſarii ut conductor utatur re conducta, ad locatorem ſpectat *g* ſumptus facere. Si autem ſolùm ſunt ad rem meliorandam, ſed qui poſſent excuſari, & nec de expreſſa nec de tacita locatoris voluntate ſunt, non tenetur ipſe ſolvere. — *g* Comm. DD.

AN

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*AN POSSIT conductor expelli à domino, ut cum ea cedat ante tempus conductionis vide verbum* Conductor.

*AN SUCCESSOR hæreditatis teneatur ratas habere locationes factas à ſuo anteceſſore.*

31. Qui in majoratum ſuccedit non tenetur *k* proſequi locationes ſui anteceſſoris, & in hoc caſu conductori licet rem conductam relinquere.

*k* Bald. in l. ſi parag. ſed quia noſtra C. comm. de leg.

32. Hæres autem tenetur *l* locationes proſequi à teſtatore factas. Idem dic de hærede *l* conductoris.

*l* l. viam C. locati l. 1. tit. 8. p. 5.

33. Succeſſor rei ſingularis, ut emptor, vel legatarius non tenetur *m* proſequi hos contractus factos à prædeceſſore.

*l* Comm. DD.

34. Cum bona alicujus confiſcantur, fiſcus non tenetur *n* continuare locationem, vel conductionem.

*m* Comm. DD.

35. Minor tenetur *o* ſtare his contractibus ſuo nomine factis à Curatore, ſi autem fuit læſus poteſt reſtitui. Idem dic de domino, cujus nomine famulus locavit, vel conduxit.

*n* l. ſi. ff. de jur. fiſc.

36. An verò uxor poſt divortium, vel poſt mortem viri teneatur continuare locationem factam à viro de rebus dotalibus, alii negant, alii affirmant *p* probabilius.

*o* l. ſi tutela ff. de admi. tutelæ.

*QVO TEMPORE ſolvenda ſit penſio prædii conducti, & an fructus ad illam ſint hypothecati?*

*p* Barboſa ad l. ſi ſtip. parag. ſin. n. 1. ff. ſolut. matr.

37. Penſio prædii conducti ſolvenda *q* eſt ſecundum partium conventionem, vel ſi de tempore conventio facta non fuit, inſpicienda eſt conſuetudo, qua deficiente, in fine anni: ſi autem ex fructibus eſt ſolvenda cum hi colliguntur.

*q* l. 4. tit. 8. p. 5.

38. Fructus prædii locati ad penſionis ſolutionem tacitè hypothecati *r* ſunt.

*r* l. ſi in lege parag. ſi colonus ff. locati.

*QVANDIV locatio durat?*

39. Cum tempus aſſignatum in locatione finitur, *ſ* finitur etiam locatio.

*ſ* Comm. DD.

40. Continuatur tamen tacitè, cum ſciente locatore conductor continuat uſum rei locatæ. Quæ tacita locatio ſi eſt rei urbanæ, durat *t* dum aliqua ex duabus partibus à conventione non recedit, ſi autem eſt rei ruſticæ, durat per annum.

*t* Gomez 2. var. c. 3, num. 15.

41. Cum continuatur locatio tacita durant *u* conditiones, & clauſulæ, & reliqua quæ erant in prima conventione.

*u* Comm. DD.

42. Rei autem mobilis conductor, ſi tempore conductionis finito rem locatori non reſtituit, furti arguitur, *x* niſi bona fide detineat.

*x* Comm. DD.

43. Qui locat domum meretrici, non ut meretricium exerceat, vel uſurario non ut uſuras recipiat, ſed ut ibi degant, non peccat. *y*

*y* Navar. c. 7, n. 191





44. Locationes beneficiorum anticipata ſolutione in præjudicium ſucceſſoris non *z* valent.

*z* Comm. DD.

## LOCA SACRA.

1 Qualia ſint, & quæ immunitate gaudeant *a* vide verbum *Immunitas.*

*a* Vide ſupra.

2 Dormitorium religioſorum, clauſtra, & alia domûs loca (præter templa, & ſacella, in quibus Miſſa celebratur, & eorum cœmeteria) non dicuntur *b* loca ſacra, ut in eis fornicantes, vel ſemen effundentes non ideo ſacrilegium committant.

*b* Comm. DD.

3 De ſacriſtia autem idem dic, *c* quod de cœmeterio, quia pars eſt templi.

*c* Comm. DD.

4. Idem etiam dic *d* de locis ſacris, ut furtum ſit ſacrilegium; ſi autem res furata non ſit Eccleſiæ, ſed alicujus ibi adſtantis, ſunt qui dicant non eſſe ſacrilegium.

*d* Comm. DD.

---

# DISPVT. V. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## LVDVS.

### *DE LVDI DEFINITIONE, ET AN per ludum transferatur dominium ita, ut vincens non teneatur ad reſtitutionem?*

1. LUdus eſt *a* actio principaliter ordinata ad animi recreationem, & voluptatem captandam : & eſt bonus, vel malus.

*a* Comm. DD.

2. Ex ſe ludus eſt licitus, *b* & pertinet ad Eutrapeliam virtutem, ſed ut plurimum ex accidentibus fit illicitus. *c*

*b* Ariſt. 2. Ethic. c. 6.

3. Ludi, in quibus natura, & ars prævalent, parùm autem fortuna, non ſunt *d* prohibiti; niſi ratione pecuniæ ludo expoſitæ. Illi autem in quibus fortuna ſola, vel magis quam ars juvat, ſunt prohibiti, *e* & ideo ludi alearum, & chartarum ſunt prohibiti.

*c* l. 10. tit. 11 p. 4.

*d* vid. 10. tit. 14. dict. 1

*e* l. 1 tit. ff. de aleato.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4. Sæculares ludentes ludis prohibitis non peccant mortaliter, & qui domos habent ad ludum deputatas cum chartis, & aliis ad ludum neceſſariis ut plurimum propter ingentia mala, quæ ex his latrocinium ſpeluncis reipublicæ eveniunt, ſunt *f* in ſtatu peccati mortalis, nec abſolvi debent, niſi hanc peccandi proximam occaſionem relinquant.

5. Clerici beneficiati, vel in ſacris, & à fortiori Epiſcopi & religioſi ludos prohibitos exercentes peccant *g* mortaliter.

6. Clerici & Epiſcopi ludentes notabilem quantitatem ex bonis Eccleſiaſticis peccant *h* mortaliter, ſed ſecundum probabilem opinionem nec ipſi, nec recipientes tenentur ad reſtitutionem.

7. Per ludum etiam prohibitum transfertur dominium, & vincens ad reſtitutionem recepti non tenetur, niſi cum fraude vincat, *i* vel ludat cum eo, qui rem alienare non poteſt.

8. Lex ſtatuens quod recepta à militibus per ludum illis reſtituantur jam non *l* eſt in uſu.

9. Amiſſum in ludo prohibito in Caſtella intra dies octo poteſt repeti *m* ante judicem; quod ſi amittens intra prædictum terminum non repetat, quilibet alius poteſt intra duos menſes repetere.

10. Qui amiſit, non poteſt *n* propria authoritate amiſſum repetere, nec recompenſare fraude utens in ludo; poteſt tamen minis obligare vincentem, ut ei partem reſtituat, ſed debet habere animum, ſi ille nolit, repetendi ante judicem.

*DE EO QVI LVDIT expectatâ pecuniâ.*

11. Qui ludit ſpectatâ pecuniâ licet ſpectato ſolum jure naturali tenetur promiſſa ſolvere; liberatur *o* tamen jure communi in utroque foro, & item de jure Caſtellæ.

12. Qui luſit ſpectatâ pecuniâ, & poſtea ſolvit numerata, dominium tranſtulit *p* in recipientem.

13. Qui luſit expectatâ pecuniâ, & ſe cum juramento ad ſolutionem obligavit, tenetur *q* ſolvere; ſed poteſt *r* ante judicem repetere; juramentum autem nec relaxari poteſt, nec commutari.

*AN QVI ALLICIT AD LVDVM, vel fraude utitur teneatur reſtituere?*

14. Qui allicit ad ludum vi, verbis injurioſis, vel precibus importunis, ſi vincit reſtituere tenetur. *ſ* Molina autem valde probabiliter dicit non teneri niſi partem aliquam pro injuria. Si autem ſic attractus vincat, poteſt lucrum retinere.

15. Qui

*f* Vill. ubi ſup. & l. 7. tit. lib. 8. recopil.
*g* Rebel. de juſt. 2. p. l. 11. q. ult. Vide c. 1. 34. diſt. & c. inter dilectos de exceſ. Prælat.
*h* Idem ubi ſupra.
*i* Vill. ubi ſup. diſt. 2.
*l* Comm. DD.
*m* Lib. 2. tit. 20. lib. 7. ordin.
*n* Molin. diſ. 314. to. 2. de juſt.
*o* Mol. diſ. [illegible] Lalearum & l. 1. tit. 7. lib. 168. rec.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Vill. ubi ſup. diſ. 5.
*ſ* Moll. to. 1. de juſt. diſp. 516.



15. Qui fraude vincit, tenetur *t* reſtituere non ſolùm quod lucratus eſt, ſed etiam quod certò victu lucraturus erat.

16. Signare chartas ut à ſe, & non à contrario cognoſcantur, ludere à ſe notis [illegible] non ſignet, vel ita expertum eſſe in chartis diſtinguendis, ut facile illas cognoſcat, fraus eſt quæ obligat ad reſtitutionem, & impedit recepti dominium. Idem dic *u* de quavis arte quam ſi cognoſceret ludens non conſentiret.

17. Idem etiam dicendum *x* de eo, qui ſe imperitum finxit, ut ad ludum alliceret alium, quem tamen in ludo ſuperabat.

18. Cùm uterque ignorat colludentis peritiam licitè ſuperior in ludo lucratum poteſt *y* retinere. Si tamen notabilis ſit exceſſus, ut ludat ſine periculo amittendi tenetur à ludo deſiſtere, & quod poſt hanc cognitionem lucratus eſt reſtituere.

19. Qui habet animum non ſolvendi, vel ſolutum repetendi nil poteſt *z* lucrari, ſi autem habuit animum, illum mutare poteſt, *a* & ſuo jure uti repetendo ſolutum.

20. Cùm duo ludunt, alius numeratâ, alius expectatâ pecuniâ, quod licet qui expectatâ luſit in conſcientia non tenetur ſolvere, ſed vilis homo reputabitur, *b* nec amplius ad ludum admittetur.

21. Qui dicit ſe primam chartam habere, quam non habet, ob fraudem tenetur *c* reſtituere. Qui manum primam ſibi non debitam uſurpat, ſi ideo vincit tenetur reſtituere.

22. Utens cauteliis, & arte quibus alii communiter utuntur in ludo non peccat, nec tenetur *d* reſtituere, quia hæc eſt ingenii victoria, cui præmium debetur, & ad id voluntariè ſe exponunt ludentes, ſi tamen fiat ſecundum leges in ludo receptas.

*t* Comm. DD.
*u* Vill. ubi ſupra.
*x* Rebel. 2. p. l. 11. q. 4
*y* Comm. DD.
*z* Comm. DD.
*a* Leſ. l. 2. de juſt. c. 16 ſec. 3. n. 15.
*b* Vill. ubi ſup. diſ. 4.
*c* Comm. DD.
*d* Alcocer de ludo c. 16.

---

## Sectio II.

### *AN POSSIT LVDERE, qui alienare non poteſt.*

1. Qui non poteſt alienare non poteſt *e* ludere, & amiſſum illi eſt reſtituendum.

2. Qui poteſt donare poteſt *f* ludere niſi religioſus.

3. Uxor

*e* Comm. DD.
*f* D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

g Moll. to. 2, de juſt. diſp. 520.

3. Uxor poteſt g ludere, quod illi maritus permiſerit, & quod in recreationibus honeſtis licitum eſt illi expendere, vel ſi habet bona paraphernalia reſervata ſibi.

h Vill. ubi ſup. diſ 5. num. 4. i Sanch. de matr. lo. 2 l. 6, diſ. 38. l Comm. DD.

4. Scholaſtico, pupillo, & minori recreationis cauſa ex his quæ à patre, vel à Curatore ad alimenta mittuntur vigeſimam partem ludere non videtur h illicitum.

5. Qui habet 14. annos, & non Curatorem i vincens non tenetur reſtituere ante ſententiam judicis. Idem dic de filiofamilias, qui habet bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia.

6. De religioſis idem dic l quod de pupillis, de licentia enim Prælati res parvi valoris licet eis ludere ablato ſcandalo.

m Vill. ubi ſupra n Ledeſ. in ſum. 2. p. tr. 31. o Comm. DD. p Comm. DD.

7. Quamvis Prælatus det illis licentiam aliquid donandi, vel expendendi non intelligitur m ad ludendum.

8. Non poteſt Prælatus dare illis licentiam ad ludendum magnam quantitatem n

9. Qui vincit eum, o qui non poteſt ludere, ei reſtituendo ſatisfacit.

10. Qui non poteſt ludere, & vincit eum, qui poteſt, & ſcit vincenti ludum eſſe prohibitum, non tenetur p reſtituere, quia ſcienti, & volenti nulla fit injuria, ſed ut plurimum victus hoc ignorat, & ideo vincens tenetur reſtituere.

q Vill. ubi ſupra.

11. Qui non poteſt ludo expenere niſi certam quantitatem non poteſt q in una manu ultra illam lucrari ex ſingulis ludentibus manibus.

r Comm. DD. ſ Comm. DD.

12. Qui victus eſt ab eo, qui non poterat ludere r poteſt ſibi recompenſare vincendo alia vice.

13. Famulus qui ludit pecuniam domini non tenetur ſ reſtituere quod lucratus fuit, quoniam ſi amiſiſſet, domino reſtituere teneretur.

t Reb. ubi ſup. n. 15.

14. Qui ſciens ludit cum eo, qui aliena ludit pecunia, ipſe & qui à vincente donationes receperunt reſtituere tenentur. t Si autem bona fide vicit, & expendit ſolum reſtituere tenetur id in quo factus eſt locupletior

u Vill. to. 2, tr. 28. d diſ. 5.

15. Maritus, qui in magna quantitate cum familiæ damno ludit, eſt in peccato mortali, & damna uxori tenetur u reſtituere, quia licet aliquando lucretur ut plurimum in ludo tempus, anima, & pecunia amittuntur.

*AN CONTRACTUS vulgò Apueſtas, ſit licitus.*

x Comm. DD. y Comm. DD.

16. Licitus x eſt hic contractus cum datur æqualitas in periculo amittendi, & amiſſum non poteſt repeti.

17. Qui certò ſcit ſe victurum non poteſt y lucrari niſi vincendo id à periat.

18. Qui cum quatuor perſonis contraxit, quod nullus ex oppo-



z Ledeſ. in ſum. 2. p. tr. 32. c. 2. a Comm. DD. b Comm. DD.

oppoſitoribus conſequuturus erat cathedram, non z poteſt lucrum recipere, quia victus ab uno certò ſcit tres alios ſe eſſe victurum, & lucratur ſine periculo amittendi.

19. Sortium contractus cùm datur æqualitas a licitus eſt.

20. Ludus factus principaliter ob lucrum, b veniale peccatum eſt, nullum vero ſi ad ſubveniendum neceſſitati.

21. Spiritualia ut preces, & Miſſas lucrari in ludo cauſa recreationis licitum eſt. c

c Navar. num. 7. c. 19. d Idem cap. 10, num. 11, e Comm. DD.

22. Qui advertit colluſorem oblitum fuiſſe calculum apponere, & non admonet, d tenetur reſtituere, ad quod non tenetur inſpector, niſi promiſerit.

23. Qui dubitat an per fraudem lucratus fuerit, e tenetur reſtituere, quia melior eſt conditio alterius poſſidentis.

24. Qui victus cogit vincentem, ut amplius ludat, & recuperatis amiſſis alia à colluſore lucratur, hæc ſolum reſtituere f tenetur.

f Diana p. 2, tr. 17. reſol. 17. g Silv. in ſum. verb. ludus. h Navar. c. 20, n. 5, i Sà verb. ludus n. 6. l Vide Sà ubi ſup. m Vide c. pro dilecto de conſec. dub. 2. n Comm. DD. o Sà ubi ſupra.

25. Ludere aleis, vel chartis magni lucri cauſa etiam laicis prohibitum eſſe ſub mortali viri docti g aſſerunt. Alii ſolum religioſis, & clericis, & his etiam ſi ludant h patrimonialia.

26. Sunt qui dicant ludentem cum minore i non teneri ad reſtitutionem, niſi poſt ſententiam judicis.

27. Qui importunis precibus aliquem traxit, aſſerunt quidam ad reſtitutionem non teneri. l

28. Hiſtrionum ludi, ſi modeſtè fiant, non ſunt ex ſe damnabiles, ſunt vero ut communiter fiunt, & ipſi hiſtriones per leges Eccleſiaſticas infames, m nec eis danda Euchariſtia, ſi immodeſtè ſe gerant in ludis.

29. Funambulorum ludum illicitum eſſe dicunt quidam, alii autem licere n in arte peritis ſi ſine periculo fiat.

30. Taurorum ludum Pius V. ſub excommunicatione prohibuit; Gregorius autem XIII abſtulit excommunicationem. Erit autem o licitus ſi fiat ſine periculo.

31. Ludo, qui cum peccato mortali fit, aſſiſtere non eſt peccatum, niſi aſſiſtens peccato cooperetur, vel delectetur ipſo ut peccato, non autem ſi ut ludo.

p Comm. DD.

32. Ad ludum chartas vendens, & inſtrumenta miniſtrant, ſi plus quàm ob laborem, & res miniſtratas meretur, recipiat, reſtituere p tenetur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. VI. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### *LVXVRIA.*

### *QVID SIT LVXVRIA, ET AN ſimplex fornicatio ſit peccatum mortale?*

1. LUxuria *a* eſt vitium inclinans ad inordinatum uſum venereorum. Ex ſua natura eſt peccatum mortale, ejuſque ſunt *b* filiæ: cæcitas mentis, præcipitatio, inconſideratio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, & horror futuri.

*a* D. Tho. 2.2. q. 154. art. 1. *b* D. Greg. lib. 31. mor. 4. c. 15.

2. Sex habet *c* ſpecies, quæ ſunt fornicatio ſimplex, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & peccatum contra naturam. Adulterium autem, inceſtus, ſtuprum, & raptus, & ſacrilegium metaphyſicè loquendo non ſunt luxuriæ ſpecies; quia deformitates, quas addunt, non ſunt contra caſtitatem, ſed contra juſtitiam, pietatem, & religionem, moraliter autem dicuntur ſpecies.

*c* D. Tho. ubi ſup.

3. Meretrices licitè in rebus publicis permittuntur *d* ob vitanda majora mala.

*d* D. Greg. hom. 3. ſuper Math. refert in 2. hac ratione 32. q. 1.

4. Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, eſt veritas fidei definita ab Apoſtolo Paulo: *e Hoc autem ſcitote, intelligentes quòd omnis fornicator, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.* Eſt contra jus naturale, & in ea fit injuria toti humanæ naturæ, quia per concubitum vagum proli naſcituræ fit injuria eam certo parente, & educatore privando.

*e* 1. ad Cor. 6. & ad Galat. 5.

*AN OSCVLA, & tactus &c. & verba turpia, ſint peccatum mortale?*

5. Oſcula & tactus &c. *f* tripliciter ſumi poſſunt: Primò in amicitiæ ſignum, & ſic non ſunt peccatum: Secundo in ordine ad concubitum, & ſic ſunt peccatum mortale in ſolutis: Tertiò propter ſolam delectationem ſine intentione concubitus,

*f* Vide Vill. to. 1. tr. 40. dif. 3.



bitus, & ſic ſunt etiam peccatum mortale, quia voluptas illa ex ſe intrinſecè ordinatur ad fornicationem, & in hoc non poteſt dari materia levis, ſi cum advertentia fiat. Sunt qui contrarium ſentiunt, ſi fiant ſine alia ſiniſtra intentione, Salas, & alii, quibus ego non aſſentior.

6. Qui ex ſolo aſpectu fœminæ advertit ſpirituum ſervientium ad generationem, commotionem, & in eo delectatur etiam ſine intentione concubitus, peccat *g* mortaliter; ſi vero delectatio ſumatur ex ſola pulchritudine ſpectata non eſt peccatum mortale.

*g* Idem ubi ſupra.

7. Oſcula, & tactus, & cætera graviora peccata *h* ſunt inter duos viros, vel inter duas fœminas, & circumſtantia agentis, & patientis aperienda eſt in confeſſione. In Hiſpania amplexus, & in Gallia oſcula recepta ſunt ut amicitiæ ſigna inter perſonas virtuoſas, & non ſunt *i* peccata.

*h* Cordo. in ſum. q. 5. *i* Comm. DD.

8. Tangere autem infantes, & bruta manſueta non eſt peccatum mortale, etſi aliqua delectatio ſuboriatur, quia talis non eſt venerea. Si autem quis ſentiret ſpirituum generationi ſervientium commotionem, & delectaretur advertenter in ea, peccaret *l* mortaliter.

*l* Villal. ubi ſupra.

9. Tangere propria, vel aliena pudenda, etiamſi delectatio non intenta ſequatur, ſi fiat ob neceſſitatem non eſt *m* peccatum.

*m* Comm. DD.

10. Qui fœminam cognovit, non tenetur *n* fateri oſcula vel tactus, quia ſubintelliguntur.

*n* Comm. DD.

11. Aſpicere pudenda fœminarum, & concubentes virum, & fœminam eſt peccatum *o* mortale propter grave periculum conſenſus. Aſpicere autem bruta coeuntia ſine hoc periculo non erit mortale. Aſpicere autem virum viri, vel fœminam fœminæ pudenda ob ſolam curioſitatè non eſt *p* mortale.

*o* S. Anton. 2. part. tit. 6. c. 1. parag. 7.

12. Verba impudica ſunt peccata mortalia *q* ſi dicantur cum venerea delectatione advertenter volita. Si autem ex ſola levitate inadvertenter abſque ſine pravo, & periculo peccandi mortaliter, ſolum ſunt *q* peccata venialia.

*q* Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 46. nu. 17. *q* Villal. ubi ſup.

*AN OSCVLA & amplexus liceant inter ſponſos de futuro?*

13. Oſcula, & amplexus inter ſponſatos de futuro licent, *r* ſi fiant ſine periculo copulæ, vel pollutionis. *ſ* Contraria tamen ſententia eſt probabilis, & tutior.

*r* Idem to. 1. tr. 13. dif. 15. *ſ* Rebel. de oblig. 2. p. lib. 2. q. 16.

14. Tactus impudici non licent *t* ſponſis, & delectatio venerea de copula futura, vel in viduis de præterita eſt peccatum mortale.

*t* Comm. DD.

Improbabilis eſt opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale peccatum



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

catum oſculum habitum ob delectationem carnalem,& ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris & pollutionis. *

* In decr. Alexand. VII. an. 1666.

*AN STVPRVM ſine violentia vel raptu ſit ſpecies diſtincta à ſimplici fornicatione.*

15. An ſtuprum ſine violentia vel raptu, puellâ conſentiente ſit ſpecies diſtincta à ſimplici fornicatione alii negant, alii probabilius affirmant; alii ſolùm concedunt quando puella eſt in [u] poteſtate patris.

[u] D. Tho. in 4, diſt. 41, q. unic. art. 4.

*DE RAPTV.*

16. Raptus [x] eſt cùm nupta, vel innupta cauſâ libidinis vi abducitur; ſeu vis inferatur ſoli abductæ, ſive his, qui curam ejus habent, ſeu utriſque.

[x] Gran. in c. raptus 36, q. 1.

17. Cùm fœmina non eſt ſub alicujus poteſtate, & ipſa conſentit non [y] eſt raptus, & ſi ſe abduci conſentiat, & poſtea diſſentiens in copula opprimatur, non eſt raptus. Si verò ſe abduci conſentiat ob timorem, vel ob importunas preces, fraudem, vel fraudulentas promiſſiones, rapta dicitur, [z] dummodo in alium locum transferatur.

[y] Comm. DD.

[z] Comm. DD.

18. Si nolens rapiatur conſentientibus parentibus, vel volens illis contradicentibus erit raptus. Si autem ipſa conſenſit, & erant facta inter ipſa ſponſalia non [a] eſt raptus.

[a] c. penul. de rap.

19. Raptum fœminæ conſulentes, vel ei auxilium, vel favorem dantes excommunicationem incurrunt. [b]

[b] Trid. ſeſ. 24. de re- form. c. 6.

*DE ADVLTERIO.*

20. Adulterium [c] eſt ad alterius thorum acceſſio, & peccatum mortale, & continet injuſtitiam, nec malitia illius excuſatur, etiam ſi maritus uxorem tradat.

[c] D. Tho. 2, 2, q. 154, art. 8.

21. Adulterium [d] eſt triplex, aliud cùm vir & fœmina ſunt conjugati; aliud cùm fœmina ſolum, aliud cùm vir. Primum eſt peſſimum, 2. pejus, 3 malum. Quæ omnia in confeſſione ſunt aperienda.

[d] Comm. DD.

22. Si maritus uxorem cognoſcit contra naturam, eſt [e] adulterium ex utraque parte, & hæc circumſtantia confitenda, nec ſufficit dicere quod tale crimen commiſit cum quadam conjugata, niſi aperiat [f] quod cum propria.

[e] D. Amb. lib. de Patriar. ref. in c. nemo ſibi.

[f] Sanch. lib. 9. de matr. dec. 18. n 3.

*DE INCESTV.*

23. Inceſtus [g] eſt copula carnalis cum conſanguinea vel affine in gradu prohibito, id eſt contra quartum inter conſanguineos, & affines per copulam licitam, per illicitam autem uſque ad ſecundum.

[g] Villal. ubi ſupra. diſ. 15.

24. Cæteris paribus gravius [h] peccatum eſt copula cum conſanguinea, quam cum affine.

[h] Comm. DD.

25. Specia-



25. Specialem deformitatem habet [i] violare gradus à cognatione legali, vel ſpirituali procedentes. Reliqua de hac materia vide in verbo *Inceſtus.*

[i] Vide D. Tho. 2, 2, q. 154, art. 10.

*DE SACRILEGIO.*

26. Sacrilegium in hac materia eſt [l] violatio rei ſacræ, loci, vel perſonæ per luxuriam.

[l] D. Tho. ubi ſuprà.

27. Non eſt ſacrilegium [m] conſentire in Eccleſia cogitationi venereæ foras exercendæ, nec verba loqui inhoneſta, nec tactus habere impudicos ſine periculo effuſionis ſeminis.

[m] Villal. ubi ſup. diſ. 14.

*DE PECCATO CONTRA NATVRAM.*

28. Peccatum contra naturam in hac materia [n] eſt quidquid fit contra id, quod naturaliter petit talis actus, vel impedit debitum ejus finem, qui eſt generatio.

[n] Comm. DD.

29 Species hujus peccati ſunt mollities, [o] ſeu pollutio, brutalitas, & ſodomia, & quando in modo coeundi eſt inordinatio cum periculo effuſionis ſeminis extra vas. Mollities autem, ſodomia, beſtialitas non ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, Ideoque non ſufficit dicere in confeſſione ſe procuraſſe pollutionem. *

[o] Comm. DD.

* In decr. Alexand. VII. an. 1665.

30. Cognoſcere fœminam menſtruatam non [p] habet ſpecialem deformitatem, quæ ſit peccatum mortale ſecundum communiorem, & probabiliorem ſententiam, nec damnum fit proli, quia ſecundum Ariſtotelem [q] in menſtruo non contingit generari.

[p] Sanchez de matr. lib. 9, diſ. 21, nu. 7.

[q] Ariſt. 1. de gener. anim. c. 7.

*DE POLLVTIONE.*

31. Cùm eſt plenè voluntaria, etiam ſi intendatur propter ſanitatem, vel propter tentationes vitandas [r] eſt peccatum mortale.

[r] Comm. DD. et D. Paul. Molles regnũ Dei non poſſidebunt.

32. Involuntaria non eſt peccatum. [ſ] Unde qui audit confeſſiones, etiam ſi pollutiones ſentiat, non tenetur à confeſſionibus abſtinere, niſi ita labilis ſit, ut ſe exponat conſentiendi periculo. Idem dic de chirurgo, qui curat fœminas, de equite, qui fluxum ſeminis patitur.

[ſ] Comm. DD.

33 Qui excedit in cibo, vel edit & bibit calida, unde ei in ſomnis pollutio contingit non peccat [t] mortaliter, niſi in eum finem dirigat.

[t] Comm. DD.

34. Qui cauſam levem etiam cum peccato veniali (ut negligenter cogitationes turpes à ſe repellendo, vel inadvertenter in mulieris aſpectu aliquantulum immorando) pollutioni dedit, non peccat [u] mortaliter.

[u] Sanchez ubi ſupra.

35. Eunuchus, qui cum fœmina coit duplex peccatum [x] committit, aliud fornicationis, aliud contra naturam, faciens ut fœmina ſe inutiliter polluat.

[x] Villal. ubi ſupra diſ. 16.



36. Quam-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

36. Quamvis pollutio procurata in ſe vel in alio ſit peccatum mortale; deſiderare tamen ut ſine peccato contingat ſibi, vel alteri ob bonum finem, non eſt y peccatum. Contrarium tamen valdè probabiliter defendunt alii, Sot. *in 4. diſt.* 32. q. 3.

y Vaſq. 21. diſp. 157. c. 2.

37. Quod dictum eſt de pollutione, intelligendum z etiam de diſtillatione & commotione ſpirituum ſervientium generationi, quæ, ſi contingant ex re bona, vel indifferenti præter patientis voluntatem, non ſunt peccata.

z Comm. DD.

## SECTIO II.

### *De delectatione moroſa, & de eo qui impedit generationem.*

1. DElectatio moroſa plenè voluntaria in re, quæ eſt peccatum mortale, non a excuſatur à mortali.

a Vid. ubi ſup. dic. 17.

2. Delectatio de copula præterita, vel futura cum conjuge mortua, vel ſponſa eſt mortale peccatum b eſt, quia delectatio eſt præſens, & illicita. Si autem ſolum ſit de actu conjugali, ut præterito non c eſt peccatum mortale ſecundum probabiliorem, licet contrarium quod aſſerunt viri docti, ſit tutius.

b Comm. DD.
c Sanch. ubi ſup. diſp. 47. num. 7.

3. Qui in actu conjugali deliberatè delectatur in alia fœmina peccat d mortaliter.

d Comm. DD.

4. Actualiter conjugatis delectari in copulæ cogitatione cum propria conjuge non eſt illicitum, dummodo non ſit pollutionis periculum, etſi ſit ſpirituum generationi ſervientium commotio. Tutius tamen eſt ab hujuſmodi cogitatione abſtinere, quia ſunt DD. qui eſſe peccatum mortale e affirmant.

e Silv. verb. delect.

5. Cum actus inter conjuges eſt illicitus propter votum & aliud impedimentum intrinſecum, cogitatio talis eſt peccatum mortale, *f* ſecus *g* ſi ſit extrinſecum propter affinitatem ſupervenientem.

f Comm. DD
g Vide Sanch. de matr. lib. 9. diſp. 44.

6. Generationem impedire vel eam impediendi periculo ſe exponere, *h* peccatum eſt mortale.

h Comm. DD.

7. Idem dic de fœmina, quæ ſemen receptum expellere nititur, vel abortum procurat. Vide verbum *Abortus.*

*VARIA CIRCA HANC MATERIAM.*

8. Sodomia i eſt cum duo ejuſdem ſexus commiſcentur,

i Vide Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 159.





etiam fœminæ, vel cum fœmina vir præpoſterè. Quidam verò ſentiunt ſpeciem variari, ſi fiat cum cognato aut affine, aut cum habente caſtitatis votum, aut cum conjugata, aut cum virgine, aut viri cum fœmina.

9. Cum fœmina conjunctionem præpoſteram habere non eſſe crimen ſodomiticum aſſerit *l* P. Sanchez.

l Sanch. l. 9. diſp. 18, n. 3, & 4.

10. Ad beſtialitatem reducitur *m* coitus cum Dæmone, reliquæ beſtialitates ſunt ejuſdem ſpeciei, factum autem cum mare, diſtinctam dicunt *n* quidam eſſe ſpecie ab ea, quæ fit cum fœmina.

m Sa verb. luxuria num. 6.
n Sa ubi ſupra.

11. Coitus cum Dæmone habet *o* conjunctum gravius aliud crimen, ſocietatem ſcilicet cum illo, quod ad Inquiſitores ſpectat. Quod ſi Dæmon ſemen alicujus viri deferat ad vas mulieris, erit etiam fornicatio, & filius non Dæmonis, ſed illius hominis, cujus erat ſemen.

o Sa ubi ſup.

12. Pollutio in ſemidormiente non *p* eſt peccatum mortale, & cœptam in ſomno non tenetur *q* evigilans reprimere, ſufficit ſi non placeat.

p Comm. DD.
q Soto in 4. d. 12, q. 5, art. 7.

13. Quæ vi opprimitur non tenetur opprimentem lædere, an verò teneatur clamare, ſi poſſit ſine vitæ, aut infamiæ periculo, dubium eſt inter DD. debet *r* tamen reſiſtere.

r Comm. DD.

14. Pro uſu corporis licitum eſt fœminæ pretium petere, & recipere, & qui promiſit tenetur ſolvere. Sed adverte quòd meretrici non licet *ſ* pretium accipere ante concubitum, nec poſt eum, ſi id fiat cum patrati criminis approbatione.

ſ Comm. DD.

15. Cùm in venereis cogitationibus voluntas nec conſentit, nec diſſentit poſitivè, ſed tantum permiſſivè ſe habet non impediendo motus laſciviæ, quos poterat ab his animum avocando, ſentiunt *t* quidam probabiliter non eſſe mortale; eſt tamen animæ valde periculoſum.

t Diana p. 2, tr. 17, reſ. 25.

16 Fœmina in choreis, quæ ſcit ſe ab alio tangi libidinosè, vel oſculari, & non poteſt ſine nota impedire, quia eſt regionis conſuetudo, non peccat *u* permittendo.

u Comm. DD.

17. Non peccant *x* mortaliter, qui comœdiis etiam impudicis aſſiſtunt ob ſolam curioſitatem ſine periculo conſentiendi. Eſt tamen res laqueis, & periculis plena. Peccant tamen qui ad eas ſpectandas confluunt, & magiſtratus, qui approbant, non verò ſi ſolùm non puniendo permittant.

x Diana p. 2, tr. 17, reſ. 35.

18. In delectatione moroſa, etiam quæ eſt peccatum mortale, non eſt opus *y* fateri circumſtantiam perſonæ circa quam v. g. an nupta, an Monialis ſit, quia in ea ſolùm intenditur ſenſualis delectatio ſine alia ſpeciali deformitate, nec in perſonâ

y P. Vaſq.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nec in perſonam cenſetur, quæ per accidens ſe habet.

19. Conjugatus ſe ipſum ob veneream delectationem tangens etiam ſine periculo pollutionis peccat mortaliter; ſunt tamen qui contrarium *a* defendant.

20. Qui confeſſiones audiendo, vel equitando exponit ſe pollutionis periculo, non tenetur *a* abſtinere ſecundum probabilem ſententiam.

21. Qui accumbit tali ſitu, vel medicinā ſumit, & unde ſcit pollutionē ſecuturam, dūmodo id non intendat, nō *b* peccat.

22. In rebus venereis non datur parvitas materiæ, *c* & contraria ſententia in noſtra ſocietate damnatur, ut improbabilis & periculoſa, & meritò.

23. Deferentes litteras amatorias ad fœminam, quibus ad inhoneſta invitatur, peccant mortaliter, quamvis alii teneant *d* contrarium.

24. Fœmina, quæ aptat corpus ad copulam peccat *e* mortaliter, tenetur enim quantum in ſe eſt illam impedire.

25. Conjunctio fidelis cum infideli inducit circumſtantiam neceſſario fatendam, quod alii *f* negant.

26. Clericus Sodomita occultus nec eſt ſuſpenſus, neque ſi celebret incurrit irregularitatē, quia nullum crimen quantumvis enorme inducit *g* irregularitatem niſi ſit notorium.

27. Qui habuit copulam cum ſoluta, non ſatisfacit confeſſionis præcepto dicens: commiſi cū ſoluta grave peccatum, *h* contra caſtitatem, non explicando copulam.

*a* Vide Dian. ubi ſupra.
*a* Comm. DD. vide Dian. ubi ſupra.
*b* Comm. DD.
*c* Dian. p. 5. tr. 5. reſ. 5.
*d* Sa ben verb.
*e* Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 31.
*f* Villal. apud Dian. ubi ſupra reſ. 108.
*g* Henriq. apud Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 81.
*h* In decr. Alexand. VII. ann. 1665.

# DISPVTATIVNCVLÆ
## Præjacentes.
## RESOLVTIONES VARIÆ.
## M
### MALEDICTIO.

1. Qui maledicit Petro, ei & toti ejus familiæ imprecans grave malum, duo tantùm peccata, & non tot, quot ſunt perſonæ maledictæ *a* committit. Idem dic de eo, qui blaſphemat in S. Petrum, & undecim Apoſtolos.

*a* Navar. c. 5. n. 18.

2. Qui



2. Qui habet conſuetudinem maledicendi ex toto corde, non eſt abſolvendus *b* donec ſe corrigat.

3. Qui deliberatè ſibi vel alii grave malum imprecatur peccat *c* mortaliter; ſecus verò ſi indeliberatè, & ore tantùm ut communiter fit.

4. Maledicens irrationabilibus in quantum ſunt creaturæ Dei blaſphemiam *d* committit, ſi in quantum ſunt alicujus proximi idem peccatum facit ac ſi proximo malediceret; ſed ſi neutra ratione, ſeu in quantum nobis nocent tantum eſt peccatum veniale.

*b* Villal. tr. 1. dif. 9. to. 2.
*c* Comm. DD.
*d* Vill. ubi ſup. n. 6.

### MALEFICIVM.

1. Licitum eſt petere à ſaga, *a* ut diſſolvat maleficium cum poteſt ſine alio, quamvis ſciatur non ſine illo eam id facturam.

*a* Dia. p. 5. tr. 7. reſ. 35. to. 4.

### MANDATVM.

1. Mandatum poſterius regulariter non derogat *a* priori, ni id manifeſtet, & præcipuè hoc eſt verum in privilegiis, legatis, & re non integra.

2. Mandatum de integra morte mandantis *b* expirat, quod non eſt intelligendum cùm datur per modum conſtitutionis, vel in gratiam alicujus.

*a* Comm. DD.
*b* Molin. diſp. 161. num. 4.

### MANIFESTVM.

1. Manifeſtum in dubio & in pœnalibus habendum pro notorio, in aliis pro eo, *a* quod probari poteſt, non tamen eſt notorium.

2. Notorium facti in loco viciniæ, aut collegio, in quo ſint ſaltem decem perſonæ, dicitur, *b* cum factum ſcit major pars. Non dicitur autem notorium cùm omnes perſonæ decem non ſunt.

3. Notorium *c* juris eſt, quod conſtat judicis ſententiā, vel judiciali probatione, vel confeſſione rei.

4. Occultum eſt, *d* quod tale non eſt etiam ſi poſſit probari, vel quod probari difficile eſt, & denique quod quinque ſolùm perſonæ ſciunt.

5. Impedimentum matrimonii occultum *e* dicitur cùm publicè cognitum non eſt, vel non eſt deductum in forum exterius, vel quamvis ſit deductum, probatione deficiente nil de eo factum eſt.

*a* Sa ben verb. n. 1.
*b* Silveſt. verb. notorium n. 4.
*c* Idem ubi ſupra.
*d* Sa ubi ſup. n. 4.
*e* Na 741. c. 17.

6. Publi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nec in perſonam cenſetur, quæ per accidens ſe habet.

19. Conjugatus ſeipſum ob veneream delectationem tangens etiam ſine periculo pollutionis peccat mortaliter; ſunt tamen qui contrarium *a* defendant.

20. Qui confeſſiones audiendo, vel equitando exponit ſe pollutionis periculo, non tenetur *a* abſtinere ſecundum probabilem ſententiam.

21. Qui accumbit tali ſitu, vel medicinã ſumit, & unde ſcit pollutionẽ ſecuturam, dũmodo id non intendat, nõ *b* peccat.

22. In rebus venereis non datur parvitas materiæ, *c* & contraria ſententia in noſtra ſocietate damnatur, ut improbabilis & periculoſa, & meritò.

23. Deferentes litteras amatorias ad fœminam, quibus ad inhoneſta invitatur, peccant mortaliter, quamvis alii teneant *d* contrarium.

24. Fœmina, quæ aptat corpus ad copulam peccat *e* mortaliter, tenetur enim quantum in ſe eſt illam impedire.

25. Conjunctio fidelis cum infideli inducit circumſtantiam neceſſario fatendam, quod alii *f* negant.

26. Clericus Sodomita occultus non eſt ſuſpenſus, neque ſi celebret incurrit irregularitatẽ, quia nullum crimen quantumvis enorme inducit *g* irregularitatem niſi ſit notorium.

27. Qui habuit copulam cum ſoluta, non ſatisfacit confeſſionis præcepto dicens: commiſi cũ ſoluta grave peccatum, *h* contra caſtitatem, non explicando copulam.

*a* Vide Dian. ubi ſupra.
*a* Comm. DD. vide Dian. ubi ſupra.
*b* Comm. DD.
*c* Dian. p. 5. tr. 5. reſ. 5.
*d* Sa hoc verb.
*e* Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 31.
*f* Villal. apud Dian. ubi ſupra reſ. 108.
*g* Henriq. apud Dian. p. 4. tr. 2. reſ. 81.
*h* In decr. Alexand. VII. ann. 1665.

# DISPUTATIUNCULÆ Præjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## M

### MALEDICTIO.

1. Qui maledicit Petro, ei & toti ejus familiæ imprecans grave malum, duo tantùm peccata, & non tot, quot ſunt perſonæ maledictæ *a* committit. Idem dic de eo, qui blaſphemat in S. Petrum, & undecim Apoſtolos.

*a* Navar. c. 9. n. 18.





2. Qui habet conſuetudinem maledicendi ex toto corde, non eſt abſolvendus *b* donec ſe corrigat.

3. Qui deliberatè ſibi vel alii grave malum imprecatur peccat *c* mortaliter; ſecus verò ſi indeliberatè, & ore tantùm ut communiter fit.

4. Maledicens irrationabilibus in quantum ſunt creaturæ Dei blaſphemiam *d* committit, ſi in quantum ſunt alicujus proximi idem peccatum facit ac ſi proximo malediceret; ſed ſi neutra ratione, ſeu in quantum nobis nocent tantum eſt peccatum veniale.

*b* Villal. tr. 1. diſ. 9. [illegible] 2.
*c* Comm. DD.
*d* Vill. ubi ſup. n. 6.

### MALEFICIUM.

1. Licitum eſt petere à ſaga, *a* ut diſſolvat maleficium cum poteſt ſine alio, quamvis ſciatur non ſine illo eam id facturam.

*a* Dia. p. 5. tr. 7. reſ. 35. to. 4.

### MANDATUM.

1. Mandatum poſterius regulariter non derogat *a* priori, ni id manifeſtet, & præcipuè hoc eſt verum in privilegiis, legatis, & re non integra.

2. Mandatum de integra morte mandantis *b* expirat, quod non eſt intelligendum cùm datur per modum conſtitutionis, vel in gratiam alicujus.

*a* Comm. DD.
*b* Molin. diſp. 167. num. 4.

### MANIFESTUM.

1. Manifeſtum in dubio & in pœnalibus habendum pro notorio, in aliis pro eo, *a* quod probari poteſt, non tamen eſt notorium.

2. Notorium facti in loco viciniæ, aut collegio, in quo ſint ſaltem decem perſonæ, dicitur, *b* cum factum ſcit major pars. Non dicitur autem notorium cùm omnes perſonæ decem non ſunt.

3. Notorium *c* juris eſt, quod conſtat judicis ſententiã, vel judiciali probatione, vel confeſſione rei.

4. Occultum eſt, *d* quod tale non eſt etiam ſi poſſit probari, vel quod probari difficile eſt, & denique quod quinque ſolùm perſonæ ſciunt.

5. Impedimentum matrimonii occultum *e* dicitur cùm publicè cognitum non eſt, vel non eſt deductum in forum exterius, vel quamvis ſit deductum, probatione deficiente nil de eo factum eſt.

*a* Sa hoc verb. n. 1.
*b* Silveſt. verb. notorium n. 4.
*c* Idem ubi ſupra.
*d* Sa ubi ſup. n. 4.
*e* Na. 141. q. 17.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*f* Covar. in 4. decr. c. 2. p. 2. c. 6.

6. Publicum *f* crimen eſt vel publicâ infamiâ proditum, vel in judicio convictum, vel in vitinis, vel in collegio cognitum.

*g* P. Azor. lib. 8, c. 10. q. 5.

7. Occulta hæreſis *g* eſt, quæ non eſt notoria per evidentiam facti, vel per ſententiam judicis, vel per rei confeſſionem in judicio, & quæ teſtibus nequit probari.

*h* Sâ ubi ſup. n. 5.

8. Publicum dicitur non ſolùm *h* quod notorium eſt, ſed quod coram judice, vel notario actum.

## *MARITVS.*

*a* Navar. n. 57. *b* Idem n. 61. *c* P. Avil. in ſum. hoc verb. num. 1. *d* Comm. DD.

1. Maritus *a* poteſt vovere ſuccurrere terræ ſanctæ, & debet implere etiam uxore renuente, ſi neceſſitas urgeat.

2. Non poteſt *b* ſine conſenſu uxoris habitum mutare in habitum religioſorum tertii Ordinis.

3. Mariti abſentia ex juſta cauſa *c* licet, v. g. ob bonum reipublicæ, vel ſuæ familiæ, & aliis.

4. Peccat *d* mortaliter ſi uxorem atrociter flagellat, vel ſine cauſa, ſi eſt mulier honeſta, vel ei dicit notabile convitium vel alia injurioſa verba.

*e* Navar. n. 20.

5. Mariti præceptum in re gravi ſpectante ad bonum familiæ *e* obligat uxorem ſub mortali.

*f* Comm. DD.

6. Peccat mortaliter maritus qui uxorem in adulterio comprehenſam *f* occidit, & contraria ſententia eſt improbabilis & damnata ab Alexand. VII. an. 1665.

*g* Avil. ubi ſup.

7. Maritus, qui aliquid notabile uſurpat ex bonis paraphernalibus uxoris *g* peccat & reſtituere tenetur. Communia autem licet conſumat malè, non tenetur.

*h* Navar. ubi ſup.

8. Donatio facta à marito de rebus mobilibus uxoris valet, tenetur *h* tamen admonere uxorem ut tantumdem in bonorum partitione ſibi capiat, & ipſe computare in ſuam partē.

*i* Idem ubi ſup.

9. Impenſa mariti etiam prodiga *i* minuit lucra communia, nec debet in ſuam partem computare, ſecus vero factæ donationes ſine uxoris conſenſu.

*l* Comm. DD.

10. Donata marito à conſanguineis ejus ad ipſum *l* ſpectant, idem dic de uxore.

*m* Avila. ubi ſup.

11. Maritus *m* poteſt paciſci cum promittente dotem ut donec illam tradat, ſolvat quotannis quantum alius diligens ex illa dote ſalva manente poſſet lucrari, & regionum ſtatuta hoc vel ſimile ſtatuentia juſta ſunt.

*n* Comm. DD.

12. Peccat *n* mortaliter maritus ſine urgenti neceſſitate ſumens pecuniam, vel merces ad uſuram cum gravi damno, uxoris, vel filiorum.

MAR-



## *MARTYRIVM.*

1. Martyr etiam dicitur, qui *a* pro tuenda quacumque virtute interficitur. *a* Comm. DD.

2. Peccat martyr, qui ſe temerè offert martyrio infideles irritando, *b* vel præcipuè ob tædium vitæ, vel ob vanam gloriam. *b* Navar. apud P. Avil. in ſum. hoc verb.

3. Eſt ſub præcepto, *c* quando eſt neceſſarium ad fidei defenſionem, ad bonum commune, vel ad evitandas blaſphemias. Eſt ex conſilio quando cedit in majorem Dei gloriam, & fidei exaltationem. *c* Idem ib.

MATER Vide verbum *Pater.*

---

# DISPVT. *I.* SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## *MATRIMONIVM.*

### *De Matrimonii definitione, & inſtitutione.*

1. MAtrimonium *a* eſt conjunctio maritalis viri, & fœminæ, inter legitimas perſonas individuam vitæ conſuetudinem retinens. *a* Mag. in 4. diſt. 28. l. 1. ff. de ri. nupt.

2. Matrimonium eſt triplex: *b* legitimum tantum, quod per conſenſum perficitur, ut inter infideles: legitimum, & ratum ut inter fideles, quod eſt ratum, id eſt firmum etiam ante copulam, aliud dicitur conſummatum, quod per copulam perficitur. *b* Vide Reb. de juſt. 2. p. l. 1. q. n. 1.

3. Eſt de jure *c* naturæ, id eſt ſecundum naturalem hominis inclinationem. Fuit ſub præcepto cùm genus humanum ob multiplicationem illo indigebat. Hoc præceptum modò non obligat ceſſante neceſſitate, quæ ſi urgeret deficientibus hominibus obligaret, ne periret ſpecies humana, & tunc poſſent homines etiam religioſi à ſuperioribus ad matrimonium compelli, & hoc præceptum ad proximi amorem ſpectat. *c* Vide D. Th. in add. q. 41, art. 2.

4. Ante hominis lapſum fuit inſtitutum *d* in officium naturæ, poſt lapſum in remedium etiam concupiſcentiæ. *d* Idem in 4. diſt. 26, q. 1, art. 2.

5. In lege veteri non fuit ſacramentum, nec habet rationem talis, *e* cum contrahit fidelis cum infideli. *e* Trid. ſeſ. 24.

6. Cùm

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

6. Cùm infideles conjugati convertuntur ad fidem, poſſunt *f* nuptiales benedictiones recipere, nec de novo contrahere tenentur.

*f* Comm. DD.

7. Matrimonium *g* eſt novæ legis ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, cùm dixit: *quod Deus conjunxit, homo non ſeparet &c.*

*g* Trid. ſeſ. 24.

8. Cum infideles conjugati ad fidem convertuntur, matrimonium illorum fit *h* ſacramentum ſecundum probabiliorē.

*h* Sanchez lib. 2. de matr. diſ. 9. n. 5.

*DE MATERIA ET FORMA hujus ſacramenti, & de ejus miniſtro.*

9. Materia, & forma hujus ſacramenti *i* ſunt verba, nutus, vel ſigna, quibus interior conſenſus declaratur ſecundùm diverſas conſiderationes. In quantum ſignificant mutuam corporum traditionem ſunt materia; in quantum veró declarant interiorem conſenſum, per quem hæc traditio acceptatur, ſunt forma.

*i* Idem l. 2. diſp. 5.

10. Parochus aſſiſtens non *l* eſt miniſter; Ipſi autem contrahentes faciunt unum miniſtrum totalem.

*l* Trid. ſeſ. 24, de ref. c. 1.

11. Si contrahentes non haberent intentionem faciendi, quod facit Eccleſia, non eſſet *m* ſacramentum: eſſet tamen matrimonium, ut inter infideles ſecundum probabiliorem ſententiam. Alii dicunt nec matrimonium fore.

*m* Vill. to. 2. tr. 11. dif. 6.

*DE PARTIUM conſenſu, & de eo, qui fictè contrahit.*

12. Conſenſus contrahentium *n* eſt de intrinſeca ratione matrimonii.

*n* Conc. Flor. in decr. Eug. 4.

13. Eccleſia *o* poteſt aliquem compellere, ut matrimonium contrahat, & factum tenebit.

*o* Comm. DD.

14. Non *p* ſufficit conſenſus interior, etſi à Deo revelaretur, niſi ſit ſimul exterior, id eſt ſigna ſenſus interioris.

*p* c. licet de ſponſ.

15. Sufficit *q* quod exterius declaretur etiam ſine verbis, qui modus contrahendi etiam in eo, qui poterat verbis, ſolùm erit peccatum veniale.

*q* Suarez to. 3. q. 6. art. 1.

16. Sufficit, quod contrahentium conſenſus *r* ſint moraliter conjuncti.

*r* Comm. DD.

17. Cùm unius conſenſus fuit fictus, ſi perſonæ erant habiles, *ſ* ſufficit, quod poſtea conſentiat ut matrimonium convaleſcat. Idem *t* dic ſi ſpontaneè cohabitet cum conjuge, vel eam cognoſcat affectu materiali.

*ſ* c. ad id de ſponſ. *t* Henr. l. 11 de matr. c. 10, n. 5.

18. Qui intelligens eſſe impedimentum dirimens, quod in re non erat, matrimonium *u* contrahit, validè contrahit, ſi faciat eo animo, ut valeat meliori quo poteſt modo, ſecus ſi faciat animo decipiendi.

*u* Idem ubi ſup.

19. Qui fictè contrahit peccat mortaliter. Quòd ſi ſpectetur ſola



ſola contractus natura, non tenetur conſentire; moraliter tamen loquendo propter damna, quæ inde ſequuntur ad id eſt obligandus, *x* nec abſolvendus ni faciat, quia in foro exteriori ad cohabitandum cogetur, quod non erit ſine animæ periculo.

*x* Navar. in ſum. c. 22.

20. Si in prædicto caſu ſit magna inæqualitas inter contrahentes, vel timeatur magnū ſcandalum *y* poterit alio fugere.

*y* Sanch. l. 2. de mat. diſ. 2. n. 8.

21. Quomodo conſenſus ſit renovandus ad ratificandum matrimonium invalidum propter occultum impedimentum quod ceſſavit, agendum infra.

22. Quomodo ſe gerere debeant conjuges quando matrimonium fuit nullum propter impedimentum occultum, Vide verbum *debitum conjugale.*

*DE MATRIMONIO PER PROCURATOREM contracto.*

23. Matrimonium, quod per Procuratorem contrahitur, validum eſt: requiruntur autem 6. conditiones, quas videre *a* poteris in Villalobos.

*a* Vill. ubi ſup. dif. 5.

24. Facultas hæc dari *b* poteſt ſine ſcriptis, & revocari tacitè per factum contrarium.

*b* c. fi. de procur. in 6.

25. Vir pro fœmina, & fœmina pro viro poſſunt *c* contrahere procuratoris officium exercentes.

*c* L. ſed ut ſi quis ver. pupillos, ff. de juſt. aſt.

26 Matrimonium per procuratorem contractum eſt *d* verum ſacramentum; laudandi tamen ſunt, qui iterum contrahunt, ob ſcrupulum vitandum; quia ſunt qui aſſerunt contrarium.

*d* Sanch.

27. Qui procuratori facultatem mittit, debet curare eſſe in ſtatu gratiæ pro illo tempore, quo judicat contractum celebrandum. Celebrari *e* tamen debet coram Parocho, & teſtibus, ſecus erit invalidum.

*e* Trid. ſeſ. 24, c. 1. de matr.

28. Poteſt *f* etiam fieri per Epiſtolam, ſi in ea acceptetur traditio facienda coram Parocho, & teſtibus.

*f* Vill. ubi ſup.

*AN PAPA poſſit diſpenſare in matrimonio rato?*

29. An Papa poſſit diſpenſare in matrimonio rato, alii negant, alii probabilius *g* affirmant; vide cauſas in Villal.

*g* Henr. in com. l. f.

30. Idem *h* poteſt in matrimonio conſummato inter infideles.

*h* Comm. DD.

31. Matrimonium ratum diſſolvitur *i* per profeſſionem in religione approbata non *l* vero per ordinem ſacrum.

*i* Trid. ſeſ. 24, de matr. can. 6. *l* Extr. antiq. de voto.

32. Habent *m* conjugati duos menſes ad deliberandum, quo tempore non tenentur ſolvere debitum; poteſt tamen per judicem produci, aut breviari.

*m* c. ex publ. de conv. conjug.

33. Licet hoc bimeſtre ſit tranſactum *n* poteſt ingredi religionem, ſi matrimonium nondum conſummavit.

*n* Ill. var. votum. 1.

QUANDO



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*QVANDO dicatur matrimonium conſummatum.*

34. Matrimonium non [o] conſummatur niſi per copulam carnalem naturalem, & per effuſionem ſeminis intra vas.

35. Non conſummatur [p] per copulam ante matrimonium.

36. An vero conſummetur per copulam per vim habitam alii [q] ajunt, etiam ſi habeatur ante bimeſtre, alii vero negant. An vero in tali caſu, qui vim fuit paſſus poſſit ingredi religionem, dubium eſt inter DD. affirmativa videtur [r] probabilior, vim autem inferens non poterit ad ſecundas nuptias tranſire, niſi poſt mortem conjugis.

37. Si autem poſt bimeſtre vir uxorem per vim cognovit, non [ſ] peccat, & ipſa non poterit ingredi religionem.

38. Dubium eſt inter DD. an credendum ſit conjugibus affirmantibus nō conſummaſſe matrimonium, ſi virgo erat, obſtetricibus inſpicienda [t] eſt, ſi vidua, & in domum mariti non fuit deducta affirmantibus cum juramento credendum eſt.

*DE MATRIMONIO conſummato an poſſit diſſolvi.*

39. Matrimonium conſummatum, quoad vinculum indiſſolubile [u] eſt, non vero quoad cohabitationem.

40. Quoad thorum [x] diſſolvitur, cum uterque ex conſenſu mutuo religionem ingreditur, vel alter ſolum altero manente in ſæculo ſine [y] incontinentiæ periculo, ſi eſt provectæ ætatis.

*AN INFIDELIUM matrimonium diſſolvatur cum alter ad fidem convertitur.*

41. Infidelium matrimonium eſt [a] validum, ſi fiat ſine Impedimento juris naturalis, ejuſque leges obſerventur.

42. Qui convertitur ad fidem cum uxoribus infidelibus cum illa ſolum manere debet [b] cum qua primum validè contraxit, & hujus matrimonium non diſſolvitur.

43. Cum unus convertitur, & alius non vult, [c] diſſolvitur matrimonium etiam conſummatum; ſi autem velit ſine injuria creatoris cum fideli cohabitare, non diſſolvitur.

44. Si infidelis ob juſtam cauſam, verbi gratiâ ob adulterium, vel contagioſam infirmitatem renuat cohabitare cum fideli, non [d] diſſolvitur matrimonium.

45. In caſu prædicto non diſſolvitur matrimonium, niſi cum conjux fidelis celebrat ſecundas nuptias, cum autem infidelis ſecundo nubit non diſſolvitur.

46. Cùm infidelis convertitur conjuge infideli manente, vel nolente cohabitare ſine injuria creatoris, ſi fidelis profiteatur in approbata religione [e] diſſolvitur matrimonium.

47. Hodie non licet [f] infideli converſo cum infideli non converſa

- o c. extra, tr. 45, q. 1.
- p Comm. DD.
- q Sanchez lib. 2. diſp. 27. n. 4.
- r Vill. ubi ſup. tr. 31. d. f. 13.
- ſ Comm. DD.
- t Sanchez ubi ſup. diſp. 24.
- u Mat. 19.
- x Comm. DD.
- y c. cum ſit prædictus de convers. conjug.
- a Comm. DD.
- b c. gaudemus de [illegible].
- c c. quanto de divor.
- d Sanchez de matr. to. 2. l. 7. diſp. 74.
- e idem ubi ſup. diſp. 74.
- f Vill. ubi ſup. diſ. 15.



converſa cohabitare, ſed ſeparandi ſunt, niſi ex cohabitatione infidelis converſio expectetur; vel ex ſeparatione timeatur ſcandalum.

48. Cum diſſolvitur matrimonium ob alterius conjugis converſionem, filii nondum uſum rationis habentes [g] tradendi ſunt fideli, reliqui quem malluerint ſequentur.

*DE BONIS AC MALIS matrimonii.*

49. Bona matrimonii [h] ſunt, bonum prolis, bonum fidei, & bonum ſacramenti.

50. Mala [i] ſunt perpetua ſervitus, quia alligatus uxori non poteſt quærere ſolutionem. Anxia ſolicitudo rerum temporalium. Tribulationem autem habebunt hujuſmodi. Immundæ delitiæ, quæ mentis acem obtundunt, & obtenebrant, & non poſſunt haberi ſine verecundia.

*DE MATRIMONIO clandeſtino.*

51. Matrimonium clandeſtinum propriè dictum eſt, quod ſine Parocho, & teſtibus celebratur, & poſt [l] Tridentinum eſt nullum; Quod autem ſine denuntiationibus fit eſt validum, ſed prohibitum.

52. Matrimonium ſine Parocho, & teſtibus etiam ſi fiat in articulo mortis [m] nullum eſt: Eccleſia enim inhabiles reddit perſonas, & contractum annullat. Contrariam autem ut probabilem ſententiam tenent aliqui DD. & in praxi magna urgente neceſſitate præcipuè in matrimonio jam contracto [n] poteſt ſuſtineri.

53. Epiſcopus non [o] poteſt facultatem dare, ut fiat ſine Parocho, vel alio ejus vicem gerente, etiam ſi fiat coram omni populo.

54. Hæc lex infideles [p] non obligat, etiam ſi inter fideles morentur, nec ipſos fideles, ubi Tridentinum non eſt promulgatum, nec receptum, niſi tranſeant per locum ubi receptū.

55. Captivi inter infideles, & Chriſtiani negotiatores ibi degentes etiam ut hoſpites [q] poſſunt ſine Parocho, & teſtibus contrahere.

56. Non eſt [r] neceſſarium, quod uterque Parochus viri, & fœminæ adſint, ſufficit unus eorum, etiam ſi ſit extra propriam Parochiam.

- g c. fin. de conver. conjug.
- h Comm. DD.
- i Comm. DD.
- l Trid. ſeſ. 24. c. 1. de matr.
- m Villal. ubi ſup. diſ. 17.
- n Vide eundem ubi ſup.
- o Comm. DD.
- p Comm. DD.
- q Comm. DD.
- r Comm. DD.

# SECTIO II.

## QVIS SIT PROPRIVS PAROCHVS *huius ſacramenti.*

1. NOn eſt *a* neceſſarium, quod uterque Parochus viri, & fœminæ adſint, ſufficit unus eorum etiam ſi ſit extra propriam Parochiam, & idem *b* dicendum de ſacerdote, qui facultatem habet à Parocho.

2. Non ſufficit *c* Parochus loci, in quo nati fuerunt ſi morantur alibi. Si autem unus conjux fuerit vagus, ſufficit Parochus illius.

3. In hoc novo orbe Parochi religioſi *d* poſſunt valide matrimoniis aſſiſtere.

4. Quomodo ſit cognoſcendum ad quod quiſque pertinent domicilium, vide ſupra verbo *Domicilium.*

5. Parochus ſuſpenſus, excommunicatus etiam non toleratus, vel irregularis, valide *e* aſſiſtit, & dat facultatem aſſiſtendi etiam ſi prohibitus eſſet ab Epiſcopo. Idem dicendum de intruſo, cum eſt communis error.

*DE ORDINARIO, qui poteſt aſſiſtere, & facultatem aſſiſtendi concedere.*

6. Archiepiſcopus non *f* poteſt valide aſſiſtere matrimonio ſubditi illius ſuffraganei Epiſcopi.

7. Archiepiſcopus, & Epiſcopus ſunt Ordinarii reſpectu ſuorum ſubditorum, non vero ſubditorum Abbatis exempti etiam ſi ſint in ſua diœceſi.

8. Idem poteſt *g* Proviſor, & Capitulum ſede vacante, & illius Proviſor.

9. Proviſoris juriſdictio eſt dependens ab Epiſcopo, quo mortuo, vel excommunicato *h* ceſſat, niſi ſit communis error, matrimonio autem ſi excommunicatus aſſiſtat valide aſſiſtit, ut diximus de Parocho.

10. Qui facultatem habet delegatam non *i* poteſt illam ſubdelegare niſi ex conſenſu delegantis.

11. Qui vices gerit proprii Parochi in tota Parochia poſitus ab Epiſcopo *l* poteſt ſubdelegare, ſed non poteſt dare ſubdelegato facultatem, ut alii ſubdeleget.

12. Delegatio poteſt dari *m* generaliter ad curandas animas,

*a* Comm. DD.
*b* Sanchez l. de matr. diſp. 34.
*c* Idem diſp. 25. n. 14.
*d* Ex priv. Pii V.
*e* Sanchez ubi ſup. diſp. 22. n. 4.
*f* c. paſtoralis de off. ordi.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Comm. DD.
*l* Sanchez ubi ſup. diſ. 31. n. 1.
*m* Idem n. 10.



animas, & non eſt opus, ut detur in ſcriptis.

13. Non eſt *n* credendum ei, qui dicit ſe habere facultatem ad aſſiſtendum matrimonio, niſi fuerit perſona fide digna.

*AN PAROCHVS debeat eſſe ſacerdos?*

14. An Parochus ut matrimonium validum ſit debeat eſſe ſacerdos alii ajunt, alii probabilius *o* negant; licet affirmativa tutior ſit.

15. Non poteſt *p* Parochus hanc poteſtatem non ſacerdoti concedere. Idem dic de Ordinario.

*QVÆ PRÆSENTIA Parochi & teſtium ſit neceſſaria.*

16. Neceſſaria eſt *q* moralis præſentia, ut quod agitur intelligant; ſufficiet tamen ſi intelligant per interpretem.

17. Non *r* ſufficit, quod animo attendendi accedant, ſi non attendant. Sufficiet *ſ* tamen ſi vi, vel dolo, vel coacti attendant, & virtualis attentio ſufficit ſecundum Henriquez.

18. Si facultas dolo impetrata fuit à Parocho, valet *t* tamen ſecundum probabiliorem.

*DE TESTIBVS.*

19. Duo ſaltem teſtes neceſſarii ſunt, & ſimul debent eſſe præſentes, & non *u* eſt opus, quod ſint omni exceptione majores ad valorem matrimonii, benè tamen ad illius diſſolutionem. Tutius tamen eſt idoneos adhibere, quia ſunt, qui judicent *x* tales eſſe neceſſarios.

20. Antequam matrimonium contrahatur ter à proprio Parocho tribus continuis diebus feſtivis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publicè denuntientur, *y* inter quos matrimonium ſit contrahendum.

*DE DENVNTIATIONIBVS.*

21. Si probabilis ſuſpicio fuerit matrimonium impediri poſſe malitiose, ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel una tantùm denuntiatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus teſtibus præſentibus matrimonium *z* celebretur. Deinde ante illius conſummationem denuntiationes in Eccleſia fiant, niſi Ordinario illas remittere omnino videatur.

22. Denuntiationes non ſunt de eſſentia matrimonii, validum enim erit ſine illis; ſed Parochus & contrahentes peccabunt *a* mortaliter; at unam prætermittere vel eas non facere in diebus feſtivis continuis non erit mortale.

23. Sufficit *b* illas ex mandato Parochi facere, & extra Eccleſiam loco competenti, & in diebus non feſtivis, ſi populi concurſus adſit.

*n* Navar. c. 17. n. 14.
*o* Henriq. lib. 1, de matr.
*p* Sanchez ubi ſupra num. 10.
*q* Comm. DD.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* Sanchez lib. 3. de matr.
*u* Villal. ubi ſupra diſ. 25. n. 2.
*x* Idem ubi ſup.
*y* Trid. ſeſ. 24. c. 1. de matr.
*z* Comm. DD.
*a* Sanchez lib. 1, diſp. 5. n. 6.
*b* Idem diſp. 6. ubi ſupra num. 9.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

24. In utriuſque conjugis Parochiis faciendæ ſunt, *c* ſi ſunt diſtinctæ. Si autem ibi parvo tempore habitaverint, in parentum Parochiis faciendæ *d* ſunt.

*c* Idem ubi ſup. n. 6. *d* Idem ubi ſup. num. 7.

25. Epiſcopus unius contrahentis poterit *e* in illis diſpenſare & terminum contrahere vel extendere. Idem poteſt Vicarius Generalis Epiſcopi, & Abbas ubi eſt in more.

*e* Comm. DD.

26. Parochus non *f* poteſt in hoc diſpenſare.

27. Cum denuntiationes non fuerunt factæ ante matrimonium, conſummare illud eis non præmiſſis eſt mortale ſecundum probabiliorem ſententiam. Contrarium tenent *g* viri docti, ſi conſtet nullum eſſe impedimentum. Quod verum videtur cum ex dilatione conſummationis timeatur aliquod periculum.

*f* Henriq. lib. 11. de matr. c. 6. *g* Vide Sanch. ubi ſup. diſp. 11, nu. 14.

28. Ante benedictiones Eccleſiæ matrimonium conſummare non eſt *h* mortale.

*h* D. Thom. in 4. diſt. 28, q. unic.

*PROPTER quas cauſas poſſit in denuntiationibus diſpenſari.*

29. Ordinarius ſine juſta cauſa in denuntiationibus diſpenſans peccat *i* mortaliter, ad diſpenſandum tamen ſufficit cognitio extrajudicialis cauſæ.

*i* Comm. DD.

30. 31. Cauſæ ſunt 1. ſi timeatur malitioſum impedimentum. 2. cum certus eſt Ordinarius nullum eſſe impedimentum. 3. quando poſt contractum matrimonium detectum eſt aliquod impedimentum propter quod fuit nullum, quo diſpenſato denuo volunt contrahere. 4. Cum in articulo mortis vult aliquis filios legitimare. 5. ad evitandum animæ periculum ut in concubinariis, vel in eo, qui virginem defloravit, & eſt periculum in mora. 6. Cum in denuntiationibus magna verecundia afficientur propter inæqualitatem, ut ſi ſenex velit cum puella contrahere 7. Cum magni Principes publicè volunt matrimonium celebrare. 8. Cum proximè claudendum eſt tempus Eccleſiaſticis benedictionibus.

*l* Vide Vill. to. 1. tr. 15. diſ. 25.

32. In his caſibus advertendum *m* eſt, quod cum imminet grave damnum contrahentibus, peccat mortaliter Ordinarius nolens in denuntiationibus diſpenſare. Et ſine illis poterit licitè matrimonium contrahi, ſi admonitus Ordinarius diſpenſare noluerit.

*m* Henriq. ubi ſup. c. 5, n. 1.

*DE OBLIGATIONE ejus, qui ſcit impedimentum.*

33. Qui ſcit impedimentum occultum, quod oritur ex peccato præmiſſa correctione fraterna tenetur denuntiare

*n* Comm. DD.

34. Qui



34. Qui ſcit, & quod à perſona fide digna audivit denuntiare *o* tenetur.

*o* Villal. ubi ſup. diſ. 15.

35. Parochus qui ex confeſſione ſcit impedimentum revelare non *p* poteſt.

*p* Vide Sanchez ubi ſup. num. 5.

36. Licet impedimentum ſit occultum *q* tenentur contrahentes illud judici revelare, vel abſtinere à matrimonio niſi habeant diſpenſationem.

*q* D. Tho. 2. 2. q. 69, art 1.

*DE POENIS MATRIMONII clandeſtini.*

37. Filii clandeſtinè contrahentium, licet bona fide *r*, ſunt illegitimi. Hoc autem non extenditur ad eos, qui ante denuntiationes contrahunt.

*r* c. fin. de clan. diſp.

38. Qui contraxerint in gradu prohibito etiam ignoranter non præmiſſis denuntiationibus, *ſ* carent ſpe conſequendi diſpenſationem.

*ſ* Trid. ſeſ. 24. de matr. c. 5.

39. Alias pœnas *t* habent in foro exteriori ipſi & teſtes, ſed non prohibentur poſtea contrahere coram Parocho, & teſtibus, ſi non eſt aliud impedimentum.

*t* Trid. ubi ſup. c. 1.

40. Quilibet ſacerdos aſſiſtens matrimonio clandeſtino, & Parochus non impediens, *u* ſuſpendendi ſunt per tres annos ab officio.

*u* Sanchez ubi ſup.

*DE MATRIMONIO, & Sponſalibus factis ſub conditione.*

41. In foro interiori ſtandum *x* eſt contrahentium intentioni quacumque conditione appoſita.

*x* Vide Sanch. lib. 1. diſ. 18. n. 5.

42. Conditiones matrimonio intrinſecæ illud non *y* vitiant, nec faciunt conditionatum.

*y* Comm. DD.

43. Qui contraxit cum conſanguinea cum hac conditione, ſi non es mea conſanguinea, non incurrit *z* pœnas impoſitas contra contrahentes cum conſanguinea.

*z* Clem. un. de conſanguineis.

44. Quæ dicta ſunt de matrimonio, intelligenda *a* ſunt etiam de ſponſalibus.

*a* D. Tho. in 4. diſt. 27. q. 3. art. 5.

45. In dubio an fuerit intentio, ſtandum *b* eſt pro matrimonio.

*b* Henriq. lib. 11. de matr. c. 11. n. 1.

46. Conditio neceſſaria futura non vitiat *c* matrimonium. Hæc autem: tecum nubam octo jam ſole, ſuſpendit effectum.

*c* Comm. DD.

47. Cum apponitur conditio impoſſibilis, ſi deficit verus conſenſus, matrimonium *d* eſt nullum

*d* Comm. DD.

48. Si contrahentes judicarunt conditionem impoſſibilem eſſe poſſibilem, & turpem honeſtam, invalidum *e* eſt matrimonium. Si autem ſcientes conditionem eſſe ſecundum jus impoſſibilem illam appoſuerunt, habetur pro non appoſita, & valet matrimonium. Et idem eſt cùm de intentione dubitatur,

*e* Vide Villal. ubi ſup.



49 Con-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

49. Conditio impoſſibilis, quæ non eſt contra ſubſtantiam matrimonii habetur *f* pro non appoſita.

*f* Idem ubi ſup.

50. Quod dicitur de conditione impoſſibili intelligendum *g* eſt pro omni tempore, non ſic de turpi, quia ſi eſt de tempore præterito non inducit turpitudinem v. g. ſi Petrum occidiſti tecum nubam.

*g* Vide eundem diſ. 28.

DE CONDITIONE *turpi.*

51. Conditiones turpes de præſenti, & de præterito non judicantur *h* ut non appoſitæ, & in hoc differunt ab impoſſibilibus.

*h* Vide c. fin. de cõdit. app. & D. Thõ. in 4. diſt. 29. q. unic.

52. Hæc *i* conditio: ſi te invenerim virginem, ſi intelligatur per copulam, eſt turpis, & habetur pro non appoſita; ſi vero intelligatur ſi obſtetrices te inſpiciendo invenerint virginem, eſt honeſta, & habetur pro appoſita. Prædicta intelligenda etiam de ſponſalibus.

*i* Comm. DD.

*AN SPONSALIA ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, ſint valida.*

53. Cùm apponitur conditio ſi Papa diſpenſaverit in caſu, in quo non ſolet, ſponſalia ſunt *l* nulla. Et idem in caſu, in quo ſine cauſa non ſolet diſpenſare, & cauſa non eſt.

*l* Sanc. lib. 5. de matr. diſp. 5. num. 15.

54. An vero in caſu, in quo Papa ſolet diſpenſare promiſſio nubendi obliget, alii negant, alii probabilius *m* affirmant.

*m* Idem ubi ſup.

55. Qui dicit: Tecum nubo, ſi Papa diſpenſationem dederit, manet *n* obligatus. Sed ſponſalia hujuſmodi non ſunt vera ſponſalia, ſed quædam promiſſiones donec diſpenſatio conſequatur, nec oritur impedimentum publicæ honeſtatis niſi diſpenſatione obtenta.

*n* c. ſuper eodem condit. appoſ.

56. Qui contrahit de futuro in gradu prohibito ſine prædicta conditione non manet *o* obligatus.

*o* Comm. DD.

DE CONDITIONE *honeſta, & poſſibili.*

57. Matrimonia, *p* & ſponſalia facta ſub conditione honeſta, & poſſibili ſunt valida ſtatim ſi conditio eſt præſens, vel præterita & vera, ſecus verò non valent.

*p* Comm. DD.

58. Conditio hæc, ſi pater ratum habet, eſt de futuro, & qui contrahit ſub conditione honeſta de futuro, hac poſita obligatur. *q*

*q* c. ſuper. eod. condit. app.

59. Hæc conditio, ſi pater meus conſenſerit, intelligenda *r* eſt pro prima vice. Si conſentiat primo, & poſtea diſſentiat ſtandum eſt primo conſenſui, vel ſi diſſentiat primò, & poſtea conſentiat ſtandum eſt primo diſſenſui.

*r* l. boves parag. hoc ſerm. ff. de verb. ſig.

60. Qui contrahit de præſenti ſub conditione de futuro, poſita conditione *ſ* debet denuo contrahere coram Parocho, & teſtibus.

*ſ* Vide Vill. ubi ſup.





61. Si unus contrahat cum duabus ſub conditione de futuro, quæ adimplenda eſt eodem tempore uterque contractus *t* eſt nullus.

*t* c. ex litteris, de ſponſal.

DE CONDITIONE *ſubſtantiæ matrimonii contraria, ejuſque bonis.*

62. Conditio de futuro ſubſtantiæ matrimonii contraria *u* irritat illud.

*u* Comm. DD.

63. Conditio bono prolis contraria etiam honeſta, v. g. abſtinendi à copula an irritet matrimonium alii ajunt, alii *x* negant probabilius.

*x* Abul. c. 30. q. 11.

64. Sponſalia contracta ſub conditione ſubſtantiæ matrimonii, vel ejus bonis contraria *y* annullant illud, niſi ante ejus celebrationem adimplenda ſit.

*y* L. cenor. ff. de ſpon.

DE CONDITIONIBVS *impertinentibus.*

65. Conditiones impertinentes, v. g. ſi es pulchra, ſi didiciſti ſaltare, & canere, valide *z* apponuntur; quod ſi deſint, irritatur contractus, quia non ſunt prohibitæ, nec impoſſibiles, nec turpes; ſunt tamen qui dicant pro non appoſitis eſſe habendas.

*z* Vide Villal. ubi ſup. dif. 15.

DE MODO, *demonſtratione & cauſis.*

66. Modus, demonſtratio, & cauſæ in matrimonio appoſitæ non *a* irritant, nec ſuſpendunt contractum, v. g. Tecum nubo, ut dives fiam, tecum divite, & pulchra, vel quia es dives, & pulchra nubo.

*a* Sanchez lib. 1. diſp. 15. n. 2.

67. An vero modus ſubſtantiæ matrimonii contrarius, v. g. Tecum nubo, ut venenum ſumas ſterilitatis, illud annullet alii negant alii probabilius *b* affirmant.

*b* Idem ubi ſupra.

# SECTIO *III.*

## DE CONSENSV COACTO.

1. Metus non incuſſus ad extorquendum conſenſum non irritat *a* matrimonium v. g. ſi damnatus ad mortem nubat cum meretrice ob vitam promiſſam.

*a* Vide ea ſicut nobis de eo jud.

2. Metus cadens in conſtantem virum incuſſus ad extorquendum conſenſum *b* irritat matrimonium ſi injuſte incutiatur, & qui conceſſit liber ab omni obligatione manet, ſecus ſi juſtè incutiatur à judice, quia virginem defloravit.

*b* D. Tho. in 4. diſp. 29. unic.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3. Ut ratificetur tale matrimonium neceſſaria eſt culpa ſpontanea, *c* vel cohabitatio libera. Copula autem coacta ratificat illud, & eſt peccatum mortale. *d*

*c c. ad id de ſponſ. dic. 1, de his quæ vi.*

4. Matrimonium, & idem dic de ſponſalibus, factum ob metum *e* cadentem in virum conſtantem, etiamſi juramento confirmetur, eſt nullum.

*e Henriq. lib. 11. de matr. c. 2.*

5. Metus juſte incuſſus etiam cadens in virum conſtantem non irritat *f* matrimonium, ſi autem injuſte incutiatur irritat de jure naturali.

*f Comm. DD.*

6. Si parentes, vel conſanguinei puellæ inveniant juvenem illam volentem defloraré, & illum occidere volentibus ille ſponte ſe offerens eam ducat uxorem, valet *g* matrimonium.

*g Sanchez lib. 4. de matr. diſ. 12, n. 14.*

*AN SUPERIOR inferiorem, vel Pater filium poſſint cogere, ut ducant uxorem.*

7. Nullus Princeps *h* poteſt ſubditum cogere ad matrimonium. Si autem ad commune bonum eſſet conveniens, poſſet eum compellere, ſed ipſo non conſentiente nihil fieret.

*h Comm. DD.*

8. Filii qui ſine conſenſu parentum matrimonia contrahunt valide contrahunt, eſt de *i* fide. Abunde tamen peccabunt ſi ea levitate faciant ſcientes id parentes ægre eſſe laturos.

*i Trid. ſeſ. 24, de matr. c. 1.*

9. Pater non poteſt *l* cogere filium ut nubat, vel non nubat, poteſt autem illum admonere, & increpare moderate.

*l L. 10. tit. 1, part. 4.*

10. Domini ſubditos ut nubant cogentes ſunt *m* excommunicati ipſo facto. Sed non comprehenduntur Reges, & Imperatores, nec parentes, nec alii qui Domini non ſunt.

*m Trid. ſeſ. 24. c. 9. de matr.*

*DE OBEDIENTIA filiorum erga parentes in contrahendo matrimonio.*

11. Filii regulariter loquendo non *n* tenentur parentibus obedire in matrimonio contrahendo, vel non, niſi ſit inæqualitas inter nubentes.

*n Comm. DD.*

*o Comm. DD.*

12. Tenentur *o* autem obedire ſi timeretur ſcandalum vel odia capitalia, vel ſi parentibus multum intereſt, &c. niſi ipſi filii non nubendi juſtam cauſam haberent.

*p Sanchez lib. 1. de matr. diſp. 21, n. 4.*

13. Tenentur *p* etiam ſecundum probabiliorem ſententiam in re tam gravi parentes conſulere ſub peccato mortali, non vero ſequi conſilia eorum.

*q Comm. DD.*

*r Comm. DD.*

*DE ACTU conjugali.*

14. Conjugalis actus ex ſe *q* licitus eſt ad multiplicandum prolem in obſequium Dei, & ob hunc finem etiamſi cum delectatione exerceatur *r* nullum eſt peccatum.

*ſ D. Tho. in 4. diſt. 32. q. 1, art. 2.*

15. Si fiat ob finem, qui ſit peccatum mortale, erit *ſ* peccatum mortale, ſi ob ſolam delectationem, *t* veniale.

*t Aug. de bon. con. 10.*

16. Actus



16. Actus conjugalis licitus *u* eſt tempore feriarum, id eſt à principio Adventus uſque ad Epiphaniam, & à die Cinerum uſque ad octavam Paſchatis, licet tunc temporis prohibitæ ſint benedictiones nuptiales.

*u Suar. to. 1. diſp. 68. ſec. 2.*

17. Licitus *x* etiam eſt in feſtis ſolemnibus Sanctorum; diebus autem communionis abſtinere conſilium non præceptum eſt, unde tenentur debitum ſolvere, poſſunt tamen conjugem rogare, ut ſe abſtinere permittat.

*x Comm. DD.*

18. Exercere hunc actum, vel alios actus impudicos publice, vel coram aliis peccatum mortale *y* eſt. Idem dic ſi exerceatur in Eccleſia ſine magna neceſſitate, & ſi fiat publice, violatur. *z*

*y Comm. DD.*

19. Si actus conjugalis fiat diverſo modo, ſed ſine periculo effuſionis ſeminis extra vas, & ſine eo quod generatio impediatur non eſt *a* mortale, nec veniale ſi fiat, ne fœtus prægnantis occidatur uxoris.

*z Vide Villal. ubi ſupra diſ. 42.*

20. De eo qui præpoſtere cognoſcit uxorem dictum eſt ſupra. Accedere autem ad eam tempore menſtrui, ſunt qui dicunt eſſe mortale. Contrarium autem videtur probabilius. *b*

*a Vide eundem, ubi ſupra.*

21. Accedere ad prægnantem non eſt *c* illicitum, niſi abortus timeatur. Cum autem uxor infantem adhuc nutrit abſtinere conſilium eſt, non præceptum. Si autem uxor non habet unde nutricem conducat non tenetur debitum ſolvere donec ablactet infantem.

*b Idem ubi ſup.*

*c Sanchez ubi ſupra, num. 14.*

*AN TACTUS & aſpectus ſint liciti inter conjuges*, vide Villal. *ubi ſupra diſ. 42.*

*AN TENEANTUR cohabitare.*

22. Poteſt *d* maritus ex juſta cauſa abſens eſſe etiam per multum temporis, & ſeparare thorum. Sed cauſa juſta non exiſtente tenetur *e* cohabitare.

*d Comm. DD.*

*e c. 1, & 2, de conjug. lepros.*

23. Uxor tenetur *f* ſequi maritum, & maritus uxorem ſi exulare cogantur. Si autem maritus vagari voluerit, uxor eum ſequi non tenetur, niſi ſciens vagum eſſe, matrimonium contraxerit.

*f c. unaquæque 13, q. 2.*

*AN MARITUS votum peregrinationis poſſit emittere*, Vide in verbo *Votum.*

*AN MARITUS teneatur alere uxorem?*

24. Si dos marito non eſt ſoluta non tenetur *g* alere uxorem niſi credito dotem dederit, vel uxorem ſine dote acceperit.

*g Vill. tr. 13, diſ. 44.*

25. Non *h* poteſt uxorem è domo ejicere, vel in domum non recipere, quia dos ſoluta non eſt.

*h Sanchez ubi ſupra num. 17.*

26. Si uxor dotem amiſit, vel confiſcata fuit, tenetur eam alere.

*i Ant. Gomez lib. 78. Taur. num. 13.*



27. Soluta

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

27. Soluta dote tenetur eam alere, niſi cum ſine culpa mariti uxor è domo fugit.

28. Si uxor eſt dives maritum pauperem tenetur *l* alere.

29. Si maritus ob crimen in carcere detentus eſt ab uxore eſt alendus *m*. Idem dic de uxore in carcere etiam ob crimen detenta.

30. An uxor & filii teneantur ſolvere debita quæ pater in eis alendis contraxit, alii ajunt, alii probabilius negant, *n* etiam ſi res ut veſtes in ſpecie maneant.

31. Si maritus uxorem divitem ſine dote accepit non tenetur *o* eam alere.

*l* l. ſi cum dotem. parag. ſi maritus, ff. ſol. mat. *m* Sanch. ubi ſup. dub. 9. n. 23. *n* Idem ubi ſup. n. 27. *o* Comm. DD.

DE DEBITO *conjugali vide ſupradicta verbo, de Actu conjugali.*

DE SECVNDIS *nuptiis.*

32. Licitæ *p* ſunt ſecundæ nuptiæ diſſolutis primis. Quomodo autem conſtare debeat de morte conjugis ut fiat ſecundum matrimonium dictum eſt ſupra verbo *Conſcientia*, & verbo *Dubium*.

*p* 1. ad Cor. c. 7.

33. Si uterque conjux jam ſemel Eccleſiæ benedictiones receperunt, non ſunt *q* amplius benedicendi. Secus vero ſi alter eorum non fuit benedictus.

34. Sacerdos, qui non benedicendos benedicit pœna arbitraria eſt *r* puniendus.

35. Cum ante benedictiones moritur alter conjux, alter denuo contrahens poteſt *ſ* benedici.

*q* Vide extrav. concertatio. *r* Comm. DD. *ſ* Comm. DD.

# SECTIO IV.

## DE MATRIMONII IMPEDIMENTIS.

1. ECcleſia poteſt *a* ſtatuere impedimenta matrimonii quæ impediant, & dirimant illud, contractus irritando, & inhabilitando perſonas.

2. Epiſcopus in ſua diœceſi non poteſt *b* ſtatuere impedimenta, quæ matrimonium dirimant.

3 Princeps ſæcularis, ſi ſolum poteſtatis ejus natura inſpiciatur, poteſt in ſua republica impedimenta dirimentia ſtatuere. Hodie tamen Principibus Chriſtianis hoc eſt prohibitum *c*

*a* Trid. ſeſ. 24. de matr. can. 3. & 4. *b* Conarr. 4. Decr. 2. p. c. 6. *c* c. multorum 33. q. 6.





4. Infideles Principes poſſunt *d* dicta impedimenta inſtituere, & obligabunt Chriſtianos in eorum territoriis degentes in rebus in quibus eorum legibus ſubjiciuntur.

5. Fidelis, qui in terris infidelium contrahit in gradu ab Eccleſia prohibito invalidè *e* contrahit.

6. Fidelis Princeps infidelibus ſibi ſubjectis poteſt *f* impedimenta dirimentia ſtatuere.

7. Conſuetudo legitima poteſt *g* impedimentũ introducere.

*d* Navarr. corol. 4. de conu. conjug. lib. 1. *e* Sanch. de matr. l. 7. diſp. 1. *f* Idem ubi ſupr. *g* Idem ubi ſupra diſp. 4.

DE IMPEDIENTIBVS *tantum.*

8. Quæ ſolum impediunt, & non dirimunt ſunt undecim, quæ his carminibus continentur;

*Eccleſia vetitum, nec non tempus feriatum,*
*Atque catechiſmus ſponſalia, jungito votum,*
*Inceſtus, raptus ſponſatæ, mors mulieris,*
*Suſceptus propriæ ſobolis, mors presbyteralis,*
*Vel ſi pœniteat ſolemniter, aut monialem*
*Accipiat prohibent hæc conjugium faciendum,*

AN MORTALITER *peccet, qui cum prædictis impedimentis contrahit.*

9. Qui contrahit cum impedimento impediente, & dirimente, peccat *h* mortaliter.

*h* Comm. DD.

10 Qui contrahit cum impedimento non dirimente in tribus caſibus *i* peccat mortaliter, & non in aliis. Primo ſi nubat contra Eccleſiæ prohibitionem ſi fuerit juſta. Secundo cum præceſſerunt ſponſalia de futuro cum alia. Tertio cum præceſſit votum ſimplex caſtitatis, religionis, vel non nubendi.

*i* Vill. ubi ſupr.

11. Contrahere cum aliis impedimentis non dirimentibus, nullum *l* eſt peccatum, quia jam non ſunt in uſu.

*l* Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 17. n. 1.

DE IMPEDIENTIBVS, *ac dirimentibus ſimul.*

12 Impedimenta impedientia, ac dirimentia ſimul ſunt, 14 & his carminibus continentur:

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis,*
*Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,*
*Raptave ſit mulier, nec parti reddita tutæ,*
*Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.*

DE ERRORE *perſonæ, & qualitatum illius.*

13. Error perſonæ antecedens, qui eſt cauſa matrimonii & ſine quo matrimonium non eſſet, impedit, & dirimit de jure naturali.

*m* Comm. DD.

14. Error perſonæ concomitans ſine quo etiam matrimonium fieret, annullat *n* matrimonium ſecundum probabilio-

*n* Villa ubi ſupr. tr. 14. dif. 5.



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

rem ſententiam. Quæ nubit cum Petro intelligens eſſe Joannem, cum quo tamen ſi ſciret eſſe Petrum, vellet etiam nubere, invalide nubit.

15. Error aliarum qualitatum non dirimit *e*, niſi ponantur ut conditiones contractus, vel inducant in errorem perſonæ. Ut ſi quis diceret ex filiabus Joannis nubo cum pulchriore.

16. Error nominis cum conſtat de perſona non *p* impedit, nec dirimit.

*AN SERVILIS conditio impediat, & dirimat.*

17. Error conditionis ſervilis *q* impedit, & dirimit matrimonium. Hoc autem impedimentum ſolum eſt de jure poſitivo, & ideo inter infideles non dirimit.

18. Servi adſcriptitii, qui prædia dominorum perpetuò colere ſunt obligati, & originarii ab his deſcendentes non comprehenduntur *r* ſub hac prohibitione.

19. Si ſequatur hoc impedimentum poſt matrimonium illud non impedit. *ſ*

20. Ad hoc impedimentum neceſſaria eſt vera ignorantia, & quod errore ſit quis pejoris conditionis, unde ſervus contrahens cum ea, quam putabat eſſe liberam valide *t* contrahit. Idem dic ſi nuberet cum libera putans eſſe ancillam.

21. Si cognita ſervitute affectu maritali copulentur revalidatur *u* matrimonium.

22. Cum dominus ſervum ſuum facit nubere cum libera, quæ ſervitutem ignorat *x* valet matrimonium, & ſervus fit liber.

23. Idem *y* dic, cum dominus ancillam dat libero in matrimonium cum dotis ſcriptura, vel ipſe cum ducit uxorem.

24. Servo non ſunt *z* nuptiæ interdictæ etiamſi dominus contradicat.

25. Cæteris paribus major obligatio *a* eſt ſervo reddendi debitum uxori, quam domino famulatum. Si autem urgeat neceſſitas domino prius ſerviendum.

26. Domino licet *b* ſervos conjugatos ad obſequia ſibi neceſſaria extra civitatem mittere, ſicut & ipſis liceret ſi eſſent liberi.

27. Si alter ex conjugibus liber ſit, ſervus vendi *c* poteſt in regionem longinquam. Si vero uterque ſervus ſit nullus ex illis poteſt *d* vendi in terram longinquam, niſi alter ex eis propter commiſſum crimen ibi non poſſit degere.

28. Partus ſequitur *e* ventrem, & ideo ancillæ filii ſunt ſervi. Si autem conceptionis tempore mater erat libera, filii liberi naſcuntur, etiam ex ancilla; ſi autem prægnans capiatur ſervus naſcetur.

29. Pec-

*o* Idem ubi ſup.
*p* Comm. DD.
*q* c. 2. & 3. & tit. de conjug. ſervor.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* D. Bonav. in 4. diſt. 36. art. 2. q. 4.
*u* Vide Vill. ubi ſup. diſſ. 5.
*x* l. 1. tit. 5. par. 4.
*y* Abb. c. illud 11. de præſump.
*z* Comm. DD.
*a* l. 1. tit. 6. p. 4.
*b* Sanch. ubi ſupra.
*c* Comm. DD.
*d* Vill. ubi ſupr.
*e* L. partus, C. de rei. vind. cat.



29. Peccat *f* dominus, & excommunicationem incurrit ſi ſervorum impediat matrimonia, ſed non *g* tenetur conſentire ut ad illorum obſequia jus amittat.

*AN VOTUM ſolemne dirimat matrimonium.*

30. Votum ſolemne in approbata religione emiſſum impedit, ac dirimit, eſt *h* de fide, ſed ſolum dirimit de jure Eccleſiaſtico. Quod ſi ſuperveniat matrimonio rato, & non conſummato diſſolvit illud. Idem dic de votis ſimplicibus emiſſis poſt biennium in Societate Jeſu, quæ verum religioſum conſtituunt.

31. Poſt conſummatum matrimonium ex mutuo conſenſu *i* poſſunt conjuges ingredi religionem, quod ſi alter ipſorum ſit ſenex emiſſo voto caſtitatis poteſt in ſæculo remanere.

32. An vero ad hoc ſit neceſſaria Epiſcopi facultas, ut ſine illa profeſſio non valeat alii ajunt, alii probabilius negant. *l*

33. Quod ad ætatem attinet non poteſt certa menſura præfigi. Ut plurimum viri poſt ſexaginta quinque annos, & fœminæ poſt quadraginta quinque incipiunt generationi. Ariſtoteles autem ultimum terminum generationi *m* conſtituit in viro ſeptuaginta annos, in fœminis quinquaginta.

*DE COGNATIONIS carnalis impedimento.*

34. Cognatio carnalis *n* eſt vinculum perſonarum ab eodem deſcendentium carnali propagatione contractum.

35. Linea recta *o* eſt aſcendentium & deſcendentium ut patris, filii, & nepotis. Collateralis, quæ ad latera extenditur, ut inter fratres, & conſobrinos.

36. Ad cognoſcendum gradum in linea recta numerandæ *p* ſunt perſonæ, & prima dempta, tot ſunt gradus, quot remanent perſonæ.

37. In linea collaterali numerandæ *q* ſunt perſonæ ab ea quæ magis diſtat à prima ſtipite conſanguinitatis, & una perſona dempta tot ſunt gradus, quot remanent perſonæ, & ad hoc quærenda ante omnia prima conſanguinitatis radix.

38. In diſpenſatione petenda aperienda *r* eſt inæqualis diſtantia graduum à radice.

39. Matrimonium inter patrem, & filiam, matrem & filium ipſo jure naturali *ſ* eſt nullum. Idem dic de aſcendentibus, & deſcendentibus inter ſe etiam ſi multum diſtent.

40. In primo gradu conſanguinitatis, ſecus in reliquis idem dicendum. *t*

41. Hodie inter conſanguineos ſolum eſt impedimentum uſque ad quartum gradum.

42. Indi novi orbis poſſunt *x* ex privilegio nubere extra ſecundum.

*f* Paragr. ſed & ſi quis inſt. de inge.
*g* Vide Vill. ubi ſup.
*h* Trid. ſeſſ. 24. can. 9.
*i* c. cum ſit de conv. conjug.
*l* Sanch. de matr. lib. 7. n. 1.
*m* Ariſtot. lib. 1. de hiſt. c. 14.
*n* D. Th. in 4. diſt 40. q. unic. art. 1.
*o* Vide P. Sanch. ubi ſupra.
*p* Comm. DD.
*q* c. ult. de conſ. & affin. ubi hæc regula approbatur.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD. cum D. Tho. in 4. diſt 40. q. unic. art. 1.
*t* Sanch. l. 7. de mat. tom. 2.
*u* c. non debet, de conſ. & affin.
*x* Vide ſup. Privilegium.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cundum gradum etiam ſi alter diſtet, à prima radice in primo gradu.

*DE COGNATIONE ſpirituali.*

43. Cognatio *y* ſpiritualis eſt propinquitas quædam perſonarum ex ſtatuto Eccleſiæ conſurgens propter collationem Baptiſmi, & Confirmationis, vel ſuſceptionem recipientis hæc ſacramenta.

44. Hoc impedimentum ſolum eſt de jure Eccleſiaſtico, & ſolum naſcitur *z* ex Baptiſmo, & Confirmatione, & non ex alio ſacramento.

45. Habet *a* duas tantum ſpecies compaternitatem, & commaternitatem, ſed inter patrinos inter ſe nullum eſt impedimentum.

46. Paternitas *b* eſt inter baptizantem, & baptizatum, & inter patrinum & baptizatum. Compaternitas inter baptizantem & parentes baptizati, & inter patrinos & ipſos baptizati parentes.

47. Baptizans privatim in neceſſitate, non veró tenens *c* ſecundum probabiliorem ſententiam, cognationem contrahit ſpiritualem.

48. Cum adultus baptizatur ſolum qui eum tenet, non veró aſſiſtentes cognationem contrahunt, *d* quod verum eſt etiam ſi nihil reſpondeat.

49. Patrinus debet *e* eſſe unus, & ad ſummum unus, & una. Et alii tangentes puerum præter patrinos ad id aſſignatos nullam contrahunt cognationem, & Parochus ſcire debet, qui ſint aſſignati.

50. Si Parochus plures, quam duos aſſignaret, & infantem tangerent, cognationem contraherent *f*. Si autem nullum aſſignaret probabile eſt nullum contrahere.

51. Si parentes aſſignarent, & non Parochus, cognationem contraherent. *g*

52. Qui ſolum materialiter baptizantem tenet ſine animo munus patrini obeundi non contrahit. *h*

53. Qui putans extrahere unum ex fonte, alium extrahit, quem non putabat, non *i* contrahit: Nec qui per Procuratorem.

54. Idem dicendum de patrinis in Confirmatione, quod in Baptiſmo.

55. Non baptizatus non poteſt *l* hanc contrahere cognationem, bene tamen non confirmatus.

56. Cujuſcumque ætatis ſit, dummodo habeat uſum rationis poteſt *m* eſſe patrinus.

57. Cogna-

*y* Comm. DD.
*z* c.1. de cog. ſpir. in 6.
*a* Trid. ſeſſ. 24. c. 2.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD. Vide Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 57. n. 3.
*d* Henriq. lib. 11. de matr. c. 1.
*e* Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 2.
*f* Navarr. conſil. 7. n. 4. de cog. ſpir.
*g* Comm. DD.
*h* Sanch. ubi ſupra. diſp. 17. n. 12.
*i* c. 1. de cog. ſpir.
*l* Comm. DD.
*m* D. Tho. ubi ſupra q. 1. art. 1. ad 5.



57. Cognatio ſpiritualis ſuperveniens matrimonio *n* impedit petitionem debiti.

*DE COGNATIONE legali.*

58. Cognatio legalis *o* eſt propinquitas perſonarum ex adoptione proveniens.

59. Adoptio *p* eſt actus legitimus, per quem filius aut nepos fit, qui non eſt, bene naturam imitans.

60. Habet *q* cognatio legalis tres ſpecies: Prima inter adoptantem, & adoptatum. Secunda inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. Tertia eſt inter adoptatum, & uxorem adoptantis.

61. Cognatio hæc dirimit *r* matrimonium in his tribus ſpeciebus.

62. An veró cum adoptio eſt imperfecta, v. g. cum adoptatus non tranſit in poteſtatem adoptantis, nec eſt ejus hæres neceſſarius in teſtamento, cognatio hæc dirimat alii negant, alii probabilius affirmant. *ſ*

63. Cognatio legalis matrimonio ſuperveniens illius uſum non impedit *t*

64. Cognatio legalis in recta linea, & in tertia ſpecie eſt perpetua.

65. Inter adoptantem, & adoptatum, & ab eo deſcendentes durat *u* cognatio etiamſi multum diſtent.

66. Si adoptio non fiat judicis *x* authoritate nullum oritur impedimentum ex ea.

*DE CRIMINE.*

67. Adulterium non dirimit *y* matrimonium cum ea, quam vivente marito cognovit adulter.

68. Adulterium cum machinatione mortis mariti, vel uxoris effectu ſequuto impedit, *z* ac dirimit, & ad hoc non ſufficit ratihabitio.

69. Idem eſt *a* ſive machinatio mortis adulterium præcedat, ſive adulterium machinationem: dummodo interfuerit utrumque.

70. Probabile *b* eſt hoc naſci impedimentum etiamſi fiat homicidium ſine animo nubendi. Contrarium tamen eſt etiam probabile, & ſequendum poſt initum matrimonium.

71. Sufficit, *c* quod unus mortem machinetur ſi fuerit adulterium.

72. Promiſſio nuptiarum juncta cum adulterio impedit, *d* ac dirimit matrimonium. Idem eſt ſi promiſſio fuerit conditionalis, ſecus vero ſi ficta.

73. Si adulter adulteræ fecit promiſſionem, illa vero nec fecit

*n* Vide ſup. verb. debitum conjug.
*o* D. Tho. in 4. diſt. 42. q. 2. art. 1.
*p* Inſtit. [illegible] de cogn. leg.
*q* Vide Vil. ubi ſupra.
*r* Comm. DD. in c. [illegible] 30. q. 3.
*ſ* Tol. l. 7. ſuper c. 4. n. 7.
*t* Comm. DD.
*u* Silv. verb. matrim. 8. q. 8. d. 2.
*x* Comm. DD.
*y* c. ſignificavit, de eo qui duxit.
*z* c. ſuper hoc. de eo qui duxit.
*a* Sanch. ubi ſupra diſ. 78. n. 6.
*b* Henr. l. 12. de matrim. c. 14. n. 2.
*c* Sanch. ubi ſupra n. 4.
*d* Idem ubi ſupra.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fecit, nec acceptavit non impedit ſecundum *e* probabiliorem.

ro.fin.de ea,qui duxit.

74 Qui promittit alicui mulieri uxore ſua mortua ſe illam ducturum, peccat mortaliter, nec tenetur adimplere, ſi vero adimpleat, valet *f* matrimonium.

*f* Comm. DD.

75. In duobus denique tantum caſibus crimen matrimonium dirimit. Primo cum ſit homicidium cum adulterio. Secundo cum ſit promiſſio nuptiarum, vel de facto nuptias contraxerunt, ſi hæc cum adulterio ſint juncta.

*DE DISPARITATE cultus.*

76 Matrimonium baptizati cum non baptizata, vel baptizata cum non baptizato eſt *g* nullum.

77 Hoc impedimentum *h* eſt de jure poſitivo, licet de jure divino tale matrimonium ſit etiam prohibitum, ſed non irritum ſecundum *i* probabiliorem.

78 Matrimonium hæretici cum Catholica, vel è contra eſt *l* validum ſecundum probabiliorem, ſed peccabunt mortaliter.

79. In terris in quibus hæretici mixti cum Catholicis degunt talia matrimonia licent *m*, dummodo non ſit periculum ſubverſionis.

*DE VI SEV VIOLENTIA.*

80. Non poteſt *n* cogi voluntas, quoad actus elicitos, & ideo vis non cauſat involuntarium, metus vero, ſicut & vis injuſtè illata ad extorquendum conſenſum, *o* ſi gravis ſit, matrimonium dirimit.

*g* Henr. de matr. c. 15 n. 1.
*h* Comm. DD.
*i* Vill. ubi ſupra.
*l* D. Th. in 4. diſt. 39. q. unic.
*m* Azor l. 8. inſt. mor. c. 11. q. 5.
*n* Comm. DD.
*o* Comm. DD.

# SECTIO V.

## DE ORDINE SACRO QVOmodo impediat.

5. NUllus ex quatuor minoribus Ordinibus impedit *a* matrimonium.

2. Ordo ſacer impedit, *b* ac dirimit, & ſacris initiatus contrahens excommunicationem incurrit. Hoc autem impedimentum eſt à jure poſitivo, non *c* divino.

3. Ordo ſacer ſuſceptus ob metum cadentem in conſtantem virum, vel ante 16 annum non dirimit.

*a* c. unic. de cler. conjug.
*b* c. 1. & 2. qui cleri. ei. Trid. ſeſſ. 24. de matrim. can. 9.
*c* Sanch. de matr. diſ. 23. n. 5.

4. Epi-



4. Epiſcopus electus, & confirmatus ſi non eſſet ſacris initiatus validè contraheret, *d* ſed amitteret Epiſcopatum.

*d* Comm. DD.

*DE LIGAMINE.*

5. Polygamia id eſt uxorum multiplicitas prohibita *e* jure divino, & etiam jure naturali, & ideo non poteſt Papa in ea diſpenſare.

*e* Matt. 19.

6. Antiquæ legis Patres habuere *f* à Deo diſpenſationem ut plures haberent uxores, & cauſa fuit, ut eſſet multiplicitas fidelium.

*f* Comm. DD.

*DE PVBLICA HONESTATE.*

7. Publicæ honeſtatis impedimentum *g* eſt, Propinquitas ex ſponſalibus proveniens robur habens ex Eccleſiæ inſtitutione propter honeſtatem ejus.

8. Cum hoc impedimentum naſcatur ex ſponſalibus de futuro ſolum impedit *h* in primo gradu. Quod ſi ſponſalia nulla fuerint, & ipſum nullum eſt; ſed in foro exteriori impedimentum eſt quandiu de nullitate non conſtat *i*.

9. Cum pater ſpondet pro filio præſente, & tacente, & in ſponſalibus conditionatis cum vera ſunt, oritur *l* impedimentum.

10. Hoc impedimentum perpetuo durat. *m*

11. Cum quis poſt facta ſponſalia cum una, ſecundo ſpondet pro alia ex ſecundis ſponſalibus non oritur *n* impedimentum.

12. Cum hoc impedimentum naſcitur ex matrimonio rato, & non conſummato extenditur *o* uſque ad quartum gradum.

13. Ex matrimonio rato, & non conſummato invalido *p* naſcitur hoc impedimentum, ſed non ex invalido ex defectu conſenſus.

*g* D. Th. in 4. diſt. 41. q. unic. art. 1.
*h* Trid. ſeſ. 24. de matr. cap. 3.
*i* Vill. ubi ſupra.
*l* c. unic. de ſponſ. in 6.
*m* Comm. DD.
*n* c. unic. de ſponſ. in 6.
*o* Sanch. ubi ſupra diſt. 70. n. 5.
*p* c. unic. de ſponſ. in 6.

*DE AFFINITATE.*

14. Affinitas eſt propinquitas perſonarum *q* ex carnali copula proveniens omni carens parentela.

15. Conjuges inter ſe non ſunt affines.

16. Ex matrimonio rato, & non conſummato non naſcitur *r* affinitas, ſed ſolum impedimentum publicæ honeſtatis.

17. Gradus affinitatis *ſ* numerantur ex gradibus conſanguinitatis.

18. Affinitas non naſcitur niſi ex copula carnali intra vas naturale inter virum, & fœminam. *t* Sed non requiritur quod ſemen mulieris concurrat ſecundum probabiliorem ſententiam.

19. In foro conſcientiæ credendum *u* eſt ei, qui dicit ſe copulam habuiſſe, ſed non ſeminaſſe.

20. Inter Infideles eſt etiam affinitas, ſed non naſcitur niſi ex

*q* D. Tho. in 4. diſt. 41. q. unic. art. 1. q. 5.
*r* c. extra. ordinaria 17. q. 1.
*ſ* Sanch. ubi ſupra n. 11.
*t* Comm. DD.
*u* D. Tho. in 4. diſt. diſt. 21. q. unic.

copula

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

copula licita, & hæc affinitas naſcitur ex jure naturali, & non dirimit niſi in primo gradu.

21. Nullus affinitatis gradus dirimit *y* matrimonium de jure naturali, ſecundum probabiliorem opinionem.

22. Affinitas ex copula illicita non dirimit *z* niſi uſque ad 2. gradum, & in reliquis licitè contrahuntur ſponſalia, & matrimonium, & fornicatio non eſt inceſtus.

23. Affinitas ſuperveniens matrimonio ex copula cum conſanguinea conjugis extra 2. gradum non *a* impedit petitionem debiti.

24. Affinitas ex copula *b* licita extenditur uſque ad 4. gradum.

25. Qui cognoſcit uxoris conſanguineam intra 4. gradum committit *c* inceſtum, ſed non privatur jure petendi debitum, ſi cognoſcit extra 2.

*DE IMPOTENTIA naturali.*

26. Impotentia naturalis perpetua ad copulam impedit, *d* ac dirimit matrimonium.

27. Qui poteſt vas fœmineum penetrare, *e* ſed non ſeminare dicitur impotens.

28. Ex parte mulieris non *f* eſt neceſſaria ſeminatio, aptitudo ad copulam ſufficit.

29. Impotentia temporalis non facit *g* irritum matrimoniū.

30. Quamvis impotentia miraculosè tollatur non *h* valet matrimonium antea factum.

31. Cum poſſint conjuges coire licet difficulter ſine mortis periculo, *i* valet.

32. Eunuchorum, ex utroq; latere matrimonium nullū *l* eſt.

33. Senum matrimonia valida ſunt niſi ita decrepiti ſint ut nullo modo poſſint coire, quia in talibus eſt perpetua impotentia.

34. Matrimonia ſterilium, & illorum, qui ſunt in mortis articulo valida *m* ſunt. Vide reliqua in P. Thom Sanctio *lib. 7. de matr. diſp. 92. to. 2.*

*DE IMPOTENTIA quæ naſcitur ex maleficio.*

35. Impotentia ex maleficio, ſi eſt perpetua impedit, ac dirimit matrimonium.

36. Quæcumque impotentia accidens poſt matrimonium illud non dirimit. *p*

37. Maleficium, ut plurimum fit *q* in viris, & aliquando in fœminis.

38. Maleficium, quod non poteſt ſine peccato, aut miraculo tolli judicatur *r* perpetuum; & cum dubitatur, an ſit perpetuum

*y* Sanch. ubi ſup. ſeſ. 68.
*z* Trid. ſeſ. 24. de matr. c. 4.
*a* Vill. to. 1. tr. 14. dif. 17.
*b* Trid. dic. c. 4.
*c* Comm. DD.
*d* c. conſultatione & totus titulus de frig. & malef.
*e* Comm. DD.
*f* Sanchez lib. 7. de matr. diſ. 92. n. 9.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Sanch. ubi ſup. num. 20.
*l* Idem ubi ſup.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* c. ult. de frig. & malef.
*p* c. his qui 32. q. 7.
*q* Comm. DD.
*r* c. fin. de frig. & malef.



petuum expectandum eſt per tres annos.

39. Non licet illud diſſolvere *ſ* alio maleficio; poteſt autem exorciſmis, & aliis remediis.

40. Cum impotentia provenit ex frigiditate, medicorum judicio *t* cognoſcenda eſt; ſi autem cognoſci non poteſt, per tres annos expectandum eſt.

41. Cognita impotentiâ, cuilibet eorum reclamare liberum *u* eſt.

42. Quandocumque cognitum eſt impotentiam fuiſſe temporalem, reſtaurandum *x* eſt primum matrimonium, etiam ſi conjux cum alio ſecundas nuptias contraxerit, & conſummaverit.

43. Reſtituta uxore marito, ſi eam cognoſcere adhuc non poterit, per tres annos experientia *y* facienda eſt.

44. Si cùm veritas cognita fuit alter conjux in religione profeſſionem emiſerat matrimonium *z* diſſolutum fuit.

45. Si verò ſacris initiatus eſt, & uxor illum petat, *a* tenetur ad eam redire, & debitum reddere, ſed non poteſt petere. Si autem illa maritum non petat, ipſe non poterit ad eam redire, quæ tenetur caſtè vivere; ſed non votum caſtitatis emittere.

*DE IMPOTENTIA temporali ex defectu ætatis.*

46. Ut matrimonium validè contrahant, vir *b* debet habere 14. annos, & mulier 12. & debent eſſe in ultimo die.

47. Hoc impedimentum *c* dirimit de jure Eccleſiaſtico.

48. Impleta ætate etiam ſi adhuc potentes non ſint matrimonium *d* valet, niſi poſt perfectam pubertatem impotentes eſſe inveniantur.

49. Infidelium matrimonia *e* valent, dummodo habeant uſum rationis.

50. Papa *f* poteſt in hoc impedimento diſpenſare, & probabiliter Epiſcopus magna urgente neceſſitate, maximè ſi ad pubertatem appropinquent.

51. Cùm malitia ſupplet ætatem ante prædictam ætatem *g* poſſunt nubere, & hoc colligitur cùm puer aptus eſt ad penetrandum vas, & effundendum ſemen, & puellæ menſtrua contingunt.

52. Peccant *h* mortaliter, qui ante adimpletam nubunt ætatem.

53. Cum in hermaphrodita prævalet unus ſexus ſecundum illum *i* poteſt contrahere, & ille prævalere intelligitur per quem urinam emittit.

54. Qui æque prævalet in utroque ſexu ſecundum quemlibet *l* poteſt contrahere, ſed debet præſtare juramentum quod alio non erit uſurus.

*ſ* D. Tho. in 4. diſp. 34. q. uni. art. 3.
*t* c. laudabilem de frig. & malef.
*u* Comm. DD.
*x* c. fraternitate de frig. & malef.
*y* Dic. c. laudabilis.
*z* Comm. DD. Quia non erat conſummaſt.
*a* Comm. DD.
*b* c. puberes de diſp. impub.
*c* Abb. de pub.
*d* Sanchez ubi ſupra. diſp. 104. num. 11.
*e* c. de illis.
*f* Henriq. lib. 11. de matr. c. 13.
*g* c. de illis.
*h* Henriq. lib. 11. de matr. c. 15.
*i* Comm. DD.
*l* Henriq. lib. 14. de irreg. c. 8. num. 6.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# SECTIO VI.

## DE DISPENSATIONE IN MATRIMONII impedimentis.

### DE EO QUI POTEST diſpenſare.

1. Papa non a poteſt diſpenſare in impedimentis, quæ ſunt de jure divino naturali.

2. In his, quæ ſunt à jure canonico ſolus Papa b poteſt diſpenſare de jure ordinario.

3. In gravi neceſſitate, ſi impedimentum eſſet occultum, & difficilis recurſus ad Papam, & ex ſeparatione ſequeretur ſcandalum, nec eſſet Commiſſarius Cruciatæ, qui talem facultatem haberet, poterit c Epiſcopus diſpenſare, vel alii delegare.

4. Ad hanc diſpenſationem d requiritur bona fides ſaltem alterius conjugis ſecundum probabiliorem opinionem.

5. De poteſtate quam circa hoc habet Cruciatæ Commiſſarius, e vide verbum *Bulla*, & ibi latè.

6. Legatus à Papa non f poteſt in his diſpenſare, niſi fuerit ei ſpecialiter commiſſum.

### DE CAUSIS diſpenſandi.

7. Ad diſpenſandum g neceſſaria eſt cauſa juſta.

8. Ut aliqua cauſa ſit juſta, non eſt h opus ut ſemper bonum commune reſpiciat.

9. Quanto gradus eſt propinquior, tantò major diſpenſandi debet eſſe cauſa, ut & cum plures cauſæ ſunt, melius juſtificatur diſpenſatio.

10. In 2 gradu conſanguinitatis diſpenſatio fit i inter Principes, & ob bonum publicum.

11. Solet m Papa diſpenſare ob privata bona, & cum aliis non ita inſignibus perſonis.

12. Ad diſpenſandum in aliis gradibus eſt juſta n cauſa longa litis ſeries, loci anguſtia, dotis competentis defectus, & aliæ, quæ videri poſſunt in Villalobos.

13. De cauſis ad diſpenſanda vota, Vide infra verb. *Votum*.

### QUÆ SUNT APPONENDA *in narrativa, ut diſpenſatio non ſit ſurreptitia.*

24 Cum

a Comm. DD.
b Sanchez ubi ſupra. diſp. 40, q. uni. art. 1.
c Idem lib. 2, de matr. diſp. 40. n. 3.
d Idem ubi ſup.
e Vide verb. Bulla.
f Covar. in c. quod dilecti de conſang. & affin. num. 11.
g Comm. DD.
h Comm. DD.
i Comm. DD. Et Villal. to. 1, tr. 14. diff. 26,
l Trid. ſeſ. 24. de matr. c. 5.
m Comm. DD
n Villal. ubi ſupra.



14. Cum ſunt duo impedimenta, etiamſi ſint ejuſdem ſpeciei, utraque in narrativa o explicanda ſunt, ut v.g. ſi quis affinem & conſanguineam uxoris in eodem gradu cognoviſſet.

15 Cum autem eandem pluries cognoviſſet p opus non eſt hanc pluralitatem aperire.

16. Cum aliud impedimentum eſt occultum, aliud publicum, q ſufficit apponere publicum, & occulti diſpenſationem à ſacris pœnitentiariis, vel ab alio petere facultatem habente.

17. Cum aliud impedimentum non eget diſpenſatione tacendum r eſt.

18. An verò pro duobus impedimentis poſſint duæ diſtinctæ diſpenſationes impetrari, unum ſolum in qualibet exprimendo alii ajunt, alii probabilius ſ negant; ſed poſt factum matrimonium affirmativa ſequenda.

19. Si poſt impetratam diſpenſationem conſanguinei copulentur, nec eſt t inceſtus, nec indigent nova diſpenſatione.

20. Cum conſanguinei ante diſpenſationem cum Romam miſerint pro ea impetranda, inter ſe habent copulam, vel habitam antequam miſerint non declarant, irrita erit diſpenſatio. Contraria etiam ſententia eſt u probabilis, & urgente neceſſitate ſequi poteſt in praxi præcipuè poſt factum matrimonium.

21 Si autem copula ſit poſt datam à Papa diſpenſationem; ſed nondum ab Ordinario factam poterit ipſe Ordinarius in hoc diſpenſare.

22. Qui copulam habuerunt, ut diſpenſationem faciliùs impetrarent, debent hoc declarare ſecus x erit ſurreptitia.

23. Declarandum etiam an fœmina fuerit rapta.

24. Si quis intra gradus prohibitos ſcienter contraxerit ſeparetur, & ſpe conſequendæ diſpenſationis careat. y

25. Non eſt z neceſſarium mentionem facere alterius diſpenſationis jam habitæ, niſi quando impedimentum naſcitur ex delicto.

26. Gradus affinitatis, vel conſanguinitatis aperiendus eſt. Quod ſi affinitas pro conſanguinitate apponatur, vel è contra erit ſurreptitia. a

27. Gradus non ſolùm remotior, ſed etiam propinquior exponendus eſt. Si tamen propinquior primus gradus non ſit non erit ſurreptitia diſpenſatio, tenetur tamen litteras declaratorias impetrare pro foro exteriori.

28. Cum mulier eſt in gradu propinquiore ſi eſt intra tertium quia ei debetur ſpecialis reverentia, ut materteræ, niſi declaretur, erit b ſurreptitia.

o Sanchez ubi ſup. diſp. 15, 16, & n. 2.
p Idem ubi ſup. n. 7.
q Villal. ubi ſup. diſp. 27.
r Sanchez lib. 8, diſp. 25, n. 9, 10.
ſ Idem ubi ſup. num. 6.
t Idem lib. 8, diſp. 21, n. 4. tom. 5.
u Vide P. Sà hoc verb.
x P. Em. Rodr. to. 1. qq. reg. q. 44.
y Trid. ſeſ. 24, de matr. c. 5.
z Comm. DD.
a Comm. DD. Ex Pio V. in motu proprio qui incipit ſanctiſſimus.
b Molin. to. 1. de juſt. tr. 2, diſp. 101.



29. Decla-

29. Declarandum *c* etiam an gradus ſit in recta linea conſanguinitatis, vel affinitatis, vel ſpiritualis cognationis.

30. In publicæ honeſtatis impedimento declarandum *d* eſt an ortum habuerit à matrimonio rato.

31. In impedimento affinitatis declarandum *e* eſt an ſit ex copula licita, niſi ſit in tertio vel quarto gradu.

32. Si ex errore ponitur gradus propinquior pro remotiore *f* valet diſpenſatio, non è contra.

33. In voti diſpenſatione declarandum *g* eſt an fuerit ſimul cum juramento, vel non, & an qui illud fecit, ſit Diaconus.

34. Cum delictum deductum eſt in forum exterius, ſed non plene probatum, hoc declarandum *h* eſt in narrativa, nec fatendo, nec negando illud, & poſtea à ſacra pœnitentiaria alia impetranda eſt diſpenſatio.

35. Si cauſa narrativa, verbi gratia, ſi filia mortua fuit, vel pauper dives facta fuit, ceſſat ante factam diſpenſationem, non valet. *i*

36. Si cauſa antea falſa facta fuit vera cum Papa diſpenſationem committit, valet *l* diſpenſatio.

37. Si ceſſat cauſa finalis antequam Ordinarius, vel confeſſarius diſpenſent, non *m* valet.

38. Triplici tempore opus *n* eſt, ut narrativa ſit vera: Cùm à Papa committitur: cùm Ordinarius, vel Confeſſor facit diſpenſationem, & cum matrimonium contrahitur.

39. Cum Papa abſolutè cum aliquo diſpenſavit in voto, ut nuberet, & cauſa ceſſavit non *o* poterit iterum nubere.

40. Informatio poteſt *p* extrajudicialiter fieri, & Ordinarius extra unum territorium poteſt diſpenſare.

41. Cum diſpenſatio conceditur ſine cauſa non debet *q* Ordinarius cauſam quærere.

*DE ALIQVIBVS notandis.*

42. Cum perſonæ diſpenſandæ ad diverſos pertinent Epiſcopatus, & diſpenſatio remittitur ad ordinarium, quilibet ex duobus poteſt *r* diſpenſare etiam cum ſubdito alterius.

43. Cum cauſa diſpenſationis eſt dotis defectus, & vir illam auget, debet *ſ* fieri publica ſcriptura ante matrimonium, & à muliere acceptari.

44. Stipendium laboris in informatione facienda non obſtante commiſſionis clauſula, recipi *t* poteſt. Et qui poſt factam diſpenſationem aliquid recipit pœnas non incurrit ſecundum probabiliorem.

45. Vide diſpenſationis formam de verbo ad verbum allatam à P. Sanctio *ubi ſupra n. 1. & lib. 8. de matr. diſp. 43. n. 4.*

*c* Sanch. ubi ſup. n. 14.
*d* Idem ubi ſupra.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Villal. ubi ſup.
*h* Sanchez ubi ſupra.
*i* c. quia circa de conſang.
*l* Sanch. ubi ſup. diſp. 30. num. 14. tom. 1.
*m* Idem ubi ſup.
*n* Idem ubi ſup. n. 16. & 17.
*o* Comm. DD.
*p* Villal. ubi ſup.
*q* Idem ubi ſup.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* Sanchez ubi ſup. diſp. 55. n. 11. tom. 2.

NOTAN-



*NOTANDA circa diſpenſationes, quæ in foro conſcientiæ conceduntur in ſacra pœnitentiaria.*

46. Diſpenſationes ſacræ pœnitentiariæ non comittuntur niſi Doctori Canoniſtæ, vel Theologo, & nullus *u* alius etiam doctiſſimus poteſt facere diſpenſationem.

47. Confeſſarii ex noſtra ſocietate à ſuperiore ad id deputati ex privilegio etiamſi nullum ſcientiæ gradum habeant, poſſunt *x* audita confeſſione, & ſalutari ſatisfactione impoſita prædictas diſpenſationes facere.

48. Etiamſi litteras aperiat non Doctor, nec Magiſter non amittunt *y* ſuum effectum, & uni Confeſſario præſentatæ poſſunt alteri præſentari.

49. Cauſas diſpenſationis hujus, cùm aliquis votum emiſit, vide verbo *Votum*.

50. Conſilia, & ſalutaria monita quæ fieri diſpenſando dicit literarum forma ſolùm *z* eſt inſtructio; & ſi omittantur, non vitiatur diſpenſatio.

51. Prædictæ litteræ non *a* valent pro foro exteriori.

52. Non eſt neceſſarium *b*, ut ſemper fiat auditis confeſſionibus.

53. Cum prædictæ litteræ conceduntur circa votum, debet *c* diſpenſari commutando in frequentes confeſſiones per totũ vitæ decurſum ſingulis ſcilicet menſibus ſemel, vel quoties confeſſori videbitur, ſed non frequentius quã ſemel in menſe.

54. Clauſula, quæ ſolet apponi, *dummodo impedimentum occultum ſit* debet *d* intelligi juxta dicta in verbo *Manifeſtum ſupra*, ſervatã formã Concilii Tridentini. Vide infra *quæſtione ſequenti*.

55. Clauſula illa, *Muliere de nullitate certificata*, ſolùm eſt inſtructio *e*, unde ſi erit inconveniens poteſt omitti.

56. Cum apponitur, ut diſpenſationis cauſa, quod matrimonium bona fide contractum eſt, debet bona fides eſſe in utroque conjuge, ſecus non valet. *f*

57. Clauſula illa, *ut præſentes litteras laniare tenearis*, ſolùm videtur *g* inſtructio. Et cum non ſortito primo effectu, neque in interiori, neque in exteriori, pro alia vice poſſint valere, non multum intereſt an lanientur, vel non, & præcipuè cum nomen non habeant perſonæ diſpenſandæ.

58. Diſpenſationes prædictæ gratis dantur, ſed qui illarum impetrationem procurant non gratis laborant. *h*

*CVIVS EXPENSIS afferenda eſt diſpenſatio?*

59. Cum ex conſenſu utriuſque conjugis impetrata eſt diſpenſatio, utriuſque etiam expenſis offerenda eſt. Si autem

*u* Idem ubi ſup. diſp. 14. num. 8.
*x* Refertur in comp. verb. confeſſ. parag. 1.
*y* Sanchez ubi ſup. num. 12.
*z* Idem ubi ſup.
*a* Navar. conſil. 2. de privil. lib. 5.
*b* F. Iman: tom. 1. qq. reg. q. 61. art. 16.
*c* Vide Sanch. lib. 1. diſ. 34. num. 1.
*d* Vill. ubi ſupr. diſ. 10. n. 9.
*e* Idem ubi ſup. n. 12.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* Vill. ubi ſup. n. 15.



alterius

alterius culpa matrimonium validè contractum non fuit, ille ſolum ſolvet i expenſas.

*QVOMODO RATIFICANDVS EST conſenſus cum matrimonium fuit nullum propter impedimentum occultum*

60. Cum matrimonium fuit nullum propter impedimentum occultum, de novo *l* contrahendum eſt.

61. Non eſt neceſſarium *m* quod contrahatur de novo coram Parocho & teſtibus, niſi illi notum eſſet Impedimentum, vel probari poſſet in foro exteriori ſecundum probabiliorem ſententiam. Contraria eſt ſecurior, & ſequenda *n* quando ſine inconvenienti poſſet fieri.

62. Cum alter non poſſet *o* haberi conſenſus, ſufficeret copula habita affectu maritali.

63. Ceſſante impedimento, opus *p* eſt, ut conjux innocens certificetur de nullitate matrimonii, non detecto crimine alterius conjugis ſecundum probabiliorem.

64. Sufficit *q* in hoc caſu quod conſenſus procedat ex æquivalente cognitione nullitatis, v.g. ſi interrogata ſi non nupſiſſet, an de novo nuberet cum marito, & ipſa conſentiat.

65. Cum ex certificatione nullitatis timetur grave ſcandalum, poteſt omitti, & ſufficiet *r* conſenſus conjugis unius, qui ſcit impedimentum.

66. Ceſſante impedimento occulto, ſufficit *ſ* quod inter ſe conſentiant.

67. Cum matrimonium fuit nullum *t* ex errore perſonæ, vel conditionis ſervilis durante errore, non poteſt revalidari matrimonium.

i Sanchez lib. .de matrim. diſp. 5. n. 11.
l Comm. DD.
m Sanchez ubi ſup. n. 8.
n Villal. ubi ſupra diſ. 11. n. 4.
o Idem num. 5.
p Sanchez de matr. lib. 2. diſp. 36.
q Idem ubi ſupra
r Idem ubi ſupra
ſ Comm. DD.
t Comm. DD.

---

# SECTIO VII.

## *DE VARIIS CIRCA MATRIMONIUM reſolutionibus.*

1. QUi in peccato recipit hoc ſacramentum, non facit *a* duo peccata, unum ut miniſtrans, & aliud ut ſuſcipiens, quia non eſt miniſter conſecratus ad hoc.

2. Ultimo die quo ætas legitima completur poteſt *b* celebrari. Alii dicunt decem diebus ante ultimum; alii tandem uno,

a Sanchez apud Dianam p. 4. tract. 4. reſ. 197.
b Vide Dian. p. 7. tract. 5. reſ. 16.



uno, vel duobus menſibus, quia vulgariter totum id dicitur anni finis. Sed hoc videtur nimis latum.

3. Surdus, & mutus, & ſimul cæcus non poſſet *c* contrahere, quia non poſſet inſtrui de contractu faciendo.

4. Cùm quis in amentiam incidit, poſtquam per Procuratorem conſenſum miſit, validum eſſe matrimonium alii negant alii probabilius affirmant *d*.

5. Quando ob gravem metum matrimonium contractum eſt, poteſt *e* alter conjux, cui metus incuſſus non eſt liberè reſilire, niſi ipſe metum incuſſerit.

6. Si parentes, vel conſanguinei puellæ metum gravem incuſſerint juveni invêto in ſtupro, matrimonium erit nullum, *f* quia injuſtè incuſſus fuit metus; ſecus verò ſi contrahat ut judici puniendus tradatur.

7. Parentes, qui filios ſine illorum conſenſu nubentes colloqui per aliquod tempus nolunt non ex odio, ſed ad ſirmendam juſtam vindictam non peccant *g*.

8. Cùm matrimonium fuit nullum ob impedimentum occultum, filii, qui nati fuerunt ex tali matrimonio facto in facie Eccleſiæ, ſi ſaltem alter conjux habuit bonam fidem, ſunt *h* legitimi.

9. Ut maritus ſacrum Ordinem recipiat, non eſt *i* neceſſarium, ut uxor religionem ingrediatur. ſufficit quod votum caſtitatis emittat etiamſi ſit juvenis.

10. Si Parochus daret fictè alicui facultatem aſſiſtendi matrimonio, non *l* valeret.

11. Sufficit *m* ad matrimonium, quod procurator, & teſtes habeant uſum rationis.

12. Non tenetur *n* conjux alteri credere dicenti ſe non conſenſiſſe, niſi tales ſint conjecturæ, ut credere convincatur.

13. Qui perpetuâ laborant amentiâ non poſſunt *o* contrahere, ſecus verò ſi habeant lucida intervalla.

14. Semper in dubio præſumendum *p* pro matrimonio primo, & ſecundum irritandum.

15. Qui ſcit impedimentum occultum, tenetur *q* revelare, niſi ex revelatione timeatur grave ſcandalum, vel poſſit aliter impediri.

16. Corrupta nubens ei, qui ſi ſciret eſſe corruptam, eam non duceret, non peccat *r* mortaliter.

17. Compulſus à judice cohabitare cum uxore illegitima tenetur *ſ* alio migrare.

18. Per matrimonium amittuntur *t* jura ad beneficia,

c Comm. DD.
d Sanch. apud Dia. reſ. 149.
e Vill. apud Dia. p. 1. tr. 4. reſ. 119.
f Dian. ubi ſupr. reſ. 128.
g Comm. DD.
h Comm. DD.
i Dian. ubi ſupra reſ. 119.
l Comm. DD.
m Comm. DD.
n Sa hoc verbo.
o Idem ubi ſupra.
p Comm. DD.
q Navarr. c. 12.
r Sa ubi ſup. n. 16.
ſ Idem n. 17.
t Covar. & c. 6. p. 1.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& ad penſiones, quæ Papa laicis non ſolet concedere; & ſi ſponſa in religione profiteatur ante conſummationem non recuperantur amiſſa beneficia.

19. In favorabilibus nomine conjugatæ venit *u* ſponſa, & in odioſis ſolum quæ conſummavit.

*u* Comm. DD.

20. Si dominus ducat ancillam eo ipſo liberam fieri, alii negant, alii probabilius *x* affirmant.

*x* Vide quæ ſupra diximus de condi-tione ſer-vili.

21. Ancilla ducta à libero per errorem, ſi poſtea liber cognito errore conſentiat, non *y* tenetur ancilla conſentire, aliqui tamen dicunt poſſe ab Eccleſia cogi.

*y* Vide Sà ubi ſup.

22. Conditio, ſi pater meus *z* conſentiat cum eſſet jam mortuus, penſanda eſt ex intentione apponentis. Si enim ita allocutus eſt, ut deciperet audientes, nihil validè actum eſt.

*z* Idem ubi ſup.

23. Contrahens poſt votum caſtitatis, vel ſuſcipiendi ordines ſacros *a* tenetur, antequam matrimonium conſummet, ingredi religionem ſecundum probabiliorem ſententiam.

*a* Silveſt. verb. ma-tr.9.q.5.

24. Exceptis parentibus, & fratribus cum omnibus aliis poteſt à Papa diſpenſare ſecundum probabilem opinionem. Probabilior tamen eſt *b*, quod non poſſit cum aliis aſcendentibus.

*b* Sà n. 4. ubi ſup.

25. Filius mariti ex alia uxore *c* poteſt ducere filiam uxoris ex alio marito.

*c* Comm. DD.

26. Pater tenens extra Eccleſiam ſuum filium, ut ab alio baptizetur non *d* contrahit ſpiritualem cognationem.

*d* Comm. DD.

27. Duo adoptati poſſunt *e* inter ſe contrahere.

*e* Silveſt. ubi ſup.

28. In legalis cognationis impedimento poſt contractum matrimonium *f* poteſt Epiſcopus diſpenſare ſecundum quoſdam.

*f* Sà ubi ſup. n.6.

29. Matrimonium factum ob metum reverentialem irritum eſſe alii ajunt, alii *g* negant probabilius, niſi adjungatur metus alterius mali gravis.

*g* Idem num.5.

30. Cum de communi conſenſu ſponſalia ſoluta *h* ſunt cedat impedimentum publicæ honeſtatis.

*h* Comm. DD.

31. Scientes cum impotente contractum validum eſſe alii ajunt, alii probabilius *i* negant.

*i* Sà ubi ſup. n.14.

32. Suſpenſio *l* triennalis ſtatuta à jure antiquo in Parochum aſſiſtentem matrimonio clandeſtino ſublata eſt per Tridentinum.

*l* Comm. DD.

33. Cum conjuges diſtinctæ diœceſis, & Vicarius unius diſpenſavit in denuntiationibus, poſſint etiam omitti in alia diœceſi.

34. Nemo *m* tenetur ex vi denuntiationis detegere crimen occultum, quod non poteſt probare. Quod ſi detegas non

*m* Diana p.5.tr.4. reſ.221.



non poſſe ob unius dictum matrimonium interdici docet Pontius, ſed alii communiter contrarium.

35. Sacerdos excommunicatus non toleratus benedicens ſponſos non *n* peccat mortaliter.

*n* Villal. apud Dia. ib. reſ.215.

36. An Parochus in aliena Parochia Parochianum ſuum matrimonio conjungens peccet mortaliter, alii ajunt, alii negant *o* probabilius.

*o* Sanch. apud Dia. ubi ſup. reſ.151.

37. Rus petentes recreationis cauſa ſi ibi matrimonium contrahant cum Parocho ruris invalide contrahunt. *p*

*p* Comm. DD.

38. Qui cognovit fornicari infidelem, poteſt ſine diſpenſatione contrahere cum ſorore illius ad fidem converſa.

39. Matrimonium inter affines in 1. gradu, ut inter ſocerum & nurum, inter vitricum, & privignam & ſimiliter inter conſanguineos in 1. gradu lineæ collateralis non eſt irritum jure naturæ, *q* & ideo poſſet Papa diſpenſare in magna neceſſitate ut frater & ſoror matrimonium contraherent.

*q* Diana p.4.tr.4. reſ.91.

40. Cum rapitur puella libidinis cauſa ſine animō ducendi eam in uxorem, *r* & poſtea mutato animo illam ducat raptor, matrimonium eſt validum. Immo cùm vis non puellæ, ſed parentibus infertur, matrimonium non impeditur tali raptu.

*r* Idem reſ.61.

41. Probabile *ſ* eſt inter perpetuo impotentes contrahi poſſe matrimonium ad caſtè convivendum inter ſe, ſe invicem adjuvando. Sed contraria ſententia eſt probabilior, & communior.

*ſ* Vide eundem in ſum. hoc verb.

42. Cum matrimonium eſt nullum ex ſolo defectu conſenſus alterius conjugis, *t* ſufficit quod iſte conſentiat, & ad alterum maritali accedat affectu, nec eſt neceſſarium aliud remedium ut matrimonium convaleſcat.

*t* Comm. DD.

43. Si ſponſalia etiam jurata alter conjux reſcindat, & alter liber *u* manet, & cum res notabiliter mutantur, talis promiſſio non obligat.

*u* c. quemadmod. de jurej.

Tridentinum Concilium circa matrimonium definivit ſequentia: I. Quòd matrimonium verè ac propriè Sacramentum eſt à Chriſto Domino inſtitutum. II. Quòd gratiam confert. III. Quòd non licet Chriſtiano plures habere uxores, quia prohibitum eſt à lege divina. IV. Quòd non ſolùm gradus conſanguinitatis, & affinitatis in Levitico cap. 18. expreſſi poſſunt impedire matrimonium, & dirimere contractum; ſed etiam alia impedimenta ab Eccleſia inſtituta. V. Quod poteſt Eccleſia in aliquibus illorum Levitici diſpenſare. VI. Quod potuit Eccleſia ſtatuere impedimenta dirimentia, & nullatenus erravit in hoc. VII. Quòd matrimonium non poteſt diſſolvi, neque diſſolvitur propter hæreſim, neque



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

moleſtam cohabitationem, vel abſentiam affectatam. VIII. Quòd matrimonium ratum non conſummatum poteſt dirimi per ſolemnem profeſſionem religionis alterius conjugis. IX Quod Eccleſia non errat docendo matrimonii vinculum non diſſolvi per adulterium, & neutrum etiam innocentem poſſe adultero vivente matrimonium contrahere, mœcharique eum qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adultero alteri nupſerit. X. Quod non errat Eccleſia quæ propter aliquas cauſas ſeparat conjuges quoad thorum, & cohabitationem ad tempus certum, vel incertum. XI Quod clerici ſacris initiati, vel regulares poſt ſolemnem profeſſionem non poſſunt contrahere matrimonium; & ſi contrahant non tenet, quia obſtat ei lex Eccleſiaſtica, & votum ſolemne emiſſum, neque per hoc ullo modo damnatur matrimonium. XII Quod non poſſunt omnes contrahere matrimonium, qui caſtitatem voverunt etiam ſi non ſentiant ſe donum caſtitatis habere. XIII. Quod ſtatus conjugalis non eſt anteponendus ſtatui virginitatis, vel cælibatus. XIV. Quod prohibitio ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus non eſt ſuperſtitioſa nec tyrannica. XV. Quod non ſunt damnandæ benedictiones, nec cæremoniæ, quibus Eccleſia utitur in matrimoniis. XVI. Quod cauſæ matrimoniales ſpectant ad judices Eccleſiaſticos.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ

## interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *MEDICVS.*

*Quas opiniones ſequi in medendo teneatur.*

1. CUm dubius eſt an medicamentum nocebit, vel proderit infirmo, non poteſt *a* illud applicare.

*a* P. Azor. to.1, inſt. moral. l.2, c.17, q.11.

2. Non poteſt *b* certum medicamentum pro incerto relinquere; & cùm non habet probabiles conjecturas, quod profuturum eſt infirmo, non poteſt illud applicare.

*b* Comm. DD.

3. Non licet *c* novas in infirmo experientias facere, niſi certum ſit nullum nocumentum eſſe allaturas.

*c* P. Azor. ubi ſup.

4. Cùm habet probabiles conjecturas, quòd medicamentum eſt profuturum, & non habet aliud, quod certo ſciat eſſe profuturum, poteſt *d* illud applicare.

*d* Vaſq. 1, 2, to. 1, diſp. 63.

5. Cùm



5. Cum non eſt niſi unum remedium, & circa illud ſunt opiniones probabiles, tenetur *e* ſequi tutiorem.

*e* Comm. DD.

6. Tenetur *f* ſequi opinionem, quæ conſtat ex experientia certa tamquam probabiliorem.

*f* Vaſq. ubi ſup.

7. Infirmarii peccant, *g* qui relictâ medicorum directione aliis utuntur medicamentis, niſi in re parva, & tuta.

*g* Comm. DD.

8. Peccat *h* mortaliter qui medici officiū exercet ſine ſufficienti ſcientia, niſi in defectu peritioris, & ex infirmi conſenſu illius imperitiam cognoſcentis, alioquin damna reſtituere tenetur. Et qui medicinam adhibet antequam ægritudinem cognoſcat. Item qui plura, quàm opus eſt medicamenta facit infirmo applicari ex conventione cum pharmacopola.

*h* Navar. c.21, n.64.

9. Peccat *i* mortaliter, qui non vult pauperi ægroto, vel diviti ob avaritiam ſolvere nolenti, mederi. A divite autem poſt morbum poteſt coram judice exigere ſtipendium.

*i* Idem num. 60.

10. Peccat, *l* qui detrahit aliis medicis, ne ipſo prætermiſſo vocentur ab infirmis. Peccat etiam ſi in morbo periculoſo non perſuadet infirmo confeſſionem, vel admonet infirmi curam gerentes.

*l* Idem num. 61.

11. Peccat *m* etiam mortaliter conſulens coitum ob ſanitatem, vel ſolùm dicens: Si hoc faceres, ſanareris.

*m* Idem num. 62.

12. Item *n* ſi indigentem non admonet in mortis periculo, ut exeat à peccato. Item ſi accipit nimium ſtipendium, vel mediocre, ſi habet publicum cum pacto nihil amplius accipiendi, & tenetur reſtituere quamvis ultro ſit oblatum.

*n* Idem num. 62.

13. Medicus non poteſt *o* Doctoratus gradum accipere, vel medendi facultatem, niſi præſtito juramento corā Notario ſe admoniturum ægrotum, ut confiteatur, & ſi poſt tertium ab admonitione diem non fuerit confeſſus, ſe illum amplius non viſiturum, niſi ex conſilio Confeſſarii differat confeſſionem.

*o* Ex Bulla Pii V.

14. Judex non debet *p* negare ſuſpenſum ad anatomiam.

*p* Comm. DD.

15. Quando de ſalute infirmi deſperat, licitum *q* eſt ei experientiam facere, etiam ſi probabilius ſit fore nocituram, dummodo probabile ſit prodeſſe poſſe.

*q* Comm. DD.

16. Cum ægrotus eſt in probabili mortis periculo, & poſt tertiam ab admonitione diem noluit confiteri, non eſt deſerendus. Immò cum propter obſtinationem admonitio profutura non creditur, nec tenetur admonere, nec deſerere, quia conſtitutio Pii V. non obligat *r* in hoc caſu.

*r* Diana p.3, t.4, reſ.172.

### *MENDACIUM.*

1. Mendacium officioſum *a* in re parva etiam in judicio eſt peccatum veniale. Idem dic in Confeſſione, licet alii aſſerant eſſe mortale, quamvis materia ſit levis.

*a* S. hoc verb. q.1.

2. Men-

*b Idem ubi ſup.*

2. Mentiri *b* in concione etiam in re levi quidam dicunt eſſe mortale, alii probabilius eſſe tantum veniale, niſi ex deceptione grave populi damnum ſequatur, vel ſi id ſciens concionator fiat in doctrina fidei, morum, miraculorum, aut vaticiniorum.

*c Comm. DD.*

3. Petenti, quod jam ei reddidiſti, *c* potes negare te illud recepiſſe, ſubintelligendo, ut tenearis reddere.

*d Navar. c. 18. n. 2, & 3.*

4. Mendacium *d* eſt ſignificatio falſi, vel putati falſi cum intentione fallendi. Et eſt triplex, aliud formale tantùm cum credit homo eſſe falſum quod loquitur; aliud materiale tantùm, cum res aliter ſe habet, quam homo enuntiat; aliud tandem completum cum dicitur falſum putatum falſum cum intentione fallendi.

*e Idem c. 21, n. 57.*

5. Mendacium in Confeſſione de peccato jam confeſſo non *e* eſt mortale.

*f Comm. DD.*

6. Qui juravit dicere, quod ſcit, poteſt *f* dicere ſe neſcire occulta, quæ non debet detegere.

*g Comm. DD.*

7. Mendacium notabiliter pernicioſum, *g* eſt peccatum mortale; officioſum autem etiam pro vita totius orbis non eſt dicendum, quod ſi dicatur cum juramento ſemper eſt mortale.

## *MEMORIA.*

*a Navar. c. 11. n. 18, ſ. 7.*

1. Omnis adultus Chriſtianus tenetur *a* ſcire ſub peccato mortali Symbolum Apoſtolorum, & orationem Dominicam Latina vel vulgari lingua.

*b Idem c. 1, n. 12.*

2. Memoria frequens de aliquibus peccatis non *b* expedit.

## *MERCATOR.*

*a Idem c. 3, n. 5.*

1. Non tenetur *a* dicere negotiationem, etiamſi ei ſit occaſio labendi in aliqua peccata mortalia.

*b Idem c. 17, n. 12.*

2. Ille dicitur *b* exercere mercaturam, qui emit ut vendat nulla rei facta mutatione.

## *MERCENARIUS.*

*a Idem c. 17, n. 74.*

1. Injuſtè impediens mercenarium à labore, tenetur *a* damnum reſtituere.

*b Idem ubi ſup.*

2. Qui non reddit mercenario pecuniam, de qua conventio facta eſt, ſed aliam rem pro pecunia, & indigens ille rem minoris vendere cogatur, tenetur *b* conductor id quod amiſit reſtituere.

*c Comm. DD.*

3. Mercenarium conducens non facta conventione de pretio tenetur *c* ei ſolvere tantum, quantum mos eſt ſolvere ſimilibus.

4. Qui à Rege pro colendis ſuis agris Indos accipit mercenarios, non poteſt illorum opera aliis locare, & lucrum ex locatione acceptum tenetur *a* ipſis Indis reſtituere, non enim pro privato, ſed pro bono publico conceduntur. Vide ſupra *Indi Peruani.*



*a Vide ubi ſup. Indi.*

## *MERETRIX.*

*a Navar. c. 17, n. 6.*

1. Meretrix, nec alia quævis mulier etiam religioſa non tenetur *a* reſtituere ea, quæ etiam per blanditias obtinuit ſine fraude ab amico potente donare; ſecus ſi per fraudem fingendo ſe virginem, vel cognitam ſolum à magnate.

*b Idem ubi ſup. num. 31.*

2. Non tenetur *b* reſtituere acceptum pro actu turpi, ſed peccat mortaliter accipiendo pro ipſo, & idem dic de aliis fœminis.

*c Comm. DD.*

3. Promiſſio facta meretrici pro actu turpi in foro interiori eſt *c* invalida, poteſt tamen licitè exigi à meretrice ob intelligentiam vel alium finem honeſtum, non verò ut pretium turpitudinis.

*d Comm. DD.*

4. Ob vitandum majus malum poſſunt *d* meretrices à Republica permitti, ſed ex illarum lucro lucrum quærere eſt peccatum mortale.

*e In decr. Alexandri VII. 1666.*

5. Obligandus eſt concubinarius *e* ad ejiciendam concubinam, licet hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii vulgò *regalo*, & deficiente illa, nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur. *e*

## *MERITUM.*

*a Navar. prælud. num. 5.*

1. Meritum de condigno eſt actus *a* humanus bonus factus ab eo, qui gratiam habet ſanctificantem, & meretur gratiam, & gloriam.

*b Idem ubi ſup.*

2. Meritum de congruo *b* eſt actus humanus bonus factus ab eo, qui non habet gratiam ſanctificantem, cui ex quadam congruitate datur merces vel ſpiritualis, vel temporalis.

*c Comm. DD.*

3. Opus factum ex voto magis meritorium *c* eſt.

## *METUS.*

*AN METUS cauſet involuntarium?*

*a D. Tho. 1, 2, q. 6, art. 6.*
*b P. Azor. l. 1, c. 11, q. 1*

1. Metus cauſat *a* involuntarium cum voluntario mixtum, & à peccato non excuſat in rebus intrinſece malis, aliquando tamen à præceptis poſitivis excuſat. *b*

*c Comm. DD.*

2. Quanto major eſt, tanto magis minuit *c* voluntarium; concupiſcentia autem quo major, voluntarium auget, ſed non liberum, & malus habitus minuit malitiam aliquantulum.

*DE METU cadente in virum conſtantem.*

*d Comm. DD.*

3. Metus, ut ſit cadens in virum conſtantem *d* debet eſſe mali gravis.

4. Metus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4. Metus excommunicationis non eſt *e* cadens in virum conſtantem.

5. Metus reverentialis ſine minis non *f* eſt cadens in virum conſtantem; ſed cadere poteſt in clericum reſpectu Epiſcopi.

6. Preces importunæ non habent *g* rationem metus cadentis in virum conſtantem.

7. Ut talis ſit, qui in virum conſtantem cadat, debet *h* incuti ab eo, qui minas exequi poteſt, & ita ut non poſſit aliter excuſari.

8. Ut talis dicatur minor *i* ſufficit in fœmina, vel puero, vel debili perſona.

9. Eſt metus *l* cadens in virum conſtantem, cum malum grave timetur filio, uxori, & ſimilibus; & magis credendum duobus teſtibus metum affirmantibus, quam negantibus pluribus.

10. Metus ita inficit *m* omnem contractum, ut metu factus vel ſit irritus, vel irritandus.

11. Qui per metum levem aliquid ab alio extorſit in foro interiori debet *n* reſtituere, ſed non in exteriori; & ſufficit reverentialis ad hanc obligationem.

12. Non eſt *o* idem in foro conſcientiæ conſentire per metum, ac per blanditias.

13. Metus reverentialis annullat *p* profeſſionem pueri.

14. An contractus per metum levem factus in conſcientia ſit validus, alii ajunt, alii negant *q* probabilius.

15. Contractus oneroſi, in quibus res pro re accipitur metu gravi celebrati, jure etiam poſitivo ſunt *r* validi ſecundum probabilem opinionem, ſed datur adverſus eos actio metus cauſa. Excipe tamen ludum, & alienationem rerum Eccleſiaſticarum, quæ ſi metu fiant, non valent.

16. Qui juſte malum minatur, quod poteſt inferre, etſi animum inferendi non habeat, licite retinet, *ſ* quod per talem metum extorſit.

17. In civitatis obſidione cum alicui non eſt cibus, licitum *t* eſt carnes humanas edere non facto ad id homicidio.

18. Metu mortis licet *u* Miſſam celebrare ſine altari, ſine calice conſecrato, aut veſtibus ſacris, modó id non fiat in contemptum religionis. Item metu mortis licet matrimonium contrahere cum impedimento dirimente, dummodó non ſit animus conſummandi. Item peccatori occulto porrigere Sacramentum Euchariſtiæ. Item conficere Sacramenta in materia dubia.

*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD. Ex Vill. to. 1, tr. 3, diſ. 8.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* arg. lex. leg. indignantur. 33. q. 6.
*l* Vide Sanch. ubi ſup. diſp. 4 per totum
*m* Comm. DD.
*n* Navar. c. 17. n. 17.
*o* Idem ubi ſup.
*p* Comm. DD.
*q* Sanch.
*r* Vide Dian. p. 3, reſ. 118.
*ſ* Comm. DD. Ex Sanchez.
*t* Diana p. 1, tr. 6, reſ. 48.
*u* Vaſq. apud Dian in ſum. hoc verb. num. 1.

*MILES.*



## *MILES.*

1. Non tenetur *a* abſtinere à militia, quamvis ſit ei occaſio peccandi mortaliter. Vide *Bellum*.

2. Milites S. Jacobi, & Alcantaræ, & alii ſimiles verè ſunt religioſi, & gaudent *b* privilegio canonis, & fori. Si vero ſit, non eſſe ſimpliciter religioſos, nec diſſolvere matrimonium ratum.

## *MINOR.*

1. Minor *a* eſt, qui nondum vigeſimum quintum annum implevit.

2. Minor, qui jam uſum rationis habet licet non civiliter, poteſt tamen naturaliter obligari.

3. Minor pubertati id eſt decimo quarto anno proximus poteſt *c* etiam civiliter obligari cum authoritate Curatoris.

4. Minores, qui pubertatem ſuperant, & non habent Curatorem, ſine illius authoritate poſſunt *d* tam civiliter, quam naturaliter obligari.

5. Res immobiles non poſſunt *e* alienare etiamſi adſit authoritas Curatoris, niſi cum authoritate judicis juſta interveniente cauſa.

6. Filiusfamilias, qui eſt ſub poteſtate patris, ſi annos pubertatis implevit, poteſt *f* naturaliter, & civiliter obligari ſine patris licentia, in his quæ non præjudicant.

7. Si pater non indiget operæ filii, ut ſuſtentetur, licitum *g* eſt filio, ut victum quærat, quo voluerit ire.

*QUI RESTITUTIONIS beneficio gaudeant cum in contractu læſi ſunt.*

8. Minores, qui nondum 25. annum adimpleverunt reſtitutionis in integrum beneficio gaudent, *h* etiam ſi contractus Curatoris, & Judicis authoritate celebratus ſit, & hoc beneficium durat per alios quatuor annos uſque ad 29. ſed poſt 29. non gaudent hoc privilegio.

9. Minor, qui notabilem donationem fecit ſine cauſa, *i* debet reſtitui, ſecus ſi cauſa matrimonii vel remunerationis.

10. Non poteſt *l* reſtitui, ſi poſt 25. annum ratificavit contractum vel juramento confirmavit. Hoc tamen poteſt à Curatore irritari. Item poſt profeſſionem in religione approbata factum.

11. In foro conſcientiæ minor, cui pretium rei venditæ ſine Curatoris authoritate ſolutũ fuit, & ditior factus non fuit, poteſt *m* beneficio reſtitutionis gaudere.

*a* Navar. c. 3. n. 5.
*b* Dian. in comp. verb. Sacr. num. 15.
*a* L. 1, ff de min.
*b* Vill. to. 2, tr. 19, diſ. 12.
*c* Idem ubi ſup.
*d* L. ſi Curatorem C. de in integ. reſt.
*e* L. 1, & per totum ff. de reb. &c. Vide Ant. Gomez.
*f* L. tam ex contract. ff. de jure.
*g* Rebel. de juſt. 2, p. l. 1, q. 8.
*h* L. 1. & 2. de in integ. reſt. Gomez var. c. 14. num. 1.
*i* Vill. ubi ſup diſ. 12, num. 3.
*l* Idem ubi ſup.
*m* Rebel. ubi ſup. lib. 1, q. 8. ſec. 5. n. 3.

*MIRA-*

*MIRACULUM.*

a Comm. DD.

1. Peccat a mortaliter qui utitur miraculis falſis, vel qui ſcienter illa in concionibus narrat.

---

# DISPUT. *II.* SECT. *I.*

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *MISSA.*

*De Miſſæ definitione, & de re oblata in hoc ſacrificio.*

a Navar. c.21, n.110

1. Miſſa a eſt actio, qua ex inſtitutione Chriſti Domini noſtri in memoriam Paſſionis ejus panis, & vinum in ejuſdem corpus & ſanguinem conſecrantur, & ſub eorumdem ſpeciebus Deo offeruntur.

b Ex conſil. ſer. in decr. del.

2. Miſſa dicitur ab hoc nomine Miſſac, b quod interpretatur oblatio ſpontanea.

c Trid. ſeſ. 22.

3. Eſt verum, & excellentiſſimum ſacrificium novæ legis ſuperans omnia veteris ſacrificia.

d Comm. DD.

4. Sacrificium hoc eſt Latreuticum, Euchariſticum, impetratorium, & propitiatorium d.

e Comm. DD.

5. Hoc ſacrificium quoad debitum honorem & cultum nobis eſt neceſſarium. Quod licet à Chriſto Domino fuerit inſtitutum, non tamen e ſecundum omnia, quæ habet.

f De fide

6. In lege nova nullum aliud habemus f ſacrificium præter Miſſam, ſed hoc infiniti valoris.

g Trid. ubi ſup. c.1,
h Ibid.
i De fide.
l Suar. cōtra Sotum to.3, diſp. 25, ſec. 3.
m D. Tho. 3. p. art. 6, ad 6.
n Idem ubi ſupra.
o Suar. to. 3. diſp. 75, ſec. 4,

7. Materia quæ præſupponitur actioni ſacrificandi g eſt panis, & vinum.

8. Chriſtus non in propria ſpecie, ſed ſub alienis ſpeciebus panis & vini, in quantum eſt terminus hujus actionis, eſt oblatio h hujus ſacrificii.

9. Chriſtus in nocte cœnæ inſtituit i hoc ſacrificium.

*IN QUA ACTIONE conſiſtat.*

10. Oblatio panis, & vini non l eſt de eſſentia hujus ſacrificii, nec ea cùm dicimus, *Unde & memores*, &c. nec fractio m hoſtiæ ante conſumptionem, nec aſſiſtentium communio.

11. Conſecratio n eſt de eſſentia hujus ſacrificii, & in ea ſufficienter comprehenditur tota illius eſſentia.

12. In feria 6. hebdomadæ magnæ non fit o in Eccleſia ſacrificium,

13. Sum-



13. Sumptio ſacramenti facta à celebrante eſt de p eſſentia hujus ſacrificii, ſecundùm probabiliorem ſententiam.

14. Ex inſtitutione divina conſtat q eſſentialiter hoc ſacrificium ex conſecratione, & ſumptione; ſunt tamen qui dicant eſſentiam illius in ſola conſecratione conſiſtere.

15. Sacrificium noſtrum ſolo numero differt ab eo, quod factum fuit in cœna Domini, & in modo ſolius actionis ab eo, quod in Cruce oblatum fuit.

p Bellarm. lib. 1. de Miſſa c. ult.
q Vide Suar. ubi ſupra.

*DE OFFERENTE hoc ſacrificium.*

16. Chriſtus Dominus eſt, r qui principaliter hoc ſacrificium Miſſæ offert.

17. Soli Sacerdotes poſſunt ſ illud offerre, ut proprii miniſtri, & quilibet ſacerdos licet hæreticus, validè illud conficit, & offert.

18. Fideles omnes poſſunt t offerre hoc ſacrificium, Sacerdos autem ut miniſter ad id ab Eccleſia deputatus, & qui aſſiſtendo cooperantur Miſſam illam etiam offerunt.

19. Sacerdos pro ſe, & pro aliis hoc poteſt u ſacrificium offerre, nec non qui Miſſam audit.

20. Sacerdos tenetur x offerre hoc ſacrificium generaliter pro omnibus fidelibus vivis, atque defunctis.

21. Sacrificium hoc poteſt y offerri pro infidelibus, qui non ſunt excommunicati.

22. In *Memento* poteſt z fieri privata oratio pro excommunicatis.

23. Non a poteſt offerri pro damnatis, nec pro exiſtentibus in Limbo.

24. Pro animabus Purgatorii b poteſt, ac debet offerri. Pro exiſtentibus autem in cœlo non poteſt offerri ut propitiatorium; benè c tamen ut ſacrificium laudis, & gratiarum actionis.

r D. Thom. 3. p. q. 83, art. 1,
ſ Suar. ubi ſup. ſec. 1,
t D. Tho. ubi ſup. art. 4, & 5,
u Comm. DD.
x Trid. ſeſ. 22, can. 3,
y Aug. epiſt. 59,
z Suar. 3. p. diſp. 78, ſec. 1,
a Aug. in Enchi. c. 109,
b Trid. ſeſ. 22, c. 2, & can. 3.

*DE EFFECTU hujus ſacrificii.*

25. Etiamſi à malo offeratur miniſtro, habet d ſuum effectum ex opere operato.

26. Habet effectum etiam ex opere operantis ad impetrandum id, pro quo offertur conſequendo; & quamvis ex ſola ratione ſacrificii non cauſet gratiam ex opere operato, comparabitur e tamen pro orationem, eleemoſynam & alia pia opera.

27. Ex opere operato, & ex opere operantis virtutem habet f impetrandi veniã pœnæ temporalis pro peccatis debitæ.

28. Pœnæ temporales, quibus in hac vita affligimur ſæpe ſunt pro peccatis, & per hoc ſacrificium ab illis g liberamur.

c Suarez to. 3, diſp. 78, ſec. 1,
d D. Tho. 3. p. q. 71, art. 5.
e Idem ubi ſup.
f v. cum Inſ. mitas de pœnit. & remiſſ.
g Comm. DD.



29. Valet

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*h* Comm. DD.

29. Valet *h* ex opere operantis ad bona temporalia impetranda.

*i* D. Thō. ubi ſupra.

30. Offerentibus hoc Sacrificium *i* correſpondet effectus ex opere operato, & duplo major aſſiſtentibus, ac miniſtrantibus.

*DE REQUISITIS ex parte perſonæ, ut habeat effectum ex opere operato.*

*l* Comm. DD.

31. Ut habeat effectum ex opere operato *l*, requiritur capacitas, quæ acquiritur à Baptiſmo, & quod ſit homo in via, & non in termino.

*m* Suarez to. 3. diſp. 79. ſec. 10. *n* Comm. DD.

32. An perſona pro qua offertur debeat eſſe in gratia, ut illi proſit *m* dubium eſt inter DD. affirmat P. Suarez. Neceſſarium *n* eſt, ut ille pro quo offertur illo indigeat.

*o* Comm. DD.

33. His poſitis infallibiliter *o* ſortitur effectum ex opere operato etiam ſi id ignoret is, pro quo offertur.

*AN SORTIATUR ſuum effectum cum offertur contra obedientiam, vel contra juſtitiam?*

*p* Vide Suarez ubi ſup.

34. Non *p* deſinit ſortiri ſuum effectum ex eo, quod offeratur contra obedientiam, vel contra juſtitiam; peccat tamen qui ſic offert.

*q* Suar. to. 3. diſp. 79. ſec. 7.

35. Si ipſe celebrans non applicat Miſſam, etiam ſi à Prælato applicatur non ſortitur ſuum effectum ſecundum *q* probabiliorem.

*r* Comm. DD.

36. Sufficit *r* applicatio virtualis, ſed melior eſt actualis.

*ſ* Suar. to. 3. diſp. 79. ſec. 9.

37. Qui Miſſam in ipſa celebratione non applicavit, poſtea *ſ* non poteſt, niſi quoad deprecationem ex opere operantis.

*AN POSSIT ſacerdos anticipare Miſſas pro intentionibus futuris.*

*t* Villal. tr. 8. diff. 14. [illegible]

38. Negativa *t* ſententia eſt omnino vera, affirmativa improbabilis.

*u* Comm. DD.

39. Cum intentio eſt certa, *u* poteſt ſacerdos Miſſas anticipare; & cum ſcit alii Miſſas debere, poteſt illas pro eo facere.

*x* Villal. ubi ſup.

40. Non poteſt *x* ſacerdos religioſus quando eſt extra communitatem pro eo res ſacras facere, ut poſtea ſibi illas reſervet, niſi admonito Prælato.

*y* Comm. DD.

41. Qui celebrant, vel faciunt celebrare pro ſeipſis Miſſas, ut eis proſint poſt mortem *y* ſatisfaciunt pro culpis præſentibus, & non reſpiciunt ſolas intentiones futuras.

*AN VALOR MISSÆ ſit infinitus, ita ut tantum valeat oblata pro pluribus quantum pro uno?*

*z* Suar. to. 3. diſp. 79. ſec. 12.

42. Sacrificium hoc tam ex parte Chriſti offerentis, quam ex parte rei oblatæ infinitum *z* habet valorem.

43. Licet quamplures concurrant ad offerendum hoc ſacrificium





crificium non minus *a* accipiunt, ac poſſunt impetrare, ac ſi tantum unus offerret.

*a* Comm. DD.

44. Effectus hujus ſacrificii ex opere operato eſt finitus, cum tamen pro pluribus offertur omnibus illis prodeſt æqualiter ad impetrandum, non vero adeò ſatisfaciendum, quia ſatisfactio ſit per actionem finitam.

*b* Comm. DD.

*PRO QUIBUS ſacrum ſacerdotes offerre teneantur?*

45. Hæc obligatio ſæpe *c* oritur ex voto, præcepto, vel promiſſione, & inde obligat.

*c* Comm. DD.

46. Qui onus dicendi Miſſas, quas alius debebat, ſuſcepit, quamvis ſtipendium non acceperit, tenetur *d* dicere, vel monere debitorem.

*d* Comm. DD.

47. Obligatio Miſſas dicendi poteſt eſſe vel ob beneficium ſimplex, vel Curatum, vel aliunde; & qui per ſe ob juſtum impedimentum non poteſt *e* tenetur per alium dicere.

*e* Comm. DD.

48. Parochus non *f* tenetur quotidie pro populo celebrare, ſatisfaciet diebus feſtis pro illo celebrando, & in hoc debet ſervare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ.

*f* Suar. to. 3. diſp. 88. ſec. 2.

49. Tenetur *g* ſacerdos celebrare pro eo, à quo accipit ſtipendium, & in hoc nulla committitur ſimonia.

*g* Comm. DD.

50. Non ſatisfacit ſacerdos pro eo qui ſtipendium dedit applicando ſolam impetrationem, tenetur enim *h* totam etiam ſatisfactionem applicare, impetrationem autem poteſt etiam pro aliis.

*h* Suarez ubi ſup. diſp. 86. ſec. 2.

---

# SECTIO II.

## *Quod ſit Miſſæ juſtum ſtipendium, & de Miſſæ circumſtantiis.*

*a* Suar. to. 3. diſp. 86. ſec. 1.

1. JUſtum Miſſæ ſtipendium non eſt *a* taxandum juxta integram ſacerdotis ſuſtentationem, licet alii hoc ſentiant.

*b* Comm. DD.

2. Cum obligatio Miſſas dicendi eſt propter titulum aliquem Eccleſiaſticum, ſtipendium licet magnum *b* poteſt accipi.

*c* Comm. DD.

3. Stipendium taxatum ab Epiſcopo juſtum *c* judicandum, & ubi non eſt taxatum, conſuetudo ſervanda.

*d* Comm. DD.

4. Sacerdos dives *d* poteſt pro Miſſis ſtipendium recipere.

*AN SACERDOS PAUPER poſſit pro una Miſſa plura ſtipendia recipere?*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5. Affirmativam ſententiam falſiſſimam vocat Villalobos t
& Alexander VII.* damnavit ſub pœna excommunicationis,
ſoli Papæ reſervatæ propoſitionem ſequentem: Duplicatum
ſtipendium poteſt ſacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere,
applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus,
ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt decretum
Urbani VIII. Negativa igitur ſententia tenenda eſt niſi forte
ſacerdos eſſet in extrema neceſſitate, & tum poſſe id à Papa
concedi aſſerunt Doctores t. Similiter damnata eſt propoſitio
hæc: Non eſt contra juſtitiam pro pluribus ſacrificiis ſtipen-
dium accipere, & ſacrificium unum offerre neque etiam eſt
contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam
juramento firmatâ, danti ſtipendium, quod pro nullo alio
offeram.*

*Villal. … Suar. to. 3. diſp. 86. ſec. 4.*

*An. 1665. 24. Sept.* — * Decret. Alexand. VII. an. 1665. 24. Septemb.

*AN QUI PLURES Miſſas accipit, poſſit per alios dicere minori pretio.*

6. Qui habet capellanias pinguis ſtipendii, poteſt ordina-
rio pretio Miſſas per alios dicere. Non poſſunt autem alii mi-
nori, quàm acceperint, pretio alteri dicendas commendare;
nam damnata eſt ab Alexandro VII.* ſequens propoſitio:
poſt decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ
traduntur, per alium ſatisfacere, collato illi ſtipendio minori,
aliâ parte ſtipendii ſibi retentâ: quia nullus, ait Navarrus f eſt
titulus, quo Sacerdos iſte hoc lucrum ſibi reſervet.

* An. 1665 24. Sept. — f Cap. 25. n. 91.

7. Parochus vel Collector Miſſarum pro labore in colligen-
dis licitè g poteſt aliquod ſtipendium ſibi retinere.

8. Sacerdos ſacra dicturus h poteſt pro libito, vel in totum
vel ſecundum partem ſtipendium remittere.

g Villal. ubi ſupra diſ. 18. — h Idem ubi ſuprà, diſ. 17.

*AN PECCET mortaliter, qui diu differt pro accepto ſtipendio Miſſas celebrare?*

9. Affirmativè reſpondetur. i Sed hæc obligatio non petit
ut ſtatim incipiat illas celebrare, poterit autem pro quinqua-
ginta Miſſis ſtipendia recipere, & his dictis alia quinquaginta
l parum magis, vel minus.

i Comm. DD. — l Villal. ubi ſupra. diſ. 18.

10. Teſtamentarii, quo citius potuerint m tenentur te-
ſtatoris exequi voluntatem, & dare operam, ut Miſſæ cele-
brentur quam primum.

m Idem ubi ſupra.

11. Qui oblationes defunctorum aut negant Eccleſiis, aut
difficulter reddunt tanquam egentium necatores excommu-
nicentur. n Verba ſunt concilii Carthaginenſis 4. c. 39.

n Concil. Carthagin.

*AN TENEATUR ſacerdos quotidie celebrare?*

12. Non o tenetur quotidie celebrare, erit tamen perfe-
ctius, ſi vitam ſtatu dignam habeat.

o Comm. DD.

13. In



13. In Eccleſiis Cathedralibus, Collegialibus, & Parochia-
libus, in quibus eſt ſufficiens ſacerdotum numerus Miſſa de-
bet p quotidie celebrari, & obligatio hæc eſt in materia
gravi.

p 2. cum creatura de Eccleſ. 61. Miſſ.

*AN LICEAT omnibus diebus celebrare?*

14. In feria V. in cœna Domini omnibus ſacerdotibus q
licitum eſt celebrare. In VI. prohibitum eſt, licet r tamen Eu-
chariſtiam ſumere, non tamen ſumenda ſine urgente neceſſi-
tate.

q Suar. to. 3. diſp. 80. ſec. 1. — r Idem ubi ſup.

15. An Sabbatho ſancto liceat celebrare alii ajunt, alii pro-
babilius negant, ſ etiamſi tali die cadat Annuntiationis fe-
ſtum. Ut autem commodè poſſit populus eo die Miſſam audi-
re propter præceptum, diſponere debet Prælatus, ut Miſſæ di-
verſis horis in Eccleſiis t celebrentur.

ſ Idem ubi ſup. — t Villal. tr. 8. diſ. 20.

*AN POSSIT SACERDOS pluries, quàm ſemel celebrare eodem die?*

16. Non u licet ſacerdoti niſi ſemel in die celebrare, ex-
ceptâ nativitate Domini, in qua poteſt tres Miſſas dicere.

17. Si neceſſitas occurrat, pluries quàm ſemel x poteſt ce-
lebrari in caſibus ſequentibus: Primus eſt cum Sacerdos ha-
bet plures Parochias, ſed in hoc caſu conſulenda eſt conſue-
tudo, & intelligendum in diebus feſtis.

u a conſuluiſti de celeb. Miſſ. — x Suar. to. 3. diſp. 80. ſec. 4.

18. Tres etiam Miſſas dici poſſe in neceſſitate affirmat y
Suarez.

y Vbi ſup.

19. Qui duas Miſſas dicit, non debet z in 1. ſumere ablu-
tionem, ſi enim ſumpſit non poterit aliam dicere, etiam in
Nativitate.

z c. ex parte de cel. Miſſ.

20. Qui habet duas Parochias in feria V. & VI. ſanctæ
hebdomadæ in principaliori tantùm Euchariſtiam ſervet. Si
verò inadvertenter illam in utraque ſervaverit, non ſumat a
vinum in prima communione. Si autem ex inadvertentia
ſumpſerit, teneat ſacramentum in alia Parochia, & non ſu-
mat.

a Vide Suarez ubi ſup.

21. Cùm in die feſto magnus eſt populi concurſus, ita ut
omnes Eccleſia non capiat; duas b licet Miſſas celebrare, niſi
commode poſſit extra Eccleſiam dici in altari portatili.

b Leo Papa in ſimili neceſſitate ſæpius in eodem die celebravit

22. Si antequam ſumat lavatorium multi concurrant, vel
magna aliqua c perſona ad audiendum ſacrum, nec ſit alius
ſacerdos, poterit aliam Miſſam dicere.

c De hac negat Suarez ubi ſup.

23. An poſſit dicere duas Miſſas in die feſto, quando de-
functus ſepeliendus eſt alii ajunt, alii probabilius negant; d
quia non videtur urgens neceſſitas.

d Vill. ubi ſup diſ. 21.

*QUA HORA DICENDA Miſſa ſit.*



24. Tem-

24. Tempus legitimum *a* Miſſam dicendi eſt ab aurora uſque ad meridiem. Prima autem Miſſa in Nativitate Domini celebratur, *f* reliquæ *g* non ita.

25. In die Reſurrectionis non licet *h* noctu celebrare.

26. Cum in feſtivitate ſolemni concio finitur prima, vel ſecunda hora poſt meridiem licitum *i* eſt tunc Miſſā celebrare.

27. Iter agentes, qui antea celebrare non potuerunt, poſſunt *l* Miſſam dicere una hora poſt meridiem.

28. Peccat *m* mortaliter, qui ſine ſufficienti cauſa Miſſam dicit poſt meridiem.

29. Miſſa ſolemnis non *n* habet horam determinatam.

30. Epiſcopus poteſt diſpenſare ut quis Miſſam dicat ante auroram, nequit tamen hoc privilegium perpetuum dare.

31. Eugenius IV. conceſſit *p* Franciſcanis iter agentibus ut tertia hora poſt meridiem poſſint Miſſam dicere, & eiſdem conceſſit Leo X. ex Prælatorum licentia ut matutinis finitis poſſint Miſſam dicere.

*AN MISSA poſſit dici extra Eccleſiam.*

32. De jure communi non poteſt *q* Miſſa dici extra Eccleſiā, & locum ſacrum, & contra hoc faciens peccat mortaliter.

33. De licentia Epiſcopi licitum *r* eſt in privatis Oratoriis celebrare, quod paſſim fit, ſed ſine magna neceſſitate non eſt concedendum.

34. In neceſſitate infirmo Euchariſtiam miniſtrandi, vel ut populus concurrens ſacrum audiat licitum *ſ* eſt extra Eccleſiam in altari portatili celebrare.

35. In mari, & in fluminibus, ubi periculum non eſt effundendi ſanguinem nova conceſſione Urbani licitum *t* eſt.

36. Iter agentibus, ubi Eccleſia non eſt, licet *u* aliquando in altari portatili Miſſam dicere, & hoc præcipue Epiſcopis.

37. Religioſis conceſſum *x* eſt, ut in prædiis monaſteriorum ſuorum poſſint Miſſam dicere, & Capellas, Eccleſias, vel Oratoria erigere, & ædificare, & ibi Confeſſiones audire, & Euchariſtiam miniſtrare.

38. In infirmorum cellis licitum *y* eſt in altari portatili, ut Euchariſtiā ſumant, vel ſolum ut Miſſam audiant, celebrare.

39. In ſæcularium privatis domibus ex Alexandri VI. conceſſione poſſunt *z* religioſi Miſſam dicere in altari portatili, hoc tamen privilegio utendū non eſt niſi urgente neceſſitate.

40. Gregorij XIII. conceſſione noſtræ Societatis Sacerdotibus in Minoribus vineæ Domini laborantibus licitum *a* eſt in quavis mundi plaga extra Eccleſiam in altari portatili Miſſam dicere.

*a* Ex rubr. Miſſalis. *f* 2. noſtis ſancta de conſec. diſt. 1. *g* Contrarium aſſerit Suar. to. 3. diſp. 80. ſec. 4. *h* Comm. DD. *i* Roder. to. 1. 55. reg. q. 24. *l* Vill. ubi ſupra. *m* Comm. DD. *n* Comm. DD. *o* Suar. ubi ſupra *p* Vide Eman. diſ. 4. q. 47. *q* Trid. ſeſ. 22. c. de obſer. *r* c. Miſſ. de conſ. diſt. 1. *ſ* c. 1. & c. concedimus de conſ. diſt. 2. *t* Ex Bull. Urbani 4. *u* c. ult. de privi. in 6. *x* Sixt. IV. Bull. 51. *y* Comm. DD. *z* Ex Alex. VI. Vide S. Em. Rod. to. 1. q. 2. reg. q. 41. art. 4.

*a* Ex comp. priv. verb. altare.





*AN LICEAT ſacrum facere in Eccleſia violata? Vide circa hoc ſupradicta verbo,* Eccleſia.

41. Si Eccleſia violetur, & tunc ſacerdos Miſſam dicat, illam proſequi tenetur *b* ſi Canonem dixerat; ſi verò ad illam non acceſſerat, & Eccleſia erat benedicta tantum, poteſt *c* illam reconciliare, ut habetur in cæremoniali Romano. Si autem erat conſecrata, *d* Miſſam relinquat, quia à ſolo Epiſcopo, vel ab alio de ejus licentia poteſt *e* reconciliari.

42. Prælati Franciſcani poſſunt Eccleſias violatas etiam conſecratas reconciliare aqua ab ipſis benedicta, ex Leonis X privilegio, ſi abſit Epiſcopus pluſquam duas dietas id eſt 14. leucas. *f*

*AN NECESSARIUM ſit altare conſecratum ad faciendum ſacrum?*

43. Altare conſecratum fixum, vel portatile capax calicis, & hoſtiæ neceſſarium *g* eſt. Nil autem intereſt, ſi aliqua calicis particula non capiatur.

44. Si ara frangatur, ita ut nulla illius pars calicem, & hoſtiam capere poſſit conſecrationem amittit. *h*

45. Cum Eccleſia deſtruitur non poteſt *i* celebrari in altari quod remanet, etiam ſi fuerit conſecratum.

46. Cum ara frangitur ita ut nulla pars remanens poſſit calicem, & hoſtiam capere, an ſi inter ſe partes glutine uniantur conſecrationem conſervet? dico non conſervari quia cum ex *num.* 44. *præcedente* conſtet amiſſam fuiſſe, non conſervari perſpicuum eſt.

*b* Miſſale Rom. par. in defect. parag. 10. *c* c. Eccleſia de conſec. Eccl. vel altar. *d* c. aqua & c. conſuluiſti de conſ. Eccl. *e* Ex cōp. verb. benedictio num. 14. *f* Ex Leone X. privil. *g* c. altaria 1. de conſ. dicta. *h* Suar. to. 3. diſp. 81. ſec. 5. *i* c. ligneis de conſ. Eccl.

---

# SECTIO III.

## QUIBUS PARAMENTIS ALTARE veſtiendum eſt.

1. ALtare debet habere lineum pannum, & mappulam vel ſaltem duplicata mantilia, *a* & corporalia.

2. Miſſam ſine corporalibus dicere peccatum *b* eſſet mortale, nec debent ſerico ornari in medio.

3 Secundum Miſſale Romanum neceſſaria *c* eſt biruela, ſed non eſt neceſſe ut ſit linea. *d* Sine ea vero celebrare non eſt peccatum, ubi mos eſt calicem corporalibus cooperire.

4. Duæ candelæ accenſæ, vel ſaltem una cerea neceſſa-

*a* Miſſ. in rubr. n. 20 *b* c. conſuluiſti 1. de conſec. *c* Parva palla neceſſaria eſt ex Miſſali. *d* Vide Suar. qui aſſerit contrarium.

riæ e ſunt: ſi autem aliquando cum oleo f diceretur abſque ſcandalo peccatum non eſſet.

5. Sine Miſſali, quod ſaltem Canonem habeat celebrare non licet. In caſu autem neceſſitatis liceret g Sacerdoti prædito fideli memoriâ.

6. Circa reliqua altaris paramenta h nullum eſt præceptum expreſſum, ſervanda tamen Eccleſiæ conſuetudo. Dicere autem Miſſam ſine Cruce, vel frontali non erit mortale.

7. Faciens ſacrum cum paramentis valde immundis, & præcipuè corporalibus, peccat i mortaliter propter gravem irreverentiam.

*AN CALIX, & patena neceſſaria ſint ad Sacrum faciendum? Reſpondetur, quod ſit, quia ſic jure l ſtatutum eſt.*

8. Calix, cuppa, & patena debent eſſe aurea, vel argentea, & ſaltem ſtannea, m & non ex alia materia, & ab Epiſcopo conſecrata.

9. Societatis Sacerdotes, qui mittuntur à Præpoſito noſtro Generali in loca remotiſſima, à quibus adiri non poteſt Sedes Apoſtolica, veſtes Sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, & cæmeteria, ſi Epiſcopus qui ea faciat catholicus ibi non adſit, in eis partibus benedicere poſſunt. n

10. Cùm cuppa calicis, vel patena poſt conſecrationem deaurantur, o amittunt conſecrationem, non verò cum deaurationem amittunt.

11. Cùm cuppa calicis per totum pedi adhæret, etiam ſi ſeparetur, conſecrationem non amittit, p amittit verò ſi ſeparetur per fractionem.

12. An pyxis, vel cuſtodia, in qua Chriſti corpus reſervatur, debeant conſecrari, alii negant, alii probabilius affirmãt.

13. Reliqua vaſa, quæ non tangunt corpus Chriſti non r indigent conſecratione.

*AN AD SACRUM faciendum requirantur veſtes ſacræ? & reſpondetur quod ſic.*

14. Veſtes ſacræ ſunt ſex, ſ Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, Caſula, Amictus, & Alba debent eſſe linea, reliqua vel ex lana, vel ex ſerico. t

15. Omnes prædictæ veſtes debent u eſſe benedictæ, & illarum formâ deſtructâ amittunt x benedictionem, non verò ſi ſolùm reſarciantur.

16. Stola poteſt y pro cingulo deſervire, & manipulus pro ſtola, ſi longus eſt.

17. Qui ſacrum faceret ſine aliqua ex his veſtibus mortaliter z peccaret.

18. Vbi

e c. ult. de celeb. Miſſ.
f Suar. ubi ſupra.
g Suar. ubi ſupra.
h Vill. tr. 4. 11. 8.
i c. 2. de cuſt. Eucl.
l c. ult. de celeb. Miſſ.
m c. ubi calix de conſec. diſt. 1.
n Ex cõp. privil.
o Vill. ubi ſup. nu. 5.
p Suar. 80. ſ. diſ. 81. ſec. 7.
q Suar. ubi ſupra.
r Comm. DD.
ſ Trid. ſeſſ. 2. c. 5.
t Vil. ubi ſupra.
u c. veſtimenta de conſec. diſt. 1.
x Comm. DD.
y Vill. ubi ſupra.
z Navar. c. 21. n. 84.



18. Ubi mos eſt utendi cingulo non benedicto a non eſſet mortale.

19. Si veſtimenta hæc eſſent valde immunda, peccatum b mortale eſſet illis in Miſſa uti; nudis autem pedibus Miſſam dicere ſolum eſſet veniale, nullum verò cum ſandaliis.

20. Cooperto capite non poteſt c Miſſa dici, niſi cum diſpenſatione, vel ceſſante ſcandalo in neceſſitate.

21. Sacerdotis communes veſtes longæ debent d eſſe propter decentiam.

22. Urgente gravi neceſſitate poteſt e ſine miniſtro Miſſa celebrari; fœmina nullo modo eſt admittenda. Uti ſtola, vel manipulo non benedicto, vel ſine aliquo ex his dicere ſacrum in neceſſitate nullum erit peccatum.

23. Prælati Franciſcani ex privilegio Leonis X. poſſunt f ſolemniter benedicere Eccleſias, Oratoria, & omnia ſacra ornamenta præter aras, & calices; & illis abſentibus idem licet eorum vicariis, & præſidentibus.

*QUA VENERATIONE templa, vaſa, & veſtes ſacra tractari debeant?*

24. Quidquid agitur præter reverentiam his rebus debitam illicitum eſt. g

25. Probitum h eſt ne laici, & præcipuè fœminæ calicem, patenam, aram, & corporalia contingant, i & contrarium ſine neceſſitate facientes peccant venialiter.

26. Veſtes ſacræ, ſi adhuc ſciſſæ poſſunt ſervire ad miniſterium ad quod deputatæ ſunt, non amittunt l benedictionem. Purificatorium non eſt benedictum.

27. Fratres laici Minores ex privilegio poſſunt m calices tangere, & corporalia lavare etiam prima vice.

28. Corporalia, & purificatoria lavanda n ſunt prima vice à Diacono in vaſis ad id ſolum deputatis; ſecunda o vice etiam à fœminis laicis poſſunt licitè lavari. Aqua verò, qua lavantur prima vice in piſcinam effundenda.

29. His vaſis etiam amiſſa conſecratione, vel ornamentis amiſſa benedictione, uti non licet p in rebus profanis, & ligna Eccleſiæ dirutæ non ſunt ad ignem coquinæ ferenda, nec ad alios profanos uſus.

30. Altaria, palla, cathedra, candelabrum, & velum ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dentur: q quia non licet ea quæ in ſacrificio fuerint, malè tractari, ſed incendio univerſa tradantur. Cineres quoq; eorum in Bapiſterium inferantur, ubi nullus tranſitum habeat, aut in pariete, aut in foſſis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

a Scot. in 4. d. 9. 2.
b Vill. ubi ſupra.
c Comm. DD. Ex c. nullus, de conſ. diſt. 1.
d Comm. DD.
e Comm. DD.
f Ex Em. Rod. 3.
g Comm. DD.
h Diſt. 23. per multa capita.
i Comm. DD.
l Ex comp. Min.
m c. nemo de conſec.
n Suarez ubi ſup.
o Villal. ubi ſup.
p c. altaris pallia de conſ. diſt. 1.
q Vill. ubi ſupr.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hæc verba ſunt Clementis Papæ *in c. Altaris palla, de conſecr. diſt. 1.* Hæc autem non videntur obligare ſub mortali.

31. Si vaſa conſecrata, ut calices, patenæ, & pyxides conſecrationem, & formam omnino amiſerint, & ab artifice in aliam formam mutentur, materia illa uti in rebus profanis non videtur illicitum *r*, cùm frangi aut ſcindi poſſint pro pauperibus alendis.

*r* Suar. ubi ſupra.

32. Licitum *ſ* eſt clericum ſepelire cum ornamentis ſacris, quibus utitur in Eccleſia.

*ſ* Vill. ubi ſup. diſ. 29.

33. Res, vel domos profanas in uſum altaris convertere, & Idolorum templa in Dei cultum converſare licitum *t* & plum eſt.

*t* Suarez to. 3. diſp. 81. ſect. 1.

*QUÆ PRÆPARATIO AD MISSAM celebrandam neceſſaria ſit?*

34. Miſſam ante Matutinum celebrare peccatum mortale non *u* eſt, etiam ſine cauſa, niſi in communitate, & in Miſſa ſolemni.

*u* Idem ubi ſupr.

35. Jejunium naturale, id eſt ut nil cibi, vel potus ante Miſſam ſumatur ſub præcepto eſt ad mortale obligante *x*, & ex conſilio Limenſi nec thabacum in pulvere, nec in fumo.

*x* Vide verb. Eucariſtia.

36. Non lotis manibus celebrare non eſt peccatum *y* mortale, nec præparationem in Miſſali poſitam omittere, licet melius ſit illam obſervare, ſed de ea nullum eſt præceptum.

*y* Comm. DD.

37. Sacerdos, ut Miſſam dicat talem habere debet *z* diſpoſitionem, ut rem ita ſanctam irreverentiæ periculo non exponat.

*z* Comm. DD. ex c. commun. 81. q. 7.

38. Celebrare in peccato mortali unum tantum *a* eſt peccatum, habet tamen duplicem malitiam propter irreverentiam factam ſacrificio, & communioni.

*a* Vill. ubi ſup. diſ. 31.

*AN SACERDOS præceptum habeat dicendi omnia, quæ ſunt in Miſſali, & nihil addendi?*

39. Reſpondetur, quod ſic. Et ſi aliquid grave mutet, vel omittat advertenter, præcipue ex Canone Miſſæ peccat *b* mortaliter.

*b* Trid. ſeſ. 22. de obſerv. in celebr.

40. Qui ex oblivione Gloria, vel Credo omittit nec tenetur, nec debet reiterare.

41. Religioſi in Canone Miſſæ, cum dicunt Antiſtitem noſtrum, debent *c* Epiſcopum nominare, & non ſuum Prælatum; ſi autem ex oblivione, vel ignorantia omittatur non eſt mortale, mortuo tamen Epiſcopo omittuntur verba illa.

*c* Miſſal. in rubr.

42. In Miſſa, quæ cantatur dum miniſtri Epiſtolam, & Evangelium cantant, illa debet *d* Sacerdos recitare ſecundùm probabiliorem.

*d* Navar.

43. In



43. In feſtivitate alicujus Sancti Miſſam dicere de alio nullum *e* eſt peccatum; in ſolemnibus autem conſultius eſt Miſſam diei celebrare. Contrarium tamen ſunt qui excuſant *f* à peccato.

*e* Suar. ubi ſupra.
*f* Vide Villal. ubi ſupra.

44. Cum incœpta Miſſa concurſus populi advenit, probabilius *g* eſt poſſe tunc Miſſam reiterari, etiamſi dictum ſit Evangelium.

*g* c. auditis de conſec. diſt. 1. Comm. DD.

45. Qui cœptam Miſſam non abſolvit ſine cauſa urgenti mortaliter peccat, *h* præcipue ſi dicta ſit Epiſtola, vel Evangelium.

*h* Comm. DD.

46. Si omitteret advertenter Sacerdos aliquam gravem cæremoniam, peccaret *i* mortaliter. Et ſi guttam aquæ non miſceret cum vino, & non poſſet faciliter afferri, relinquenda eſſet Miſſa, niſi jam facta eſſet conſecratio.

*i* Vill. ubi ſupra.

47. Ex privilegio Minorum cum tales, ac determinatæ Miſſæ petuntur, alias pro tempore occurrentes dicendo poteſt *l* ſatisfieri.

*l* Leo X. refertur in comp. Min. verb. Miſſa n. 11

48. Qui accepit ſtipendium pro dicenda Miſſa votiva alicujus Sancti, ſatisfacit *m* Miſſam diei celebrando.

*m* Comm. DD.

49. Qui cœpta Miſſa recordatur ſe non eſſe jejunum, vel eſſe excommunicatum, tenetur *n* illam relinquere, ſi poteſt ſine ſcandalo. Si autem Canonem incœperit proſequi debet, actum eliciendo contritionis.

*n* Comm. DD.

*DE DEFECTIBUS in Miſſa occurrentibus.*

50. Si defectus eſt ſubſtantialis ſupplendus eſt, & de hac materia Miſſale conſulendum *o* eſt.

*o* Videatur Miſſale.

51. Cum poſt ſumptionem Corporis Chriſti advertit Sacerdos ſolùm aquam, vel acetum appoſita fuiſſe, an teneatur novam hoſtiam cum vino de novo conſecrare? alii ajunt, alii probabilius negant. *p* Vide *Miſſale.*

*p* Suar. to. 3. diſp. 85. ſect. 1.

52. Cum per ignorantiam turbationem, vel inconſiderationem Sacerdos non ſupplet defectum à mortali excuſatur. *q*

*q* Navar.

53. Cum Sacerdos incœptam Miſſam non poteſt perficere, ſi eſt ante conſecrationem non eſt neceſſarium ut ab alio finiatur, ſi verò facta conſecratione contingat mors, vel aliud impedimentum, tenetur *r* alius Sacerdos etiam non jejunus ſacrificium perficere. Si verò non ſit Sacerdos poteſt laicus utramque ſpeciem conſumere etiam non jejunus, cum cuſtodiri non poſſunt debitâ reverentiâ.

*r* Suar. ubi ſupra.

*DE DEFECTIBUS accidentalibus.*

54. Si accidentalis defectus eſt gravis, & non poteſt vitari, Miſſa *ſ* non eſt dicenda, ſi autem levis ſit, ut cum hoſtia levem habet maculam, ut fracturam, vel vinum eſt novum, & ſimilia nihilominus celebranda.

*ſ* Vide Vill. ubi ſup. diſ. 33

55 Etiam

ALERE FLAMMAM
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

55. Etiamſi defectus ſit gravis ſi non eſt ſubſtantialis, Miſſa jam cœpta regulariter loquendo eſt perficienda, *t* niſi poſſit relinqui ſine ſcandalo.

56. Qui omiſit Credo, vel unum Evangelium pro alio, vel unam Miſſam pro alia recitavit, non tenetur *u* cum advertit, errorem hunc corrigere, ſed proſequi ne prævertat ordinem.

*AN NECESSARIUS ſit qui in Miſſa Sacerdoti miniſtret?*

57. De jure poſitivo *x* eſt, quod ſit miniſter, & quod ſit maſculus, *y* a longè tamen poterit fœmina reſpondere.

58. Neceſſitate urgente poterit *z* Miſſa ſine miniſtro celebrari: quod ſi miniſter malè pronunciet, nil intereſt.

*t* Comm. DD.
*u* Vide Vill. ubi ſup.
*x* Conc. Baſil. ſeſſ. 21.
*y* c. 1. de cohab. cler.
*z* Suarez ubi ſupr.

# SECTIO IV.

## *De præcepto Miſſam audiendi.*

1. PRæceptum hoc obligat *a* ſub mortali, & integra debet *b* audiri, quod ſi parum non audiatur, verbi gratia, uſque ad finitam epiſtolam, ſolum erit veniale.

2. Parvitas hæc materiæ non eſt intelligenda *c* in Miſſæ ſubſtantialibus, & ideo qui conſecrationi, & ſimul conſumptioni abeſſet Miſſam non audiret.

3 Sufficit *d* unius dimidiam, & alterius Sacerdotis alteram dimidiam Miſſam audire.

4. Miniſter, qui alio ſe contulit pro apportandis ad Miſſam neceſſariis Miſſæ præcepto ſatisfacit. *e*

5 Audire Miſſam idem eſt quod aſſiſtere.

6. Pueri uſum rationis habentes Miſſam tenentur *f* audire.

7. Epiſcopi ex decentia tenentur *g* quotidie Miſſæ aſſiſtere.

8. Ad ſatisfaciendum huic præcepto neceſſaria eſt intentio, *h* & ſufficit virtualis, qui autem habuit voluntatem non ſatiſfaciendi, ſi intra tempus obligans mutet voluntatē ſatisfacit.

9. Qui Eccleſiam petit ad audiendam Miſſam, ut in ea aſpiciat meretricem, ſatisfacit *i* præcepto.

10. Qui deſiderans præcepto ſatisfacere incipit Miſſam audire, niſi poſtea diſtrahatur voluntariè præcepto *l* ſatisfacit, ſi verò voluntariè diſtrahatur in maxima parte non ſatisfacit.

11. Horas, vel Roſarium recitans dum Miſſam audit ſatisfacit, *m* & ſi id faciat ne ad vana, vel inhoneſta mens diſtrahatur benè faciet, melius autem faciet ſi ea, quæ ſacræ illæ actiones ſignificant, meditetur.

12. Cum Confeſſor pœnitenti injunxit, ut duas Miſſas audiret,

*a* c. Miſſas, & c. omnes fideles.
*b* Dic c. omnes fideles.
*c* Comm. DD.
*d* Vide Vill. ubi ſupra.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* c. ult. de privil. in 6
*h* Suarez ubi ſup. ſec. 5.
*i* Idem ib.
*l* Idem ubi ſupra. ſect. 2.
*m* Idem ubi ſupra.



ret, qui ſimul illas audit pœnitentiæ ſatisfacit, ſed contraria ſententia videtur *n* probabilior.

*QUI POSSINT ab hoc præcepto excuſari?*

13. Impeditus ſpiritualiter, ut excommunicatus, & interdictus excuſantur ab hoc præcepto, peccant *o* tamen non procurando abſolutionem. Tempore autem interdicti, qui habent privilegium, & in carcere detenti, qui habent facultatem exeundi non *p* excuſantur ſecundum probabiliorem ſententiam.

14. Qui habent ignorantiam invincibilem, vel oblivionem naturalem *q* excuſantur.

15. Impotentia naturalis etiam excuſat, nec tenetur *r* infirmus Sacerdoti ſtipendium ſolvere ut is domi Miſſam dicat.

16. Impotentia moralis, ut magnus labor, notabilis bonorum amiſſio, & gravis difficultas ab hoc præcepto *ſ* excuſant.

17. Qui ſine dedecore non poteſt exire in publicum, qui ſine periculo, vel magno incommodo ſocios itineris non poteſt relinquere, *t* excuſantur.

18. Cum locus, ubi Miſſa celebratur ultra leucam diſtat, vel minus, cum pluvia, vel aëris tempeſtas imminet, excuſat *u* hæc moralis impotentia.

19. Charitas in rebus neceſſariis, ut ægroto ſerviendi, vel ſacramentum pœnitentiæ, vel alia adminiſtrandi, vel ſcandalum etiam mere paſſivum vitandi *x* excuſant ab hoc præcepto.

20. Proprium officium, ut illorum qui Caſtella, vel portas civitatis cuſtodiunt, obedientia juſta, ut famulorum, & mancipiorum *y* excuſant ab hoc præcepto.

21. Famuli, quibus frequenter Domini Miſſæ auditionem impediunt, tenentur *z* cum commodè poſſunt talem dominum deſerere.

22. Legitimè introducta conſuetudo viduas *a* excuſat poſt mortem mariti per aliquod tempus. Idem dic de puellis, ubi talis conſuetudo introducta eſt.

23. Cum ſacerdos eſt excommunicatus, & denuntiatus, vel publicus clerici percuſſor, & non eſt alius, qui Miſſam dicat præceptum non *b* obligat.

24. Prædicta omnia *c* intelligenda ſunt quando facta mediocri diligentia Miſſa non poteſt audiri.

*n* Azor. & Villal. ubi ſup. dif. 35.
*o* Suarez ubi ſup.
*p* Vill. ubi ſup. dif. 36
*q* Comm. DD.
*r* Suarez ubi ſup.
*ſ* Idem ubi ſup.
*t* Idem ubi ſup.
*u* Navarr.
*x* Comm. DD.
*y* Comm. DD.
*z* Vill. ubi ſup.
*a* Suarez ubi ſup.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.

# SECTIO V.

## Reſolutiones variæ ad Miſſam ſpectantes.

1. QUi in duobus, vel tribus Parochiis eodem die celebraturus eſt, calicem in prima Miſſa ita purificet, ut nec gutta ſanguinis remaneat, quæ poſſit effundi, & ſic purificato non ſumpto lavatorio, purificatorio, & alio ſericeo velo cooperiat, & quam decenter poſſit ſecum ferat ad celebrandum in aliis Parochiis, & lavatorium ſumat in ultima Miſſa. Sic facere conſueverunt *a* viri docti noſtræ Societatis, ſed alii non minus docti, nec minus probabiliter facilius huic neceſſitati *b* occurrunt calicem aqua implendo, in qua dum Miſſa ſuntur ſpecies vini conſumuntur, & aqua in ipſo altari tanquam decentiori loco effuſa, purificatorio calicem purificant & alio portant.

*a* Ex aliis Doctoribus. *b* Conſulti aliqui do[ct]iſſimi noſtræ Societatis hoc reſponſum dederunt.

2. Qui Miſſam non audit in die Dominica in qua incidit aliud feſtum obligans etiam ad illam, unum tantum peccatum *c* committit. Et idem dic de aliis præceptis ſimul incidentibus.

*c* Vaſq. apud Dian. p. 1, tr. 6, reſ. 21.

3. Surdus, & mutus *d* tenetur Miſſam audire. Pueros dicunt quidam non obligari niſi ſint Euchariſtiæ recipiendæ capaces.

*d* Vide Dian. p. 1, tr. 11, reſ. 77.

4. Qui propter infirmitatem, vel aliam juſtam cauſam excuſatur à domo exire ad Miſſam audiendam etiam ſi domi in Oratorio poſſit, non *e* tenetur.

*e* Suarez.

5. Qui domi verbi gratia è regione feneſtræ, vel portæ Eccleſiæ Miſſam audit an præcepto ſatisfaciat alii negant, *f* alii probabilius affirmant.

*f* Sylveſt.

6. Sunt, qui audientes Miſſam ab offertorio *g* excuſant à mortali.

*g* Laiman.

7. Qui toto tempore conſecrationis abeſſet à Miſſa, dummodo audiret reliqua præcepto *h* ſatisfaceret, niſi ſimul tempore conſumptionis abeſſet.

*h* Lugo Car.

8. Olim licitum fuit regularibus celebratione unius Miſſæ cum novem collectis pro novem Miſſis ſatisfacere, hodie non licet *i*, quia à ſacra Congregatione rituum eſt prohibitum.

*i* Dian. p. 2, tr. 14, reſ. 1.

9. Sacerdos cæcus valde *l* conſecraret, ſed peccaret graviter, niſi à Papa diſpenſationem haberet.

*l* Coninck.

10. Probabile eſt ſacerdotem nunquam celebrantem non *m* pec-



care, dummodo in Paſchate communicet, & non ſit contemptus, nec ſcandalum.

*m* Bonac.

11. Capellanus quotidie celebrare obligatus, *n* poteſt ſingulis hebdomadis unam Miſſam omittere, vel pro ſe applicare vel pro alio, ſed non ſtipendio accepto. Et die Nativitatis non tenetur niſi unam Miſſam pro fundatore applicare.

*n* Vide Dian. p. 4, tr. 4, reſ. 18.

12. Qui obligatur ad dicendam Miſſam in certo quodam altari privilegiato, non ſatisfacit *o* dicendo in alio etiam privilegiato.

*o* Commu. DD.

13. Qui celebrat in altari privilegiato, non ſubligatur *p* defunctis, niſi dicat Miſſam defunctorum ex declaratione ſacræ Congregationis, ſed intelligi debet in die non duplici, nec ſemiduplici.

*p* Ex declar. ſac. congreg.

14. Qui in Nativitate Domini Sacerdos initiatus eſt, *q* poteſt alias duas Miſſas celebrare. Idem dic de Epiſcopo eadem die conſecrato.

*q* Diana die. p. 1, tr. de cel. Miſſ.

15. Sacerdos qui in Nativitate Domini unam Miſſam vult dicere *r*, poteſt ex tribus dicere quam maluerit.

*r* Dian. p. 2, tr. 14, reſ. 25.

16. Si addatur in Miſſa ex devotione aliqua oratio præter præſcriptas in Miſſali, & recitetur ſubmiſſa voce non eſt *ſ* mortale.

*ſ* Commu. DD.

17. Si parva hoſtia afferatur paulo poſt offertorium, *t* poteſt offerri & conſecrari ad communionem fidelium; vel ſi hoc factum non ſuit, poteſt particula propriæ hoſtiæ petenti communionem conferri.

*t* Silveſt. hoc verbo.

18. Hoſtiæ minores poſitæ in altari extra aram & corporale, non *u* ſunt conſecratæ, etiam ſi ſacerdos eas attolerit animo conſecrandi Suarez & alii. Contrarium tamen non eſt improbabile.

*u* P. Suar.

19. Hoſtias parvas conſecratas non *x* poteſt ſacerdos extra aram ponere, nec alteri diſtribuendas dare, donec ipſe ſacrificium conſumat. Nec licet hoſtiam in Miſſa conſecratam ſervare, & aliam ante conſecratam conſumere, ſed in hoc caſu duæ hoſtiæ debent conſecrari.

*x* Lugo apud Dian. p. 1, tr. 11, reſ. 72.

20. Licet aqua non ſit converſa in vinum, in ipſa conſecratione in Chriſti ſanguinem *y* convertitur.

*y* Coninck & alii apud Dian.

21. Qui habet privilegium celebrandi in Oratorio domus ſuæ Limæ, ſi petat Cuſcum, *z* poteſt ibi uti eodem privilegio, ſi eſt à Papa; hoc enim privilegium non eſt locale, ſed perſonale.

*z* Navarr. & alii Commu. DD.

22. Cum quis habet privilegium celebrandi in oratorio exceptis aliquibus feſtis majoribus, *a* poteſt etiam in illis per Bullam Cruciatam, quæ tollit talem exceptionem.

*a* Diana vide Cruciatam.

23. In

23. In neceſſitate *b* poteſt celebrari cum uno lumine ex oleo, vel ex adipe.

24. Hora ſecunda poſt mediam noctem *c* poſſunt religioſi ex privilegio celebrare , & ad communicandum ægrotum quilibet ſacerdos etiam media *d* nocte.

25. Miſſa *e* poteſt inchoari hora prima poſt meridiem, præcipuè ſi ſacerdos itinere fuerit impeditus.

26 Sacerdos, qui in altari recordatur peccati obliti in alia confeſſione, non tenetur actum contritionis elicere , nec quamprimum confiteri poſt celebrationem. Si autem in neceſſitate, quia non erat copia Confeſſoris celebrat, tenetur conteri, & quamprimum id eſt ut explicant *f* viri docti ante aliam celebrationem confiteri.

27. Neceſſitas prædicta *g* eſt ut ipſe vel alii ſacrum audiant in die præcepti , vel communionem recipiant in Paſchate, vel ſi timeatur ſcandalum ex omiſſa celebratione.

28. Non licet *h* ſacerdoti parva ſtipendia à pluribus accipere, uſque ad unum juſtum ſtipendium, & unam pro omnibus Miſſam celebrare, niſi ipſi ſciant, & conſentiant.

29. Cum teſtator reliquit certum ſtipendium pro tot Miſſis, ſi poſt crevit ſtipendium *i* tenetur hæres illud augere.

30. Sacerdos, qui ſtipendium accepit *l* poteſt fructum ex opere operantis, & partem ſacrificii ſibi convenientem alteri applicare , ſed pro hoc non debet aliud ſtipendium quamvis parvum ex Urbani VIII decreto recipere.

31. An qui ſtipendium accepit, ut alibi pro commoditate populi ſacrum faciat , poſſit aliud ſtipendium accipere pro applicatione illius ſacrificii, alii negant probabilius propter Urbani decretum, ſed etiam poſt illud alii non improbabiliter *m* affirmant.

32. Qui ex liberali promiſſione pluribus plures Miſſas debet, unam pro omnibus celebrando *n* ſatisfacit.

33. Qui in Miſſa conſecratam hoſtiam in ſacrario reponit, & jam , quæ erat in ſacrario conſumit *o* peccat mortaliter, quia in re gravi facit contra ritum Eccleſiæ.

34. An ſi quis in alia ſpecie frumenti præter triticum conſecraret, ſacramentum teneret , non convenit *p* inter Doctores

35 In dubio probabili etiam poſt longam moram *q* licitum eſt conſecrationis formam repetere ſub conditione.

36. In neceſſitate *r* poteſt quis ſecundum quoſdam profanis uti linteis in altari præter corporalia, & illa poſtea domino reddere.

*b* Azor. vide ubi ſup.
*c* Diana in ſum. hoc verb.
*d* Laiman. apud Dian. ubi ſup.
*e* Suarez ubi ſup. apud Dian.
*f* Facundez vide Dian. p. 2. tr. 14. reſ. 48.
*g* Lugo & Comm. DD.
*h* Congreg. Cardin.
*i* Comm. DD.
*l* Vide Dian. p. 2. tr. 14. reſ. 14.
*m* Homobo nus apud Dian. ubi ſup. reſ. 10.
*n* Comm. DD
*o* Comm. DD.
*p* Vide Dian. ubi ſup.
*q* Comm. DD.
*r* Comm. DD.

38. Cele-



37. Celebrare in Paraſceve quidam licere *ſ* putant.

38. Pollutus voluntariè ſi eodem die poſt Confeſſionem celebret non peccat *t* mortaliter.

39. Qui conſecrat duas hoſtias putans unam, utramque *u* conſecrat; quia omne quod in manu habet communiter conſecrare intendit.

40. An ſi incepta Miſſa lumen extinguatur , nec niſi poſt longam moram poſſit accendi, relinquenda ſit Miſſa , etiam ſi conſecratio non ſit facta , alii ajunt , alii negant *x* probabilius.

41. Si quis evomat Euchariſtiam, *y* extrahatur, & ſervetur decenter donec corrumpatur , & ea quæ ſimul infirmus evomuit comburantur, & in piſcinam mittantur.

42. Si hoſtia calici, vel palato adhæreat , toties adhibeatur *z* ablutio, donec tranſglutiatur.

43. Poſt ablutionem ſi appareant reliquiæ , aut particulæ conſecratæ, quæ non poſſent facilè aſſervari, ſumi *a* poſſunt à ſacerdote etiam exiſtente in ſacriſtia.

44. Miſſa ſicca celebratur *b* ſine planeta, ſine caſula cum reliquis veſtibus ſacris , vel ſuperpelliceo cum ſtola in modum Crucis, & candelis; non ſit autem converſio ad populum, nec conſecratio, neque ea quæ ad oblationem ſpectant.

45. Sacerdos peregrinus non eſt admittendus *c* ad celebrandum, niſi oſtendat licentiam ſui Prælati.

46. Non *d* poteſt Epiſcopus cogere ad audiendam Miſſam, vel concionem in Parochia , nec ad diſcendam ibi , & non alibi doctrinam Chriſtianam.

47. A principio Miſſæ uſque ad communionem tantùm aſſiſtere non *e* eſt peccatum mortale.

48. Miſſa ſuſpenſi denuntiati an poſſit audiri, alii ajunt , ſi abſit ſcandalum; alii probabilius *f* negant.

49. Qui Græcam Miſſam audiret nihil intelligens præcepto *g* ſatisfaceret.

50. Parochi debent monere, ſed non poſſunt *h* cogere Parochianos, ut in ſua Parochia Miſſam audiant, & concionem.

51. Qui multas hoſtias conſecrandas accepit, verè *i* conſecrat eas , quamvis dum conſecrat ſolùm recordetur illius, quam manu tenet.

52. Si Capellanus ægrotaverit per aliquot dies puta 10. aut 15. non obligatur ad Miſſas per alios celebrandas, *l* Barboſa apud Dianam, alii per ſpatium duorum menſium.

53. In Miſſæ Memento non expedit plura nomina concipere; hic modus optimus ex Navarro ſervandus. In nominati-

*ſ* Comm. DD.
*t* Comm. DD.
*u* Comm. DD.
*x* Quint. p. 4. tr. 1. de ſing.
*y* Vide rubr. Miſſ.
*z* Comm. DD.
*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* Sā verb. Miſſa.
*f* e. vestra & cùm æſicum de cohabit.
*g* Comm. DD.
*h* Trid. ſeſ. 24. decr. de reſor.
*i* Navar. c. 25. n. 91.
*l* Dian. p. 2. tr. 14. reſ. 13.

 vo collo-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vo collocet ſacerdos ſeipſum: in genitivo parentes: in dativo benefactores: in accuſativo inimicos: in vocativo famulos, & inferiores: in ablativo eos quibus preces obtulit.

54 Non baptizati etiam catechumeni prohibentur *m* Miſſæ aſſiſtere.

*m* Comm. DD.

55. Miſſarum, quæ in teſtamento relinquuntur, quarta pars *n* debetur Epiſcopis, etiam ſi religioſis relinquantur, c. *Paſtoralis, de ſepulturis*. De his vero quæ ad reſtitutionem relinquuntur non *o* debetur.

*n* c. paſtoralis de ſepulturis.
*o* P. Menacho in manuſcrip.

56. Cum ex facultate Ordinarii dicuntur Miſſæ in feria V. vel in ſabbato hebdomadæ ſanctæ, non *p* eſt dicenda de feſto Annuntiationis occurrente, ſed de die.

*p* Idem ubi ſup.

57. Qui ſanguinem non conſecravit finita Miſſa non *q* tenetur defectum ſupplere, & pro ſtipendio ſatisfecit, & nuptiales benedictiones ritè dedit.

*q* Idem ubi ſup.

58. An in feria VI. Si in ea incidat feſtum Annuntiationis teneantur fideles Miſſæ aſſiſtere alii ajunt, alii probabilius *r* negant.

*r* Idem ubi ſup.

59. Miſſa votiva in Eccleſia Beati dici *ſ* poterat olim de quocumque beatificato, à quibuſcumque ſacerdotibus, etiam ſi non ſint ex religione Beati, quia per Beatificationem fiebat capax publici cultus, modò vero non poteſt poſt decretum ſacræ congregationis ex mandato Alexandri VII. anno 1660.

*ſ* Idem ubi ſup.

---

# SECTIO VI.

## *Diſputationes ſingulares circa Miſſam.*

1. EPiſcopus *a* poteſt abſque novo Papæ decreto cum Miſſa, & officio divino in ſua diœceſi ſanctos celebrare, quos in eorum Canonizationis, vel Beatificationis indultis Pontifex celebrandos concedit, ut S. Xaverium & Borgiam: ſed modò non poteſt de Beatificato, quia hoc prohibitum eſt per ſacræ rituum Congregationis decretum ſupra relatum.

*a* Vide P. Quintanad. in ſing. de celeb. miſſ. tr. 7. ex quo omnes hæ ſingulares reſolutiones deſumptæ ſunt.

2. De quolibet Sancto Canonizato etiam in calendario non exiſtente, *b* poteſt dici Miſſa votiva, quia ex vi Canonizationis habitus eſt hoc dignus honore. Et transferri poteſt ſemiduplex illa die cadens etiam in Kalendario exiſtens; nec non de eo poterit Miſſa celebrari in die natalis ejus ſicut de exiſtenti in Kalendario.

*b* Caſtropal. tr. 4. diſp. 1.



3. Ex devotione ſpeciali, qua quis aliquem Sanctum proſequitur *c* poteſt recitare, & Miſſam celebrare, ſi eſt in Romano Martyrologio, etiam ſi non ſit in Kalendario.

*c* P. Quint. ubi ſupra.

4. De Sancto beatificato ad cujus honorem alicui regno, Religioni, vel provinciæ ſedes Apoſtolica recitare, & celebrare conceſſit, in alio regno, Religione, & provincia recitare, & Miſſare non licet, poſt decretum Alexandri VII anno 1660. publicatum Romæ die 3. Februarii.

5. Hiſpaniæ Eccleſiis, & quibuſcumque aliis recitare, & celebrare licet *d* de Sanctis ſuis naturalibus, etiam ſi non ſint in Kalendario, nec in Martyrologio Romano, dummodo vetuſtiſſima adſit alicujus Eccleſiæ Catholicæ conſuetudo tales Sanctos celebrandi.

*d* Idem ubi ſup. ſin. 11.

6. Naturales alicujus urbis Sancti *e* dicuntur. 1. Si in ea obierint, ſi nati fuerint, ſi illius Epiſcopi, vel Archidiaconi, Concionatores, vel aliud munus, vel dignitatem habuerint. Et credendus eſt naturalis alicujus civitatis, ſi id conſtet ex Martyrologio, & Breviario, ex Epitaphiis, inſcriptionibus, & libris antiquis, etiam ſi alii id negent. Sed hoc fieri nequit ſine Epiſcopi authoritate naturalem eſſe declarantis.

*e* Idem ubi ſup.

7. Officium ſit duplex *f* in feſtis Sanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueverunt ſolemniter celebrari, etiam ſi prædicta feſta non ſint in Kalendario.

*f* Vide Suar. to. 3. diſp. 48. ſec. 2.

8. Non peccat mortaliter ſacerdos*, qui omiſſis propriæ diœceſis Sanctis ſe accommodat Breviario Romano, & recitat de his, qui ſunt in Kalendario.

9. Regulares in Hiſpania non *g* tenentur recitare, & celebrare de Sanctis naturalibus, & feſtivitatibus propriis ſuæ diœceſis, poſſunt tamen, ſi velint ſe conformare Matrici. Sed de Sancta Leocadia, Expectatione, Crucis triumpho, S. Ildephonſo, S. Iſidoro Archiepiſcopo, & Tranſlatione S. Jacobi tenentur recitare, & celebrare, quia non eſt privilegium, ſed præceptum. Tenentur etiam recitare, & celebrare de patrono principali diœceſis, ſed ad octavam non tenentur.

*g* Ex decr. Greg. XIII.

10. Clerici regulares, vel ſæculares à choro Eccleſiæ ſuæ ſeu abſentes, ſeu omnino exempti ſint, tamen officium recitare *h* debent ſecundum morem Eccleſiæ, vel Ordinis ad quem ipſi pertinent, ſeu in quo beneficiati ſunt.

*h* Laiman. l. 1. c. 5. num. 3.



11. Privi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11. Privilegia conceſſa pro celebratione Sanctorum Hiſpaniæ natalium conceſſa eſſe pro omnibus regnis, & locis, pro quibus Bulla Cruciata, tenet *i* doctiſſimus P. Quintanaduenas.

*i* Quintan. ubi ſup. tr. 7. ſing. 25.

12. Commorantes extra ſuam civitatem, vel domum, in quibus ex profeſſo morantur, vel habent beneficium, ſeu ad quam aliquo titulo pertinent, poſſunt *l* celebrare ubicumque reperiantur de Sanctis quorum reliquias ipſorum Eccleſiæ, monaſteria, ſi regulares ſunt, poſſident.

*l* Idem ſing. 21.

13. Si reliquia ſit eximii alicujus Sancti, quamvis non ſit inſignis ratione quantitatis, debet *m* celebrari, ut inſignis ratione qualitatis, ut ſpina coronæ Chriſti, & ſimiles.

*m* Idem ubi ſup.

14. Qui habet licentiam celebrandi in Oratorio domus ſuæ Limæ, & transfert domicilium in aliam urbem Limanæ diœceſis, ibi poteſt *n* in Oratorio erecto celebrare.

*n* Dian. 4. p. tr. 4. reſ. 108.

15. An Oratorium approbandum ſit à quocumque Ordinario, vel ſolùm ab eo, in cujus diœceſi Oratorium ſit, alii ajunt, alii negant, utrumque probabile. Si autem locus decens ſit à domeſticorum actibus liber, & bene ornatus, Ordinarius tamen nolit licentiam concedere, poteſt in eo abſque ejus facultate ſacrum celebrari. Licentia enim juſtè petita, & injuſtè negata videtur ipſo jure conceſſa, ut ex D. Thoma & & aliis *o* probat Henriq. *lib. 6. c. 13. à n. 4.* Nec Epiſcopus poteſt ſubditum privare privilegio ei à Papa in Cruciata, vel à Nuncio in ſuo indulto conceſſo.

*o* Henriq. lib. 6. c. 13. à n. 4.

16. Licet facultas celebrandi in Oratorio non concedatur, niſi pro una Miſſa ſi neceſſitas ſit, verbi gratia, ſi dominus domus primam non audivit, vel aliquis in ea defunctus eſt, plures Miſſas in eodem die celebrare licitum eſt. *p*

*p* P. Quint. ubi ſupra. ſing. 22.

17. Regulares in ſuis domibus, ſeu conventibus, imò in ſuis prædiis *q* poſſunt oratoria erigere, & in eis celebrare, & non ſolùm ipſi, ſed etiam ſacerdotes ſæculares ſine Ordinarii approbatione.

*q* P. Anto. to. 1. lib. 10. q. 5.

18. In altari verò portatili erecto à regularibus non *r* poteſt ſæcularis ſacerdos celebrare, quia non eſt privilegium locale, ſed perſonale.

*r* P. Quint. ubi ſup. ſing. 14.

19. Cum Miſſa nec in particulari, nec in communi in Miſſali invenitur celebranda pro aliquo Sancto, ut de corona Chriſti, vel de nomine Mariæ, alia quæ ei ſimilior ſit, *ſ* poteſt dici, ut de Paſſione pro corona Chriſti, vel de annuntiatione pro nomine Mariæ.

*ſ* Idem ubi ſup.

20. Sacerdos, qui in Miſſis quatuor temporum prophetias omitteret, vel ſequentiam in feſtis, aut pro his Miſſas alias diceret, ſi Miſſæ ſint privatæ, & non ſit ſcandalum, non *t* peccabit

*t* P. Gran. to. 6. de Euch. n. 5. tr. 24.



bit mortaliter, nec venialiter, ſi id propter rationabilem cauſam fecit. Nec erit mortale *u* in feſto duplici etiam Chriſti Domini, vel B. V. pro defunctis celebrare.

*u* Diana p. 2. tr. 14. reſ. 30.

21 In hebdomada ſancta in Miſſis, in quibus Paſſio legitur non poſſunt *x* ſine Paſſionis lectione celebrari, dicta ſolum ea parte, quæ pro Evangelio reponitur, & quia hæc omiſſio maximè dedecet, & fieri ſine ſcandalo non poteſt, eſſet peccatum mortale. Si autem Miſſa alia votiva dicatur in privato Oratorio ob aliquam rationabilem cauſam, nullum erit peccatum.

*x* Ema. Rod. to. 1. q. 41. art. 6

22. Interruptio unius nocturni ab alio pluſquam per triginta horas non erit *y* peccatum mortale, nec repetendum, quia verè tunc quoad ſubſtantiam adimpletur præceptum.

*y* Bonac. de horis, to. 1. q. 4. p. 2.

---

# DISPVTATIVNCVLA

## interjacens,

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *MONETA.*

1. QUi falſificat monetam in ſubſtantia, pondere, & forma *a* peccat mortaliter, & tenetur reſtituere. Idem dic de eo, qui authoritate privata circumcidit, vel attenuat monetã.

*a* Navar. c. 17. n. 167.

2. Qui bonâ fide dedit alicui monetam adulterinam poſtquam reſcivit, *b* tenetur dare legitimam.

*b* Idem num. 8.

3. Licet pecunia fuerit principaliter inſtituta ad emptionẽ, & venditionem rerum, *c* habet tamen alios licitos uſus, qui ſunt cambire, permutare, oſtentare opes, onerare, delectare ſe ejus aſpectu, ſucco ejus medicari. Hi uſus licitè poſſunt pretio vendi, mutuò autem, vel commodato pretio dare non licet.

*c* Comm. DD.

4. Licitè *d* venditur pecunia aurea pro argentea etiam cum lucro.

*d* Navar. ubi ſup.

5. Qui habet pecuniam, cujus ſecundarii uſus ſibi ſaltem plus valeant, quàm per legem taxantur, licet non poſſit emptorem cogere ut reddat ultra pretium taxatum *e* poteſt tamen juſtè accipere.

*e* Idem ubi ſupra.

6. Moneta propter octo cauſas *f* poteſt valere plus, vel minus quàm alia I. diverſitas metalli. II. diverſitas bonitatis ejuſdem metalli. III. diverſitas formæ, ac ponderis. IV. diver-

*f* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſitas locorum. V. reprobatio totalis, vel partialis. VI. temporis diverſitas VII. copia vel defectus. VIII. abſentia, vel præſentia. Non tamen eſt ſufficiens cauſa, quod citius, vel tardius danda ſit, vel accipienda.

# DISPVT. III. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIAE.

## *MONASTERIVM.*

### *Quibus in caſibus liceat ingreſſus in monaſterium.*

1. INgredientes monaſteria monialium ſine licentiarum prætextu etiam ob malum finem non incurrunt excommunicationem *a* Gregorii XIII. Nec moniales admittentes illos etiam prætextu licentiarum, & ob malum finem; quia Bulla loquitur ſolum de Abbatibus, & Abbatiſſis.

2. Fœminæ prohibentur *b* ingredi monaſteria virorum ſub excommunicatione.

3. Ad ingrediendum monialium monaſteria neceſſaria eſt licentia in ſcriptis, niſi in caſibus *c* ordinariis medicorum, & chirurgorum, quibus verbo dumtaxat poteſt Abbatiſſa licentiam dare.

4. Confeſſarius regularis, qui accerſitur cum licentia ad audiendam ægrotæ monialis Confeſſionem poteſt ingredi cum ſocio; ſed finita Confeſſione debet ſtatim egredi. Si tamen per quadrantem immoretur officinas inviſendo, erit materia *d* parva. Si autem etiam ob malum finem diutius immoretur non incurret excommunicationem Gregorii XIII. Hæc enim ſolum comprehendit eos, qui ſine licentia ingrediuntur.

5. Introducentes in monaſterium fœminas, incurrunt in *e* excommunicationem, & privationem officiorum; ſed hæc pœna non incurritur niſi poſt judicis ſententiam.

6. Epiſcopus poteſt abſolvere *f* eum, qui ingreſſus monaſterium rem habuit cum ſacra virgine, ſi delictum eſt occultum.

7. Monaſterium *g* poteſt ingredi, qui dare poteſt licentiam ingrediendi.

*a* Sanchez & alii apud Dia. p. 1. tr. 16. reſ. 40.
*b* Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 179.
*c* Suarez apud Dia. p. 1. tr. 2. reſ. 119. vide verb. excom.
*d* Sanchez apud eundem ubi ſup. reſ. 12.
*e* Idem apud eundem reſ. 46.
*f* Dian. p. 4. tr. 16. reſ. 34.
*g* Comm. DD.

8. Epiſcopi



8. Epiſcopi non poſſunt *h* ingredi in monaſteria monialium mendicantium, quæ non ſunt ſibi pleno jure ſubjectæ.

9. Puella, de qua lis eſt, *i* poteſt interim de licentia Epiſcopi in monaſterio collocari. Itemque de licentia ſuperioris, & monialium, quæ tutè domi non poteſt ali, aut educationis cauſa uſque ad annum 25. ætatis, ſed ſine ancilla, & facultate egrediendi ob curationem morbi.

10. In monialium monaſteria *l* licet ingredi quando cauſa eſt rationabilis, & perſona honeſta cum licentia ſuperioris.

11. Qui bona fide ingreditur, credens ſe habere licentiam, pœnas non *m* incurrit.

12. Nemo *n* poteſt ſine ſuperioris licentia Monialium ingredi monaſteria ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.

16. Pueri ante ætatis ſexennium ingredi *o* poſſunt monaſterium, amentibus autem non licet.

14. Moniales, quæ ingredientes admittunt, licet mortaliter peccent, non tamen excommunicationem *p* incurrunt.

15. Septa monaſterii *q* ſunt omnia loca, in quibus poſſunt eſſe moniales ſine violatione clauſuræ, & ideo ſi ſæcularis aſcendat ad monaſterii tegulas, violat clauſuram

16. Epiſcopi tenentur *r* ſub mortalis reatu curare, quod clauſura obſervetur, ſed hoc intelligendum in monaſteriis ſibi ſubjectis. In ſubjectis verò religioſis, ſi publice clauſura non obſervetur, debent illarum Prælatos admonere; quod ſi poſt ſex menſes ſe res melius non habuerit, poterunt ut Papæ Delegati ſupplere, & corrigere hunc defectum.

*h* Ex Flo V.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Trid. c. 5.
*o* Comm. DD.
*p* Trid. ſeſ. 25. c. 5. de refor.
*q* Eman. Rod. c. 2. q. 37. n. 9.
*r* Trid. ubi ſup.

# SECTIO II.

### *Quibus in caſibus, & cum qua facultate poſſint Moniales e monaſterio exire.*

1. AN in caſu, in quo vita monialis ægrotæ ab egreſſu penderet, & ægritudo non eſſet contagioſa, poſſet illi facultas exeundi concedi, dubium eſt inter DD. negativa ſententia videtur *a* probabilior, & in uſu

2. Si monialis volvatur in rota ad eam partem ad quam ſæculares accedunt, non *b* violat clauſuram propter parvitatem materiæ. Idem dic ſi unum pedem efferat extra portam, & intra illam alterum retineat, vel utrumque efferat in ipſo limine, vel ad duorum pedum diſtantiam, ſecus erit lethale crimen.

*a* F. Em. Rod. apud Vill. to. 1. tr. 15. diſ. 46.
*b* Dian. p. 5. tr. 5. reſ. 21.



3. Ad

3. Ad explorandam novitiæ voluntatem non *c* debet è monaſterio exire, ſed in porta vel rete poteſt commodè fieri.

*c* Comm. DD.

4. Monialis *d* poteſt ad aliam religionem tranſire in caſibus, in quibus viris religioſis conceditur. Sed urgentior cauſa requiritur.

*d* Comm. DD.

5. Moniales omnes profeſſæ expreſsè, vel tacitè *e* tenentur clauſuram obſervare licet de illius obſervatione votum non fecerint, & ad hoc poſſunt à Papa, vel à Concilio obligari etiam cum vitæ periculo.

*e* Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 5.

6. Habent *f* præceptum obligans ſub mortali, & illud violantes excommunicationem incurrunt Papæ reſervatam, & qui illis in caſibus non conceſſis hanc præſtant facultatem, & qui illas comitantur.

*f* Villal. to. 2. tr. 8. dif. 44.

7. Abbatiſſa electa ex alio monaſterio *g* poteſt exire cum ſociis quæ illam in regimine adjuvent, & redire in ſuum monaſterium officio expleto, nec eſt neceſſaria Papæ, aut Nuntii licentia.

*g* Vill. to. 2. tr. 35. dif. 45.

8. Non licet Moniales ex uno monaſterio in aliud *h* mutare ſicut viros, ſed urgentior cauſa requiritur.

*h* Ex Pio V. in Brevi quæ incipit decenti.

9. In incendio, in invaſione hoſtili, & quando communitati grave aliquod malum immineret, niſi è Monaſterio exirent, ſi tamen ſine periculo poſſit, expectanda eſt ſuperioris licentia, & ſine illa egredi non *i* licet.

*i* Navar. to. 4. de reg. n. 48.

10. Monialis quæ egreditur, non poteſt habitum relinquere ſub pœna excommunicationis *l* latæ ſententiæ, & non eſt neceſſaria licentia Epiſcopi quando non eſt illi plenè ſubjecta.

*l* c. ut periculoſo de Cleri. vel mon.

11. Qui Monialem è monaſterio egredientem ex charitate comitaretur, ut ejus famæ provideret, eam ad reditum admonendo pœnam nullam *m* incurreret.

*m* Comm. DD.

12. Correctionis cauſa non *n* poteſt Monialis à ſuo Prælato ex uno in aliud monaſterium detrudi.

*n* Comm. DD. Ex Decr. Vrb. VIII.

*IN QVIBVS caſibus ingredi liceat Monialium monaſteria.*

13. Nullus intra Monaſterii *o* ſepta ſepeliendus eſt.

*o* Ex decr. Vrb. VII.

14. Ex Cardinalium declaratione mulier ſuſpecta de adulterio, quæ timet iram mariti *p* poteſt recipi in Monaſterium, dummodo Abbatiſſa, & Moniales conſentiant.

*p* Ex Cardin. declar.

15. Ancillæ, & famulæ in Monaſteriis reſidentes non poſſunt *q* exire, & ingredi.

*q* Trid. ſeſ. 25. c. 7. de reg.

16. Sola electio Abbatiſſæ non eſt cauſa ſufficiens, ut Prælatus ingrediatur, niſi grave aliquod damnum *r* immineat cui ſubveniendum ſit.

*r* Navar. to. 4. de reg. n. 53.

17 In



17. In monaſteriis, in quibus laicæ religioſæ non admittuntur, ſufficiens cauſa *ſ* eſt ancillas admittendi, etiam ſi in eis votum emittatur clauſuræ.

*ſ* F. Eman. ubi ſupra.

18. Cum plures ægrotant licet *t* facultatem concedere ut ad illis medendum ſecularis fæmina ingrediatur; & idem dicendum, ſi una tantum epidemiâ laboret.

*t* Comm. DD.

19. In monaſteriis, in quibus non vovetur clauſura, Moniali præ cæteris valde nobili permitti *u* poteſt una ancilla.

*u* Vill. ubi ſup. dif. 45

20. Cum perſona honeſta ingredi vult ſub titulo oneris portandi non eſt *x* permittenda.

*x* F. Eman. ubi ſup.

21. Jam ad ancillas admittendas ſunt *y* varia indulta ſummorum Pontificum.

*y* Ex Pauli III. conceſſ.

22. Cum Monialis ægra non poteſt exire ad ſuſcipienda ſacramenta *z*, poteſt Vicarius monaſterii ingredi cum ſocio etiam laico; ſed munere expleto mox debent exire. Ad hoc autem non opus eſt quòd neceſſitas ſit extrema, ſufficit quòd ſit dies obligans ex præcepto ſacramenta ſuſcipere.

*z* F. Eman. Rod. ubi ſup.

23. In prædicto caſu *a* poſſet pro majore devotione Miſſam in infirmaria celebrare.

*a* Idem ubi ſup.

24. Cùm Monialis eſt morti proxima, *b* poſſunt ad recommendandum animam ingredi.

*b* Comm. DD.

25. Ad ſepeliendam Monialem, & corpus portandum quinque vel ſex ex decreto Pauli III ingredi *c* poſſunt.

*c* Ex Paul. III.

26 Ad cavandam ſepulturam *d* poteſt ſacerdos cum duobus ſociis ingredi. Idem dic, ſi opus ſit poſtea illam reficere.

*d* Comm. DD.

27. Ad opera domui neceſſaria, quæ Moniales facere vel ignorant, vel non valent, poſſunt *e* officiales ad id deputati ſive religioſi, ſive ſeculares ingredi monaſterium. *f*

*e* Comm. DD.
*f* Vide F. Rodr. ubi ſup.

28. Si vidua Monialis fieret, & in monaſterio pareret, obſtetrix ingredi *g* poſſet.

*g* Comm. DD.

29. Cum onera etiam diviſa non poſſunt à Monialibus comportari, poſſunt *h* ingredi portitores.

*h* Comm. DD.

30. Cardinali etiam Protectori ingredi monaſterium non licet, *i* nec Epiſcopis etiam ſub titulo miniſtrandi confirmationem, niſi ipſi, vel ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum ſit.

*i* Ex Bull. Greg. XIII Vide Bull. Rodr. Bull. 12.

31. Epiſcopus, qui ſine cauſa monaſterium etiam ſibi ſubjectum ingreditur, pro prima vice *l* manet excommunicatus & interdictus, & pro ſecunda ſuſpenditur à Pontificali, & à divinis. Et reliqui ſuperiores regulares ſine cauſa juſta ingredientes incurrunt excommunicationem, & privationem ab officio.

*l* Comm. DD.

32. In ſubito mortis articulo quilibet ſacerdos *m* poſſet ingredi ad audiendam Confeſſionem moribundæ abſente proprio Confeſſore.

*m* Vill. ubi ſupr. dif. 47.

Mm 5 33. Mo-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

33. Monialis iter agens in diſtans longè monaſterium, ſi in ipſo itinere ſit aliud monaſterium ſui Ordinis *n*, poteſt divertere in illo, & per aliquos dies quieſcere.

*n* Ex Leon. X. Boll. quæ refertur in comp.

34. Regulares *o* poſſunt ingredi in monaſterium ſibi non ſubjectum, ſi ab illius ſuperiore fuerint vocati, & à proprio Prælato etiam conventuali facultatem habuerint juſta interveniente cauſa.

*o* Ex Vrb. IV. decr. Vide Roder. to. 1. q. 47. ar. 11

*AN QUI INGREDIUNTUR in Monialium monaſterium poſſint ibi immorari.*

35. Negotio, ad quod ingreſſi ſunt, expedito mox debent *p* exire. Nihilominus tamen qui per ſpatium unius quadrantis ſine mala intentione officinas inviſendo moram faceret, nullas pœnas incurreret.

*p* Vide eumdem.

36. Socii ingredientium non poſſunt *q* invicem ſeparari; ſi tamen cubile Monialis infirmæ confitentis ambos commodè non capiat, poterit ſocius prope januam cubilis deambulare.

*q* Navar. c. 27. n. 57.

*VARIÆ RESOLUTIONES circa Moniales.*

37. Monialis cujuſvis Ordinis *r* tenetur communicare ſingulis menſibus.

*r* Avil. in ſum. verb. Monialis.

38. Monialis, quæ incidit in cenſuram Papalem, *ſ* poteſt ante moram conſequendæ abſolutionis poſt pœnitentiam communicare, & choro intereſſe ut ſuæ, & monaſterii famæ provideat.

*ſ* Vide Trid. de regular.

39. Puella non eſt admittenda ad habitum ante 12. annum. Sunt *t* tamen qui dicant poſſe admitti, quæ ſextum habet annum. Vide Trid. *de reg.*

*t* Navar. c. 14. n. 51.

40. Qui frequenter inviſit Moniales *u* tunc peccat mortaliter, quando populus inde ſumit murmurandi occaſionem.

*u* Idem n. 201.

41. Monialis illegitima non *x* poteſt eſſe prælata per Epiſcopi diſpenſationem.

*x* Comm. DD.

42. Monaſterio etiam ſibi ſubjecto non *y* poteſt Epiſcopus præcipere ut Monialem recipiat, id enim ad Abbatiſſam, & conventum ſpectat.

*y* Comm. DD.

43. Cum Moniales virtute Jubilæi poſſint eligere Confeſſorem, tenentur illi licentiam ab ordinario impetrare, *z* ut poſſint ad monaſterium accedere.

*z* Vide Vill. to. 1. tr. 14. diſ. 5.

44. An Monialis, quæ habet facultatem *a* non aſſiſtendi in choro teneatur extra illum horas recitare: ſi ſit conſuetudo, tenetur, ſecus verò ſi non ſit.

*a* Comm. DD.

45. Moniali profeſſæ *b* poteſt Epiſcopus dare facultatem ut ad aliud monaſterium tranſeat in caſu gravis neceſſitatis.

*b* Ex decr. Card.

46. Non poteſt *c* Epiſcopus concedere facultatem monialis matri, ut monaſterium ingrediatur ad inviſendam filiam, etiam ſi ſit in articulo mortis, ex declar. Cardin.

*c* Comm. DD.



47. Epiſcopi Vicarius generalis etiam prælcate Epiſcopo *d* poteſt in lite matrimoniali facultatem dare, ut fœmina deponatur in monaſterio.

*d* Sa hoc verb. n. 5.

48. Puella, quæ educationis cauſâ fuit in monaſterio, & exivit in domum ſuorum parentum, ſi in ea habeat ſui honoris periculum *e* poteſt cum facultate Epiſcopi redire ad monaſterium.

*e* P. Monacho in manuſcr.

49. Monialis ancilla etiam ſi fecerit vota aliqua non eſt profeſſa, nec propterea manet libera, quæ ſi incorrigibilis fuerit *f* poterit habita licentia ab Ordinario expelli, & vendi, & in votis diſpenſari.

*f* Molin. tr. 2. de juſt. & jur. diſp. 140.

50. Novitia ante profeſſionem poteſt teſtari de patris legitima, & annuum reditum ſibi reſervare ad neceſſaria eo pacto, ut poſt ſuam mortem ſit monaſterii, ſi mortua fuerit ejus mater. Si autem adhuc vivat debentur ei duæ tertiæ partes ſecundum jus Hiſpaniæ; de legitima autem matris non poteſt ea vivente filia diſponere.

51. Monialis virtute Cruciatæ poteſt abſolvi à reſervatis ab Epiſcopo pro ſua diœceſi, & non ſingulariter pro perfectione religionis tuenda; quia id non prohibetur à Clemente & Urbano VIII. Ab his tamen, quæ pro reformatione religionis reſervata ſunt ſecundum probabiliorem opinionem, nequeunt abſolvi niſi in Jubilæo, quod hoc expreſſè concedat etiam ſi ſint extraordinarii Confeſſarii juxta Tridentinum deputati ad audiendas Monialium Confeſſiones.

MONOPOLIUM, Vide dicta in verb. *Emptio, & Venditio.*

DISPUT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *DE MONTE PIETATIS, AN ſit uſurarius.*

1. MOns pietatis eſt ſumma quædam pecuniæ, vel frumenti collecta, & cuſtodita ad ſubveniendum indigenis pauperibus accepto pignore pro mutuata cum quibuſdam *a* conditionibus.

2 Hic mons eſt *b* licitus, & nulla ex appoſitis conditionibus eſt uſuraria; quia ea, in qua poſſet eſſe aliqua difficultas, quod ſcilicet mutuatarius ſingulis menſibus ſolvat quoddam ſtipendium, non eſt lucrum ex mutuo, ſed quædam veluti ſpontanea eleemoſyna ad hoc pium opus conſervandum, & in hoc mutuatarius proprio bono conſulit, & ſolvit ſumptus damni emergentis.

*a* Vide has conditiones in Vill. to. 2. tr. 22 diſ. 14. *b* Leſſ. de juſt. lib. 2. diſ. 20. dub. 25.

3. Cum mons pietatis ſit ex tritico, *c* poſſunt civitatis incolæ convenire, ut aliquid amplius quam mutuò acceperunt reddant, ut augeatur in utilitatem communem.

*c* Moli. to. 2. de juſ. diſp. 325.

4. Ab Alexandro VII. & à Julio II. huic monti conceſſæ fuere indulgentiæ.

5. Alius mons eſt *d* uſurarius, cum multi uni dant pecuniam & hic mutuò dat aliis; qui reddunt octo pro centum, duo cuſtodi pecuniæ, & octo illius dominis, qui lucrum hoc negotiantur ex mutuo, quod eſt illicitum.

*d* Navar. conſ. 1. de uſur. lib. 5

DE MONSTRENCIS, *id eſt de rebus, quæ habentur pro derelictis.*

6 An leges factæ circa horum bonorum reſtitutionem obligant in foro conſcientiæ alii ajunt, alii probabilius *e* negant.

7. Rex Hiſpaniarum Philippus II. transtulit jus ad hæc bona ad religioſos Virginis à Mercede, & in Trinitarios ad redemptionem captivorum, & qui prius rem petierint jus ad rem acquirunt; & Regis conceſſio *f* confirmata fuit à Gregorio XIII.

8. Qui rem invenit, & antequam à prædictis religioſis peteretur ex conſilio Epiſcopi vel Parochi in pios uſus diſtribuit liber

*e* Idem e. 17. n. 171. Vide lib. 6 tit. 13. lib. 6. recop. *f* Ex Gregor. XIII. conceſſione.



liber in conſcientia *g* manebit. Si tamen petatur, tenetur eam illis reddere ſub excommunicationis pœna.

*g* Navar. c. 17. n. 93.

9. Monſtrenca non ſolum dicuntur animalia bruta, ſed etiam aliæ quæcumque res habitæ pro derelictis.

10. Qui hæc bona invenit non tenetur dare pauperibus, ſed poteſt *h* ſibi retinere donec compareat dominus.

*h* Ledeſ. 2. p. q. 1. art. 5. ſol. 129.

## *MORA.*

1. Nemo tenetur *a* ad intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis ante moram, ſi de eo non fuit pactum.

2 Ex delicto obligatus ſemper eſt in mora, qui verò non ex delicto & non poteſt, aut difficulter poteſt, aut cauſa juſta excuſatur, putant quidam non eſſe in mora, & ideo non teneri ad intereſſe ratione moræ, niſi ex pacto vel ratione pœnæ conventionalis, ſi tali tempore non reſtituat, aut impotĕtia culpâ ejus accidiſſet. Alii putant *b* qui non ſolvit tempore debito.

3 Qui in mora fuit non *c* tenetur reſtituere, ſi res apud dominum peritura erat.

*a* Comm. DD. *b* Ex hoc verb. *c* Comm. DD.

## *MORTIS ARTICVLVS.*

1. Mortis articulus ille *a* eſt, quem vir prudens judicat eſſe, ſecundum aliquos cum quis febri laborat continua, vel iter periculoſum aggreſſus eſt, vel ætate eſt confectus.

2. Articulus mortis, & periculum mortis quod attinet ad abſolutionem pro eodem *b* reputantur.

3 Indulgentiæ, quæ pro vero mortis articulo conceduntur non proſunt ei, qui non moritur, proſunt *c* tamen quæ in Bulla pro mortis articulo conceduntur.

*a* Ex ſelectis Doctoribus Silv. verbo mors n. 4. *b* Suar. to. 3. diſp. 69. ſec. 3. *c* Bellar. de indulg. l. 1. c. 9.

## *MVTVVM.*

1. Mutuum *a* eſt traditio rei ad uſum, ut ſtatim fiat accipientis, & reſtituat poſtea tantumdem ejuſdem rationis & qualitatis.

2. Obligatio *b* hujus contractus eſt reddere rem ejuſdem rationis & qualitatis tempore præſcripto, alioquin damna ſolvere.

3. Cum tempus non fuit præſcriptum, quandocumque petatur poſt aliquod breve *c* tempus reddenda res eſt.

4. Exceptio de non numerata pecunia poteſt apponi *d* intra duorum annorum terminum, niſi in ſcriptura mutui renun-

*a* Comm. DD. *b* L. non utique parag. nunc de officio, l. ult. tit. 2. p. 5. *c* Decem dies præſcribuntur à l. 5. tit. 1. p. 5. *d* Parag. unico inſt. de litter. oblig. l. ſi ex cautione. c. de rerum num. pecu. l. 9. tit. 13. p. 5.

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

renuntiatio fuerit,& probatio ad mutuantem ſpectabit.

5. Leges de non numerata pecunia extendi debent ad quamcumque aliam rem,quæ mutuo data fuit.

6.Cum mutuo datur pecunia filio familias licet in aliis contractibus poſſit obligari,qui major eſt 25. annis, in hoc non poteſt ex privilegio Macedoniano; *e* quod in utroque foro verum eſt.& non poteſt à filio renuntiari.

*e* L.1.& ſeqq.ff.& c.ad Macedonianum.

*QUIBUS IN CASIBUS non poſſit hoc privilegio uti* Vide Villal.*tr.*2.*tr.*22.*diſ.*1.*n.*11.

7.Cum mutuo datur pecunia loco pio, creditori probare incumbit *f* conversam fuiſſe in illius utilitatem.

*f* Faber. in parag. quæ diximus inſt. Quod cum eo.

8. Cum Prælatus ex Capituli conſenſu mutuum accepit nomine Eccleſiæ, quamvis creditor non probet in Eccleſiæ utilitatem fuiſſe converſum,ſolutio illi *g* facienda eſt. Si autem ad ſolutionem neceſſe ſit rem immobilem alienare, probatio ad creditorem ſpectat.

*g* Molin. de juſt.tr.2.diſp.*ꝯ* a.quod quibuſdã de fidejuſſor.

9.Si privata perſona nomine Eccleſiæ habens ab ea facultatem mutuo aliquid accepit,non *h* tenetur creditor probare converſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem.

*h* Molina ubi ſupra.

10 Si tutor,vel curator nomine pupilli vel minoris aliquid mutuo accepit non *i* tenentur pupillus,vel minor ad ſolutionem, niſi probetur in illorum utilitatem fuiſſe converſum. Mutuans autem actionem habebit adverſum eum, qui mutuum accepit.

*i* L.1.C. quando ex facto tutor.

11. Mutuans repetens ante tempus,quia mutuo egebat *l* non tenetur ad intereſſe,niſi mutuatarius aliũde eſſet accepturus.

*l* Comm. DD.

12. Cum pecunia deponitur cum facultate utendi ex depoſito fit *m* mutuum.

*m* Comm. DD.

13 Si quis det oleum recepturus frumentum, mutuum eſt implicitum.

14. Qui mutuo frumentum accepit eadem menſura *n* debet illud reddere, etiam ſi plus valeat redditionis tempore. Mutuatæ tamen pecuniæ valor computandus eſt non ex tempore redditionis,ſed mutuo acceptionis.

*n* Comm. DD.

15.Pactum de recipiendo pretio frumenti quantum valet tempore mutuo dationis,non mutui,ſed venditionis *o* eſt.

*o* Comm. DD.

16 Si certum vel probabilius eſt rem mutuo datam tempore redditionis plus eſſe valituram, non *p* potes obligare mutuatarium ut eadem menſura rem tibi reddat, qua accepit, ſed ea quæ æquet pretium tempore traditionis.

*p* Ex ſelectis Doctoribus.

17.Qui mutuo rem acceptam reddit per nuntium fidelem mutuanti,& ad illum non pervenit, tenetur *q* reſtituere. niſi nuntius ab ipſo mutuante electus fuerit.

*q* Comm. DD.

18.Mu-



18. Mutuum verum ſolum *r* reperitur in rebus, quæ uſu conſumuntur, vel conſtant numero, pondere,& menſura, in aliis mutuum palliatum eſt. Vide verb. *Uſura.*

*r* Comm. DD.

19. Illicitum eſt mutanti aliquid ultra ſortem exigere,ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſq; ad certum tempus *ſ*

*ſ* In decr. Alexandri VII.20. 1666.18. Mart.

# DISPUTATIUNCULÆ Præjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## N.

### *NAUFRAGIUM.*

1. QUi accipit bona naufragio amiſſa,quæ non erant piratarum,nec infidelium,etiam ſi alias eſſent peritura *a* tenetur reſtituere, niſi mortis periculo ſe exponeret,ut ea ſervaret & dominus aliunde non eſſet recuperaturus

*a* Navar. c.17.

2. Qui capit amiſſa à piratis, vel infidelibus, cum quibus non eſt juſtum bellum,reſtituere *b* tenetur.

*b* Comm. DD.

3. Proloquium illud, quod res aliena ubicumque inveniatur domino eſt reſtituenda,locum non *c* habet in aliquibus. 1. Cum juſta cauſa ſuadet contrarium. 2. In re uſu capta. 3. In re pro derelicta habita. 4. In re clam accepta pro legali debito. 5. In caſu naufragii quando ſatis præſumitur dominus illam habere pro derelicta.

*c* Vide Navarr. ubi ſup.

4. Quod tempore procellæ mittitur in mare ad levandam navim non habetur *d* pro derelicto.

*d* Idem c. 17.n.59.

5 Res habetur *e* pro derelicta,quando illius recuperatio ita eſt difficilis, ut nemo credatur pro re illa recuperanda mortis ſe periculo expoſiturum.

*e* Comm. DD.

### *NECESSITAS.*

1. Exiſtenti in neceſſitate extrema aliquando quis *a* tenetur ſuccurrere etiam cum proprio periculo.

*a* Navar. c.17.n.17.

2. Ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

renuntiatio fuerit, & probatio ad mutuantem ſpectabit.

5. Leges de non numerata pecunia extendi debent ad quamcumque aliam rem, quæ mutuo data fuit.

6. Cum mutuo datur pecunia filio familias licet in aliis contractibus poſſit obligari, qui major eſt 25. annis, in hoc non poteſt ex privilegio Macedoniano; *e* quod in utroque foro verum eſt. & non poteſt à filio renuntiari.

*e* L. 1. & ſeqq. ff. & c. ad Macedonianum.

*QVIBVS IN CASIBVS non poſſit hoc privilegio uti.* Vide Villal. *tr.* 2. *tr.* 22. *diff.* 1. *n.* 11.

7. Cum mutuo datur pecunia loco pio, creditori probare incumbit *f* converſam fuiſſe in illius utilitatem.

*f* Faber. in parag. quæ diximus inſt. Quod cum eo.

8. Cum Prælatus ex Capituli conſenſu mutuum accepit nomine Eccleſiæ, quamvis creditor non probet in Eccleſiæ utilitatem fuiſſe converſum, ſolutio illi *g* facienda eſt. Si autem ad ſolutionem neceſſe ſit rem immobilem alienare, probatio ad creditorem ſpectat.

*g* Molin. de juſt. tr. 2. diſp. 309. quod quibusdā de fidejuſſor.

9. Si privata perſona nomine Eccleſiæ habens ab ea facultatem mutuo aliquid accepit, non *h* tenetur creditor probare converſum fuiſſe in Eccleſiæ utilitatem.

*h* Molina ubi ſupra.

10. Si tutor, vel curator nomine pupilli vel minoris aliquid mutuo accepit non *i* tenentur pupillus, vel minor ad ſolutionem, niſi probetur in illorum utilitatem fuiſſe converſum. Mutuans autem actionem habebit adverſum eum, qui mutuum accepit.

*i* L. 1. c. quando ex facto tutor.

11. Mutuans repetens ante tempus, quia mutuo egebat *l* non tenetur ad intereſſe, niſi mutuatarius aliunde eſſet accepturus.

*l* Comm. DD.

12. Cum pecunia deponitur cum facultate utendi ex depoſito fit *m* mutuum.

*m* Comm. DD.

13. Si quis det oleum recepturus frumentum, mutuum eſt implicitum.

14. Qui mutuo frumentum accepit eadem menſura *n* debet illud reddere, etiam ſi plus valeat redditionis tempore. Mutuatæ tamen pecuniæ valor computandus eſt non ex tempore redditionis, ſed mutuo acceptionis.

*n* Comm. DD.

15. Pactum de recipiendo pretio frumenti quantum valet tempore mutuo dationis, non mutui, ſed venditionis *o* eſt.

*o* Comm. DD.

16. Si certum vel probabilius eſt rem mutuo datam tempore redditionis plus eſſe valituram, non *p* potes obligare mutuatarium ut eadem menſura rem tibi reddat, qua accepit, ſed ea quæ æquet pretium tempore traditionis.

*p* Ex ſelectis Doctoribus.

17. Qui mutuo rem acceptam reddit per nuntium fidelem mutuanti, & ad illum non pervenit, tenetur *q* reſtituere, niſi nuntius ab ipſo mutuante electus fuerit.

*q* Comm. DD.

18. Mu-



18. Mutuum verum ſolum *r* reperitur in rebus, quæ uſu conſumuntur, vel conſtant numero, pondere, & menſura, in aliis mutuum palliatum eſt. Vide verb. *Vſura.*

*r* Comm. DD.

19. Illicitum eſt mutanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſq; ad certum tempus *ſ*

*ſ* In decr. Alexandri VII. an. 1666. 18. Mart.

# DISPVTATIVNCVLÆ Præjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## N.

### NAVFRAGIVM.

1. Qui accipit bona naufragio amiſſa, quæ non erant piratarum, nec infidelium, etiam ſi aliàs eſſent peritura *a* tenetur reſtituere, niſi mortis periculo ſe exponeret, ut ea ſervaret & dominus aliunde non eſſet recuperaturus

*a* Navar. c. 17.

2. Qui capit amiſſa à piratis, vel infidelibus, cum quibus non eſt juſtum bellum, reſtituere *b* tenetur.

*b* Comm. DD.

3. Proloquium illud, quod res aliena ubicumque inveniatur domino eſt reſtituenda, locum non *c* habet in aliquibus. 1. Cum juſta cauſa ſuadet contrarium. 2. In re uſu capta. 3. In re pro derelicta habita. 4. In re clam accepta pro legali debito. 5. In caſu naufragii quando ſatis præſumitur dominus illam habere pro derelicta.

*c* Vide Navar. ubi ſup.

4. Quod tempore procellæ mittitur in mare ad levandam navim non habetur *d* pro derelicto.

*d* Idem c. 17. n. 59.

5. Res habetur *e* pro derelicta, quando illius recuperatio ita eſt difficilis, ut nemo credatur pro re illa recuperanda mortis ſe periculo expoſiturum.

*e* Comm. DD.

### NECESSITAS.

1. Exiſtenti in neceſſitate extrema aliquando quis *a* tenetur ſuccurrere etiam cum proprio periculo.

*a* Navar. c. 17. n. 11.

2. Ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*b Idem c. 17, n. 6.* 2. Extremè indigens non [b] tenetur reſtituere extremè etiam indigenti, niſi rei reſtituendæ dominium ſit apud creditorem.

*c Idem num. 61.* 3. Qui rem alienam accepit in extrema neceſſitate, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit, reſtituere [c] tenetur.

*d Comm. DD.* 4. Neceſſitas facit omnia communia, id eſt communicanda, [d] ſufficit autem mutuo dare indigenti.

*e Comm. DD.* 5. Qui abſque extrema neceſſitate accepit aliquid ad comedendum vel veſtiendum, [e] peccat, & tenetur reſtituere. Idem dic de eo, qui res alienas ſupervacaneas accepit ad ſibi, vel alteri ſubveniendum.

*f Navar. ubi ſupra n. 118.* 6. Qui aliter non poteſt extremè indigenti ſubvenire [f] poteſt occultè aliena capere, ſed cum obligatione reſtituendi.

*g Idem c. 17, n. 51.* 7. Extremè indigentibus excommunicatis, vel infidelibus vendenda [g] ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem, & ipſis tenemur ſubvenire non ſolum in extrema, ſed etiam in gravi neceſſitate.

## NEGROMANTIA.

*a Comm. DD.* 1. Negromantiam addiſcens [a] peccat mortaliter.

## NEGOTIUM.

*a Navar. c. 17, n. 159.* 1. Negotiorum geſtor negotium reſtituere tenetur, quando illud in principali ſua [a] culpa damnificavit, & periculo ejus erit jactura, quam contra pactum fecit.

*b Idem ubi ſup.* 2. Qui promittit ſe gratis negotium facturum ſi ſtipendium clam accipiat [b] peccat, & reſtituere tenetur.

## NEOPHYTUS.

*a Navar. c. 17, n. 205.* 1. Neophytus id eſt recenter converſus non debet ordinari. Neophytus verò non dicitur [a] Chriſtianus novus niſi fuerit recenter converſus.

Notarius Vide *Tabellio.*
Notorium Vide *Manifeſtum.*

## NUMERUS.

*a Comm. DD.* 1. Peccatorum numerus neceſſario eſt [a] confitendus, & neceſſa-



neceſſario interrogandus, nec ſufficit dicere, ſe ſæpè peccaſſe.

2. Cum numerus non dicitur propter oblivionem ex culpa lata provenientem, Confeſſio [b] eſt nulla. Quia tamen facta debitâ diligentiâ recordari nequit propter multitudinem, ſufficit quòd ſtatum, & temporis diuturnitatem aperiat, ut meretrix. *b Comm. DD.*

3. Toties peccatorum numerus augetur, [c] quoties voluntas interrupta renovatur, ſecus tamen eſt in actibus exterioribus. *c Vide Navar. c. 6, n. 16.*

4. Non multiplicatur [d] peccatum, ſi manente eodem actu exteriori ſæpè interrumpatur voluntas, ac renovetur; vel è contra manente eadem voluntate actus exteriores multiplicentur. *d Vide eundem ubi ſupra n. 10.*

5. Cum actus interiores, & exteriores multiplicantur, ſi ſe habent ut via ad unum numero peccatum, non multiplicantur [e] peccata, ſecus ſi per ſe ſint peccata ſeparata. *e Comm. DD.*

6. Nec etiam multiplicatur [f] per actus conſequentes & ſubſequentes, quando non eſt notabilis interruptio inter actus præambulos, & conſequentes, & ipſum actum principalem. Si tamen eſt notabilis interruptio licet ſint diverſa peccata in genere moris, non tamen ſunt neceſſariò confitenda, quia unico conſummantur actu. *f Comm. DD.*

7. Multiplicatur [g] tamen numerus per ſecundam copulam, quamvis primæ ſit proxima. *g Comm. DD.*

8. Conſumens integrum diem in perpetrando homicidio, unum [h] tantùm facit peccatum. *h Comm. DD.*

9. Qui per multum temporis ſequitur fœminam, qua non potitur, toties diſtincta numero peccata committit, [i] quoties interrumpit malam voluntatem ceſſando ab opere exteriori ad illud peccatum ordinato, & iterum illud opus ad inhoneſtum actum ordinando. *i Vide Navar. ubi ſup. n. 18.*

# DISPUT. I. SECT. I.
## RESOLUTIONES VARIÆ.

## NOVITIUS.

### *De ingreſſu in Religionem.*

1. INgreſſus in religionem cum paucis, & timoratæ conſcientiæ viris conſulendus [a] eſt. *a D. Tho. 2. 2. q. 189. art. 10.*

Nn

2. Non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. Non licet *b* ſervo religionem ingredi, & profiteri ſine conſenſu domini. Si autem profeſſionem emiſerit, & illius dominus intra triennium illum petierit reddendus eſt.

3. Si ſervus per fraudem profeſſionem emiſit etiam domino redditus manet religioni obligatus, *c* ita ut poſt acquiſitam libertatem non poſſit matrimonium contrahere. Et prædicta vera ſunt in quibuſcumque ſervis, colonis, originariis, vel adſcriptitiis.

4. Concilium Tridentinum *d* excommunicat omnes cujuſcumque ſtatus ſint, vel conditionis qui quomodocumque coegerint aliquam virginem, aut viduam, vel aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in caſibus jure expreſſis ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cujuſcumque religionis, vel admittendam profeſſionem.

5. Qui alteri eſt obligatus etiam cum juramento, ut qui ſe ad reipublicæ ſervitium obligavit, poteſt *e* religionem ingredi. Tenetur tamen, ſi poteſt per alium ſervitium adimplere.

6. Qui ære alieno gravatus eſt, ſi unde ſolvat nec habendi ſpem habeat, factâ creditoribus ceſſione bonorum, poteſt *f* ingredi religionem.

7. Qui de facto debitis non ſolutis profeſſionem emiſit, ſi alicujus artis gnarus eſt, tenetur *g* laborare, ut debitoribus ſatisfaciat.

8. Theſauri publici cuſtos, depoſitarius generalis, & ſimiles alii non poſſunt, *h* niſi muneris ſui ratione redditâ ingredi religionem.

9. Qui habet parentes in gravi neceſſitate conſtitutos non *i* poteſt fieri religioſus etiam ſi votum emiſerit. Si tamen profeſſionem fecerit valida *l* erit, tenebitur tamen exire cum licentia Prælati, vel ſine illa habitu retento, ſi aliter non poteſt parentes alere. Si tamen paupertas parentibus ſupervenerit poſt factam profeſſionem filii non eſt ad hoc obligatus, *m* poterit tamen retento habitu ex Prælati conſenſu è religione exire. Sunt tamen qui dicant etiam in hoc caſu eſſe obligatum exire à religione etiam renuente *n* Prælato.

10. Quod dictum eſt de filiis erga parentes, intelligendum *o* eſt de parentibus erga filios. De fratribus autem erga fratres pauperes, vel ſorores diverſa *p* eſt ratio. Si tamen quis fratres parvulos,

*b* c. ſi quis incognitus 17. q. 2.
*c* Argumento c. de vidua 7. q. 1.
*d* Trid.
*e* Azor. 1. to. lib. 4. 12. q. 4.
*f* D. Tho. 2. 2. q. 189. art. 6.
*g* Azor. ubi ſupra.
*h* c. legem 15. & c. 2. de oblig. ad ratiocinata.
*i* D. Tho. 2. 2. q. 189. art. 6.
*l* Navar. conſ. 3. de regul.
*m* D. Tho. 2. 2. q. 101. art. 4.
*n* Azor. 1. p. lib. 1. c. 8. q. 5.
*o* Idem tom. 1. lib. 12. c. 1. q. 8.
*p* Idem ubi ſup.



& ſorores puellas haberet ejus operâ indigentes ingreſſum in religionem teneretur differre.

11. Omnes *q* Eccleſiaſtici præter Epiſcopos conſecratos, qui Papæ licentiâ indigent, poſſunt *r* ingredi religionem, & donec profeſſionem emittant, retinent beneficia, & dignitates, & illis debentur ſtipendia extractâ tantum parte, quæ illorum debetur ſubſtituto.

12. Poſt matrimonium ratum, & non conſummatum etiam uxore renuente ingredi religionem *ſ* licet, & facta profeſſione conjux alter liber manet ad contrahendum cum alio.

13. Qui religionis regulam profitetur, licet aliqua illius, in quibus ſubſtantia religionis non conſiſtit, ſervare non poſſit, validè *t* profitetur.

14. Hermaphrodita, *u* in quo æqualiter viget ſexus uterque, non poteſt ingredi religionem mulierum, quia eſt vir, nec virorum, quia eſt fœmina. Si autem ſexus fœmineus prævaleret, validè profiteretur in monaſterio fœminarum, ſed propter ſcandalum poſſet à Papa expelli, & à Prælatis religioſis ex Leonis X. privilegio. *x*

15. Maritus, qui ſine conſenſu uxoris profeſſionem emiſit, ab illa extrahi poterit; ipſe tamen non poterit debitum petere, ſed tantum reddere. Idem dic cum uxor per metum, vel fraudem conſenſum præſtitit. *y*

*QUÆ QUALITATES in novitiis requirantur ſecundum Sixti V. Gregorii XIII. & Clementis VIII. conſtitutiones,* Vide Villalobos *tom. 2. tr. 35. dif. 9.*

16. Cum inhabilitas novitii non eſt à jure communi, valida *z* erit illius profeſſio, licet ſit contra Conſtitutiones Sixti V. quia moderatæ ſunt à Clemente VIII.

17. Societas Jeſu *a* poteſt novitios admittere, & cum illegitimis diſpenſare juxta ſuas Conſtitutiones ex privilegio Greg. XIII.

18. Novitiatus Societatis debet durare per biennium, & in Novitiorum in Societatem cooptatione derogatæ *b* fuerunt Conſtitutiones Sixti V. & aliorum Pontificum.

19. Suffragia Conſultorum in Societate Jeſu ad admittendos Novitios non ſunt deciſiva, ſed conſultiva. *c*

20. Quinque ſunt *d* in noſtra Societate impedimenta eſſentialia, & qui cum quolibet illorum etiam ad ultimam profeſſionem eſſet admiſſus, profeſſio ejus eſſet nulla.

21. Primum eſt receſſiſſe à gremio ſanctæ Eccleſiæ fidem abnegando, vel in errores circa ipſam ſic incurrendo, ut damnatus ob aliquam propoſitionem hæreticam quis fuerit, vel

*q* D. Tho. 2. 2. q. ult. art. 7.
*r* c. licet, de regul.
*ſ* c. verum ex publico, de convet. conjug.
*t* Villal. tom. 2. tr. 35 dif. 7.
*u* Henriq. lib. 14. de irreg. c. 2. n. 6.
*x* F. Eman. in Sum. 2. p. c. 6. ad finem.
*y* c. accedentes, & c. veniens, de conver. conjug.
*z* Ex Bull. Clem. VIII.
*a* Ex Bull. Greg. XIII.
*b* Ex eadem Bulla.
*c* Ex eadem Bulla.
*d* Ex c. 1. examinis in lib. conſtit.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vel ut ſuſpectus hæreſis per ſententiam publicam declara-
tus, vel ſi infamis ob excommunicationem tanquam ſchiſ-
maticus ſpreta authoritate, & providentia ſanctæ matris
Eccleſiæ extiterit. Hæreſis autem ſi fuerit nationalis non im-
pedit.

22. Secundum eſt, Homicidium aliquando perpetraſſe, vel publicè infamem propter enormia peccata fuiſſe.

23. Tertium eſt, Habitum ſumpſiſſe alicujus Religionis Fratrum, vel Clericorum vitam aliquando *e* cum eis in obedientia agendo, ſive emiſſa, ſive non emiſſa profeſſione, vel eremitam cum veſtibus monachalibus fuiſſe.

*e* Vel ſi per unum diem, vel quodlibet tempus etiam breviſſimum.

24. Quartum, vinculo matrimonii conſummati, vel ſervitutis legitimæ ligatum eſſe.

25. Quintum, infirmitatem pati unde obſcurari, vel parum ſanum judicium ei reddi ſoleat, vel diſpoſitionem notabilem ad hujuſmodi infirmitatem habere.

26. Sextum, in his non poteſt *f* Generalis, nec Societas diſpenſare, poteſt tamen Papa, ejus Nuntius, & Summus Pœnitentiarius.

*f* Vide c. ſupradict. examinis.

27. Obligatio ingreſſuri detegendi impedimenta in examine eſt in re gravi, & ad peccatum mortale obligans, & eidem cui quod celatum eſt, aperiendum erat, reſervatum, *g* vel ad eum, qui illius locum tenet.

*g* Ex c. 3. examinis.

28. Ex Judæis, vel Mauris modernis Chriſtianis, vel notatis, vel declaratis ob aliquem errorem contra Chriſtianam religionem progeniti ſunt inhabiles Societati, ſed licet hæc inhabilitas non ſit eſſentialis, in ea diſpenſare Generalis non poteſt. Qui verò bona fide eſt receptus validè fecit *h* profeſſionem, ante illam vero ſi error cognoſcatur eſt dimittendus.

*h* Ex decret. 14, 5. Congr. et can. 1.

19. Qui degunt in provinciis valde remotis, vel cum ſua provincia ab infidelibus eſt occupata facta diligenti inquiſitione, ſi nulla inhabilitas inveniatur, poſſint ad religionem admitti.

30. Illi quorum parentes, & progenitores paterni, ſive materni viventes, ſeu defuncti uſque ad quartam generationem incluſivè hæretici declarati, & ut tales condemnati, ac illi, ſeu illorum corpora, & oſſa vel ſtatuæ igni traditi fuerint originem trahentes. Hæc verba ſunt Conſtitutionis Franciſcanæ, & per eam qui tales ſunt, etiam ſi profeſſionem emiſerint, & per multos annos in religione vixerint, ejiciendi *i* ſunt, niſi antè parentum delicta fuerint progeniti.

*i* Villal. to. 1. [illegible] 35.

31. Nemo,



31. Nemo, qui jure majoratûs gaudet in Hiſpania, niſi habita facultate a N. R. P. Generali poteſt *l* in Societatem recipi, & is debet eſſe talibus ornatus donis, ut ſpem magnam præbeat ſe poſt biennium probationis idoneum extiturum, ut ad profeſſionem trium votorum admitti queat.

*l* Ex decr. 14. Cong. & 31. ex can. 4.

32 Noſtri, qui ante ingreſſum in Societatem Eccleſiaſtica beneficia quæcumque obtinent finito probationis biennio, priuſquam vota ſimplicia ſcholaſticorum emittant, omnino reſignare debent, *m* non obſtante canone Primæ Congregationis.

*m* Ex decr. 57. & can. 5. Cong. 5.

33. Biennium novitiatus Societatis poteſt *n* aliquando, raro tamen contrahi, & ante illud admitti Novitius ad vota religionis. Facultas hæc eſt apud Societatem, ſed uſus interdicitur, niſi in caſu raro ad profeſſionem ſolemnem.

*n* Ex decr. 10. Cong. 5. & ex can. 10.

34. Novitiis declarandum eſt antequam vota emittant, *o* quod promiſſio, quam facturi ſunt de ingrediendo Societatem, eſt novum, & verum votum admittendi gradum, quem ſuperior ei convenire in Domino judicaverit.

*o* Ex decr. 19. Cong. 5

35. Novitius, qui ex laboribus novitiatus incidit in morbum ob quem inutilis redditur religioni, licitè poteſt *p* dimitti; ſecus vero ſi hoc contingat poſt vota biennii, niſi ipſe contentus ſit exire.

*p* Ex eod. decr.

36. Moribundos non licet *q* ante biennium ad vota religionis admittere, ſufficit ut ad devotionis vota admittantur.

*q* Ex dec. 50. 5. Cõg.

37. Novitios teneri ad caſus reſervatos alii negant, alii affirmant; omnes autem ex noſtra Societate affirmativam ſententiam ſequi debent *r* ex ordinatione P. N. Generalis Claudii. Unde ab alio quàm à ſuperiore vel de ejus licentia non poſſunt abſolvi. Si autem habeant Bullam Cruciatæ an à quocumque Confeſſario approbato ab ordinario poſſit abſolvi non eſt facile dijudicare; poſſe probabilius videtur.

*r* Ex declar. N. P. G. Claudij.

38. Omnia peccata, quæ in noſtra Societate annexam habent excommunicationem ſunt *ſ* reſervata, & ipſæ etiam cenſuræ ſunt reſervatæ, unde nec ab his peccatis, neque à cenſuris annexis Novitii poſſunt abſolvi.

*ſ* Ex Societatis Conſtitutionibus.

39. Novitii ut vota religionis emittant habere debent *t* decimum ſextum annum completum.

*t* Comm. DD.

40. Novitii Præbenda, vel Beneficium non vacat *u* cum Religionem ingreditur, & fructus facit ſuos donec profiteatur.

*u* Comm. DD.

41. Excommunicatio in noſtra Societate lata in eos, qui



cum

cum extraneis agunt de ſua dimiſſione non comprehendit x Novitios, quia iis liberum eſt à Societate exire.

42. Biennium noviciatus debet y incipere à die legitimæ receptionis ad habitum, & ab anno pubertatis in viris à 14. in fœminis à 12.

43. Si quis ab aliquo religioſo reciperetur ad habitum, à die qua Prælatus ratum habuit, noviciatus z incipit, & neceſſarium eſt quod habitum a deferat.

44. Noviciatus in aliis religionibus debet eſſe annus integer, b & continuatus à momento in momentum: & non dicitur interruptus, quando Novitius ægrotus redit in domum ſuam, ut curetur habitum religionis deferens.

45. Annus probationis poteſt finiri c ante decimum ſextum ætatis annum, & non d poteſt à Novitio, neque à Religione renunciari, quod non ſit integer, & continuus.

46. Moniales ex privilegio e Pii V. poſſunt in articulo mortis ante annum profiteri, dummodo decimum ſextum annum habeant, ſed in bona illius monaſterium non ſuccedet.

47. In aliis Religionibus eſt f privilegium in mortis articulo admittendi ad habitum, & ad profeſſionem Novitios etiamſi nullos præceſſerit probationis dies. In noſtra autem ſocietate non licet, nec valebit admiſſio.

48. Qui poſt matrimonium ratum, & non conſummatum nunc unam, nunc aliam religionem ingreditur, licet ſit in conjugis damnum; non poteſt g ad profeſſionem compelli.

49. Novitius, qui eodem die quo exivit reverſus eſt, ſi animo non redeundi exivit, probationis annum h interrupiſſe cenſetur.

x Sic conſulti viri docti reſponderūt. y c. ad noſtras, c. ſignificaſti de reg. z Eman. to. 1. q. 17. art 1. a Silveſt. verb. religio 1. q. 1. b Trid. ſeſ. 25. c. 16. de reg. c Azor. to. 1. lib. 12. c. 4. q. 6. d Henriq. n. 2. lit. e Refertur à P. Eman. Rod. in qq. reg. f Vide Rod. de qq. regul. g Comm. DD. h Suarez apud Dian. p. 1. tr. 5. reſ. 13.

SECTIO



# SECTIO II.

## *De variis reſolutionibus ad Novitios ſpectantibus.*

1. Novitius grave aliquod crimen perpetrans à ſuo Prælato, & non ab alio puniendus a eſt.

2. Non b poteſt eligi in Prælatum Religionis, benè tamen in Epiſcopum, nec poteſt prima tonſura ordinari.

3. Poteſt c condere teſtamentum ea ſolemnitate qua ſæcularis, & valet d licet monaſterio nihil relinquat ſecundum probabiliorem.

4. Si ab inteſtato moriatur e, illi ſuccedunt hæredes ab inteſtato ſecundum probabiliorem.

5. Gaudet f privilegio canonis *ſiquis ſuadente*, quamvis careat prima tonſura.

*QUOAD VOTA novitiorum vide verbum* Vota.

6. Novitius non perſeverans, non tenetur g ſolvere ſumptus alimentorum.

*AN VALEANT renunciationes, ac donationes à Novitiis facta ante profeſſionem.*

7. Nulla renunciatio facta à Novitio etiam cum juramento valet, niſi fiat cum licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & non cenſetur ſuum effectum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione, aliter facta etiam jurata, & favore hoc renunciatio non valet ex Tridentini h Decreto.

8. Non prohibetur i teſtamentum condere, ſi facta fuit renunciatio juxta Tridentini formam, etiam ſi profeſſio differatur, valet.

9. Hoc decretum locum non habet quando facta fuit renunciatio ante ſuſceptionem l habitus, etiam ſi illam fecerit animo illum ſuſcipiendi. Contraria tamen ſententia à viris doctis defenditur.

10. Si fiat hæc donatio in ipſo ingreſſu non valet, m & idem dic ſi fiat in fraudem Tridentini canonis intuitu religionis ante ingreſſum.

11. Si profeſſio fuit ante ætatem legitimam, nec profeſſio

a Azor. 1. p. lib. 12. c. 2. q. 11. b c. nullus de elec. in 6. c c. monaſ. 19. q. 3. d c. ſi qua mulier 19. q. 3. e Abb. in c. in præſenti. f c. religioſo parag. quamvis de ſent. excom. g Azor. 1. p. lib. 12. c. 3. q. 6. h Trid. ſeſ. 25. de reg. i Ex declar. Card. l Ex ipſis Cardin. ubi ſup. m Farinac. ex eadem declar. Vide Leſſium lib. 2. c. 41. num. 40.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nec donatio valent; *n* & idem dic ſi Novitius ante profeſſionem moriatur.

*n* Villal. to.2.tr.35. diſ.117, *o* idem ubi ſup.

12. Epiſcopi vel Vicarii licentia eſt neceſſaria, *o* niſi donatio fiat ad tempus profeſſionis, quia eſt quaſi donatio cauſa mortis ad modum teſtamenti.

*p* F. Eman. in ſum. 2, p.c.8, n.3,

13. Poteſt *p* Novitius non obſtante dicto canone contractus onerofos celebrare, & ſecundum probabiliorem ſententiam non loquitur Tridentinum de beneficiorum renunciatione.

*q* Trid. ſeſ. 24. de reg. c. 16,

14. Etiam, ſi donatio facta à Novitio fiat cum pacto quod non valeat, niſi ſequuta profeſſione eſt *q* nulla, niſi ſerventur Tridentini conditiones.

*AN POSSIT PROFESSIO differri expleto anno probationis?*

*r* Comm. DD.

15. Profeſſio Novitii etiam habilis ad Religionem ex illius conſenſu poteſt *r* à Prælato differri. Si autem ſit inhabilis, vel quia non ſanus, vel non virtuoſus pro Prælati arbitrio debet differri, dummodo habeat ſpem probabilem, quod efficiatur habilis intra ſex menſes.

*AN DURANTE probationis anno poſſit recipi aliquid à parentibus, conſanguineis, vel Curatoribus Novitiorum, vel Novitiarum dotes?*

*ſ* Trid. ſeſ. 25. c. 16, de reg.

16. Circa hoc Tridentinum *ſ* decrevit, Quod nihil à Novitiis vel eorum parentibus, conſanguineis, vel Curatoribus poſſit recipi ſub quocumque reſpectu, & quod contrarium facientes excommunicentur ab Epiſcopo.

*t* Miranda de ſacr. monial. q. 8, art. 2,

17. Mutuò accipere ſub pignore, quamvis non ſit à Concilio prohibitum, peccati mortalis non caret *t* ſcrupulo. Si autem ob hoc mutuum novitiæ alimenta remittantur, erit uſura.

*u* Trid. ſeſ. 25, de reg. c. 15, n. 1, & 5,

18. Propinæ, & cerea, quæ novitiis in profeſſione acquiruntur, licet hoc contra Tridentinum *u* ſit, licet tamen jam propter conſuetudinem inter Moniales; debent tamen eam abolere Prælati.

*DE EO QUI POTEST profeſſionem emittere, & expreſſa quomodo ſit facienda?*

19. Ut profeſſio ſit valida, neceſſarium eſt ut Novitius per annum integrum probetur, & habeat 16. annum completum.

*x* F. Eman. to. 3, q. 7, art. 20,

20. Ex PP. Minimorum conſtitutione ad profeſſionem non admittitur, niſi qui adimpleverit 18. annum, *x* ſi autem in 16. fieret valide fieret.

21. Si Novitius ante legitimam ætatem profeſſionem fecerit, & per multum temporis inter alios ut profeſſus ſe geſſerit



ſe geſſerit, niſi legitimo tempore ratam habuerit profeſſionem ſciens fuiſſe invalidam, nulla *y* erit, etiam poſt ſacrorum Ordinum ſuſceptionem.

*y* Azor. to. 1, lib. 12. c. 4, q. 7.

22. Ad Prælatum Conventus, ubi Novitius adeſt, & profitetur, & ad ipſum conventum pertinet *z* profeſſionem dare Novitiis. Et Generales illam dare non poſſunt, ſine majori Conventus parte, ſi autem illam injuſtè negant poteſt illos cogere.

*z* Navarr. conſ. 9, de conſt. l. 1,

23. Profeſſio facienda *a* eſt in manu Prælati Religionis, vel de illius licentia in manu alterius etiam laici, & per ratihabitionem.

*a* Innoc. c. porrectũ de reg.

24. Poteſt quis per Procuratorem *b* profiteri.

*b* Ex reg. ratihabitionem de reg. jur. in 6,

25. Si probabilis dubitatio *c* contingeret an jam profeſſus eſſet baptizatus, profeſſio iterum eſſet facienda, *d* ſed probatio Novitiatus per annum non eſſet iteranda neceſſariò, tutius autem eſſet illam iterare.

*c* Azor. to. 1. l. 12. c. 3, *d* Ex declar. Card. relat. à Vill. ubi ſup. diſ. 10

26. Profeſſio alia expreſſa, alia interpretativa. Expreſſa *e* poteſt fieri etiam per nutus & non habet certam formam verborum.

*AN PROFESSIO facta ſub conditione valeat?*

*e* Abb. in c. porrectũ de reg.

27. Si conditio eſt de præterito, vel de præſenti, ſi eſt vera valet, ſi eſt de futuro contingenti, *f* vel contra Religionis ſubſtantiam non valet.

*f* Ex reg. jur. Actus legitimi non recipiunt diē neq; conditionem.

28. Si quis profiteretur ſub conditione hac, quod ſcilicet bona ſua retenturus ſit ſubjecta tamen voluntati Prælatorum, valeret *g* profeſſio. Si vero conditio eſſet retinendi illa independenter à Prælato non valeret, & ſic conciliantur opiniones contrariæ.

*g* F. Eman. to. 3, q. 17. art. 6,

29. Si quis profiteretur cum intentione ſe non obligandi ad præcepta regulæ, obligatus nihilominus maneret. *h*

*h* Villal. ubi ſupra.

*DE PROFESSIONE tacita, & quomodo fiat?*

*i* Trid. ſeſ. 25, de regul. c. 15,

30. Profeſſio tacita opere, & non verbo fit, & hodie non eſt à Tridentino *i* ablata, ſi fiat poſt annũ integrum probationis, & impleto decimo ſexto ætatis anno, quibus ſervatis, ſi quis relicto habitu Novitii habitum profeſſi ſuſciperet è manu ſuperioris, & hujuſmodi conſuetudo recipiendi profeſſos vigeret apud aliquam Religionem ſine aliis verbis, talis profeſſio valeret, quia non eſt contra mentem Concilii.

*AN VALEAT profeſſio facta ob iram, timorem, aut aliam animi perturbationem?*

31. Ira aut alia animi perturbatio non facit *l* irritam profeſſionem.

*l* Azor. 1. p. lib. 12, c. 5, q. 8,

32. Profeſſio facta per vim aut metum cadentem in virum con-

conſtantem eſt irrita, ſive fiat ad extorquendum conſenſum.

*QUOMODO ratificanda ſit profeſſio.*

33. Cum quis eſt inhabilis ad profeſſionem etiam ſi ſæpè ratificet profeſſionem nihil ᵫagit.

34 Profeſſio invalida nunquam ratificatur, *o* niſi quis ſciat fuiſſe invalidam.

35. Cum profeſſio fuit invalida ex defectu conſenſus propter metum, aut vim, ſufficiet, *p* quod ratificetur per interiorem conſenſum, ſi Superior animum non mutaverit.

36. Cum fuit invalida ex defectu ætatis, vel anni integri probationis, impletis his poteſt *q* ratificari per ſolum conſenſum profeſſi ſine novo conſenſu conventus, & ſi poſt quinquennium non reclamaverit, cenſetur *r* conſentire, & ſine alia diligentia manet verè profeſſus.

37. Qui bona fide profeſſus ſtatim ac ſcivit profeſſionem invalidam fuiſſe illam ratificavit, antiquitatis locum à prima profeſſione debet *ſ* habere.

38. Ad ratificandam profeſſionem non eſt neceſſarius novus annus Novitiatus, & qui illum non habuit integrum ſufficit quod in habitu profeſſi defectum adimpleat ſecundum probabiliorem opinionem, ſed tutior eſt contraria. *t*

39 An qui putans mortuam fuiſſe uxorem annum probationis peregit, ſi poſtea ſciat pro illo tempore vixiſſe, ſed jam mortuam eſſe, teneatur alium probationis annum agere, affirmativa eſt tutior, negativa *u* probabilior.

*n* c. Præſatum de iis quæ vi. *n* a. defini. tus 18. n. 2 *o* Sanchez de matr. lib. 7. diſp. 37. nu. 19. *p* Idem ubi ſup. n. 60. & 61. *q* Idem ubi ſup. n. 64. & vide c. ſignificaſti de reg. *r* Trid. ſeſ. 25. de reg. *ſ* Comm. DD. *t* Sanch. de matr. l. 7. diſ. 37. n. 5 *u* Azor. 1. p. l. 12. q. 6.

# Sectio III.

## *INTRA QUOD TEMPUS RECLAMATIO contra profeſſionem facienda ſit.*

1. UT reclamatio admittatur tria Tridentinum requirit *a* 1. Quod reclamans non dimittat habitum ante reclamationem 2 Quod cauſas proponat ante ſuum Superiorem, & coram Ordinario, & ſuperior debet eſſe conventus illius, in quo profeſſionem emiſit, & Ordinarius illius loci 3. Ut fiat intra quinquennium à die profeſſionis, & non à die in qua ſciunt inhabilitatem.

*a* Trid. ſeſ. 25. c. 19, de reg.

2. Qui habitum dimiſit, quia aliter non potuit reclamare, vel ſi temere dimiſit, & poſtea fuit ad illum reſtitutus admittendus eſt, & audiendus *b* intra quinquennium.



3. Qui extra quinquennium reclamavit, & verè numquam ratificavit profeſſionem, licet in foro exteriori præſumatur profeſſus, in interiori non eſt; & ſi poteſt ſine ſcandalo licebit *c* ei fugere à religione, & Superior ſi ei conſtat de nullitate poterit permittere. Si autem non poſſit ſine ſcandalo religionem deſerere, tenebitur *d* ratificare profeſſionem, ſecus enim tenebitur alimenta religioni reſtituere, nec poterit ſacris initiari.

4. Si dubium eſt an intra quinquennium animum habuerit ratificandi profeſſionẽ poſt illud profeſſus præſumendus eſt. *e*

5. Etiam poſt quinquennium poteſt *f* reclamare quando durat poſt illud inhabilitas poſita à jure in favorem Religionis, vel durat vis, vel metus cadens in conſtantem virum, vel alia juſta cauſa propter quam, ut minor 25 annis debeat in integrum reſtitui, vel ſi ſit major propter ignorantiam invincibilem.

6. Qui legitimè ratificavit clauſum omninò aditum ad reclamandum habet. *g*

*AN IN PROFESSIONE omnia peccata remittantur quoad pœnam.*

7. Etiam ſi non eſſet à Pontificibus indulgentia conceſſa, ex vi heroici actus vitam à Deo gratam profitentis, omnia illi etiam quoad pœnam peccata remittuntur *h*

8. Qui in ſtatu peccati mortalis profeſſionem fecit, ſi poſt pœnitentiam peccati gaudeat ſe profeſſionem feciſſe, & animum habeat ſe de novo obligandi Deo ſi obligatus non eſſet, pium *i* eſt credere quoties hunc actum fecerit, toties remiſſionem omnium ſuorum peccatorum, quoad omnes pœnas, vel ſaltem quoad maximam partem illarum à benigniſſimo Patre Deo conſecuturum.

9. Gaudium hoc de bonis operibus etiam alienis eſt maximi, & præſtantiſſimi *l* meriti apud Deum, qui eſt facillimus, & ſuaviſſimus omnibus. Gaudeamus ergo de omnibus ſanctis operibus factis in Dei honorem ab omnibus creaturis à principio mundi, & faciendis per totam æternitatem. Et ad hoc diviniſſimum, & ſuaviſſimum exercitium omnes creaturas invitemus dicentes: *Benedicite omnia opera Domini Domino*, vel *Laudate Dominum de cœlis*, & alia Cantica hujuſmodi. Gaudeamus inſuper de omnibus divinis perfectionibus, denique Deo gloriam, & ſanctificationem nomini ejus & gratias infinitas, & continuas propter magnã gloriã ſuam, lætemur in bonis ejus, & miro modo omnia bona

*b* Sanchez ubi ſup. n. 19. *c* Vill. ubi ſup. diſ. 25 *d* Vill. ubi ſup. diſ. 25 *e* Navarr. conſil. 13. n. 10, de reg. lib. 3. *f* Sanchez lib. 7. diſ. 37, n. 15. D. Th. 2, 2 q. 189, art. 3. ad 3. *g* Comm. DD. *h* D. Tho. ubi ſupra. *i* Vide Vill. ubi ſup. diſ. 25 *l* V. de P. Did. Alu. de affect. div. amo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bona Dei noſtra erunt. Demus illi divinitatem per ſuffragium noſtrum, demus & omnes perfectiones, gaudentes & jubilantes, quod Deus ſit infinite perfectus. Hæc eſt ſcientia Sanctorum, & vera ſapiētia ſuper aurū, & topazion pretioſa, ſuper regnum, & diadema glorioſa, & dulcis ſuper mel, & favū: poſtulemus eā à Deo, qui dat omnibus affluēter, & non improperat.

*QVIS SVCCESSVRVS eſt in bonis profitentis.*

10. Si faciens profeſſionem teſtamentum non fecit, monaſterium, ſi capax eſt, *l* ſuccedit.

*l* Auth. ingreſſus C. de ſacr. Eccl.

11. Si pater profeſſionem faciens habebat uſumfructum bonorum adventitiorum filii, in hunc etiam ſuccedit monaſterium ſecundum aliquos DD. ſecundum alios vero *m* ipſe filius, quia per profeſſionem tanquam per mortem patris exiit à patria poteſtate, quod videtur probabilius.

*m* Covar. in 4. c. 2. de teſt.

12. Majoratus profitentis non tranſit *n* in monaſterium, tranſit autem uſuſfructus illius dum vivit religioſus, niſi ſit clauſula in contrarium.

*n* Molina de pri. mog. lib. 1.

13. Si profeſſionem faciens habeat liberos, ſi antè non diviſit legitimam inter eos, debet *o* illam poſt profeſſionem dividere, & reſidua erunt monaſterii.

*o* Auth. ſi qua mulier C. de ſacr. Eccl. & ibi DD.

14. Idem dicendum eſt de filio reſpectu patris in ea parte, in qua ſuccedere debet.

15. Libri, quos filius habebat in ſeculo, ſi dati à patre fuerūt ei jam Doctori, vel Magiſtro, ſunt quaſi bona caſtrenſia, & poteſt illos ſecum ferre in monaſterium; ſecus *p* vero ſi ei adhuc ſcholaſtico dati fuerunt, quia ad patrem pertinent.

*p* Azor.

16. Si Novitius ante profeſſionem fecit teſtamentum, & in eo hæredem inſtituit extraneum, ſi religio eſt capax bonorum bona teſtatoris poſſidebit *q* uſque ad mortem naturalem ejus.

*q* Vill. ubi ſup.

## SECTIO IV.

### *Variæ circa Novitios reſolutiones.*

1. SI Novitius etiam ſine licentia per tres, vel quatuor dies habitum deferens exeat ex Novitiatu, non ideo interrūpitur, modo ii poſtea ſuppleantur. *a* Si vero deferat habitum animo non redeūdi, interrumpitur etiā ſi pœniteat eodē *b* die.

*a* Leſſius. *b* Suarez.

2. Novitii gaudēt *c* omnibus privilegiis Religioni conceſſis.

3. Novitius rediens ad ſæculum non *d* reincidit in cenſuras vel irregularitates à quibus abſolutus fuit in religione ex vi privilegiorum illius.

*d* Diana 5. p. tr. 17. & reſ. 159.





4. Novitius etiam Capucinorum poteſt *e* cum Prælati licentia reſervare ſibi electionem puellarum, quibus dotandis legatum in teſtamento reliquit, & exorta dubia reſolvere.

*e* Sanchez

5. In Biſſextili duo dies pro uno computantur *f*, & ideo Novitius qui ingreſſus fuit 24. die Februarii, ſequenti anno die 25. debet profiteri.

*f* Comm. DD.

6. In ſocietate totus Novitiatus cum ſæcularibus veſtibus tranſigi poteſt, quia non habet ſpecialem habitum.

7. Novitius qui facit in ſocietate vota devotionis, facit ſolum dum in Novitiatu perſeverare voluerit, & ideo manet liber ad religionem deſerendam; & promiſſio, quam facit ſocietatem ingrediendi, eſt ſub conditione, ſi noſtra Religio ſibi poſt probationem placuerit.

8. Effectus prædictorum votorum eſt majus meritum faciendi res pro illo tempore ex voto, ſicut majus erit demeritum lapſus contra votum; vota autem hæc ſunt ſine animo ſe perpetuo obligandi, ſed tantum pro illo Novitiatus tempore ſub prædicta conditione.

9. Ablata eſt per Congregationem VIII Provincialibus admittendi aliquem in ſocietatem poteſtas, niſi annum 15. impleverit; diſpenſavit tamen N. Præpoſitus Generalis in Peruano regno ut expleto 14 poſſit recipi.

10 Novitius, qui in uno monaſterio in probatione fuit per 6. menſes, & in alio per 6. alios menſes, non poteſt valide profiteri, quia non fuit in probatione per annum. Si vero poſt annum probationis deſerat religionem, & tranſacto etiam multo tempore redeat ad idem monaſterium, poterit valide profiteri, ſecus ſi ad aliud.

11. Novitius, qui annuam non habuit probationem etiam poſt quinquennium de nullitate audiendus eſt, nec eſt contra Tridentinum.

12. Novitius, qui major eſt 16. annis, & non examinatus de his quæ Sixtus V præcipit admiſſus fuit ad habitum, & ad profeſſionem nullam profeſſionem fecit.

## *NVPTIAE.*

1. Non eſt peccatum *a* mortale tempore Adventus, vel Quadrageſimæ traducere ſponſam in domum mariti, & convivia celebrare, quia conſuetudine receptum eſt.

*a* Sanch.

2. Nuptiales benedictiones poſſunt *b* dari, quando alter conjux aliud matrimonium non contraxit.

*bb* Menacho in manuſcr.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### DE OBEDIENTIA.

### DE OBEDIENTIÆ DEFINITIONE, *& quotuplex ſit.*

*a* Ex Navar. c. 15, num. 55.

1. OBEDIENTIA *a* eſt duplex, alia ſpecialis, alia generalis. Specialis eſt virtus inclinans ad faciendum ea, quæ jubentur eo principaliter, quod jubentur. Generalis vero comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus ſit, quod jubetur.

*b* Eſt cõm.

2. Cum ſubditus ob contemptum omittit facere juſſa Prælati etiam in materia levi, peccat *b* mortaliter.

*c* Vill. to. 2. tr. 35. diſ. 58.

3. Inobedientia naturâ ſuâ eſt peccatum *c* mortale, & ſubditus peccat mortaliter non obediendo, cùm ex Prælati verbis conſtat obligare voluiſſe ad mortale, ut ſi jubeat in virtute ſanctæ obedientiæ, vel ſub excommunicatione.

*d* Comm. DD.

4. Si materia levis ſit etiamſi Prælatus velit obligare ad mortale, qui non obedit, non peccat *d* mortaliter, nec venialiter ſi res manifeſte eſt impertinens. Si tamen ex rei levis fractione, verbi gratiâ ingreſſus in alterius cubile grave damnum immineat Religioni, & Prælati intentio ſit obligare ſub mortali, peccatum mortale erit fractio rei levis.

*e* Comm. DD.

5. Non tenetur ſubditus in actibus interioribus obedire, nec in rebus jure naturali divino, vel Canonico, vel à majore ſuperiore prohibitis.

*f* Comm. DD.

6. Tenetur *f* in rebus dubiis obedire, niſi dubium eſſet in damnum tertii, vel proprium ſpirituale.

*g* Bern. de diſp. & præc. Votum meſi non adæquat Prælatus.

7 In rebus valde difficilibus non tenetur *g* ſubditus obedire; ut ſi juberetur per plures dies in pane, & aqua jejunare; niſi ad hoc eſſet cauſa rationabilis.

8. In



8. In rebus omnibus licitis quamvis arduis obedientia eſt perfecta in novis aſperitatibus, & rigoribus extra conſuetudinem, & regulam non eſt obligatoria in manifeſtè illicitis eſt indiſcreta.

9. In re gravi nolle ſine cauſa obedire mortale *h* eſt. — *h* Sa verb. obedientia.

10. Per edicta generalia non intendunt *i* ſuperiores cum magno damno obligare; nec tenetur obedire qui ſcit ſuperiorem non præcepturum, ſi rei cognoſceret veritatem. — *i* Comm. DD.

11. Cum inter ſubditum, & ſuperiorem eſt opinionum diverſitas, tenetur *l* ſubditus obedire, niſi manifeſte ſciat rem eſſe illicitam. Sunt tamen qui dicant *m* nunquam ad obediendum teneri, qui probabiliter judicat rem eſſe illicitam, vel ad ſuperioris juriſdictionem non pertinere. — *l* Vaſquez apud Dia. p. 4, tr. 15, reſ. 10. *m* Sanch. apud eundem.

12 Cum dubium *n* eſt an res præcepta ſit licita nec ne, teneri ſubditum obedire alii ajunt, alii *o* negant. — *n* Ibid.

13 Religioſus [illegible] obediens non peccat dupliciter contra obedientiam, & contra religionem; eſt enim una tantum malitia. — *o* Vaſq. ubi ſupra apud Dia.

14. An Prælatus poſſit obligare ſub mortali ad obſervantiam rei contentæ ſub regula ad nullum peccatum obligantis, alii negant, alii ajunt probabilius; ſi cauſa rationabilis adſit. *p* — *p* Dian. p. 1 tr. 7. reſ. 16

15. Cum dubitetur *q* de legitima juriſdictione Prælato non tenetur ſubditus obedire, etſi ille ſit in poſſeſſione ſuperioritatis. — *q* Vaſq. apud Dian. p. 4. tr. 3. reſ. 9.

16. Qui dicit ſe nolle obedire ſuperiori ſocietatis, animum tamen habet obediendi, non incurrit *r* peccatum reſervatum. — *r* Pellizar. de obedien. tr. 4.

17 In ſocietate noſtra non obligat *ſ* obedientia ſub mortali cum Prælatus dicit: Jubeo, præcipio, ſtrictè præcipio; niſi dicat: In virtute obedientiæ, vel in nomine Chriſti: vel jubeat ſub gravi pœna, verbi gratia, ſub excommunicatione. — *ſ* Idem ubi ſupra.

DISPVT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLÆ variæ interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *OBLATIO.*

*a* Sa hoc verb, n. 1.
1. CUm conſuetudo eſt offerendi aliquid in Eccleſia, obligat; *a* quia habet vim legis, ſecus ſi per devotionem liberam ſiat.

*b* Idem ubi ſup.
2. Oblata celebranti in Eccleſia cedunt *b* Rectori. Itemque quæ Eccleſiis ditionis ejus offeruntur. Extraordinaria autem, quæ primam Miſſam celebranti offeruntur ad celebrantem ſpectant.

### *OBLIGATIO.*

*a* Sa hoc verb. n. 1.
1. Cum multa ſint vincula ſimul fieri impoſſibilia, prævalet *a* maximum, ſi autem ſunt æqualia primum.

*b* Idem ubi ſup. n. 2
2. In generali obligatione etiam cum juramento non veniunt *b* ea, ad quæ ſi tunc cogitares, te non obligares.

*c* Comm. DD.
3. Obligatus coquere, vel in aliis familiæ miniſteriis miniſtrare, tenetur etiamſi aliquantulum augeantur, non verò ſi grande ſit augmentum, vel decrementum, tunc enim augendum, *c* vel minuendum pretium.

*d* Comm. DD.
4. Nemo poteſt *d* ſe obligare ad mutilationem membrorum, quia illorum non eſt dominus.

*e* Comm. DD.
5. Cum tempus præfinitur ad dilatandam obligationem eo elapſo non finitur. *e*

### *OBSES.*

*a* Silveſt. hoc verb. num. 14.
1 Papa poteſt *a* religioſum, vel clericum obſidem dare, & Abbas monachum pro utilitate monaſterii.

OCCULTUM vide *Manifeſtum.*

OBSTE-



### *OBSTETRIX.*

*a* Comm. DD.
Obſtetrix peccat *a* mortaliter ignorando formam Baptiſmi.

### *OCCASIO.*

*a* Comm. DD.
1. Ut quis abſolvi poſſit, non tenetur *a* abſtinere ab occaſionibus remotis peccandi mortaliter, nec à propinquis peccandi venialiter; tenetur tamen à propinquis peccandi mortaliter.

*b* Navar. apud Avil. in ſum. hoc verb.
2. Qui commodat enſem petenti animo irato, peccat *b* mortaliter, quia dat ei proximam occaſionem peccandi.

*c* Idem ubi ſup.
3. Qui præbet alicui peccandi occaſionem ut comprehenſus melius corripiatur, non peccat *c* quando eum aliter non poteſt corripere.

*d* Idem ibidem.
3. Non dat occaſionem peccandi, qui inſtituit proceſſiones, choreas, vel convivia, ubi concurrentes ſolent ex ſua malitia peccare.

### *ODIVM.*

*a* Comm. DD.
1. Anticipata ſalutatio non debetur, *a* niſi præexcellentibus viris; reſalutatio omnibus, allocutio ſolis conjunctis.

*b* Caſtro-palao apud Dian. p. 1, tr. 6, reſ. 94.
2 Optare alicui mortem, vel gaudere de illa ob utilitatem inde mihi ſecutam non eſt odium, nec *b* peccatum mortale. Item nec ſibi mortem optare, ut liberetur à gravi malo temporali.

### *OFFICIVM.*

*a* Sanchez apud eundem p. 5, tr. 14, reſ. 91.
1. Peccant *a* mortaliter Principes officia vendentes tam care, vel talibus perſonis, ut probabiliter credatur eis male uſuros fore in damnum reipublicæ.

*b* Navar. c. 17. n. 7.
2. Prætores, & domini habentes Superiorem, ſi officia vendunt, peccant *b* mortaliter in locis, ubi prohibitum eſt ſub mortali.

*c* Idem ubi ſup.
3. Non peccant *c* Principes officia dantes pro dote vel pro mercede obſequiorum, etiam ſi officia ſint publica.

*d* Comm. DD.
4. Officium reipublicæ non dare digniori quidam putant eſſe mortale *d*; alii dicunt ſufficere, ſi detur idoneo.

*e* Sa hoc verb.
*f* Vide Mal. diſ. 91.
5. Officia publica vendere *e* ſunt qui dicant eſſe mortale, alii negant. Certum tamen eſt rem eſſe valde pernicioſam reipublicæ, & in Peruano regno officia Prætorum, vel Correctorum vendere non eſt aliud, quam miſerabilium Indorum ſanguinem effundere; Qui enim talia officia emunt, duplo ad minus majus lucrum dato pretio ex Indorum viſceribus conantur eruere.

 8. Poteſt

6. Poteſt *f* Princeps virum valde utilem reipublicæ ad officium publicum ſuſcipiendum compellare.

7. Officium publicum dare non oportet *g* ei, qui illud ad lucrum ambit; cupiditas omnium malorum eſt radix, & tali laborant vitio omnes, qui officia emunt.

8. Officialis, *h* qui habet ſufficiens ſtipendium, nil amplius pro miniſterio poteſt recipere, niſi ſit ei liberè donatum.

9. Qui habet officium, & licentiam à Rege illud transferendi in alium, poteſt *i* illud vendere ſaltem ex tacita Regis licentia.

10. Qui eligunt indignos ad officia publica non ſolum peccant mortaliter, ſed tenentur *l* reſtituere damna ex mala electione ſecuta.

11. Officia ſæcularia, ſi aliquando licet vendere, debet *m* eſſe cum tribus conditionibus: 1. Quod vendantur ſaltem dignis. 2. Pretiò moderato. 3. Ob neceſſitatem vel utilitatem non propriam, ſed reipublicæ. *n*

12. Pius V. legem *o* tulit ſub graviſſimis pœnis contra ambientes officia juriſdictionem habentia.

*f* Sà hoc verb. n. 1. *g* Comm. DD. *h* Comm. DD. *i* Dian. p. 1, tr. 5, reſ. 109. *l* Comm. DD. *m* Covar. *n* Ledeſ. in ſum. tit. de ſac. pœnit. *o* Vide Navar. in ſum. c. 25.

# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### O P I N I O.

### *De electione opinionum.*

1. OPinio eſt aſſenſus cum formidine de oppoſito.

2. Cùm Confeſſarius, & pœnitens diverſas habent opiniones, ſi opinio Confeſſarii innititur textui evidenti, & pœnitentis opinio in ratione dubia, non *a* debet illum abſolvere, ſed inſtruere.

3. Ex opinionibus ſequenda *b* eſt communior, & quæ fortioribus fundamentis innititur, quibus ceſſantibus benignior eligenda eſt, & quæ favet matrimonio, doti, vel reis, & aliis piis locis, aut perſonis miſerabilibus.

*a* Comm. DD. *b* Comm. DD.

4. Opinio



4. Opinio *c* communis non facit jus, imò anteponenda eſt, quæ meliori rationi innititur.

5. Non tenemur tutiorem ſemper partem eligere, ſufficit *d* in his quæ ad mores, & fidem ſpectant tutam ſequi.

6. Tutus *e* eſt in conſcientia, qui ſequitur opinionem illius quem meritò idoneum credit.

7. Pluris facienda *f* eſt opinio paucorum rationes perpendentium, quam multorum non ita perpendentium.

8. Licitum *g* eſt relicta opinione tutiore, & probabiliore ſequi minus tutam, & minus probabilem; quia prudenter agit, qui ex opinione probabili agit, ſed in materia ſacramentorum erit contra charitatem.

9. Sententia favorabilis ſacramenta ſuſcipienti præferenda *h* eſt ſententiæ, quæ favet ſacramentis, quia hæc in favorem fidelium inſtituta ſunt.

10. Conſultus Doctor poteſt *i* contra propriam opinionem reſpondere favorabilem interroganti, imò tenetur cùm de benigniore interrogatur.

11. In rebus ad jus ſpectantibus DD. Juriſtæ præferendi *l* ſunt Theologis, niſi hi ſimul ſint Juriſtæ. In rebus autem ad Theologiam pertinentibus, Theologi ſunt anteponendi.

12. Authoritas gloſſæ in Decreto, & Decretalibus præferenda eſt omnibus aliis DD.

13. Poteſt in ſe opinio probabilior eſſe, ſed non mihi, qui ejus rationes intimè calleo. *m*

14. In rebus merè ſpeculativis, quæ ad fidem, vel mores non pertinent, licitum *n* eſt pro libito opinari, niſi ſit ſcandalum.

15. Cum eſt definiti fidei opinio magis fidei conformis *o* præferenda eſt.

16. In rebus fidei etiam ſpeculativis non licet *p* contra communem ſententiam ſanctorum, & Eccleſiæ Doctorum opinari.

17. Opinio conſuetudine recepta eligenda *q* eſt, cum tamen conſuetudo non eſt, ea quæ in aliquo texto innititur, & cum textus non eſt ea, quæ fortiori innititur *r* fundamento.

18. Vir doctus poteſt *s* contra communem ſentire, cum habet ſolidum fundamentum, & manifeſtum.

19. Cum agitur de re pœnali benignior opinio *u* ſequenda eſt.

20. Cum ex opinione communiore, & probabiliore grave aliquod ſequitur damnum, minus probabilis præferenda *x* eſt.

*c* Navar. *d* Azor. to. 1, lib. 1, c. 14. *e* Sanchez de matr. lib. 2, diſp. 41, n. 30. *f* Comm. DD. *g* Sanchez lib. 1, de matr. diſp. 41, n. 9. *h* Idem ubi ſup. *i* Idem. *l* Comm. DD. *m* Gloſſ. ff. de leg. & c. cum dilectus de conſuet. *n* Comm. DD. *o* Comm. DD. *p* Comm. DD. *q* L. Minime cum gloſſ. ff. de leg. & c. cum dilectus de conſuet. *r* Navar. dic. c. 27, n. 186. *s* c. Capellanus de feriis. *t* Azor. to. 1, c. 15, q. 6. Vaſq. 1. 2, to. 1, diſp. 62, c. 4, num. 15, *u* Comm. DD. *x* Sanch. lib. 1, de matr. diſp. 42.



21. Opinio

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

21. Opinio unius Doctoris, qui ratione probabili favet matrimonio jam facto præferenda *y* eſt omnibus DD. aliud opinantibus.

*y* Idem ubi ſupra.

22. In dubio melior eſt conditio poſſidentis, in diverſitate autem opinionum licitum *z* eſt contra poſſeſſionem ſententiam ferre ſequendo opinionem probabilem.

*z* Azor. to. 1, in moral. c. 17.

*AN QVIS POSSIT contra propriam opinionem operari: & de obligatione ſubditi.*

23. Relicta propria opinione, quàm quis putat tutiorem & probabiliorem, poteſt quis alienam ſequi probabilem & ſecundum illam operari. Quod non ſolum poteſt ſed facere *a* tenetur ſubditus, quando aliquid à ſuperiore jubetur contra ſuam opinionem.

*a* Vaſq. 12. diſp. 62, num. 35.

24. Confeſſarius contra ſuam opinionem tenetur *b* ſe accommodare pœnitentis opinioni probabili.

*b* Azor. to. 1, lib. 2, c. 17, q. 10.

*IN SACRAMENTORVM adminiſtratione, quæ ſint opiniones ſequendæ.*

25. In ſpectantibus ad formam, & materiam ſacramentorum uſus *c* Eccleſiæ omni opinioni probabili præferendus eſt.

*c* Sanchez lib. 1, de mat. diſp. 20, nu. 4.

26. Cum non eſt uſus Eccleſiæ, nec præceptum, nec conſuetudo in contrarium, poteſt ſequi opinionem probabilem licet minus tutam, re ſecundum ſe conſiderata; ſed erit contra charitatem ſecundum quam etiam probabiliore relicta tutior *d* opinio præferenda eſt.

*d* Vide eundem ubi ſupra.

27. Si deſint materia, vel forma ſacramenti etiam ſi quis ſequatur opinionem probabiliorem, nullum *e* erit ſacramentum, ſecus eſt in rebus ad juriſdictionem ſpectantibus.

*e* Molin. 1. to. de juſt. tr. 2, diſp. 111.

28. Cum defectus eſt à jure naturali vel divino, non *f* ſupplétur per communem errorem, nil enim intereſt, quod quis ſacerdos per errorem putetur, ſi Sacerdos non eſt.

*f* Idem ubi ſup.

*QVAM OPINIONEM miles ſequi teneatur.*

29 Miles poteſt *g* in bello pugnare, cum de illius injuſtitia ſibi non conſtat.

*g* Idem ubi ſup.

30. Miles alienigena tenetur *h* diligentius inquirere cum habet indicia, quod injuſtum ſit bellum.

*h* Molin. ubi ſup.

31. Si poſt bellum cognoſcat miles fuiſſe injuſtum, id ſolum reſtituere tenetur *i* in quo ditior factus fuit.

*i* Idem ubi ſupra.

32 Alienigenæ, qui ante initium bellum non convenerant cum Principe, debent moraliter certificari de juſtitia illius, ſecus enim non poſſint *m* licitè pugnare.

*l* Comm. DD.

*m* Idem ubi ſup. diſputat.

33. Qui parato animo eſt ad pugnandum pro quocumque, qui ei ſtipendium dederit, eſt in peccati *n* mortalis ſtatu.

*n* Villal. to. 1, tr. 1, dif. 18.

DISPUT.



# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### ORATIO.

1. Qui ex obligatione orat, tenetur *a* attendere, alioquin non ſatisfacit. *a* Villal. to. 1, tr. 1, dif. 13.

2. Poſſunt animæ in Purgatorio exiſtentes orari, etſi quidam id negent: *b* & qui in cœlo eſſe creduntur, privatâ tamen oratione. *b* Silveſt. verb. oratio.

3. Præceptum eſſe orandi obligant ad mortale in gravi neceſſitate propria, vel proximi, *c* alii ajunt, alii negant *c* probabilius, cum aliud ſuppetit remedium. Idem dic cùm quis præparatur ad gratiæ ſuſceptionem per ſacramentum. *c* Sà verb. oratio num. 1.

4. Non peccat, *d* qui pro propria, vel aliena morte orat ob peccatum vitandum, imò & meretur. *d* Comm. DD.

5. Oratio in mortali exiſtenti prodeſt *e* ad bonorum temporalium impetrationem, & de congruo ad gratiæ conſecutionem. *e* Comm. DD.

# DSIPVT. II. SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### ORDO.

*De Ordinis definitione, & quotuplex ſit.*

1. Ordo *a* eſt ſignaculum quoddam, in quo, & per quod ſpiritualis poteſtas, ſeu officium traditur Ordinato. *a* Ex Magiſ. ſent. in 4. diſt. 24.

2. Eſt unum ex lege gratiæ *b* ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum. Fuit inſtitutum in *c* nocte Cœnæ, & perfectum poſt Reſurrectionem. *b* Trid. ſeſſ. 7. de ſacr.



3. Omnes in gratiæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*d Trid. ſeſ. 7. can. 1. ſeſ. 23. c. 3.*

3. Omnes Ordines unum tantùm conſtituunt *d* perfectum ſacramentum.

*QVOT SINT ORDINES Eccleſiæ.*

*e c. nullam e. d. diſtinct. 28. f Comm. DD.*

4. Ordines Eccleſiæ ſunt ſeptem, & majoribus votum ſolemne caſtitatis eſt *e* annexum.

5. Primus ex majoribus eſt ſubdiaconatus, ad quem *f* pertinet ſolemniter dicere Epiſtolam, dare calicem purificatum Diacono, & aquam infundere.

*g Comm. DD.*

6. Diacono competit *g* legere ſolemniter Evangelium, & poteſt concionari ex facultate Epiſcopi, & cùm Euchariſtia olim miniſtrabatur in utraque ſpecie, ipſe ſanguinem miniſtrabat.

*h Comm. DD.*

7. Presbytero convenit *h* ex officio Miſſam celebrare, & per conſequens abſolvere, & ligare, quod eſt præparare myſticum corpus, ut verum recipiat. Quæ poteſtas altior eſt Regia. Unde dixit *i* Ambroſius de quo refert Gelaſius Papa hæc verba. Qui etiam in ſuis manuſcriptis oſtendit, quod aurum non tam pretioſius ſit plumbo, quam Regia poteſtate ſit altior dignitas Sacerdotalis.

*i Ambr. de dig. Sacerd.*

*l Cajet. in q. de tit. Ordin.*

8. Ordo hic ſumptus comprehendit *l* etiam primam tonſuram, & Epiſcopatum: prima tamen tonſura eſt diſpoſitio ad Ordines, & Epiſcopatus extenſio Sacerdotii.

9. Archiepiſcopatus, Patriarchatus, Cardinalatus, ac Papatus non ſunt Ordines, neque quibus accipiunt dignitates conferuntur.

*AN OMNES ORDINES ſint ſacramenta legis gratiæ.*

10. Sunt, qui dicant ſine onere poſſe defendi minores Ordines non eſſe Sacramenta; contraria tamen ſententia expreſſa videtur in Tridentino *m* his verbis: *Si quis dixerit præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia catholica alios Ordines, per quos velut per gradus quoſdam in ſacerdotium tendatur, anathema ſit.*

*m Trid. d. c. 2.*

*QVÆ SIT hujus ſacramenti materia.*

*n Concil. Flor. in decr. Eug. 4.*

11. Materia eſt *n* illud, per cujus traditionem confertur ſacramentum hoc, ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua traditionem, & ſimiliter de aliis per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem.

*o Henriq. lib. 10. c. 7. p Suar. to. 3. diſp. 25. ſec. 2.*

12. Si aſcenſuro ad Presbiteratum contingeret dari calicē ſine vino, vel patenā ſine pane triticeo, non maneret *o* ordinatus, & opus eſſet reiterare *p* Sacramentum ſub conditione Sunt



Sunt verò qui dicant unam ex duabus ſpeciem ſufficere.

13. An verò ſit neceſſarium ad eſſentiam hujus ſacramenti materiam tangere, alij negant, alii multo *q* probabilius affirmant. Hoſtiam *r* tamen ſicut nec vinum opus non eſt tangere, ſufficit tangere calicem, & patenam.

*q Comm. DD. r Silveſt. verb. Ordo.*

*QVÆ SIT hujus ſacramenti forma.*

14. Forma ſacerdotii *ſ* eſt: *Accipe poteſtatem offerendi ſacrificia in Eccleſia pro vivis, & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

*ſ Concil. Florent. in Decr. Eug.*

15. Diaconatus *t* eſt: *Accipe poteſtatem legendi Evangelium*, &c. Subdiaconatus verò non eſt cum traditur liber Epiſtolarum, ſed cùm ei porrigitur calix ſine vino, & patena ſine pane, illique dicitur: *Videte cujus miniſterium vobis traditur.* De reliquis formis videatur Villalobos

*t c. 1. de ſacr. non iter.*

16 Advertendum eſt, quod ſi fortè contingeret defectus aliquis eſſentialis, qui accepit Ordinem ſe gerere debet tanquā numquā ordinatus. Si autem defectus fuit accidentalis ſupplendus *u* eſt, & interim abſtinendum ab exercitio Ordinis.

*u Trid. ſeſ. 23. c. 1.*

*DE EFFECTU hujus ſacramenti.*

17. Hoc ſacramentum cauſat gratiam ſicut reliqua ſacramenta novæ legis. Cùm autem quis in Epiſcopum conſecratur, non confertur illi nova gratia, ſed character extenditur.

18. In hoc Sacramento imprimitur *x* character.

*x Trid. ſeſ. 23. c. 4. y c. ſi quis Presbyt. &c. veniens de Presb. non bap. z Trid. ſeſ. 23. c. 4. a Titul. de cler. per ſal. ordin. b Idem. c Comm. DD. d Trid. ſeſ. 23. c. 6. e c. quoniam 64. 6. q. 1. c. cum contingit. de æt. & qual. ordin. f Aug. relatus in c. quod quidam 1. 9.*

*AN ORDINANDO neceſſarium ſit aliud antea recipere ſacramentum.*

19. Neceſſarium eſt ad eſſentiām Ordinis, quod ordinandus ſit baptizatus, *y* eſtque conveniens, quòd ſit confirmatus, *z* ſed non confirmatum ordinari, erit tantùm veniale.

20. Qui ordinatur ſine prima tonſura manet *a* ordinatus, ſed peccat mortaliter.

21. Qui ordinatur per ſaltum manet ordinatus, ſed peccat *b* mortaliter, & Epiſcopus poteſt diſpenſare.

22. Non poteſt *c* conſecrari in Epiſcopum, qui non eſt ſacerdos.

*DE MINISTRO hujus ſacramenti.*

23. Epiſcopus *d* eſt ordinarius miniſter hujus ſacramenti, eique competit ex officio illius adminiſtratio.

24. Ex Papæ commiſſione poteſt *e* quilibet Sacerdos miniſtrare primam tonſuram, & Ordines minores non vero majores.

25. Epiſcopus hæreticus illicitè cōfert Ordines, ſed validè ſi habet intentionem faciendi, *f* quod facit catholica Eccleſia, &



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

& ipſe eſt verus Epiſcopus: Angli enim & alii qui negant catholicam Eccleſiam, nec habent intentionem faciendi quod ipſa facit, nec ſunt veri Epiſcopi, nec validè Ordinem poſſunt adminiſtrare.

26. Epiſcopus debet *g* habere intentionem Ordines conferendi ei, qui habet præſentem, & hic ſuſcipiendi Ordinem.

*g* Vide Vill. to. 1, tr. 11, d. 5, 3,

27. Peccat *h* mortaliter, qui miniſtrat, & qui ſuſcipit hoc ſacramentum in peccato mortali.

*h* a. cos de tem. ord. in 6.

*AN EPISCOPVS poſſit Ordinare eos, qui ſunt alterius Epiſcopatus.*

28. Epiſcopus conferens Ordines ei, qui ad alium pertinet Epiſcopatũ, peccat *i* mortaliter, ille autem manet ordinatus.

*i* Trid. ſeſ. 23. c. 8.

29. Quomodo agnoſcendum ſit ad quem quis pertineat Epiſcopatum, vide verbum *Domicilium*.

30. Epiſcopus, qui alienum diœceſanum ſine dimiſſoriis ordinat, manet ſuſpenſus per unum annum ab Ordinum adminiſtratione, & ordinatus ab omni exercitio ſuſcepti ad arbitrium proprii Epiſcopi.

31. Prælati habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem etiam ſi ſint ſæculares poſſunt *l* ſuis ſubditis dare dimiſſorias, ut Ordines ſuſcipiant.

*l* Vill. ubi ſup. diſ. 7.

32. Capitulum ſede vacante etiam intra annum à morte Epiſcopi poteſt *m* dare dimiſſorias obligatis ad Ordines ratione beneficii.

*m* Trid. ſeſ. 7. c. 10. de refor.

33. Epiſcopus excommunicatus *n* poteſt dare dimiſſorias, & dante mortuo non expirant.

*n* Sanch. to. 1. lib. 3. diſ. 28. num. 3.

34. Prælati religionum dant *o* ſuis ſubditis licentiam ut ordines recipiant.

*o* Trid. ſeſ. 23. c. 10.

35. In dimiſſoriis locum etiam habet *p* ratihabitio, ut ſi ordinandus bona fide credat Epiſcopum id ratum eſſe habiturũ.

*p* Comm. DD.

36. Nullus Epiſcopus poteſt *q* Ordines celebrare in aliena diœceſi etiam in loco exempto ſine licentia proprii Epiſcopi, vel Capituli ſede vacante.

*q* Trid. ſeſ. 6. de refor. c. 5.

37. Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non *r* poteſt, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacumque etiam immemoriali in contrarium non obſtante, verba ſunt Tridentini.

*r* Trid. ſeſ. 23. c. 9.

38. Sufficit, *ſ* quod Epiſcopo faciat Ordines cùm opus fuerit.

*ſ* Comm. DD.

*DE SVSCEPTVRIS hoc Sacramentum.*

39. Fœmina non *t* eſt capax hujus ſacramenti, nec Hermaphrodita, in quo prævalet ſexus fœmineus, vel æqualiter in utrumque ſexum propendet. Si autem in eo prævaleat ſexus

*t* D. Ambr. relatus in c. mulier 14.



ſexus virilis, eſt capax, ſed irregularis.

40. Parvuli, & amentes non poſſunt ordinari; ſi autem de facto ordinarentur, ordinati manerent *x*

*x* D. Th. in 4. diſt. 25. art. 1. q. 1.

*QVÆ ÆTAS neceſſaria ſit ad Ordines.*

41. De jure divino non eſt præſcripta ætas, præſcribitur tamen à jure canonico.

42. Annus inceptus pro completo reputatur, *y* incepto tamen anno neque unus dies debet deficere.

*y* l. qua ætate. ff. de teſtam.

43. Ad Epiſcopatum neceſſarii ſunt 30. anni. *z*

*z* c. Epiſcopus 77.

44. Qui ante legitimam ætatem ſacris ordinatur, manet *a* ſuſpenſus.

*a* c. cum in cunctis. de elect. in 6.

45. Non poteſt *b* Epiſcopus in ætate diſpenſare, ſed ut ſuſpenſio incurratur ab ordinato neceſſarium eſt quod dolum habuerit.

*a* Pius II.

*b* Ex deci. Card.

46. Qui bona fide ante legitimam ætatem ordinatus fuit non poteſt *c* niſi impleta celebrare ætate; & à fortiori, qui mala fide etiam ſi irregularitatis diſpenſationem conſecutus fuiſſet.

*c* Suar. de cenſ. diſp. 31. ſec. 1. n. 6.

*AN RELIGIOSI poſſint ante legitimam ætatem ordinari.*

47. Conſulenda ſunt Religioſorum privilegia.

---

# SECTIO II.

## AN INTERSTITIA INTER ORDINEM & Ordinem ſint neceſſario obſervanda.

1. MInores Ordines per temporum *a* interſtitia, niſi aliud Epiſcopo magis videretur expedire, conferantur. Verba ſunt Tridentini.

*a* Trid. ſeſ. 23. c. 11.

2. Hi vero non niſi poſt annum *b* à ſuſceptione poſtremi gradus Minorum Ordinum ad ſacros Ordines promoveantur, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ utilitas judicio Epiſcopi aliud expoſcat.

*b* Ibid. c. 11

3. Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem, ſi per annum *c* ſaltem in eo non ſunt verſati ad altiorum gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. Duo ſacri Ordines eodem die etiam regularibus non conferantur, privilegiis, ac indultis quibusvis conceſſis non obſtantibus.

*c* Ibid. c. 13

4. Idem dicit Tridentinum *d* de Diacono, qui ut ad Presbyteratum aſcendat, per annum ſaltem in Diaconatu debet exerceri.

*d* Trid. c. 14.

5. Qui

UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

5. Qui ordinatur non ſervatis interſtitiis, nec ſuſpenſionem, nec irregularitatem incurrit. e

6. Diſpenſatio in interſtitiis facienda f eſt ab Epiſcopo, qui dat dimiſſorias.

7. Parochus qui intra annum non eſt ordinatus, quia Epiſcopus noluit in interſtitiis diſpenſare, nõ ſubjacet g pœnis.

8. Annus interſtitiorum ex Ordine ad Ordinem numerandus eſt, & non ex 12 menſibus completis.

9. Cum diſpenſat Epiſcopus in interſtitiis, poteſt h eodem die Minores Ordines cum Subdiaconatu ſimul dare.

10. Religioſi Societatis noſtræ ex privilegio Gregorij XIII. poſſunt i à quocumq; Epiſcopo non ſervatis interſtitiis ordinari. Idem poſſunt qui communicant ex noſtris privilegiis.

*AN ECCLESIA habeat tempora determinata ad Ordines.*

11. Quocumque tempore hoc adminiſtraretur ſacramentum validum eſſet; habet tamen Eccleſia ex l tempora ad hoc determinata. Quæ ſunt quatuor ſabbata quatuor temporum, & ſabbatum ante Dominicam Paſſionis, & ſabbatum ante Paſcha Reſurrectionis.

12. Si Epiſcopus in his ſabbatis habuit aliquod impedimentum mane, poteſt m ſequenti Dominica continuato heſterno jejunio Ordines celebrare.

13. In quacumque Dominica, vel feſto ſolemni poteſt n Epiſcopus Ordines particulares facere duos, vel tres ordinando. Primam autem tonſuram qualibet die poteſt dare.

14. Religioſi mendicantes ex privilegio Greg. XIII. conceſſo noſtræ Societati poſſunt o in tribus diebus feſtivis etiam ſancti ſemiduplicis ad omnes majores Ordines promoveri.

15. Locus in quo Ordines ſunt celebrandi debet p eſſe dignior Eccleſia loci, ſed hoc non ſervare non eſt peccatum, quia nullum eſt præceptum.

*DE MORIBUS, ac ſcientia ordinandorum.*

16. Primâ tonſurâ non ſunt ordinandi, q niſi qui Eccleſiæ utiles fore probabiliter cenſentur, & Minores Ordines non dentur ei, qui ſaltem linguam Latinam non intelligat.

17. Non eſt peccatum r mortale primam tonſuram ſuſcipere ad declinandam judicis ſæcularis juriſdictionem.

18. Ad Ordines majores majori ſcientia opus ſ eſt, & præcipuè ad ſacerdotium, ad quod non eſt promovendus, niſi qui poſſit docere populum viam ſalutis æternæ, eique ſacramenta adminiſtrare. In religioſis verò choro addictis tanta ſcientia opus non eſt.

19. Epiſcopi jus habent t ad examinandũ eos, qui ordinandi ſunt,

e Navar. conſ. 1. de temp. ord. lib. 1.
f Villal. tom. 1. tract. 11. diſ. 11.
g Idem ubi ſupra.
h Navar. ubi ſupra. c. 25. n. 7.
i Ex comp. verb. Ordines.
l c. fin. 25. diſt.
m c. quod à patre 75 diſt.
n c. de eo, de temp. ord.
o F. Eman. Rod. to. 1. qq. reg. q. 15. art. 5
p Trid. ſeſſ. 23. c. 8.
q Trid. ſeſſ. 23. c. 4.
r Sanchez de matr. lib. 5. diſp. 38. n. 17.
ſ Trid. ubi ſup. c. 14.
t Trid. ubi ſup. c. 12.



ſunt, etiã ſi ſint religioſi ex Tridentino in illis verbis: *Regulares quoq; neque in minore ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur privilegiis quibuſcumq; quoad hoc penitus excluſis.*

*AN NECESSARIUM ſit, ut aliquis ordinetur, quod habeat beneficium, aut Patrimonium.*

20. Reſpondetur u affirmativè, & contrarium facere eſt mortale.

21. Beneficium debet x eſſe ſufficiens ad Clerici ſuſtentationem, & illud habere debet in pacifica poſſeſſione.

22. Debet eſſe beneficium perpetuum, & ſufficit collata y Capellania, & laicus patronatus ſi eſt perpetuus, & ſufficiens.

23. Patrimonium z debet eſſe ſufficiens, & non poteſt alienari ſine licentia Epiſcopi, nec remitti, nec extingui. Sufficientia verò arbitrio Epiſcopi relinquitur.

24. Qui in hoc falſam fecit informationem peccat a mortaliter, & manet ſuſpenſus, ſurreptitiéque ordinatur, qui tamen patrimonium extinguit non manet ſuſpenſus.

25. Ob penuriam Sacerdotum b poteſt quis ordinari, dummodo alius ſe obliget ad illum congruè ſuſtentandum.

26. Si quis faciat pactum cum Epiſcopo de non petendis alimentis, ipſe, & Epiſcopus ſunt c ſimoniaci.

27. Pactum de non petendo poſt Ordines, vel de reſtituendo patrimonio non d valet.

28. Collega, vel Doctor ſi beneficio, vel patrimonio careant, non poſſunt e ordinari. Contrarium tenet Henriquez.

29. Epiſcopus tenetur f alimenta præſtare ei quem ſine titulo ordinavit.

30. Qui arte aliquã congruè ſuſtentari poſſunt, g ſi non habent beneficium, vel patrimonium non poſſunt ordinari.

31. Religioſi profeſſi, & qui tria vota ſimplicia in Societate fecerunt non indigent h alio titulo.

32. Poteſt i aliquis ad ſacros Ordines promoveri ad titulum bonorum, quæ ei donantur, dummodo donatio ſit certa, firma, perpetua, & ſufficiens.

33. Clerici regulares, qui ante profeſſionem factam ad ſacros Ordines promoventur, ipſo facto ſuſpenſi ſunt, & ita Ordinum ſuſceptorum actus exercendo fiunt l irregulares Sed Greg. XIII. ab hac Pii V. conſtit. clericos m eximit Societatis JESU.

34. Societatis religioſis cum poſt Sacerdotium exire non poſſint, niſi à ſuperioribus ejiciantur, provideatur n illis de redditu ſaltem quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis; hoc tamen non eſt uſu receptum.

u Trid. ſeſſ. 21. de ref.
x Comm. DD.
y F. Eman. in ſumm. c. 16. n. 15.
z Trid. ubi ſupr.
a Comm. DD.
b Ex decl. Card. vide Vill. ubi ſup.
c Idem ib.
d Lodeſm. 1. 9. ſum. de hoc ſacr. c. 7.
e Henriq. l. 4. de irreg. c. 5. n. 11.
f c. cum ſecũdum, de præb.
g Ex decl. Card. l. 3. de temp. ord.
h Ex priv. Greg. XIII
i Ex decl. Card. ubi ſupra.
l Pius V. in Extrav. quæ incipit Romanum
m Ex comp. privil.
n Ex decl. Card. l. 3. de temp. ord. n.

AN

*AN CLERICI teneantur ferre tonſuram, & habitum honeſtum.*

35. Qui tantùm minores Ordines habent, non peccant licet non deferant tonſuram, neque habitum Clericalem, niſi habeant *o* Eccleſiaſticum beneficium.

*o* Clem. 1. de vit. & honeſt. Cler.

36. Veſtes honeſtæ dicuntur illæ, quibus utuntur ut plurimum Clerici honeſti.

37. Clericus utens veſtibus variegatis vulgò decolor per ſex menſes manet *p* ſuſpenſus à perceptione fructuum ſui beneficii, & incurrit alias pœnas videndas ex Clementina 2. *de vita & hon. Cler.*

*p* Clem. II.

*q* Ubi ſup.

38. Qui admonitus prædictas veſtes non reliquerit manet *q* privatus ab omnibus Eccleſiaſticis beneficiis.

*r* Comm. DD.

39. Sacris initiatus, qui clericalem habitum & tonſuram non defert, nec aliud ſignum, ex quo clericum eſſe dignoſcatur peccat *r* mortaliter.

*s* Eſt de ſi. de Mach. 16. & Ioa. & ult.

*AN ECCLESIASTICI ſint exempti à poteſtate civili?*

40. Clerici ſunt exempti *s* à poteſtate civili, & aliquæ exemptiones ſunt de jure *t* divino.

*t* Vide Vill. ubi ſup. dif. 17

41. Non eſt certum Clericorum bona eſſe de jure divino *u* exempta à poteſtate civili. Et perſonæ Eccleſiaſticæ non *x* ſunt in rebus omnibus à ſæculari juriſdictione exemptæ.

*u* D. Tho. ſup. epiſt. ad Rom. c. 13.

*x* Navarr. c. 25. n. 8.

*QUÆ AMITTAT Clericus in minoribus conſtitutus Ordinibus matrimonium contrahens?*

42. Per ſola ſponſalia nihil amittit, *y* & ſi contrahat matrimonium invalidum ante ſententiam judicis non amittet *z* beneficium.

*y* Comm. DD.

*z* Sanch. to. 2. l. 7. de matr. diſ. 41. n. 1.

43. Per matrimonium validum vacant *a* ipſo facto beneficia, & penſiones Clericales. Sed nihilominus gaudet duobus privilegiis Canone ſcilicet *ſi quis ſuadente*, & fori *b* privilegio, ſi ſemel & cum virgine contrahat, & deferens tonſuram, & habitum *c* Clericalem adſcriptus ſit alicui Eccleſiæ, cui deſerviat.

*a* c. 1. de Cler. conjug.

*b* c. unic. de Cler. conjug. in 6.

*c* Trid. ſeſ. 23. c. 6.

*AN CONIUGATUS poſſit Ordinari?*

44. Non poteſt *d* ſine uxoris conſenſu, niſi uxor ſit adultera; nec primam tonſuram ſuſcipere.

*d* c. conjug. de conver. conjug.

45. Si ſacrum ſuſcepit Ordinem ſine uxoris conſenſu, poteſt ab ipſa *e* revocari Si autem de illius conſenſu ſacris initietur, ſi illa eſt juvenis, debet religionem ingredi; ſi provectæ ætatis, poteſt emiſſo caſtitatis voto remanere *f* in ſæculo.

*e* Ioan. 22. in Extr.

*f* c. cõjug. de conver. con.

SECT



# SECTIO III.

## *De variis circa hoc ſacramentum reſolutionibus.*

1. QUi eodem die ſuſcepit duos Ordines ſacros, à poſteriore *a* ſuſpenſus, & ſolùm à Papa poteſt diſpenſari. Idem dic de eo, qui cum minoribus ſimul ſubdiaconatum ſuſcepit, niſi ſit conſuetudo contraria.

*a* Comm. DD.

2. Qui obſeſſus *b* ſemel à Dæmone fuit non poteſt ordinari, quòd ſi erat ordinatus non debet amplius celebrare.

*b* Nav. c. 25, n. 62.

3. Cauſa ſufficiens diſpenſandi in interſtitiis eſt habere beneficium Presbyterale cum obligatione omnes Ordines ſuſcipiendi intra annum.

4. Unctionem non eſſe de eſſentia Ordinis Sacerdotalis communior, & probabilior ſententia *c* eſt; ſi tamen omittatur, ſupplenda eſt antequam Ordinatus utatur Ordine.

*c* c. fin. de ſac. non iter.

5. In omnibus Ordinibus præter Presbyteratum ſufficit, *d* quòd materia tradatur per Archidiaconum.

*d* D. Tho. in 4.

6. Actus Ordinum Minorum poſſunt *e* fieri à laico ex Eccleſiæ univerſali conſuetudine.

*e* Comm. DD.

7. Ordines non dantur *f* poſt prandium, nec ſacer Ordo ſine Miſſa.

*f* Ex ritua-li Roman.

8. Matrimonio junctos ordinare Græcorum error fuit, ſunt autem, qui morem hunc non improbent *g*

*g* Comm. DD.

9. Notarius pro dimiſſoriis expediendis ſi ſtipendium non *h* habeat, poteſt accipere decimam partem aurei, niſi ſit conſuetudo nihil accipiendi.

*h* Comm DD.

10. Epiſcopum in peccato mortali oleum, & chriſma conſecrantem aliqui dicunt *i* peccare mortaliter.

*i* Comm. DD.

11. Si Epiſcopus morbo correptus Ordines non poſſit abſolvere, pergat *l* alter ubi ille deſiit.

*l* Comm. DD.

12. Si ob Eccleſiæ utilitatem Epiſcopus præcipiat alicui, quòd ordines ſuſcipiat, parere *m* tenetur, niſi juſta cauſa excuſetur.

*m* Comm. DD.

13. Subdiaconus in favorabilibus venit in nomine Sacerdotis, non vero in odioſis.

14. Qui habet dimiſſorias, ut ordinetur ab alieno Epiſcopo in propria diœceſi, ſi faciat Ordines in aliena ex licentia illius Ordinarii, poteſt *n* ordinari ex ratihabitione.

*n* Placitum authoris.

15. An Epiſcopus, qui habet facultatem Ordines celebrandi

di in aliena diœceſi, poſſit ſacris initiare non ſolùm ſubditos licentiam dantis, ſed etiam alienigenas afferentes litteras dimiſſorias, alii negant, alii probabilius affirmant.o

o Comm. DD.

16. Poteſt p Epiſcopus in aliena diœceſi conferre primam tonſuram ſuis ſubditis, quia non eſt Ordo.

p Comm. DD.

17. Poteſt q quivis ordinari ab Epiſcopo, in cujus diœceſi habet beneficium, quantumvis tenue. Et famulus familiaris Epiſcopi gaudet eiſdem privilegiis, ac ipſe familiaris.

q Placitum authoris.

18. An cùm Epiſcopus Ordines miniſtrando dicit ſuam intentionem non eſſe ordinare excommunicatos, vel aliter impeditos, ſi tales ſint ibi Epiſcopo ignoti, an maneant ordinati alii aiunt, alii negant. Certum r autem eſt pendere ex intentione Epiſcopi, & ſi ipſe ſibi ignotos intendat non ordinare, non manere ordinatos.

r Vill. co. 1 de ſacro. quæſt. 1 ad.

19. Defectus in ordinatione commiſſus quolibet anni die ſuppleri ſ poteſt.

ſ Quintanad. co. 1. ſing. tr. de ſacr. ord.

20. Qui bona fide ſacris initiatur ante legitimam ætatem, etiam ſi poſtea in mala fide actus Ordinis exerceat, non t incurrit ſuſpenſionem, nec irregularitatem; peccat tamen mortaliter.

t Comm. DD.

21. Qui ex ignorantia craſſa, ſed non affectata ordinatur ante legitimam ætatem non incurrit u ſuſpenſionem, & cùm attingit legitimam ætatem ſine diſpenſatione uti poteſt Ordine bona fide ſuſcepto.

u Placitum authoris.

22. Si utrinque probabilis opinio eſt de validitate Ordinis Sacerdotalis vel Epiſcopatus, iterari debent x ſub conditione, ſecus ſciendum de inferioribus Ordinibus.

x Villal. ubi ſup.

23. Qui ſubdiaconatum ſuſcepit aliquo titulo, non indiget y alio novo ad reliquos Ordines.

y Comm. DD.

24. Qui poſt abſolutionem à ſuſpenſione, quam incurrit ob ſacri Ordinis ſuſceptionem ante legitimam ætatem, ſi ante hanc adimpletam celebret non incurrit z novam ſuſpenſionem, nec irregularitatem, peccat tamen graviter.

z Placi. tum authoris.

25. Qui furtivè Ordines ſuſcipit, ut qui ſui loco alium ſupponit examinandum, irregularis a manet.

a Comm. DD.

26. Qui patitur viſus aliquem defectum dummodo legere poſſit non impeditur b Ordines ſuſcipere, quod ſi non poſſit ſine magno incommodo horas recitare, non tenebitur, poterit tamen ſacrum facere.

b Comm. DD.

27. Qui Ordinis ſuſcepti titulum amiſit, ſufficit, c ut ad alios ſuſcipiatur, quod id uno teſte probet; & qui Ordinem majorem probat præſumitur minores ſuſcepiſſe.

c Placitum authoris.

28. Qui ſine licentia proprii Epiſcopi ordinatur ab alieno mino-



minoribus Ordinibus non incurrit ſuſpenſionem, quia Extravag. Pii II. *cum ex ſacris*, ſolùm loquitur de ſacris Ordinibus.

29. Si fortè accideret, ut dum ad Ordines generales examina fierent, obiret Epiſcopus feria 6. quatuor temporum, capitulum ſede vacante poſſet concedere facultatem Epiſcopo titulari, vel alterius diœceſis, ut ſabbato ſequenti Ordines celebraret, quia hoc non eſt dimiſſorias dare ordinandis, ſed facultatē Epiſcopo ordinandi ordinandos à defuncto Epiſcopo.

30. In caſu propoſito poſſent ordinari omnes regulares etiam non examinati ante mortem Epiſcopi, ſæculares autem non niſi examinati, & approbati, quoad ſcientiam, & mores; ſi autem quoad mores; & non quoad ſcientiam aliquis ſæcularis eſſet approbatus, poſſet Capitulum dare licentiam ad examen faciendum ut approbatus ordinetur, ut non improbabiliter aliqui ſentiunt.

Sequentes omnes has reſolutiones in doctiſſimo P. Quintanadueña to. 1. de ſingular. de ſacramento Ordinis invenies.

31. In omnino inepto, qui non niſi indecenter actum ordinis poteſt exercere, nec Papa poteſt diſpenſare; poteſt autem etiam Epiſcopus in eo, qui licet Latinam linguam ignoret, ſtrenuè tamen actus ſuſcepti Ordinis poteſt exercere.

32. Examinator ad Ordines pecuniam, aut munera recipiens ſimoniam non committit, niſi ſit contractus; do ut des.

33. Petrus in Latina lingua parum verſatus ficto nomine Joannem ſubrogavit, ut pro ſe examen ſubiret, & approbato Joanne, Petrus ante Ordinis ſuſceptionem dolum Confeſſario aperuit; hic hac prudenti arte Petro ſubvenit. Petivit ab eo licentiam ut tacito illius nomine rem Ordinario propalaret, & facultatem peteret ad Petrum examinandum & ut poſſet ordinari, ſi aptus inveniretur; ſi vero ineptus ab ordine ſe abſtineret, & habita facultate ipſe Confeſſarius examinavit eum, & aptum reperiens abſolvit, & ſacris initiatus eſt.

34. In ſententia illorum, qui minores Ordines non eſſe ſacramentum affirmant, qui hos ſuſcepturi ſunt, actum contritionis non tenentur ante ſuſceptionem præmittere. Secus verò in oppoſita ſententia.

35. Sacerdotes, non verò ſubdiaconi, nec Diaconi, mortaliter peccant, ſi cum Epiſcopo Ordinante non communicant; quia, qui conſecrant, tenentur à ſe conſecratam ſumere hoſtiam.

36. Puer ſeptennio non completo poteſt prima initiari tonſura, dummodo ad rationis uſum pervenerit, & doctrinæ Chriſtianæ rudimenta legere, & ſcribere ſciat, quia hæc tantum à Tridentino exiguntur.

DISP.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPUTATIUNCULA interjacens.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *ORNATUS.*

1. FOemina ornans *a* ſe cum periculo ſpirituali proximi, peccat mortaliter, ſi faciat ex contemptu. Si tamen ſine contemptu, vel ſine mala intentione ornans, ut pulchra appareat, etiam ſi ſciat aliquem ex propria malitia, & prava conſuetudine peccaturum mortaliter, non peccat mortaliter.

*a* Navar. c.14, n.30.

2. Ornans ſe majori cultu, quàm ſuo convenit ſtatui ſolum venialiter *b* peccat; qui autem ſe ſplendidè ornat ſecundum decentiam ſui ſtatus non peccat.

*b* Comm. DD.

3. Religioſa, quæ ob levitatem, ut pulchrior appareat, ſe ornat, non *c* peccat mortaliter, niſi notabiliter cum ſcandalo excedat.

*c* Navar. c.5, n.18.

4. Ornans ſe animo alliciendi alium ad mortale, mortaliter *d* peccat.

*d* Comm. DD.

5. Ornans ſe contra morem patriæ venialiter peccat, *e* niſi faciat contra legem obligantem ſub mortali.

*e* Navar. ubi ſup. num.17.

6. Fœmina oſtentans pectora nuda ut pulchrior videatur, non peccat *f* mortaliter. Sunt tamen qui dicant non eſſe abſolvendam. Quæ autem veſtibus cooperitur, ita tenuibus ut pudenda interluceant peccat mortaliter, & de viro idem dicendum.

*f* Idem ubi ſupr.

7. Uti fuco, vel crinibus alienis ad detegendam deformitatem nullum eſt peccatum *g*

*g* Comm. DD.

8. Cum Confeſſor dubitat an fœmina mortaliter peccaverit in ornatu, & ipſa ut deſiſtat nequeat perſuaderi, *h* poteſt abſolvi, ſed tutius eſt doctos conſulere.

*h* Sa hoc verb.

9. Si in nimio ornatu quis expendat alimenta danda filiis, vel quod debet elargiri pauperibus, peccat mortaliter.

10. Uxor licitè *i* ſe ornat, ut marito placeat, ſi non excedat, nec opera ideo præcepta omittat.

*i* Comm. DD.

OSCULUM. Vide verb. *Luxuria, &c.*

Non eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo licet periculo conſenſus ulterioris & pollutionis. *a*

*a* In decr. Alexandri VII. 1666. 18. Martii.

DISP.



# DISPUTATIUNCULÆ Præjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### P.

PACTUM. Vide *Contractus.*

PACTUM legis commiſſoriæ poſitum ſine fraude uſurarum licitum eſt. *a* Lex commiſſoria eſt, quando pignus ſi non redimatur tali tempore, fit poſſidentis pro pecunia mutuata.

*a* Navar. c.17, n. 117.

### *PAPA.*

1. In eodem *a* puncto ac eſt electus legitimè confirmatur à Deo, & habet omnem plenitudinem juriſdictionis, quam poſt coronationem, & illam habet immediatè à Chriſto ſuper omnes Chriſtianos.

*a* Navar. c.17, n. 147.

12. Papa non habet *b* juriſdictionem ſuper ſe, nec ſuper ſuum ſucceſſorem, neque dat juriſdictionem ſuo Confeſſario.

*b* Idem c.17, n. 161.

3. Papa nulli hominum *c* poteſt ſubjici quoad pœnam, nec incurrit excommunicationem humanam, etiam ſi, quod Deus avertat, incidat in hæreſim.

*c* Idem ubi ſup. n.11.

4. Papa *d* poteſt multa, quæ ſunt de jure naturali, & divino reſtringere, limitare, & declarare. Et Epiſcoporum poteſtatem ad peccata reſervanda reſtringere, & ab illis reſervata per ſe vel alios ſacerdotes abſolvere.

*d* Comm. DD.

5. Poteſt dare *e* facultatem, ut fideles relicto proprio Parocho cuilibet ſacerdoti confiteantur, & quòd quolibet anni tempore factâ Confeſſione præcepto ſatisfaciant Eccleſiæ.

*e* Comm. DD.

6. Papæ aliquid ſtatuenti circa beneficia patrimonialia Caſtellæ *f* obediendum eſt, & contrarium dicere ſapit hæreſim Angelicanam.

*f* Navar. ubi ſup.



5. Nemo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *ORNATVS.*

1. FOemina ornans a ſe cum periculo ſpirituali proximi, peccat mortaliter, ſi faciat ex contemptu. Si tamen ſine contemptu, vel ſine mala intentione ornans, ut pulchra appareat, etiam ſi ſciat aliquem ex propria malitia, & prava conſuetudine peccaturum mortaliter, non peccat mortaliter.

a Navar. c.14, n.30.

2. Ornans ſe majori cultu, quàm ſuo convenit ſtatui ſolum venialiter b peccat; qui autem ſe ſplendidè ornat ſecundum decentiam ſui ſtatus non peccat.

b Comm. DD.

3. Religioſa, quæ ob levitatem, ut pulchrior appareat, ſe ornat, non c peccat mortaliter, niſi notabiliter cum ſcandalo excedat.

c Navar. c.5, n.18.

4. Ornans ſe animo alliciendi alium ad mortale, mortaliter d peccat.

d Comm. DD.

5. Ornans ſe contra morem patriæ venialiter peccat, e niſi faciat contra legem obligantem ſub mortali.

e Navar. ubi ſup. num.17.

6. Fœmina oſtentans pectora nuda ut pulchrior videatur, non peccat f mortaliter. Sunt tamen qui dicant non eſſe abſolvendam. Quæ autem veſtibus cooperitur, ita tenuibus ut pudenda interluceant peccat mortaliter, & de viro idem dicendum.

f Idem ubi ſup.

7. Uti fuco, vel crinibus alienis ad detegendam deformitatem nullum eſt peccatum g.

g Comm. DD.

8. Cum Confeſſor dubitat an fœmina mortaliter peccaverit in ornatu, & ipſa ut deſiſtat nequeat perſuaderi, h poteſt abſolvi, ſed tutius eſt doctos conſulere.

h Sa hoc verb.

9. Si in nimio ornatu quis expendat alimenta danda filiis, vel quod debet elargiri pauperibus, peccat mortaliter.

10. Uxor licitè i ſe ornat, ut marito placeat, ſi non excedat, nec opera ideo præcepta omittat.

i Comm. DD.

OSCULUM. Vide verb. *Luxuria, &c.*

Non eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo licet periculo conſenſus ulterioris & pollutionis a.

a In decr. Alexandri VII. 1666. 18. Martii

DISP.



# DISPVTATIVNCVLÆ Præjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### P.

PACTUM. Vide *Contractus.*

PActum legis commiſſoriæ poſitum ſine fraude uſurarum licitum eſt. a Lex commiſſoria eſt, quando pignus ſi non redimatur tali tempore, fit poſſidentis pro pecunia mutuata.

a Navar. c.17, n. 217.

### *PAPA.*

1. In eodem a puncto ac eſt electus legitimè confirmatur à Deo, & habet omnem plenitudinem juriſdictionis, quam poſt coronationem, & illam habet immediatè à Chriſto ſuper omnes Chriſtianos.

a Navar. c.27, n. 147.

2. Papa non habet b juriſdictionem ſuper ſe, nec ſuper ſuum ſucceſſorem, neque dat juriſdictionem ſuo Confeſſario.

b Idem c.27, n. 161.

3. Papa nulli hominum c poteſt ſubjici quoad pœnam, nec incurrit excommunicationem humanam, etiamſi, quod Deus avertat, incidat in hæreſim.

c Idem ubi ſup. n.11.

4. Papa d poteſt multa, quæ ſunt de jure naturali, & divino reſtringere, limitare, & declarare. Et Epiſcoporum poteſtatem ad peccata reſervanda reſtringere, & ab illis reſervata per ſe vel alios ſacerdotes abſolvere.

d Comm. DD.

5. Poteſt dare e facultatem, ut fideles relicto proprio Parocho cuilibet ſacerdoti confiteantur, & quòd quolibet anni tempore factâ Confeſſione præcepto ſatisfaciant Eccleſiæ.

e Comm. DD.

6. Papæ aliquid ſtatuenti circa beneficia patrimonialia Caſtellæ f obediendum eſt, & contrarium dicere ſapit hæreſim Angelicanam.

f Navar. ubi ſup.

Pp 5. Nemo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7. Nemo etiam imperator *g* poteſt beneficia ſpiritualia, vel Eccleſiaſtica juris patronatus, vel alia cujuſcumque qualitatis, vel conditionis ſint, conſtituere, erigere, deſtruere, aut tollere, neque in totum neque in partem etiam minimam niſi ſolus Papa, aut ex ejus commiſſione.

*g* Idem c.27.n.15.

8. Papæ electio ſimoniaca ipſo facto eſt nulla, *h* ſunt tamen qui dicant ſententia condemnatoria opus eſſe.

*h* Ex conc. Later.

9. Nulla excommunicatio, vel cenſura *i* impedit Papæ electionem.

*i* Ex Pio V.

10. Papam peccare non ſervando legem humanam aut ſine cauſa diſpenſando *l* aſſirmat Navarrus. Item quod ſi antea fuit religioſus, nullum habet bonorum dominium, ſed tantum adminiſtrationem.

*l* Navar.

11. Papæ quoad ſpiritualia *m* ſubditur omnis humana poteſtas.

*m* Comm. DD.

12. Papa ob ſolam hæreſim *n* poteſt accuſari, condemnari, excommunicari, & deponi.

*n* Silveſt. verb. Papa

13. Papam hæreticum eſſe non poſſe *o* ſunt qui dicant propter ſpecialem Spiritus ſancti aſſiſtentiam.

*o* Vide Sà hoc verb. n. 6.

14. S. Antoninus *p* ait Papam plura poſſe, quàm nobis, vel ipſi compertum eſt.

*p* Anton.

15. Poteſt *q* eſſe judex in cauſa propria, & ſecum diſpenſare in votis, & legem à ſe vel à ſuo prædeceſſore latam revocare, & obligationem factam homini relaxare, & cuivis beneficium auferre.

*q* Vide Sà ubi ſup.

16. Ad Papam appellari *r* poteſt à cujuſvis ſententia.

*r* Idem ubi ſup.

17. Ad Papatum ſoli Cardinales *ſ* habent votum activum, paſſivum autem ſecundum aliquos omnes fideles. Alii autem ex ſolo Cardinalium gremio eſſe eligendum affirmant.

*ſ* c. in nomine Domini diſt. 23.

## *PALLIUM.*

1. Pallio, quo ſignificatur plenitudo officii Pontificalis, utitur Archiepiſcopus *a* in Miſſa ſolemni in Provincia, non autem extra Eccleſiam, nec in proceſſionibus, aut aliis, neque id poteſt alteri alteri commodare.

*a* Vide c. pallium diſt. 100.

2. Antequam Pallium accipiat non debet Ordines facere, nec conſecrare, nec Eccleſiam *b* dedicare, nec concilium convocare.

*b* Sà hoc verb.

PATRI-



## *PATRINUS.*

1. Religioſis prohibitum *a* eſt à jure patrinos eſſe in Baptiſmo.

*a* c. Monach. de conſecr. diſt. 4. & c. placuit n.19. q.3.

## *PARENTES.*

1. Parentes in docendo filios orationem Dominicam & fidei ſymbolum negligentes peccare mortaliter quidam probabiliter *a* affirmant.

*a* Vide Sà hoc verb. n. 5.

2. Non poteſt *b* pater Religioſus fieri, ſi filii ejus operâ indigent.

*b* Comm. DD.

3. Qui filium alere non poteſt, *c* poteſt illum exponere ad hoſpitale, vel ad domum Epiſcopi divitis; exponere autem illos ſine neceſſitate, peccatum eſt *d* mortale.

*c* Navar. c.14. n.17.
*d* Tol. lib. 5. c. 1. n. 114.

4. Pater tenetur *e* ſolvere damnum factum à filio de illius peculio, & de ſuo ſolvere, quod ipſe juſſit expendere, vel debuit jubere.

*e* Sà ubi ſup. n. 4.

5. Tenetur *f* filium alere, & ejus uxorem honeſtam etiam ſine ſua licentia ductam, & filiam dotare ſine ſua licentia digno nubentem etiam dote non promiſſa, ſi ipſa ſe dotare non poteſt. Certe ei debet legitimam ſaltem dare, ſi illa dotem non promiſit. Itidemque tenetur avus paternus, & fratres ex eodem patre.

*f* Idem ubi ſup.

6. Filiam indigno etiam nubentem *g* tenetur pater alere, & ſecundum aliquos etiam dotare. Nec non filiam impudicam, ſi pœniteat, alere, & dotare egentem, filiam autem hæreticam niſi reſipiſcat, non tenetur.

*g* Comm. DD.

7. Si pater diſtulit 25. annos habentem filiam in matrimonium dare, etiam ſi indigno nubat, *h* tenetur eam dotare, ſi illa dotem promiſit. Tenetur etiam filiam naturalem pauperem dotare etiam ſi ſit clericus, qui tenetur etiam ſpuriis filiis alimenta præſtare.

*h* Vide Sà hoc verb. n. 7.

8. Pater poteſt *i* filio conſentiente de illius legitimâ teſtari.

9. Poteſt *l* in donationes remuneratorias & opera pia bona expendere etiam cum detrimento filiorum.

*i* Idem ubi ſupra.
*l* Navar. c.17. n.19.

10. Poteſt *m* à filio repetere, quod coactus eſt pro illo expendere.

*m* Sà ubi ſup. verbo 2.

11. In extrema neceſſitate patri prius, quàm filio *n* ſubveniendum eſt, & præferendus etiam eſt ei, cui paratum eſt ſubvenire. An vero creditori dubium eſt, alii ajunt, alii negant; affirmativa videtur probabilior, & non deſunt

*n* Comm. DD.



qui

qui dicant uxorem, & filios, & fratres præferendos eſſe, Pa-
trem vendere ob famem filium quamvis non ſit illicitum,
jam non eſt in uſu *o* inter Chriſtianos.

13. An pater poſſit ob correctionem filium in ſacris con-
ſtitutum percutere alii ajunt, alii negant probabilius, & præ-
cipue ſi *p* Sacerdos ſit.

14. Mater filium, vir uxorem non *q* poſſunt vendere.

15. Pater filius ex primo matrimonio *r* debet omnia lucra
ex illo, non tamen donata ab extraneo etiam intuitu uxoris.

16. Pater invita matre non *ſ* poteſt filium impuberem re-
ligioni offerre.

17. Qui ex juſta cauſa, & non ex contemptu non vult filius
talium parentum haberi non *t* peccat. Injuria verò etiam le-
vis patri illata quibuſdam videtur peccatum mortale.

18. Patris nomine *u* veniunt aſcendentes, & nomine filij
deſcendentes.

19. In negotiis gravibus poteſt pater ſub obligatione pec-
cati mortalis filiis præcipere, hoc tamen hero non licet in
famulos, reliquamque familiam.

20. Parentes ob ſolum avaritiam exponentes hoſpitali fili-
um peccant, & tenentur reſtituere hoſpitali alimentà.

21. Peccant conſulendo matrimonium filio, qui votum
continentiæ, vel religionis emiſit.

22. Peccat mortaliter, & tenetur reſtituere ſi filium indu-
cat ad renunciandum legitimæ per metum reverentialem.

*o* Valent. 2,2, diſp 5. q. 20.
*p* Tolet. lib. 1. c. 13.
*q* Silv. verb. emptio.
*r* Vide Tol. lib. 5. c. 1. n. 9.
*ſ* Sà hoc verb. n. 31.
*t* Idem ubi ſupra num 14.
*u* Comm. DD.

## PAROCHVS.

1. Tenetur *a* peſte infectis ſacramenta miniſtrare, vel da-
re qui miniſtret.

2. Parochianus ad ſacramenta in Parochia accipienda *b*
eſt quicumq; ibi habitat etiam per modicum tempus, & aliò
ire illi eſt incommodum. Ad matrimonium ſufficit modica
habitatio. Ad ſolutionem decimarum & utilis Parocho ne-
ceſſarium eſt animum habere ibi habitandi fere per annum.

3. Parochus Eccleſiæ deſtitutæ cenſetur *c* habere bene-
ficium ſimplex.

4. Tenetur *d* Parochus miniſtrare ſacramenta extra tem-
pus præcepti, licet alii id negent.

5. Parochus habet juriſdictionem à jure communi quam
ſine cauſà Epiſcopus impedire non poteſt. *e*

*a* Comm. DD.
*b* Sà hoc verb.
*c* Idem ubi ſupra.
*d* Navar. c. 21, nu. 131.
*e* Comm. DD.

6.Poteſt



6. Poteſt *f* eſſe judex in cauſa Eccleſiæ alio ejus nomine
agente.

7. Parochus per ſe, vel per alium *g* tenetur celebrare,
quando populus tenetur audire.

8. Parochus *h* tenetur credere Parochiano affirmanti
præceptæ ſatisfeciſſe Confeſſioni, & non debet ad dandam
ſchedulam cogere. Niſi alicubi communi conſuetudine ha-
beatur oppoſitum.

9. Parochus non ſacerdos exceptis his quæ ad Ordinem
ſpectant reliqua omnia *i* poteſt exercere.

10. Parochus *l* poteſt ſacerdoti non impedito concedere,
quod omnia ſacramẽta, quæ ipſe Parochus poteſt, adminiſtret
excepta Confeſſione, niſi fuerit ab Ordinario approbatus.

11. Parochus, qui ſine neceſſitate per aliũ ſacramẽta admi-
niſtrat etiã ſi reſideat, *m* peccat mortaliter, quia inutiliter re-
ſidere, idẽ eſt, ac abeſſe, & tenetur fructus reſtituere; licet au-
tẽ coadjutorem habere, qui eum aliquando alleviet à labore.

12. Parochus, qui credit ſe noctu vocandum ad ægrum, *n*
non peccat mortaliter ſecluſo ſcandalo, ſi ſecum oleum ſan-
ctum domum deferat.

13. Epiſcopo abſente *o* poteſt in jejunio diſpenſare.

14. Tenetur *p* docere, & prædicare de jure divino, & ex
vi officii habet ad hoc facultatem, & poteſt illam approbato
concionatori concedere in ſua Parochia.

15. Tenetur *q* intra duos menſes à poſſeſſione beneficii
coram Epiſcopo, vel illius Vicario fidem profiteri.

16. Parochialis Eccleſia non eſt providenda *r* niſi per op-
poſitionem, & prævio examine.

17. Parochus, qui eſſet in ripa fluminis, quem ſine magno
vitæ periculo non poſſet tranſire, *ſ* & in alia ripa eſſet infir-
mus moribundus, qui peteret confeſſionem, non teneretur
flumen tranſire, quia periculo magno ſine fructu infirmi, &
cum aliorum Parochianorum damno ſe exponeret propriã
amittendi vitam. Idem dic ſi eodem periculo, & infirmi in-
certo fructu præcipitia eſſet tranſiturus. Quod in peſte infe-
ctis non contingit, quia licet magnum ſit vitæ periculum,
certa eſt utilitas infirmi.

18 Parochus qui non curat de diſponendis Indis, vel Æ-
thiopibus ſuis Parochianis ad ſuſcipiendam Euchariſtiam in
vita, nec in morte, eſt in ſtatu *t* peccati mortalis.

19 Parochus Indorum, qui nõ bene addidicit illorũ linguã
ad confitendum, & ad concionandum, nec curat addiſcere,
non *u* eſt in tuta conſcientia, & debet pro rata reſtituere

*f* Comm. DD.
*g* Tolet. lib. 1, c. 1.
*h* Navar. in c. Sacerdos de pœni. dub. 5, num. 81.
*i* Comm. DD.
*l* Comm. DD.
*m* Vide Dian. p. 1. tr. 4, reſ. 256.
*n* Dian. p. 1. tr. 1, reſ. 91.
*o* Navar. c. 21, n. 21.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Navar. num. 137.
*ſ* Comm. DD.
*t* P. Acoſt. in manuſcrip.
*u* Idem ubi ſupra.

 Quod

Quod ſi propter incapacitatem de profectu deſperat, tenetur admonere Prælatum, & beneficio renuntiare.

x Conſil. Lim. act. 2. cap. 25.

20. Parochi per ſe ipſos ſaltem Dominicis, & feſtis rudimenta Chriſtiana populo x tradant.

y Ioan. Sanchez diſp. 44. num. 2.

21. Parochum in aliena diœceſi etiam non ſubditum poſſe abſolvere y probabile eſt.

z Conci. Limen. act. 2. c. 41

22. Parochi Indorum, qui ſine aſſenſu ſui Antiſtitis Parochiam deſerunt, aut ante diſcedunt, quàm ſucceſſoribus rerum Eccleſiaſticarum ſuæ curæ commiſſarum rationem reddant, eo ipſo z ſunt excommunicati.

a Ioan. Sanchez diſp. 48. num. 10.

23. Parochus non a poteſt dare licentiam ſimplici Sacerdoti ad audiendas Confeſſiones ſuorum Parochianorum, quia poſt Tridentinum omnis Confeſſarius debet eſſe ab Ordinario approbatus.

b Idem diſp. 44. num. 14.

24. Parochus aſſiſtens matrimonio ſui Parochiani in aliena Parochia, b peccat contra juſtitiam, & contra charitatem; quia licet probabile ſit validum eſſe matrimonium, exponet tamen illud periculo irritationis, ſi forte in re contraria eſt vera. Idem dicendum de eo, quia aſſiſtit matrimonio facto ob metum reverentialem.

c Comm. DD.

25. Parochus ſimul obtinens canonicatum tenetur c reſidere in Parochia, & perdit diſtributiones quoties non ſervit Canonicatui. Quod ſi Capellanus eſt, poteſt per alium Miſſas celebrare etiamſi in fundatione dicatur, quod ipſe celebret: & idem dic de Capellano non Parocho.

d Solor. lib. 2. de Indor. gebern. c. 22.

26. Parochi ſæculares exigere non d poſſunt jura duplicia pro funeribus eorum, qui in monaſteriis religioſorum tumulantur, eſt enim contra jus commune, & Regium.

e c. de hoc de celebr. Miſſ.

27. Parochis e non licet in celebratione Miſſarum pro defunctis amphoram aquæ pro amphora vini, vel paleas pro tritico ſupponere. *Arg. c. de hoc de celeb. Miſ.*

f Comm. DD.

28. Parochis non eſt f prohibitum proprios agros, & vineas colere & fructus vendere, quia hoc non eſt negotiari.

g Concil. Limen.

29. Parochis Indorum non debetur g ſtipendium pro comitatu inceſſario, cymbalorum pulſatione & ſimilibus, quia lege Regia, & Limanſi concilio prohibitum eſt.

h Comm. DD.

30. His qui in agro degunt, & domum in urbe habent, Parochus in cujus Parochia eſt domus, debet h ſacramenta adminiſtrare.

31. Parochi officium habens poteſt elegi in Confeſſarium ſine alia approbatione.

32. Hortum malorum punicorum, pomorum, platanorum & ſimilium ſerere, & colere, & horum fructus ven-



dere non eſt Parochis i prohibitum.

i Comm. DD.

33. Parochus in ſuis abſentiis duorum menſium à concilio conceſſis, & in aliis ab ordinario ſibi conceſſis l poteſt Vicarium nominare, qui debet ab Ordinario approbari.

l Ioan. Andr. in c. cum in eo de elec. lib. 6. & alij.

34. Parochus cui non dantur portiones decimales tenetur pro Parochianis Dominicis, & feſtis diebus ſacrificium offerre, ſed m poteſt ſtipendium accipere, & pro eo qui ſtipendium dedit primo loco offerre.

m P. Monach. in manuale.

35. Cum plures Parochi ſunt in eadem Eccleſia n ſufficit quod hebdomadarius Miſſam pro populo offerat.

n Idem ibidem.

36. Parochus exactiore qua poſſit cura debet o inquirere an baptizatus ſit ille, de quo aliquomodo dubitatur, & quod cumque ſit probabile dubium, iterum illum ſub conditione baptizare: quod ni faciat, peccabit mortaliter.

o P. Quint. de ſing. tr. 1. ſing. 7.

37. Qui beneficium curatum habent, non poſſunt ſibi eligere in confeſſarium ſimplicem ſacerdotem non approbatum ab Ordinario. p

p In decr. Alexandr. VII. ann. 1665. 24. Septemb.

## PARTICIPATIO.

1. Novem modis a dicitur quis particeps eſſe in peccato alterius: Jubendo, conſulendo, conſentiendo, laudando, recipiendo, adjuvando, non impediendo, occultando, non manifeſtando.

a Comm. DD.

2. Participans peccato non ſemper incurrit b cenſuras, nec obligationem reſtituendi, quas principalis author incurrit.

b Comm. DD.

## PARS.

1. Pars ſine additione a intelligitur medietas, ſecus ſi dicitur aliqua pars.

a Sä hoc verb.

---

# DISPVTAT. I. SECT. PRIMA.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## PAVPERTAS.

1. Religioſus nullius rei proprietatem habere a poteſt in particulari, & uſusfructus, & jus utendi illius paupertati contradicit. Nec ſimplex rei uſus ei licet ſine expreſſa ſuperioris licentia vel tacita.

a c. non dicatis 12. q. 1.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*b Villan. a. 12. 15. diſ. 13.* — *c Comm. DD.*

2. Qui rem, qua utitur abſcondit, ne pateat Prælati oculis, *b* violat hoc præceptum.

3. Non *c* poteſt religioſus rem vendere, aut commutare, vel alio modo alienare ſine expreſſa, vel tacita licentia Prælati, ſine qua nec cibi portionem poteſt dare. Nec tacitam licentiam videtur habere cum à Prælato interdicitur ne quis aliquid ex triclinio deportet.

4. Qui habet ſuperflua in cella ex Prælati conſenſu, non peccat contra votum ſed contra decentiam ſui ſtatus, & hæc ſuperflua ſi ſint valde pretioſa, & divitum ſæcularium propria peccabit mortaliter, & illius Prælati rei cenſentur ſceleris ejuſdem.

*d Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 2. Vide P. Azor. 1. p. lib. 12. q. 6.*

5. Adminiſtrare *d* bona aliena, & Procuratorem, & Advocatum, vel Vicarium Epiſcopi, Præfectum Xenodochii & ſimilia agere, etiam propter ſtipendium cum licentia Prælati non eſt contra paupertatis votum. Eſt tamen prohibitum in multorum ordinum conſtitutionibus, quia militem Dei non decet ſæcularibus ſe immiſcere negotiis.

*AN RELIGIOSI ſive viri, ſive fœminæ poſſint habere annuos redditus ad ſuas neceſſitates?*

*e Abb. 2. 3. conſ. 4. num. 4.* — *f c. de vi- du. 27. q. 21.*

6. Si habeantur cum Prælatorum licentia, *e* non eſt contra paupertatem, nec contra Tridentinum.

7. Religioſi Ordinum militarium *f* poſſunt recipere, quod illis aſſignatum eſt ex menſa Capitulari ex ſuis beneficiis.

*AN RELIGIOSUS qui aliquid ſibi uſurpat ex bonis communitatis, vel alterius uſũ rei habentis peccat, & reſtituere teneatur?*

*g Ledeſm. in addit. ad ſum. diſ. 11.* — *h Comm. DD.*

8. Qui aliquid ſibi uſurpat ex bonis conventus ſine Prælati licentia *g* peccat, & furtum committit, & ſi materia eſt gravis mortaliter, & ſi levis venialiter.

9. Materia ad mortale ſufficiens *h* eſt quod furto ablatum à ſæculari eſſet mortale, quando religioſus ſibi uſurpat aliquid, cujus uſum alius religioſus habebat. Si autem furto ſublatum ſit ex bonis communitatis major quantitas requiritur, ea ſcilicet ob quam filiusfamilias peccaret mortaliter, unde qui unam gallinam communitatis furaretur ut ipſe manducaret, non vero ut ſæculari donaret non peccaret mortaliter.

*i Vide Villal. ubi ſupra.*

10. Qui tunica indigens Prælatum admonuit, & ille noluit dare cum haberet communitas, ſi ipſe clam ſurripiat, non *i* peccabit.

*Villal. ubi ſupra.*

11. Qui furatur à communitate aliquid, vel ab eo, qui uſum habebat illius tenetur ſ reſtituere, vel reddendo, quod abſtulit ſi durat, vel ſi conſumptum eſt, pretium æquivalens, vel ex rebus, quarũ uſum ipſe cum licentia habet, vel induſtria, aut arte aliquid acquirendo, vel alio modo licito.

AN



*AN RELIGIOSIS liceat donationes facere.*

12. Prælati religioſi *m* poſſunt, imò & tenentur ex ſuperfluis facere eleemoſynas, & aliquando ex neceſſariis, ſed moderatè. *m Navar. conſ. 3. n. 9. de ſtat. mon. lib. 3.*

13. Si faciant ſine juſta cauſa donationes exorbitantes, peccant graviter, & reſtituere tenentur ipſi, & donatarii.

14. Officiales, ut coquus, & ciborum diſpenſator parum vini, & fruſtum panis, & ſimilia donare *n* poſſunt, niſi ſpecialem à ſuperiore habeant prohibitionem. In quo recepta Ordinis conſuetudo ſervanda eſt. *n Molina to. 1. de juſt. diſp. 276.*

15. Religioſo qui utilem librum in lucem edit *o* poteſt licentia concedi, ut conſanguineis pauperibus, vel de ſua religione bene meritis aliquid donet. *o Comm. DD.*

16. Subditi religioſi donare non poſſunt ſine Superioris licentia expreſſa, vel tacita, & hanc cenſentur habere, cum eis annuus redditus conceditur, vel aliud ad alimenta cum conditione, ut nil ultra petat, quod reſervaverit donare *p* poterit, ſed non ob turpem finem; talis enim donatio eſt ipſo jure nulla, etiam ſi fiat ex bonis ipſi à conſanguineis donatis. *p Vill. l. ubi ſupra.*

17. Religioſæ facultatem habentes à Prælatis, ut ſuo labore acquiſita in ſuas neceſſitates inſumant, quæ eis ſupererint, *q* poterunt donare, ſed non in malum finem. *q Sanchez de matr. lib. 6. diſp. 4. num. 7.*

18. Religioſus, qui ſine licentia donat, quæ habet ad ſuum uſum alicui extraneo, *r* tenetur ab eo repetere, vel alio quo potuerit modo reſtituere ut ſupra diximus. *r Comm. DD.*

19. Cum religioſus aliquid ſibi donare volenti perſuadet, ut amico vel conſanguineo illud donet, *ſ* non facit contra paupertatem, ſed contra charitatem Ordinem illa donatione privando, niſi excuſetur juſta cauſa majori proximi neceſſitati ſubveniendo; ſed in noſtra Societate hoc ſine licentia eſt ſub præcepto prohibitum. *ſ Comm. DD.*

20. Religioſi Societatis noſtræ habentes facultatem accipiendi eleemoſynam, ſi ſtipendium pro ſacris faciendis accipiant, & à clerico petant ut ille ſacra faciat, poſſunt *t* ſibi talem retinere pecuniam, quia hoc nihil aliud eſt quam à clerico eleemoſynam recipere. *t Comm. DD.*

21. Religioſis noſtræ Societatis prohibitum *u* eſt ſine licentia accipere aliquid pretio æſtimabile dandum alteri in eleemoſynam; ſi autem ipſe non petat & non ſuo, ſed dantis nomine illud det pauperi, non videtur facere contra prohibitionem. *u P. Menacho in manuſcrip.*

22. Licet Societatis regulæ ad nullum obligent peccatum, vota tamen ex ſe *x* obligant ſub mortali, niſi excuſet inadvertentia, vel levitas materiæ *x P. Rodes in tract. de paup. tr.*

 23. Quod

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*y* Comm. DD.

23. Quod religioſus quoquo modo acquirit *y* ſtatim ſit religionis, & de illo ſine licentia expreſſa, vel tacita non poteſt deponere, quod ſi donet, donatarius reſtituere tenetur.

*z* Comm. DD.

24. Cum religioſo noſtræ Societatis iter agenti datur viaticum, quod ſupereſt itinere confecto *z* reddendū eſt Superiori, nec poteſt in ulla alia re ſine expreſſa licentia inſumere, etiam ſi talis pecunia ei fuiſſet à conſanguineis donata.

*a* P. Il-deph. Rod. ubi ſupra.

25. Qui ex uno collegio profecturus eſt in aliud ſine licentia præſentis ſuperioris, nihil poteſt petere, nec accipere etiā ſi intelligatur alterius collegij ſuperiori ad ratū eſſe habiturū. Poterit *a* tamen in ipſo itinere ubi non habet Superiorem cum animo manifeſtandi illud & tradendi ſuo ſuperiori.

*b* Comm. DD.

26. Qui in ſua, vel in Procuratoris cuſtodia cum licentia, nummos habet ad tranſcribendos codices in nullum alium uſum *b* poteſt de illa pecunia diſponere.

*c* Reſolutiones iſtæ ſcitæ ſunt ex P. Ildeph. Rodec. tr. de paupertate.

27. Sicut religioſo prohibitum eſt ſine licentia *c* dare & accipere, ſic etiam mutuo dare, & accipere. In rebus autem minimis eſt tacita, & generalis licentia res habitas ad uſum per breve tempus commodare, ut librum, ſcapas & ſimilia, & in hoc religionis conſuetudo eſt ſervanda.

28. Depoſita exterorum ad cuſtodiendū recipere religioſis non licet ſine licentia; ea autē quibus cū licentia utitur, bene poteſt apud alium religioſum domeſticum deponere, & ipſe depoſitam habere, & cuſtodire: depoſitam autem habere rem aliquam apud extraneum eſt contra paupertatis votum.

29. Non poteſt religioſus etiam cum licentia Superioris, nec ipſe ſuperior aliquid inſumere in rebus illicitis profanis, vel ſuperfluis, quia eſt prohibitum per ſacros canones.

30. Officialis, qui dat plus, vel minus, melius, vel deterius quàm intelligit voluntatē eſſe ſuperioris, facit cōtra hoc votū.

31. Sicut qui malitioſe res religionis diſſipat, ita qui ex incuria culpabili deſtruit, vel deteriorari permittit graviter peccant & licet res ſint minimæ, minimum damnum ſæpe repetitum fit grave.

32. Societatis noſtræ religioſi debent advertere, quod multa, quæ in aliis Ordinibus propter tacitam ſuperiorum licentiam ſine peccato fiunt, nobis non licent, nec fieri poſſunt ſine lethali crimine. Aliis conceditur accipere veſtes, & calceamenta, dare & accipere librum, & ſimilia, nobis autem eſt interdictum ſine expreſſa licentia.

33. Aliis licet pecuniam accipere ad emendos libros, dūmodo illos habeant animo parato ad liberam Superiorum diſpoſitionem. Nobis autem hoc non licet, quia in noſtra religione non eſt ad hoc interpretativa licentia. 34. Non



34. Non ſufficit ad hanc interpretativam licentiam certò ſcire quòd ſuperior illam eſt conceſſurus, ſed neceſſarium eſt prudenter judicare ſuperioris voluntatem in eo caſu fore, quod res talis ſine licentia fiat.

35. Qui pecuniam recipit ad diſtribuendam determinatis perſonis nomine alterius, non facit contra votum paupertatis. Si tamen eſt noſtræ ſocietatis religioſus, facit contra regulam, & contra præceptum à noſtro Generali impoſitum, ne hoc ſine licentia fiat.

36. An hoc præcepto comprehendatur, qui accipit pecuniam ab alio, ut det quibus voluerit Sacerdotibus pro ſacris faciendis. Viſum eſt viris doctis non eſſe contra præceptum, ſed contra perfectionem regulæ, quæ omnes ſubditorum actiones vult ſubordinatas eſſe ſuperiori.

37. Religioſus qui alienā pecuniā, amici videlicet, libros emit, & illis utitur non in abſcondito, ſi dominium apud amicum maneat non peccat, quia in aliis Ordinibus ad hoc eſt tacita licentia. In noſtra autem Societate illicitum, quia talis uſus eſt pretio æſtimabilis, & noſtris ſine expreſſa licentia non licet.

---

# SECTIO II.

## *Variæ reſolutiones circa Paupertatem.*

1. PAuper ſua debita incerta poteſt ſibi in partem vel in totum applicare maximè ex Confeſſoris conſilio.

2. Religioſi qui eſculenta, vel poculenta minimi valoris ſæpe ſibi uſurpant, etſi res Prælato diſpliceat, non *a* videntur peccare mortaliter. *a* Sanchez apud Dia. p. 1. tr. 6. reſ. 34.

3. Qui ſuperiore cubicula viſitante aliquid abſcondit non metu amittēdi, ſed ob verecundiam *b* non peccat mortaliter in religione, in qua ad id accipiendum tacita ſolet eſſe licentia. *b* Diana ubi ſupra reſ. 31.

4. Religioſus ſumens aliquid ex loco publico ad utendum per aliquot dies animo illud reddendi, non peccat *c* contra votum. *c* Comm. DD.

5. Qui rem petit vel accepit animo petendi licentiam, & non utendi re niſi poſt facultatem obtentam, non *d* peccat contra votum. *d* Comm. DD.

6. In noſtra religione non licet religioſo depoſitam apud ſe vel apud alium habere alienam pecuniam, ut cum indigerit illa uti poſſit, etiam cum licentia ſuperioris; licet *e* aliis temporalis religioſis. *e* Sanchez apud Dia. ubi ſupra reſ. 45.

7. Ad

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7\. Ad accipienda comeſtibilia, ut par perdicum, vel gallinarum in aliis ordinibus ſolet eſſe interpretativa licentia, in noſtra nequaquam, & ideo ſine expreſſa licentia non *f* licet.

*f* Contra regul.

8\. Abbatiſſa reſpectu monialium ſibi ſubditarum idem *g* poteſt quod alii ſuperiores reſpectu ſubditorum.

*g* Comm. DD.

9\. Religioſo *h* poteſt legatum relinqui ea conditione, ut nihil monaſterio acquiratur, non tamen ut illud independenter habeat à ſuperioris voluntate.

*h* Comm. DD.

10\. Licitum *i* eſt legare fratribus Minoribus pro infirmis curandis, pro fabrica conventus, pro Eccleſiæ ornamentis, imò & legatum relinquere ad vitam alicujus fratris Minoris.

*i* P. Pelliz. in manual.

11\. Religioſus improviſe mortuus, qui inventus eſt in cella habere ſine licentia *l* peculium, non eſt privandus Eccleſiaſtica ſepultura, poteſt enim habuiſſe illud aliquo modo licito, quem neſcimus.

*l* Omnes hos ſequentes caſus in eruditiſſimo Pellizario reperies. vide ejus manuale in tract. de paupertat.

12\. Religioſus è Societate ſi pro miniſterio aliquo ſtipendium accipiat ſi ſit ſuperior, ſi materia ſit gravis vix à peccato mortali poteſt excuſari, quia licet directè non ſit contra votum, eſt tamen contra voluntatem ſuperioris, nec ipſe generalis poteſt in eo diſpenſare; recipere autem comeſtibilia licet ſint pretioſa, quæ gratitudinis gratia ſolent concionatoribus donari nullum eſt peccatum.

13\. Qui arcam clave clauſam habet licet in ea nihil contra voluntatem ſuperioris habeat, ſi faciat ſine licentia, rem valde ſcrupuloſam facit, ſecluſo tamen ſcandalo non eſt peccatum mortale.

*AN SIT CONTRA ſtatum fratrum Minorum habere annuos redditus, vel Miſſarum memorias.*

14\. Redditus annuos, qui computantur inter bona immobilia, ut cenſus, & ſimilia non licet Minoribus habere; annuas autem eleemoſynas habere licet etiam in teſtamento legatas, quæ noſtris domibus profeſſis niſi ſint perpetuæ repugnare non videntur.

15\. Non poſſunt fratres Minores tot ac tanta legata admittere, ut mendicare oſtiatim opus non ſit.

16\. Miſſarum annua legata, quæ teſtatores Minoribus relinquunt, ut à teſtamentariis executioni mandentur licita ſunt, & poſſunt Minores judicem adire, ut cogat teſtamentarios ad exequendum, non ut actores, ſed ut monitores.

17\. An vero poſſint accipere legata annuorum redditum pro fabrica Eccleſiæ, pro ſacriſtia, pro infirmaria ex ipſis Franciſcanis DD. alii aiunt, alii probabilius negant, dicentes hæc legata ſolum recipi poſſe per modum annuarum eleemoſynarum.



rum. Vide *Bull. Clem. VIII. de larg. muner.* Vide Sanctium noſtrum *de matr. lib. 6. diſp. 4. n. 7.*

18\. Religioſus qui habet facultatem diſponendi de tot nummis, ſi illos donet côcubinæ peccat mortaliter, & illos ſecundum probabiliorem ſententiam reſtituere tenetur.

19\. Non lædit paupertatem regularis, qui imprimit libros & vendit, quia non emit, ut vendat, quod eſt mercaturam exercere, ſed imprimit ob bonum commune animarum, quod Deo gratum & hominibus valde utile eſt.

---

# DISPVT. *II.* SECT. *I.*

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *PECCATVM.*

### *DE DEFINITIONE PECCATI, ET quotupliciter poßit committi.*

1\. PEccatum eſt dictum factum, vel concupitum contra legem Dei ex *a* Auguſtino, vel ex D. Ambroſio. *b Peccatum eſt tranſgreſſio divinæ legis, & inobedientia cæleſtium mandatorum.*

*a* Aug. l. 18. contra Fauſtum c. 27.

*b* Ambr. l. de Paradiſo c. 8.

2\. Si non eſſet lex, non *c* eſſet peccatum, quod tamen eſt contra naturale lumen rationis eſt contra legem Dei, & peccatum, niſi forte eſſet ignorantia invincibilis.

*c* D. Th. 1. 2. q. 71. art. 6. ad 4.

3\. Peccat *d* mortaliter, qui facit, deſiderat, vel decernit aliquid quod mortale peccatum eſt. Nec non qui conſentit, determinat, vel jubet.

*d* Idem q. 62. art. 7.

4\. Peccat *e* mortaliter, qui ſub conditione dicit: Hoc peccatum mortale facerem, ſi vires mihi ſuppeterent, niſi bonorum temporalium jacturam timerem. Secus vero ſi dicat, hoc facerem ſi peccatum non eſſet.

*e* Vill. to. 1. tr. 1. diſ. 1.

5\. Qui autem ob metum pœnæ temporalis, vel æternæ omittit peccatum, non determinatus ad illud, non *f* peccat.

*f* Comm. DD.

6\. Qui judicans aliquid eſſe peccatum mortale, vel dubitans an ſit, vel non, illud facit, *g* peccat mortaliter, etiam ſi vere non ſit peccatum.

*g* Comm. DD.

*AN SIT PECCATVM delectatio moroſa in opere peccaminoſo.*

7\. De-

7. Delectatio non in ipſo peccato, ſed in ſubtili modo illud faciendi non eſt peccatum, [h] nec quæ non eſt moroſa.

8. Delectatio moroſa de mortali eſt mortalis [i], de veniali venialis.

9. Cum quis plene advertit delectationem & neq; conſentit, neq; diſſentit ſine juſta cauſa, peccat [l] ſaltem venialiter.

10. Qui delectatur moroſe in adulterio non advertens injuriam, ſed ſolum quærens delectationem, peccat [m] mortaliter, ſed ſecundum Vaſquez non peccat peccato adulterii.

11. Cum opus habet duas malitias, illas etiam [n] habet delectatio moroſa.

12. Delectatio moroſa in rebus prohibitis ſolo jure poſitivo non eſt [o] peccatum mortale.

13. Qui delectationi moroſæ nec conſentit, nec diſſentit propter ſtudium, vel aliam juſtam utilitatem non [p] peccat.

*QVID SIT VOLVNTARIVM?*

14. Ubi non eſt voluntarium, peccatum eſſe non [q] poteſt.

15. Voluntarium [r] eſt, cujus principium eſt intus cum cognitione finis.

16. Ut omiſſio ſit voluntaria, tria requiruntur, [ſ] quod ſcilicet rem facere tenearis, & quod poſſis, & non facias.

17. Cum lex rem jubet, & in voluntate hominis eſt facere, vel non facere, illud dicitur voluntarium.

*QVOTVPLEX ſit voluntarium?*

18. Voluntarium aliud in ſe, cùm rem ipſam peccaminoſam volumus; aliud in cauſa, cùm rem volumus, ex qua peccatum ſequitur; aliud directum, cùm ad rem principaliter dirigimus intentionem; aliud indirectum, cum malum ſequitur, eò quod aliquid quod debet, ac poteſt non facit.

19. Aliud eſt formale, quando res in ſe directè amatur; aliud eſt interpretativum, quod fit per ignorantiam culpabilem; aliud virtuale [t], quando [u] quis vult illud ex quo ſcit ut plurimum tale damnum ſequi.

*QVANDO ad culpam imputandus eſt effectus ſecutus cauſa voluntaria?*

20. Qui ſcit, vel ſcire debuit ſe ebrium hominem interfecturum ſecundum probabiliorem ſententiam non peccat [x] cùm interficit, ſed cum ſe inebriat; quia tunc virtualiter vult homicidium.

21. Cum quis miſit ſagittam contra inimicum, & ante ictum retractavit voluntatem, effectus [x] non eſt voluntarius formaliter, fuit tamen virtualiter ante retractationem, & ju- [illegible]

22. Pec-

h Comm. DD.
i Comm. DD.
l Leſſius de juſt. & jur. l.4, c.3, dub.5, aſſerit eſſe mortale in materia gravi, ſed contraria videtur probabilior.
m Comm. DD.
n D.Th. 1, 2, q.2.
o Comm. DD.
p Comm. DD.
q Auguſt. diſ.1. contra Manich.
r D.Th. 1, 2, q.6, art.1
ſ Idem ubi ſup. art.3.
t Vide eundem 1, 2, q.6, ar.3
u D.Th. 1, 2, q.[illegible]
x Azor. l.1 [illegible]



22. Peccatū aliquando [y] poteſt remitti ſine dolore formali.

23. Peccatum contra Spiritum ſanctum eſt irremiſſibile, non quia non remittatur, [z] ſed quia quantum in ſe eſt excludit remedia aliorum peccatorum.

24. Peccatum veniale nunquam eſt licitum, [a] etiam ob vitandam mortem.

*VNDE SVMATVR gravitas peccatorum?*

25. Peccata quædam ſunt aliis graviora, & eorum gravitas præcipuè ſumitur [b] ex objecto, unde perjurium quod immediatè eſt contra honorem Dei gravius eſt homicidio.

26. Peccatum, quod majori virtuti opponitur ex ſua natura [c] gravius eſt.

27. Peccata ſpiritualia ex ſua natura graviora [d] ſunt carnalibus, hæc autem ſunt infamiora.

28. Peccatum fit gravius aliquando propter cauſam. [e]

29. Intentio voluntatis aggravat [f] peccatum, ſed non eſt circumſtantia neceſſario confitenda, aggravatur etiam per alias circumſtantias. Vide verb. *Circumſtantia.*

30. Damnum ſecutum antea prævisum aggravat [g] peccatum. Et quod nec fuit prævisum, nec intentum, ſi fuit negligentia, imputatur ad culpam, & ad pœnam.

31. Damnum, quod natura ſua ſequitur ex peccato, illud aggravat [h] directè.

32. Peccatum fit gravius [i] ratione perſonæ in quam peccatur, & ratione perſonæ peccantis.

*DE DISTINCTIONE peccatorum inter ſe.*

33. Peccata ſpecie diſtinguuntur [l] per objecta, alia ſunt carnalia, alia ſpiritualia.

34. Non diſtinguuntur per cauſas activas, ſeu motivas, ſed finales, [m] cupiditas enim radix eſt multorum peccatorum, quæ per illam non diſtinguuntur.

35. Alia ſunt contra [n] Deum, alia contra proximum, alia contra ipſum peccantem, & ſpecie diſtinguuntur.

36. Pœnæ diverſæ, [o] quæ propter diverſa peccata infliguntur non faciunt ea ſpecie diſtincta.

37. Peccata commiſſionis & omiſſionis ſpecie [p] diſtinguuntur.

38. Cùm lex actum non transfert ad diverſam virtutem, diſtincta præcepta non faciunt [q] peccata ſpecie diſtincta, nec habent diſtinctas malitias.

39. Cum in die Dominica cadit feſtum obligans ad audiendam Miſſam, qui illam non audit, unum tantum peccatum committit [r] ſecundum probabiliorem ſententiam.

40. Franciſcanus non obediens Prælato, facit [ſ] unū peccatū

cum

y Comm. DD.
z Comm. DD.
a Comm. DD.
b D.Th. ubi ſup. q.73, art.3
c Comm. DD.
d Greg. 33, Mor. c.12,
e Comm. DD.
f D.Th. ubi ſup. ar.8
g Vill. to.1. tr.1. diſ. 33, n.8,
h Idem ubi ſup. n.9
i Comm. DD.
l Vide D.Th. 1, 2, q.72, art.1.
m Idem ubi ſup.
n Comm. DD.
o Comm. DD.
p Comm. DD
q Vill. ubi ſup.
r Vaſquez diſp. 9[illegible], num. 1.
ſ Vill. ubi ſup.

cum triplici malitia. 1. Contra religionem. 2. Contra obediẽtiam. 3. Contra ſpecialem regulã præcipientem ſub mortali.

t Comm. DD.

41. Peccata alia t cordis, alia oris, alia operis, & cum ſunt operis non ſufficit confiteri ſolum deſiderium.

u Comm. DD.

42. Quæ ſunt ex ſuperabundantia diſtinguuntur ſpecie ab his, quæ ſunt ex defectu. Diſtinguuntur u etiam ſpecie per circumſtantias.

# SECTIO II.

## DE PECCATO VENIALI, ET QVOmodo diſtinguatur à mortali.

a Vide D. Th. 1. 2. q. 88, art. 1. b Vill. ubi ſup. diſ. 13. c Idem ubi ſup. n. 3. d D. Th. 1. 2. q. 88, art. 1.

1. PEccatum a mortale eſt mors ſpiritualis animæ, veniale autem infirmitas illius.

2. Peccata venialia b vocantur in ſacris litteris abſoluta peccata, mortale autem per antonomaſiam.

3. Peccata c venialia alia ex genere, alia ex levitate materiæ, alia ex actus imperfectione.

4. Veniale non diſtinguitur d à mortali ex eo præciſè, quod ſit veniale, differt tamen moraliter.

*AN PECCATUM veniale ſit contra legem Dei?*

e Vill. id. ubi ſup.

5. Eſt præter e legem, & contra legem in diverſo ſenſu. Præter legem obligantem ad mortale, & contra legem obligantem ad veniale.

*QUORUM MALORUM ſint cauſa peccatum mortale, & veniale?*

f D. Tho. ubi ſup. q. 113, art. 1.

6. Peccatum mortale f privat hominem gratiâ, & omnium malorum tam præſentis, quàm futuræ vitæ radix eſt, & origo & eſt malum maximum.

g D. Paul. 1 ad Cor. 13.

7. Peccatum mortale g mortificat omnia opera bona præterita, & quæ de novo ſiunt nihil de condigno merentur, ſed tantum de congruo.

h De fide.

8. Per peccatum mortale fit homo h ex filio adoptivo Dei miſerum Diaboli mancipium æternis ignibus addictum addictum, & à nunquam defectura gloria exhæredatum.

i Comm. DD.

9. Peccata i veniale nullum ex his malis cauſat. Vitanda tamen ſunt, quia Dei offenſæ, quia ad mortalia diſponunt, & fervorem charitatis extinguunt, & quia de omnibus etiam leviſſimis ratio Deo reddenda eſt, & graviſſimis ſunt luenda pœnis

10. Mini-



l D. Tho. 1. part. 48.

16. Minimum peccatum veniale, quia l eſt malum culpæ majus malum eſt omni malo pœnæ tam hujus, quam alterius vitæ; nec poteſt eſſe parvum malum, quod infiniti boni Dei offenſa eſt, & ideo totis præcordiis vitandum, & quam maximo odio proſequendum eſt.

*QUOMODO dignoſcendum peccatum mortale à veniali.*

11. Quod eſt contra amorem Dei, & proximi in re gravi eſt m mortale, quod autem in re levi eſt veniale. m Comm. DD.

12. Peccata venialia propter actûs imperfectionem difficilè poſſunt n dignoſci. n Comm. DD.

13. Motus ſubiti, qui dicuntur primo primi non ſunt o peccata. o Comm. DD.

14. Alteratio, repræſentatio, & judicium, quæ extra conſenſum eveniunt, peccata p non ſunt, neque ideo opus bonum omittendum. p Vill. ubi ſupr. n. 4.

15. Qui delectatur in peccati repræſentatione ex inadvertentia invincibili non q peccat; ſi autem advertat, ſed non plenè peccat venialiter. q Comm. DD.

# SECTIO III.

## VARIAE CIRCA PECCATA reſolutiones.

1. PEccatum per metum factum eſt involuntarium ſecundum quid, eſt tamen a peccatum. a Comm. DD.

2. Ex actu malo interiori, & exteriori unum peccatum b ſit in genere moris, licet plura ſint in genere entis. b Comm. DD.

3. Peccati reatus c eſt obligatio ad pœnam propter mortale æternam, & propter veniale temporalem. c Navar. prælud. 7. n. 17.

4. Peccatum d aliud eſt originale, quod eſt carentia iuſtitiæ originalis, quæ transfuſa eſt ab Adam in poſteros per virtutem ſeminalem. Aliud eſt actuale, quod per actum proprium contra legem Dei contrahitur. d Comm. DD.

5. Peccatum factum ex confidentia veniæ levius e eſt. e Navar. c. 2.

6. Gaudere de effectibus bonis ex peccato conſecutis peccatum f non eſt. f Comm. DD.

7. Quilibet Sacerdos g poteſt à peccato veniali abſolvere, niſi ei ſit ſpecialiter prohibitum. g Comm. DD.

8. Peccatum veniale h poteſt remitti non remiſſo mortali ſecundum Navarrum. h Navar. c. 3. n. 7.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9. Qui cauſam culpabilem omiſſionis, vel commiſſionis dedit, & voluntatem retractavit, ſufficit quod cauſam confiteatur. *k*

*k* Comm. DD.

10. Captivi Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum ad Chriſtianos devaſtandos *l* non peccant; quia talis remigatio materialiter ſe habet ad damnum inferendum. Nec peccant ſi ob metum gravem bona Chriſtianorum diripiant.

*l* Contrarium tenet Navar. probabiliter.

11. Non excuſatur *m* à peccato, qui voluntariè ſubminiſtrat ea, quæ proximè neceſſaria ſunt ad peccatum, ut qui ſcalam admovet ad furandum.

*m* Dian. p. 5, tract. 7, reſ. 18.

12. Famulus in die jejunii miniſtrans carnes domino ad edendum non peccat. *n*

*n* P. Azor. apud Dian. ubi ſupra reſ. 11.

13. Ob metum gravem mortis, vel vulneris peccatum *o* non eſſet amaſio depingere amicam. Idem dic de famulo, qui litteras amatorias verba turpia continentes ad concubinam domini deportat, vel eam deducit ad domum illius, vel illum adjuvat, ut per feneſtram ingrediatur ad eam, ob metum gravem excuſabitur; non verò ob commodum, vel ob compenſationem famulatûs. Hoc alii negant, & P. Sà vix poſſe à peccato excuſari dicit.

*o* Diana p. 5, tr. 7, reſ. 6.

14. Meretrici licet *p* domum locare, ſi non ſit alia ſpecialis cauſa; niſi ratione ſitûs majorem peccandi præberet occaſionem.

*p* Sanchez apud Dian. ubi ſupra reſ. 46.

15. Non *q* eſt peccatum reſiſtere inſpirationibus divinis ad conſilia ſuadentibus, etſi tamen quædam indignitas ſpecialium auxiliorum Dei.

*q* Sanch. apud Dian. ubi ſupra reſ. 52.

16. Facere ea quibus uti poteſt benè vel *r* malè, etſi ut plurimum ſit occaſio peccandi, an ſit peccatum alii ajunt, alii probabilius negant.

*r* Comm. DD.

17. Peccato alterius ad bonum uti *ſ* poſſumus, ut mutuum ſub fœnore accipere ab eo qui paratus eſt ad dandum.

*ſ* Comm. DD.

18. Mandatum Tridentini factum ſacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, eſt præceptum, non conſilium. *t*

*t* In decr. Alexand. VII. an. 1666, 18. Mart.

19. Neque illa particula *quamprimum* intelligitur, cùm ſacerdos ſuo tempore confitebitur *u*: ſed ſtatim poſt ſacrificium, ſi poteſt, confiteri tenebitur, vel ſaltem antequam rurſus celebret.

*u* In iiſd.

DISPV-



# DISPVTATIVNCVLÆ

## interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### PECVLIVM, vide *Bona*.

1. PEculiū eſt puſilla ſubſtantia *a*, vel pecunia ſeparata à rebus, vel ratiocinata patris vel domini data vel promiſſa filio, vel ſervo.

*a* l. depoſiti. §. parag. peculium. ff. de peculio.

2. Donata filio nullâ factâ patris mentione, ad patrem *b* pertinent ſolùm quoad uſumfructum.

*b* Sà verb. peculium.

3. Confiſcatis bonis patris non confiſcantur *c* bona adventitia filii; confiſcatis autem adventitiis filii non amittit pater uſumfructum in eis. Quod ſi filius nubat, adventitia ad eum ſpectant & quoad proprietatem, & quoad uſumfructum.

*c* Silveſt. verb. peculium. n. 2.

4. Si pater alienavit adventitium filii, iſque inſtitutus fuit hæres non poteſt *d* ſecundum quoſdam revocare, quia patris gerit perſonam.

*d* Vide Sà ubi ſup.

### PECVNIA, vide *Monetam*.

### PENSIO, vide *Beneficium*, *Clericus*, *Hora Canonica*.

1. Penſio eſt *a* jus quoddam exigendi certam partem fructuum beneficii Eccleſiaſtici, & ideo eſt annexa rei ſpirituali. Quapropter qui habet penſionem cum obligatione eam alteri reddendi, non poteſt illam obligationem pretio redimere.

*a* Navar. c. 23, n. 111.

2. Solus Papa penſionem poteſt *b* dare laico.

*b* Sà hoc verb. n. 1.

3. Epiſcopus poteſt *c* penſionem imponere ad vitam permutantis, ad coæquanda beneficia, quæ permutantur.

*c* Vide D. Thom. 2. 2. q. 100.

4. Epiſcopus ante collationem beneficii poteſt *d* ex eo aliquam penſionem ad pios uſus extrahere, & judex ad redimendas lites.

*d* Idem ubi ſup.

5. Penſio non eſt *e* propriè beneficium, non tamen irregularitatis diſpenſatione concedi poteſt.

*e* Navar. c. 23, n. 111.

6. Excommunicatio lata in eum, qui non ſolvit penſionem tempore præfixo, non ligat *f* donec ligaſſe declaret ipſe penſionarius. Quod eſt ſecundum Curiæ ſtylum, & ex eodem ſtylo poteſt peti à ſucceſſore ex fructibus perceptis ab eo.

*f* Sà hoc verb. n. 7.

7. Penſio, & beneficia in materia ſpoliorum, *g* & onere diſtribuendi redditus æquiparantur.

*g* Navar. de ſpol. cleric. n. 8

## PIGNUS.

1. Pignore uti non licet *a* contra domini voluntatem.

2. Non datur *b* res ſacra in pignus niſi urgente neceſſitate.

3. Recepto in pignus homine libero perditur *c* debitum, exceptis aliquibus caſibus videndis in gloſſ. *c. 1. de pign.*

4. Creditor poteſt *d* pignus in pignus dare, ſed non pro majori pretio, non tamen poteſt vendere niſi poſt biennium, vel antè ex judicis conceſſione debitore admonito. Quidam tamen ſentiunt ante biennium vendi poſſe, ſi debitor poſt trinam monitionem tranſacto convenienti tempore non ſolverit, niſi aliud fuerit pactum.

5. Clericus accipiens in pignus rem Eccleſiæ, tenetur *e* fructus in ſortem computare.

6. Prohibita alienari poſſunt *f* in pignus dari.

7. Expenſæ factæ in pignore ob neceſſitatem, vel utilitatem poſſunt repeti. *g*

8. Agrum incultum in pignus accipiens, ſi illum colat non *h* tenetur fructus computare in ſortem ſecundum probabiliorem.

9. Pignus dicitur de re mobili, hypotheca de immobili.

10. Creditor utens pignore contra voluntatem domini committit *i* furtum; ſi vero ex illius voluntate uſuram; niſi eſſet talis uſus, qui inter amicos ſolet concedi.

11. Qui emit pignus amiſſum ob uſuras non ſolutas, idem *l* facit ac qui emit rem alienam.

12. Qui mittit pignus domino per nuntium habitum communiter ut fidelem, ſi pereat non tenetur reſtituere.

13. Creditor tenetur *m* reſtituere pignus, ſi pereat dolo, latâ culpa, vel levi, ſed non leviſſimâ, nec de caſu feroci, dummodo non præcedat mora, vel pactum de reſtituendo quomodocumque pereat.

14. Cum paciſcitur creditor, quod pignus ſibi cedat, ſi tali tempore debitor non ſolvat, vel quod habeatur pro vendito juſto pretio, non tenetur *n* reſtituere.

*a* Sà hoc verb. n. 1.
*b* Comm. DD.
*c* c. 1. de pign.
*d* Vide Silv. lit. 4. n. 19.
*e* Sà ubi ſup. n. 5.
*f* Comm. DD.
*g* Navar. c. 17. n. 217
*h* Sà ubi ſup. n. 9.
*i* Vide Nav. c. 17.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Navar. c. 17. n. 204.





## PEREGRINI.

1. Peregrinus, qui incidit in peccatum reſervatum in ſua diœceſi, ſi tranſeat per aliam, in qua non eſt reſervatum, validè poteſt abſolvi, quamvis iter fecerit in fraudem legis, quod etiam alii *a* concedunt.

2. Qui tranſit per monaſterium D. Dominici, vel D. Benedicti poteſt *b* celebrare juxta Miſſale illius loci.

3. Qui exit à loco, ubi ex privilegio non jejunatur, & accedit ad locum, ubi obligat jus commune ad jejunium, poteſt *c* uti indulgentiâ ſui loci; quia qui per breve tempus abſunt, habentur pro præſentibus.

4. Nec excommunicatio, nec alia cenſura obligat *d* tranſeuntes peregrinos; & ideo non tenentur fures revelare etiam ſi præcipiatur ſub cenſuris.

*a* Vide Dian. p. 4. tract. 10. reſ. 15.
*b* Comm. DD.
*c* Sanchez apud Dia. p. 1. tract. 10. reſ. 15.
*d* Laym. apud eundem ubi ſupra reſ. 71.

## PERIURIUM.

1. Jurans falſum, quod per ignorantiam craſſam verum eſſe putabat, peccat *a* mortaliter. Si autem fecit aliquam diligentiam peccat venialiter; ſi autem adhibuit debitam diligentiam non peccat.

2. Qui dubitat an ſit verum vel falſum, & jurat verum eſſe verum peccat *b* mortaliter; nec non qui jurat verum credens eſſe falſum, vel neſciens an ſit verum.

3. Qui jurat mentem juramentum petentis legitimè, & ſervantis juris diſpoſitionem peccat *c* mortaliter. Item qui ſe ſpontaneè offert ad jurandum. Secus ſi petens juramentum non eſt judex competens, vel non ſervat ordinem, vel cum ſit privata perſona extorquet juramentum per minas, vel per nimiam importunitionem.

4. Jurans falsò ſe non habere rem ab alio petitam quam tenetur dare peccat *d* mortaliter; ſecus ſi ſub abſtractione quando dare non tenetur.

*a* P. Avil. in ſum. verb. perjur.
*b* Comm. DD.
*c* Navar. n. 8.
*d* Idem n. 18.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. III. SECT. VNICA,

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## POENITENTIA.

### *De Pœnitentia definitione.*

Vide etiam verb. *Satisfactio Sacramentalis.*

1. PŒnitentia ut virtus generaliter eſt nolle facere, vel feciſſe peccatum; & poteſt eſſe ſine dolore ut in beatis, & cum dolore ut in viatoribus. Eſt medium *a* neceſſarium ad ſalutem omnibus mortaliter peccantibus.

2. Ut ſacramentum *b* eſt ſacramentum abſolutionis, quo ſacerdote rite, & legitimè ſibi confitentem abſolvit.

3. Forma *c* ejus eſt: *Ego te abſolvo.* Quaſi materia ſunt tres actus pœnitentis: Contritio, Confeſſio, & ſatisfactio. Incepit à Paſſione Chriſti.

4. Ad Baptiſmum, & Pœnitentiam requiritur dolor propter Deum, nec ſufficit alius. Errant, *d* qui Indos baptizant non inducentes eos ad hunc dolorem, contenti quod petant Baptiſmum propter munuſcula, quæ ſperant.

5. Ad Baptiſmum *e* ſufficit dolor generalis omnium peccatorum anteactæ vitæ pœnitendo ad ſummum de una vel altera ſpecie peccatorum. Ad pœnitentiam vero neceſſarium eſt ſpeciatim pœnitere de omnibus ſpeciebus peccatorum, non tamen de omnibus individuis. Sufficere tamen generalem de omnibus peccatis dolorem probabilius eſt.

6. De eo, qui pœnitentiam differt uſque ad mortis horam, dicunt ſancti DD *f* magno ſe exponere damnationis periculo; abſolvendus tamen ſi ſigna contritionis oſtenderet.

7. Peccat *g* mortaliter, qui ſine ullo dolore ad hoc ſacramentum accedit.

8. Circa hoc ſacramentum *h* Tridentinum definivit ſequentia ſub anathemate. I. Quod pœnitentia ſemper fuit neceſſaria ad veniam peccati mortalis. II. Quod ſacramentum pœnitentiæ numquam fuit ante adventum Chriſti, nec ante ejus mortem, & Reſurrectionem. III. Quod nihil prodeſt non baptizato. IV. Quod fuit inſtitutum à Chriſto Domino per illa verba Joan. 2. *Quorum remiſeritis peccata,* &c. V. Quod fuit inſtitutum ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter poſt Baptiſmum. VI. Quod eſt propriè, ac verè ſacramentum, & diſtinctum

*a* Trid. præfat. 19, n. 4, & 5.
*b* Navar. præl. 10, n. 11.
*c* Comm. DD.
*d* Navar. c. 1, n. 56.
*e* Idem ubi ſupra num. 59.
*f* Aug. & alij.
*g* Comm. DD.
*h* Trid. ſeſ. 14.



& diſtinctum à Sacramento Baptiſmi, & ideo vocatur ſecunda tabula poſt naufragium. VII. Quod verba illa: *Quorum remiſeritis,* intelligenda ſunt de poteſtate remittendi peccata. VIII. Quod ad veram pœnitentiam requiritur contritio, Confeſſio, & ſatisfactio tamquam ejus materia, & partes. IX. Quod ſolus Epiſcopus, & Presbyter habent poteſtatem abſolvendi, & non alii: & licet ſint mali, non tamen eam perdunt. X. Quod ſunt judices ad verè abſolvendum.

9. Liberum *i* eſt Confeſſario pœnitentiam imponere antè, vel poſt abſolutionem. In uſu tamen eſt illam antè imponere.

10. Pœnitentia non eſt *l* neceſſario imponenda per modum præcepti, ſufficit ut ſit ſacramentalis ut imponatur per modum conſilij.

11. Ne anxius ſit Confeſſarius, an ſufficientem ſatisfactionem impoſuerit, addat: *m quidquid bene feceris,* &c.

12. Sunt qui *n* affirmant poſſe Confeſſarium imponere pro ſatisfactione opus pœnale, applicandum pro animabus Purgatorij.

13. Non requiritur opus aliquod in particulari, poteſt *o* enim imponi quidquid mali paſſus fuerit pœnitens per hebdomadam, vel menſem. Et poteſt pœnitentia ex licentia Confeſſarij ob juſtam cauſam impleri per alium, ſed non eſſe permittendum, & in praxi conſulendum ait S. Thomas apud P. Mendo *in ſtatera opinionum diſſert.* 10. *q.* 4. *n.* 102. *excommunem;* præſertim ſi ſit potens; tunc enim oportet, quod ipſe ſatisfaciat per ſeipſum; poteſt tamen juvari per alterum, ut dicit S. Antoninus 3. *part.* 14. *c.* 4. §. 1.

14. Poteſt *p* aliquando injungi opus aliàs præceptum; ſi tamen Confeſſarius id non exprimat, non ſatisfit niſi per non præceptum.

15. Si pœnitenti imponeretur in pœnitentiam per menſem Miſſam audire, non teneretur *q* duas audire in feſtis.

16. An poſſit pro pœnitentia imponi pœnitenti ut à ſacra communione abſtineat alii ajunt, alii negant *r* probabilius, ſi ſit ſolum ratione pœnitentiæ.

17. An teneatur pœnitens acceptare pœnitentiam ſub onere præcepti obligantis ad mortale alii negant, alii *ſ* affirmant probabilius ſi ſit medicinalis. Et cum talis eſt, etiam ſi pœnitens plenariam indulgentiam lucretur, adimplere tenetur per ſeipſum.

18. Cum injungitur pœnitenti, ut ſeptem pſalmos recitet flexis genibus, non ſatisfacit *t* niſi illam circumſtantiam adimpleat ſecundum probabiliorem ſententiam.

*i* Vide Dian. p. 5. tr. 13. reſ. 95.
*l* Suar. apud Dia. p. 4. tr. 4. reſ. 141.
*m* Dian. p. 3. tr. 4. reſ. 57.
*n* Vide eumdem ubi ſupra reſ. 74.
*o* Suarez ubi ſupra.
*p* Idem apud Dia. reſ. 84.
*q* Dian. p. 1. tr. 4. reſ. 84.
*r* Idem. Sanchez apud Dia. ubi ſupra.
*ſ* Vide Dian. ubi ſupra reſ. 51.
*t* Idem p. 3. tr. 4. reſ. 55.

19. Qui *x* differt adimplere pœnitentiam ex negligentia, peccat venialiter, qui ex juſta cauſa non peccat. Sed licet præfixum tempus ſit elapſum adimplere tenetur.

*x* Comm. DD.

20. Qui gravem pœnitentiam ob venialia impoſitam, vel ob mortalia alias confeſſa omittit adimplere non *x* peccat mortaliter, etiam ſi Confeſſarius intenderet eum ſub mortali obligare.

*x* Suarez

21. Satisfactio hæc habet ſuum effectum ex opere operato, & qui eam adimplet in ſtatu peccati mortalis non peccat mortaliter, nec tenetur reiterare.

*y* Vaſq.

22. Pœnitentia proportionatè taxata à Confeſſario ſecundum peccatorum gravitatem, remittit *z* omnem pœnam debitam temporalem.

*z* Comm. DD.

23. Satisfactio ſacramentalis adimpleta in *a* mortali reviviſcit quando pœnitens redit ad gratiam.

*a* Suar. apud Dia. p. 3, tr. 4, reſ. 87.

24. Pœnitens poteſt *b* authoritate propria commutare ſatisfactionem etiam à Confeſſario impoſitam in aliam evidenter meliorem ſecundum probabiliorem ſententiam.

*b* Villal. ubi ſupra.

25. Poteſt Confeſſarius *c* pœnitentiam ab alio datam commutare in aliam, ſi id pœnitenti expediens eſſe judicaverit, etiam ſi data fuerit ob peccata reſervata, & non iterata Confeſſione peccatorum ob quæ fuit impoſita.

*c* Vaſq. apud Dian. ubi ſupra reſ. 31.

26 Qui ex devotione recitat officium B. V. ſingulis diebus, ſi ei imponatur in pœnitentiã recitare coronã per aliquot dies, ſatisfaciat recitando officium, & illud applicando ſecundum probabiliorem ſententiam. Vide verb. *Satisfactio*.

27. Ad pœnitentiæ ſacramentũ admitti non debet, qui orationẽ Dominicam, & Symbolum fidei ignorat, niſi urgeat neceſſitas, vel pro fundamentis hebetudo pœnitentem excuſet.

28. Circa pœnitentias à Confeſſariis impoſitas nullam habent Prælati juriſdictionem.

29. Pœnitens propriã authoritate ſubſtituere ſibi alium non poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat. *d*

*d* In decr. Alexandr. VII. anno 1665. 24. Septemb.

# DISPUTATIUNCULÆ interjacentes.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### POENA.

1. POEna non incurritur, niſi poſt ſententiam, & executionem judicis, etiam ſi dicat ipſo facto eſſe incurrendam & obligare in conſcientia; niſi pœna talis eſſet, ut ſecum traheret executionem, ut excommunicatio, interdictum, irregularitas, & ſuſpenſio; aut lex dicat: Sit *b* incapax, aut inhabilis, in quo etiam dicunt quidam requiri ſententiam; vel dicat, non faciat fructus ſuos.

*a* Vide P. Sà hoc verb.



*b* Mol. diſ. 97.

2. An ſententia declaratoria ſine executione ſufficiat, alii ajunt, alii negant.

3. Ad pœnam conventionalem non tenetur *c* quis antequam exigatur, nec poteſt exigi ſi non ſit culpa niſi ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis.

*c* Azor. lib. 5. c. 7.

4. Pœna conventionalis juſtè accipitur, *d* ſi debitor fuit in culpa, & abſit uſuræ fraus, & ſcandalũ. Quod ſi pars debiti ſit ſoluta non eſt tota pœna petẽda, niſi obligatio ſit individua.

*d* Sà hoc verb. n. 2.

5. Nemo incurrit pœnam ob crimen, niſi juridicè conſtet vel ſit notorium, excepto homicidio occulto per quod irregularitas incurritur. Hæc tamen ſententia licet aliquibus videatur probabilis Tridentino repugnat, quod Epiſcopis dat facultatem abſolvendi à pœnis juris ob alia delicta occulta.

*e* Leſ. lib. 2, c. 4, dub. 15.

6. Inhabilis ad obtinenda beneficia non ideo privatur *f* obtentis; nec qui privatur obtentis ideo redditur inhabilis ad alia obtinenda.

*f* Trid.

7. Pœna præſumenti impoſita dolum requirit. *g*

*g* Sà hoc ver. n. 14.

8. Pœnæ promiſſio in matrimoniis, & ſponſalibus non *h* obligat; nam in pœnalibus piã interpretatione, & reſtrictione utendum eſt.

*h* Comm. DD.

9. Pœna non eſt extendenda *i* ultra caſus à jure expreſſos, etiam ſi eadem ratio ſit.

*i* Sà ubi ſupra n. 6

10. Pœnam non incurrit, *l* qui juſtè impeditus exequi non potuit; nam pœna ſupponit culpam, & impoſſibilium nulla eſt obligatio.

*l* Comm. DD.

11. Regulæ pœnales Cancellariæ ſecundum quoſdam ſolùm *m* obligant in foro exteriori.

*m* Comm. DD.

12. Conſuetudo rationabilis, & juſta credulitas excuſant *n* à pœna legis humanæ.

*n* Sà ubi ſupra.

13. Pœna juris contra facientem intelligitur *o* ſi perficiat opus.

*o* Comm. DD.

14. Per verbum temporis futuri in dubio non intelligitur *p* pœna poſita ipſo facto.

*p* Sà ubi ſup.

15. Qui juſtè interrogatus verum crimen negavit, non tenetur ſubire *q* pœnam, quam confeſſus ſubiret.

*q* Idem ubi ſupra num. 15.

16. Cum pœna imponitur aliquid omittenti non determinando tempus requiritur *r* monitio; ut ſi dicatur, qui non reſidet, ſit excommunicatus.

*r* Comm. DD.

17. Si quis lata ſententia voce activa & paſſiva privetur ipſo facto



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facto privatus eſt paſſiva, eſt communis ſententia; activâ vero ſunt qui *f* dicunt ſententiam judicis requiri.

*f* Silv. hoc verb. n. 11

18. Pœna ſucceſſiva impoſita ſine termino *r* finitur decennio, ſi autem imponatur ad beneplacitum imponentis, ejus morte finitur.

*r* Solo apud Sâ hoc verb.

19. Factus amens poſt delictum non *u* punitur in corpore, ſed in pecunia.

*u* Comm. DD.

20. Non *x* poteſt quis ob delictum privari beneficio, aut ſuſpendi aut deponi ab eo, ſi ſit clericus, niſi in caſibus à jure expreſſis.

*x* Sâ hoc verb.

21. Non *y* tenetur ad reſtitutionem, qui eſt in cauſa ne quis ſolvat pœnam à lege impoſitam.

*y* Idem ibidem.

22. Cum ſtatuitur pœna privationis officiorum, dignitatum, &c. *z* intelligitur de gradibus honorificis cum ſuperioritate, & ideo non comprehenduntur Magiſtri noviſtiorum, miniſtri, conſultores, lectores, & ſimiles.

*z* Comm. DD.

23. Cum dubitatur an lex pœnalis ſit abrogata per conſuetudinem, an ſit lata, vel ferenda, benignior interpretatio facienda *a* eſt.

*a* Comm. DD.

24. In dubio nemo excommunicatus *b* judicandus eſt, nec vitandus.

*b* Comm. DD.

25. Pœnam aliquando judex minuit *c* ætatis commiſeratione.

*c* Comm. DD.

26. Pœnam cumulat contumacia.

Pollutio Vide *Luxuria*.

## PONTIFEX *SUMMUS*. Vide *Papa*.

1. Pontificis Summi electio pertinet ad ſolos *a* Cardinales, quamvis eſſet congregatum concilium generale; hoc tamen poſſet ex juſta cauſa Cardinalibus adimere eligendi facultatem.

*a* P. Azor. apud Dia. p. 5. tr. 2. reſ. 73.

2. Quamvis non ſit *b* neceſſarium, ut ex ipſis Cardinalibus eligatur, uſus tamen Eccleſiæ id habet.

*b* Suar. apud eundem.

3. In electione illius omnes Cardinales ſuffragium *c* habent etiam ſi galerus, vel alia inſignia eis non ſint data, nec os apertum.

*c* Ex decreto Pij V.

4. Quamvis duo tantum Cardinales aliis mortuis, vel abſentibus permanerent in conclavi, *d* poſſent Papam eligere; imo ſi unus ſolum, ſed non ſeipſum, niſi ex compromiſſo totius ſacri collegii.

*d* Dian. ubi ſupra reſ. 74.

5. Si



5. Si Summus Pontifex eligeretur ante præfixum terminum decem dierum, electio *e* valeret, dummodo fieret à duabus tertiis omnium Cardinalium, & ultra prædictum terminum decem dierum non tenentur abſentes expectare.

*e* Idem ubi ſup. reſ. 75.

6. Quando ſufficientia data ſunt ſuffragia pro eligendo Papa minus digno, reliqui id facientes non *f* peccant, ſi poſtea pro eodem ſuffragia præſtent, & ſic electus non peccat acceptando.

*f* Idem reſ. 85.

7. Cum inter Principes ſæculares oborta eſt gravis controverſia *g*, poteſt ac debet Summus Pontifex ad evitanda mala ſpiritualia inde eventura, authoritatem ſuam interponere, illique debent Principes obedientiam præſtare.

*g* Molin. apud Dia. ubi ſup. reſ. 124.

## *PRAECEPTUM*. Vide *Lex*.

1. Quidquid eſt contra præcepta Decalogi, regulariter loquendo eſt *a* mortale, niſi defectus deliberationis excuſet, vel parvitas materiæ.

*a* Vide Sâ hoc verb.

2. Præcipi *b* non poteſt, ut ſubditus ob ſanitatem ſibi membrum abſcindi patiatur, nec ut ſuum peccatum omnino occultum revelet.

*b* Idem ib.

3. Duobus præceptis concurrentibus *c* majus obligat.

*c* Comm. DD.

## *PRAEDICATOR*.

1. Non *a* poteſt religioſus ratione privilegii renuente Epiſcopo, vel Parocho prædicare in Eccleſiis eorum. Poſſunt tamen in propriis Eccleſiis etiam *b* ſine illorum licentia, quia ex Tridentino ſufficit ad hoc eſſe examinatos, & approbatos à ſuis Prælatis. De quorum licentia ex privilegio Greg. XIII. Societati noſtræ conceſſo noſtri fratres *c* primam ſolùm tonſuram habentes prædicare poſſunt in quolibet mundi plaga.

*a* P. Suar. in t. to. de relig.
*b* Trid. ſeſ. 5. c. 2.
*c* F. Eman. Rod. Bulla 18. Greg. XIII.

2. Non *d* poſſunt religioſi prædicare cum Epiſcopus prædicat in ſua Eccleſia, vel alium facit prædicare, & jubet ut nullibi concio habeatur ex juſta cauſa.

*d* Clem. dudum de ſepult.

3. Prædicans ſcienter falſum miraculum, vel falſam hiſtoriam de aliquo ſancto, vel ex induſtria locum ſacræ ſcripturæ qui vere non eſt, non excuſatur *e* à mortali. Qui vero miſcet in concione aliquid ridiculum peccat venialiter.

*e* Comm. DD.

4. Non peccat *f* mortaliter ſecundum probabiliorem opinionem qui concionatur in peccato mortali occulto. Idem dic de eo qui legit ſacram ſcripturam.

*f* Sâ hoc verb.

5. Qui participant ex Mendicantium privilegiis poſſunt *g* poſt factam concionem populo illi concedere 18. annos & 22. dies indulgentiarum, & concedi debent nomine ſuæ ſanctitatis, ut habeant valorem.

*g* Vide Dia. 4. p. tr. 4. reſ. 12.

6. Præ-

8. Prædicare non eſt actus Ordinis, nec Officii divini, & ideo non prohibetur *h* interdictis, & ſuſpenſis.

7. Prædicandi licentiam poteſt *i* dare Parochus in ſua Parochia approbatis ab Ordinario.

8. Laici prædicandi munus exercentes *l* excommunicati ſunt *ex 6. Synod generali c 64.*

9. Fabellam narrare ut populus attentius utilia, & pia exaudiat nullum *m* peccatum eſt.

10. Pro concione de pretio paciſci ſimonia *n* eſt.

*h* Sa hoc verb. n. 1. *i* Sa hoc verb. *l* Ex ſyn. gener. *m* Nav. c. 23, n. 142. *n* Sa ubi ſupra.

## PRÆLATUS.

1. Prælati religioſi obligati ſunt *a* de jure divino ad reſidentiam

2. Poſſunt *b* moderatè flagellare ſubditos ob delicta, & in carcerem trudere ob cuſtodiam, in pœnam tamen non niſi poſt ſententiam.

3. Prælati regulares non *c* debent ſubditos, ut laicos crudeliter torquere, ſed flagellis, & jejuniis in pane, & aqua.

4. Prælatus regularis habet *d* juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & poteſt cum ſubditis ſecurè diſpenſare in jejuniis, nec debet illorum conſcientiæ remittere.

5. Non poteſt *e* præcipere ſubditis contraria legi Dei, vel majorum præceptis, nec *f* actus interiores, qui ad exteriores non ſunt neceſſarii, nec prohibere ſubditos, ne loquantur cum ſuperiore ipſius prohibentis, nec præcipere novas aſperitates nec expreſſe nec tacitè in regula contentas, nec jubere impertinentia ad obſervationem regulæ.

6. Prælatus poteſt *g* diſpenſare circa Miſſarum numerum, ſi fuerit exorbitans, vel eleemoſynis impar.

7. Quomodo poſſint diſpenſare in ſubditorum irregularitatibus vide verb. *Irregularitas*.

8. Surdus, mutus, vel cæcus non poſſunt *h* eligi ad Prælaturam. Et qui puniti ſunt ab Inquiſitoribus, exceptis pœnitentiis ſalutaribus, non poſſunt rehabilitari niſi à Papa, vel ab Inquiſitoribus Sacræ Congreg. ex Decr. Urb. VIII.

9. An digniores eligi debeant ad Prælaturas religioſas ſub mortali, alii negant, alii probabilius affirmant, *i* quia ſunt beneficia Eccleſiaſtica curam animarum habentia.

10. Ante electionem Prælatorum haberi poſſunt *l* inter Capitulares colloquia conſultiva quis ſit dignior, vel digniſſimus; Conventicula autem ambitioſa ſunt prohibenda.

11 Prælati regulares electi à ſuperiore ſine ſuffragiis poſſunt

*a* Comm. DD. *b* Comm. DD. *c* Comm. DD. *d* Navar. c. 21, n. 15. *e* Comm. DD. *f* Navar. c. 15, n. 39. *g* Idem c. 25, n. 133. *h* Dian. p. 4. tr. 3, reſ. 48. *i* Idem p. 2, tr. 15, reſ. 61. *l* Idem p. 2, tr. 16, reſ. 31.



ſunt *m* ab ipſo ad libitum amoveri, etiam ſine cauſa, eò ſolùm quòd non ſint apti regiminis, quamvis aliàs boni ſint religioſi. Non tamen accuſatione, & inquiſitione contra ipſos pendente.

12. Prælati regulares ſub mortali tenentur *n* etiam venialia peccata ſubditorum corrigere, quando ex eorum incuria imminet regulæ relaxatio

13. Tenetur *o* etiam inquirere occulta ſubditorum crimina ut paternè corripiat; in hoc tamen non debet eſſe nimius. Privatus autem non tenetur, immo imprudenter faciet inquirendo etiam zelo correctionis.

14. Poſſunt *p* Prælati regulares diſpenſare vota noviciorũ.

15. Poſſunt *q* ſuos ſubditos abſolvere à caſibus Bullæ Cœnæ. Itemque malè promotos ad ordines ſive ante legitimam ætatem, ſive per ſaltum. Item diſpenſare in voto ſubditi tranſeundi ad Ordinem ſtrictiorem. Non poſſunt tamen diſpenſare cum ſubditis in publica juris infamia.

16. Prælati regulares non poſſunt *r* præcipere ſubditis ſub excommunicatione ſibi reſervata, quia ex Decreto Clem. VIII. non poſſunt alia peccata præter ibi aſſignata reſervare; poſſunt tamen Generales ex Capituli generalis conſenſu, vel Provinciales ex Capituli provincialis conſenſu alia reſervare pro totius Ordinis, vel provinciæ utilitate ex ipſo decreto

17. Non poteſt *ſ* Prælatus ad ſubveniendas communes pauperum neceſſitates omnia ſuperflua conventus inſumere, his enim redditus debet augere ad plures religioſos alendos.

18. Prælatus à quo ſubditus facultatem impetravit, ut à reſervatis abſolvatur tenetur *t* ſervare ſigillum.

19. Prælatus audiens confeſſionem ſubditi, qui ratione officii eſt in proxima peccandi occaſione, non poteſt illis ex Confeſſionis notitia officium auferre, poteſt *u* tamen negare abſolutionem niſi officio renunciet.

20. Prælati regulares non poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcunq; ſæculares ab hæreſi occulta & ab excommunicatione, propter eam incurſa, ex Decreto Alexandri VII An. 1665. 24. Sept.

21 Nec ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſto reprobato. Ex Decreto Alexandri VII an. 1665.

*m* Idem p. 5, tr. 2, reſ. 117. *n* Comm. DD. *o* Comm. DD. *p* Sanchez apud Dia. *q* Vide Dia. in ſum. hoc verb. *r* Sanchez apud Dia. p. 1, tr. 14, reſ. 49. *ſ* Sunt apud eundem p. 5, tr. 8, reſ. 33 *t* Comm. DD. *u* Comm. DD

PRÆ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ALERE FLAMMAM VERITATIS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

## *PRAESCRIPTIO.*

1. Præſcriptiones quædam currunt *a* minoribus, & non reſtituuntur, ut in iis quæ ſunt ad vindictam *lib. 4. tit. 4. l. 37.* Item nec reſtituitur, ut poſſit uxorem ſuam adulteram accuſare *poſt 6. dies eadem l. §. 1.*

*a lib. 4. tit. 4. l. 17.*

## *PRÆSENS.*

1. Præſens ad tempus reſtringitur *a* oratio indefinita.
2. Præſens non intelligens cenſetur *b* abſens.
3. Præſentis temporis verba referuntur *c* ad tempus teſtamenti.
4. Præſens, & tacens conſentire non videtur, *d* quia præſentia corporis non ſufficit ad authoritatem. *lib. 26. t. 8. l. 1. paragrapho fin.*
5. Præſentia hominis inviti nihil operatur *e*
6. Præſenti non nocet *f* abſens.
7. Præſentis pecuniâ vendi debent *g* pignora.
8. Præſentis temporis verba *h* aliquando extenduntur ad futurum.

*a lib. 14. tit. 1. leg. fin.* *b lib. 26. tit. 8. l. 1. a* *c lib. 31. tit. 1. l. 41. parag. testamento.* *e Comm. DD.* *a lib. 20. tit. 1. l. 8.* *f lib. 26. tit. 8. l. 4. parag. fin.*

## *PRÆSUMPTIO.*

1. Præſumi *a* fraudem facit perſona interpoſita.
2. Præſumitur *b* actum eſſe inter contrahentes id, quod ex naturâ contractus eſt conſuetum.
3. Præſumptio ſpecialis tollit *c* generalem.
4. Præſumpta defuncti voluntas multum *d* operatur. *lib. 28. tit. 5. l. 30.*
5. Peccat *e* mortaliter, qui cum notabili irreverentia Dei, vel proximi damno ſuſcipit exercere officium, quod neſcit. Idem dic de Procuratore ob finem malum & ſine intentione peritos conſulendi, ſecus ſi faciat ob finem bonum animo doctos conſulendi.
6. Peccat *f* mortaliter, qui præſumit gloriam conſequi ſine meritis, vel cum meritis ſine gratia Dei, vel qui præſumit ſe non conſecuturum gratiam, nec puniendum quantumcumque peccet.

*g lib. 42. tit. 1. l. 15. parag. ſed ſi emptor.* *b lib. 45. tit. 1. 76. parag. 1.* *a lib. 26. tit. 1. l. 1. parag. ſed etſi.* *d lib. 22. tit. 1. l. 1.* *e lib. 12. tit. 4. l. 25.* *d Comm. DD.* *e Comm. DD.* *f Comm. DD.*

## *PRECARIUM.*

1. Eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur. *a*

*a Comm. DD.*

## *PRIMITIAE.*

1. Primitiæ ſunt primi fructus, & fideles tenentur *a* jure canonico illas ſolvere, niſi ſit in contrarium præſcripta conſuetudo.

*a Comm. DD.*





## *PRINCEPS.* Vide *Lex.*

In eum reſpublica poteſtatem ſuam tranſtulit, *a* nec poteſt eum removere, niſi ſit manifeſte tyrannus.

*a Comm. DD.*

---

# DISPVT. *III.* SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## *PRIVILEGIVM.*

### *De privilegii definitione, & quotuplex ſit.*

1. PRivilegium *a* eſt privata lex, vel privans legem; quia circa privatas perſonas legem effectu privat illas excipiendo.

2. Privilegium aliud reale, ut quod religioni conceditur; aliud perſonale *b*, ut quod perſonæ conceditur per Bullam. Per Bullam Cruciatæ non tolluntur privilegia realia, & ideo non tolluntur privilegia religionum, nec ſuſpenduntur.

3. Privilegium non ceſſat, niſi illius revocatio veniat in privilegiati notitiam. *c*

4. Privilegium non indiget *d* promulgatione, & valet ſecundum probabiliorem ſententiam antequam veniat in privilegiati notitiam.

5. Privilegium Principis amittitur, *e* ſi privilegiati eo per decennium non utantur; religionum vero per centenarium.

6. Privilegium conceſſum non *f* ſubdito, non poteſt amplius revocari: verbi gratia, ſi judex ſæcularis privilegium aliquod Eccleſiaſtico concedat.

7. Poteſt *g* Papa omnia privilegia antea conceſſa revocare, etiam ſi ſint remuneratoria.

8. Cùm dubium eſt an privilegium ſit reale, vel perſonale, ſi ſit favorabile, & nec contra jus commune, nec particulare alicujus, reale cenſendum eſt, & *h* extendendum.

*a Vide verb. gratia c. privilegium. ſ. dist.* *b Comm. DD.* *c Sa verb. gratia. n. 1.* *d Anton. lib. 5. c. 1. q. 6.* *e Comm. DD.* *f Dia p. 4. tr. 3. reſ. 82.* *g Idem p. 1. tr. 1. reſ. 6.* *h Idem p. tr. 3. reſ. 1.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9. Privilegium inſertum in *i* jure communi, non cenſetur derogatum per generalem privilegiorum derogationem.

10. Bulla Urbani VIII. revocans vivæ vocis oracula non comprehendit *l* privilegia ſic conceſſa ante Gregor. XIII. regularibus, quia hic ex certa ſcientia illa confirmavit.

11. Privilegia religioſorum latè ſunt *m* interpretanda, & cum exortum fuerit dubium circa illa, recurrendum eſt ad perſonas in dignitate conſtitutas, quæ ex conceſſione Julii II. ea poſſunt interpretari.

12. Privilegium contra jus commune ſtrictè eſt interpretandum.

*i* Suarez apud Dia. in ſum. hoc verb.
*l* Dian. p. 5, tr. 13, reſ. 61.
*m* Comm. DD.

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### PROCVRATOR.

1. Procurator ad negotia poteſt alium inſtituere Procuratorem.

2. Acta per Procuratorem dum ignoratur facultatem revocatam eſſe, valida ſunt.

### PROMISSIO.

1. Promiſſio obligat, *a* niſi res ita mutatæ ſint, ut ſi cogitaſſet ita futurum, non promiſiſſet, aut ſi te obligandi animum non habuiſti, ſed ſolum propoſuiſti facere. Vix autem quis promittentium ſe obligare intendet, niſi juret aut faciat inſtrumentum. Itaque cum dicunt, faciam, intelligunt ſe facturos niſi mutentur; volunt enim libertatem ſuam indemnem conſervare.

2. Qui habet animum promittendi eo ipſo ſe *b* obligat. Si tamen promiſſionem non implet ex cauſa rationabili non peccat, niſi ſequatur ſcandalum, vel notabile damnum proximi, quo caſu teneretur ex juſtitia ad reſtitutionem; in aliis verò non, ſed faceret contra fidelitatem.

3. Poteſt quis promiſſum negare ei, qui quod ipſe promiſit non adimplet. Item cum ſibi perniciosum eſt præſtare, vel alteri inutile, aut is per ingratitudinem factus eſt indignus, aut

*a* Vide P. Sa verb. Promiſſio.
*b* Comm. DD.
*c* Sa hoc verb. n. 1.





vi, vel dolo promiſſio eſt extorta, & non firmata juramento, aut ſi non eſt acceptata, vel de re illicita, aut donatio eſt lege prohibita ut ſimoniaca, aut de ſolvenda uſura, & non firmata juramento, ſed id poteſt Epiſcopus relaxare, aut ſi promiſſum fuit, ſed ſecundum quoſdam ei, qui erat excommunicatus denunciatus.

4. Quod alicui promiſiſti propter rem illicitam, ſi faciat teneris *d* ei dare, licet alii id negent *e*

5. Cum promittit aliquis etiam cum juramento non *f* tenetur, ſi ſibi, vel alteri damnum ſequatur notabile.

6. Promiſſio facta acceptanti nomine Eccleſiæ, vel Xenodochii transfert *g* dominium ſecundum quoſdam

7. Qui fictè promiſit puellæ ſe illam ducturum, & ſub hac promiſſione eam corrupit, tenetur *h* eam ducere, niſi valde ſit diſpar, tunc enim ſufficit dotare.

8. Simplex promiſſio etiam acceptata non obligat *i* ſecundum aliquos in conſcientia, & ſecundum alios interior poteſt in conſcientia obligare, quia per actum interiorem poteſt *l* transferri dominium. Contraria eſt probabilior.

9. Qui promiſit meretrici 100. aureos pro actu fornicario, non tenetur *m* niſi ad id tantum, quod alii homines ejuſdem conditionis ſolvere ſolent; & ſunt qui neque ad hoc teneri dicant, & prodiga promiſſio etiam cum juramento non obligat, niſi ad id tantum in quo non eſt prodiga.

10. Juramentum additum fictæ promiſſioni non facit *n* veram obligationem.

11. Promiſſio obligans ad mortale debet *o* eſſe vera, deliberata, voluntaria, nuda, rei licitæ, poſſibilis, & notabilis, & quam mutatio rerum non enervavit

12. Promiſſio facta ſine reſpectu alterius mutuæ promiſſionis obligat *p* etiam alia non impleta.

13. Ut in promiſſione detur materia gravis, opus *q* eſt ut res promiſſa ſit multo major, quam ſi furata eſſet. Unde unam miſſam non dicere non erit mortale.

*d* Sà hoc verb.
*e* Idem ibidem.
*f* Comm. DD
*g* Vide P. Sà ubi ſup. n. 4.
*h* Sylveſt. verb. Luxuria. q. 15
*i* P. Henri. apud Dia. p. 1. tr. 17. reſol. 9.
*l* Diana p. 1, tr. 5, reſ. 116.
*m* Diana p. 4. tr. 4. reſ. 27.
*n* Idem p. 5. tr. 14. reſ. 14.
*o* Comm. DD.
*p* Navar. c. 18, n. 6. in ſum.
*q* Villal. tr. 10, diſ. 2, tom. 1.

### PROPOSITVM.

1. Ob defectum temporis, vel conſiderationis *a* ſufficit virtuale propoſitum amplius non peccandi ad veram pœnitentiam. Idem ad conficienda alia ſacramenta, licet per ſe requiratur formale. Idem dic de propoſito ſatisfactionis requiſitæ ad contritionem, attentionis ad Miſſam, & ad officium divinum.

*a* Navar. apud Avilam in comp. hoc verb.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## P R O X E N E T A.

1. Proxeneta, qui rei domino dixit ſe rem vendere non poſſe, niſi tali pretio, quamvis dominus illi concedat quod illam vendat v. g. viginti, & poſtea 30. vendat, non *a* poteſt ſibi retinere exceſſum.

*a* Idem num. 98.

## P R V D E N T I A.

1. Prudentia *a* ex Auguſtino eſt rerum appetendarum & fugiendarum ſcientia.

2. Acquiritur doctrinâ, *b* & experientiâ & eſt virtus ſpecialis à cæteris diſtincta, reſidet in intellectu, & eſt regula omnium virtutum moralium.

3. Actus hujus virtutis ſunt: Bene conſiliari, judicare & præcipere. *c*

4. Prudentia vera non *d* poteſt eſſe in peccatoribus, quia peccatum eſt ſumma imprudentia.

*a* Aug. lib. 1. de mor. Eccl.
*b* D. Tho. 2. 2. q. 47. art. 15.
*c* Idem ubi ſup.
*d* Ariſt. 6. Ethic.

### *QVÆ SINT PARTES prudentiæ?*

5. Prudentia habet *e* partes integrantes, ſubjectivas, & potentiales. Partes integrantes illius ſunt: Memoria, intelligentia, docilitas, ſolertia, providentia, ratio, circumſpectio, & cautio. Secundum partes conjectivas dividitur in naturalem, & ſupernaturalem, acquiſitam, & infuſam.

6. Dividitur etiam in perſonalem, & gubernatricem, & hæc in œconomicam, civilem, legiſlatricem, & militarem.

7. Partes potentiales illius ſunt tres: Ebulia, id eſt habitus bene conſiliandi in rebus dubiis, ſyneſis id eſt habitus bene judicandi de rebus jam conſultis ſecundum legum principia, & fines illius. Gnomen eſt habitus bene judicandi de rebus conſultis ſecundum altiora legum principia contra illarum verba.

*e* Vide D. Th. q. 48. 49. 50. & 51.

### *QVOT MODIS contra prudentiam peccatur?*

8. Generaliter loquendo omnia peccata ſunt contra prudentiam; ſpecialiter tamen peccatur per ſuperabundantiam, & defectum. Per defectum *f* peccatur per præcipitationem, inconſiderationem *g*, inconſtantiam, & negligentiam. Non tamen ſunt peccatum mortale, niſi cùm quis ſe exponit periculo illius. Et hæc vitia à luxuria præcipuè ortum habent.

9. Per exceſſum peccatur *h* ſex modis: per carnis prudentiam, aſtutiam, dolum, fraudem, ſolicitudinem rerum temporalium, & nimiam curam rerum futurarum.

*f* Idem 2. 2. q. 53. & 54.
*g* D. Greg. 31. Mor.
*h* D. Tho. 2. 2. q. 56. art. 1.

10. Non



10. Non eſt ſpeciale prudentiæ præceptum, & peccatum contra eam tunc erit mortale, quando in materia gravi aliud præceptum violatur.

## PVBLICVM Vide *Manifeſtum.*

1. Actus publicus non ſufficit, ut delictum ſit manifeſtum, etiam ſi actus ſit peccatum ut in celebrante excommunicato occultè. *a*

*a* Avil. in comp. Nav. hoc verb.

## P V R G A T O R I V M.

1. In Purgatorio remittuntur *a* peccata venialia hic non remiſſa per diſplicentiam, vel per actum charitatis, in quo virtualiter, & eminenter includitur pœnitentia.

2. In purgatorio neque meretur, *b* neque demeretur. Sunt tamen animæ ibi exiſtentes in gratia Dei, & certæ de futura ſalute.

3. Incertum nobis eſt quamdiu animæ ibi cruciabuntur, & ut ex Ven. Beda colligitur *c* aliquæ uſque ad extremum judicium cruciabuntur.

4. Incertum eſt an à Dæmonibus torqueantur. Negat D. Thomas. *d* Sine dubio autem certum eſt pœnas illas omnes hujus vitæ, etiam quas Chriſtus Dominus paſſus eſt, longe ſuperare.

5. Probabile *e* eſt eas pro nobis exorare, & impetrare à Deo multa bona, & comprobatur multis exemplis videndis in ſpeculo exemplorum.

6. Suffragia communia omnibus proſunt, *f* particularia his pro quibus offeruntur contra Cajetanum, dicentem iis tantum prodeſſe, quæ id meruerunt.

7. Poſt extremum judicium Purgatorium non erit.

*a* Sà hoc verb.
*b* Vide Bellar. to. 2. lib. 1. char.
*c* Beda lib. 5. hiſt. c. 14.
*d* D. Tho. 4. diſt. 20. art. 5.
*e* Bellar. de purg.
*f* Idem cap. 18.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

# DISPVTATIVNCVLÆ duæ, cum Reſolutionibus quatuor.

## Q.

### QVARTA FVNERARIA.

1. QUARTA funeraria ſolita primùm ante annos 40. ſolvi Eccleſiæ Parochiali, eidem eſt ſolvenda; *a* quamvis poſtea ſit monaſterio conceſſa.

*a* Trid. ſeſ. 25, c. 13.

2. Quarta funeralis, ac canonica portio, & quarta etiam oblationum Epiſcopo à jure conceſſa tam à Capitularibus, quam à cæteris clericis perſolvatur eo ordine, & modo quem ſacri canones ſtatuunt.

### QVÆSTVARII.

1. Quæſtuarios eleemoſynarum abolendos præcipit Tridentinum. *a*

*a* Trid. ſeſ. 2, tit. 9.

2. Pius V. omnes gratias & facultates conceſſas pro manibus adjutricibus revocavit, quæſtuſque prohibuit.

DISPVT.



# DISPVTATIVNCVLÆ Præjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## R.

### RAPINA. Vide *Furtum.*

RAPINA eſt vi accipere vel velle accipere aliquid. Eſt majus peccatum furto, & ab eo ſpecie diſtinctum, & circumſtantia neceſſariò confitenda.

### RAPTOR vide verb. *Luxuria,* & verbum *matrimonii impedimenta.*

### RATIHABITIO.

1. Ratihabitio non *a* ſufficit, ſi eſt de futuro ad valorem confeſſionis.

3. Ratificans damnum ſuo nomine *b* factum tenetur ad reſtitutionem, quando is, qui damnum intulit non inferret, niſi ſciret, quod is cujus nomine fecit, id ratum eſſet habiturus; ſecus verò ſi non ſit ejus nomine factum, etiam ſi illi placeat.

3. Ratihabitio damni retrotrahitur *c* & mandato comparatur, quod locum habet tam in contractibus, quam in delictis.

4. Ratihabitio auget *d* peccatum, & pœnam, unde qui ratificat clerici percuſſionem ſuo nomine factam, eſt excommunicatus, & ratificans deformitatem ſuo nomine factam eſt irregularis. Et quicumque ratificans delictum ſuo nomine factum puniendus eſt, ſed non pœna ordinaria.

5. Ratihabitio ut mandato comparetur, *e* neceſſarium eſt, ut delictum factum fuerit nomine ratihabentis, & ipſe potens fuerit, antequam fieret, mandare.

6. Infans, & furioſus, ſi poſtquam ad uſum rationis pervenerint, ratum habeant delictum ſuo nomine factum, peccant, *f* ſed non tenentur ad reſtitutionem, nec ad pœnam.

*a* Vide Navar. in ſum. c. 1.
*b* Idem c. 17, n. 135.
*c* Comm. DD.
*d* Navar. c. 27, n. 239
*e* Idem ubi ſup.
*f* Comm. DD.



7. Rati-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIVNCVLÆ duæ, cum Reſolutionibus quatuor.

## Q.

### *QVARTA FVNERARIA.*

1. QUARTA funeraria ſolita primùm ante annos 40. ſolvi Eccleſiæ Parochiali, eidem eſt ſolvenda; *a* quamvis poſtea ſit monaſterio conceſſa.

[*a* Trid. ſeſ. 25. c. 13.]

2. Quarta funeralis, ac canonica portio, & quarta etiam oblationum Epiſcopo à jure conceſſa tam à Capitularibus, quam à cæteris clericis perſolvatur eo ordine, & modo quem ſacri canones ſtatuunt.

### *QVÆSTVARII.*

1. Quæſtuarios eleemoſynarum abolendos præcipit Tridentinum. *a*

[*a* Trid. ſeſ. 2, tit. 9.]

2. Pius V. omnes gratias & facultates conceſſas pro manibus adjutricibus revocavit, quæſtuſque prohibuit.

DISPVT.



# DISPVTATIVNCVLÆ Præjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## R.

### *RAPINA.* Vide *Furtum.*

RAPINA eſt vi accipere vel velle accipere aliquid. Eſt majus peccatum furto, & ab eo ſpecie diſtinctum, & circumſtantia neceſſariò confitenda.

### *RAPTOR* vide verb. *Luxuria,* & verbum *matrimonii impedimenta.*

### *RATIHABITIO.*

1. Ratihabitio non *a* ſufficit, ſi eſt de futuro ad valorem confeſſionis. [*a* Vide Navar. in ſum. c. 1.]

3. Ratificans damnum ſuo nomine *b* factum tenetur ad reſtitutionem, quando is, qui damnum intulit non inferret, niſi ſciret, quod is cujus nomine fecit, id ratum eſſet habiturus; ſecus verò ſi non ſit ejus nomine factum, etiam ſi illi placeat. [*b* Idem c. 17, n. 131.]

3. Ratihabitio damni retrotrahitur *c* & mandato comparatur, quod locum habet tam in contractibus, quam in delictis. [*c* Comm. DD.]

4. Ratihabitio auget *d* peccatum, & pœnam, unde qui ratificat clerici percuſſionem ſuo nomine factam, eſt excommunicatus, & ratificans deformitatem ſuo nomine factam eſt irregularis. Et quicumque ratificans delictum ſuo nomine factum puniendus eſt, ſed non pœna ordinaria. [*d* Navar. c. 27, n. 235]

5. Ratihabitio ut mandato comparetur, *e* neceſſarium eſt, ut delictum factum fuerit nomine ratihabentis, & ipſe potens fuerit, antequam fieret, mandare. [*e* Idem ubi ſup.]

6. Infans, & furioſus, ſi poſtquam ad uſum rationis pervenerint, ratum habeant delictum ſuo nomine factum, peccant, *f* ſed non tenentur ad reſtitutionem, nec ad pœnam. [*f* Comm. DD.]

 7. Rati-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7. Ratificans deformationem factam, ſed non ſuo nomine peccat, *g* ſed non eſt irregularis.

> *g* Comm. DD.

8. Ratificationi *h* etiam tacitæ factæ per metum revalidantur, *h* quando ratificans vult tacite ut valeant.

> *h* Sâ hoc verb.

9. Factum nomine alicujus validatur *i* tempore quo ipſe ratificat.

> *i* Idem Ibidem.

## Reatus. Vide *Peccatum*.

## Recompensatio.

1. Peccat *a* mortaliter, qui quod ſuum eſt occultè accipit, cum commode poſſet per judicem repetere, ſi poteſt oriri grave ſcandalum vel damnum aliud proximi, & tenetur monere debitorem, quod nil jam debeat.

> *a* Vide Navar. c. 17. n. 111.

2. Accipiens clam rem depoſitam apud Joannem pro eo quod illi debet, tenetur reddere, & manifeſtare, ſi ſub excommunicatione præcipiatur. *b*

> *b* Idem c. 7. n. 114.

3. Qui occultè accipit, quod dubitat an ſit ſuum, tenetur reſtituere durante hoc dubio. *c*

> *c* Comm. DD.

4. Regulariter loquendo tertia *d* perſona non poteſt clam accipere, quod ſuum non eſt, ut domino reddat.

> *d* Navar. num. 117.

## Reconciliatio. Vide *Eccleſia*.

## Redditus annui. Vide *Cenſus*.

## Regulae Iuris. Vide poſt verbum *Religio*.

---

# DISPVT. I. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## *RELIGIO RELIGIOSVS.*

### *De Religionis definitione, & religioſo ſtatu.*

1. Religio eſt virtus *a* inclinans ad honorem, & cultum Dei tanquam principii, à quo ſumus, & in quo vivimus.

2. Falſæ religionis quatuor ſunt *b* ſpecies. 1. Pernicioſus, ſeu ſuper-

> *a* Navar. c. 14. n. 1.
> *b* Idem c. 15. n. 21.



ſtuus cultus Dei. 2. Idololatria. 3. Divinatio. 4. Cultus exhibitus creaturæ ad directionem noſtram. Omnes hæ ſpecies ſunt ex ſe mortales exceptâ primâ cum eſt ſuperflua, non tamen contraria legi divinæ, vel humanæ, & 4. bona fide, vel præ ignorantia, quæ tantum ſunt veniales.

*RELIGIOSVS ſtatus quid ſit?*

3. Status in ſtricta ſignificatione ſignificat immobilem vivendi modum, & in hac ſignificatione ſolùm ſunt in Eccleſia tres ſtatus, Epiſcoporum, religioſorum, & conjugatorum. *c*

> *c* ff. de ſtatu homi. eod. tit.

4. Religioſus dicitur vel ex eo, quod divino cultui, qui per religionem Deo exhibetur, addictus eſt, vel ex eo quod votis religatus eſt. *d*

> *d* Aug. de verb. relig. c. ult.

5. Religioſi alij monachi, alij fratres, alij clerici regulares; & in favorabilibus nomine monachi reliqui omnes *e* intelliguntur.

> *e* c. religioſi c. quamvis de ſent. excom.

6. Religio ſecundùm jus antiquum requirit Profeſſionem ſolemnem trium votorum. Sed ex novo jure Pontificum, & Concilij Tridentini religioſi Societatis JESU, per Profeſſionem trium votorum ſimplicium ſunt veri religioſi.

7. Tria vota eſſentialia ex doctrina Chriſti Domini *f* deſumpta ſunt.

> *f* Gregor. XIII. in conſt. Aſcendente Domino an. 1584.

8. Hodie nullus vivendi modus poteſt dici religio, niſi approbatus *g* à ſummo Pontifice.

> *g* c. religionem eod. tit. in 6.

9. Primæ religionum fundamenta jacta fuere *h* ab Elia, Eliſeo, S. Joanne Baptiſta, Chriſto Domino, & Apoſtolis, & ut adhuc permanent initium ab Apoſtolis habuêre.

> *h* P. Azor. to. 1. inſt. mor. lib. 12. c. 11. q. 4.

*AN STATVS religionis ſit ſtatus perfectionis, & perfectior ſtatu Epiſcoporum, & Parochorum?*

10. Religionis ſtatus eſt ſtatus perfectionis, quæ in charitate conſiſtit. *i*

> *i* D. Tho. 2. 2. q. 86. art. 1.

11. Religioſus tenetur *l* tendere ad perfectionem, & huic obligationi ſatisfacit ſervando regulam. Et non eſt in tuta conſcientia ſi ſe immiſceat negotiis ſæcularibus, propter quæ omittit orationem, & lectionem ſpiritualem, & alia religioſa exercitia ad hunc finem valdè conducentia.

> *l* Idem ubi ſupra.

12. Epiſcoporum ſtatus eſt perfectior, & laborioſior, & pericuſior; & dicitur perfectior non quia ſit Deo gratior, *m* ſed quia ad majora pericula exigit perfectiorem charitatem. Status autem religioſorum eſt tutior, & Deo gratior, non exigit tantam perfectionem, ſed eſt aptior ad illam acqui-

> *m* Vill. tr. 1. tr. 11. diff. 2.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE

acquirendam, & ideo qui fecit votum religionis non poteſt acceptare Epiſcopatum ſine diſpenſatione.

13. Religioſorum ſtatus perfectior eſt ſtatu Parochorum.

*QUÆ SIT INTER religiones perfectiſſima,*

14. Illa verè eſt perfectiſſima inter alias religiones, quæ perfectiſſima & accommodatiſſima media habet ad exactiſſimam obſervantiam trium votorum, in quibus religionis eſſentia conſtet. Quapropter ſi ſcite velis, quæ ſit magis perfecta religio, inquire, quæ ſit illa in qua paupertas ſtrictius obſervatur, caſtitas purius conſervatur, obedientia promptius cuſtoditur. Habitus virtutum, non ex lana, vel ex lino faciunt perfectum monachum.

*AN RELIGIOSI ſint exempti à Prælatis Eccleſiaſticis.*

15. Religioſi omnes mendicantes, & qui participant ex eorum privilegiis exempti *n* ſunt à juriſdictione ſæculari, & Eccleſiaſtica Epiſcoporum. Et Ordinarij contra hoc facientes incurrunt *o* excommunicationem latæ ſententiæ.

16 Hodie nulla *p* poteſt contra hoc conſuetudo legitimè eſſe præſcripta.

17. Conceſſa fuit hæc exemptio à ſummis Pontificibus propter glorioſa obſequia à religioſis Eccleſiæ facta, & propter injurias à Prælatis acceptas.

18. Ex hac emptione nullum damnum *q* Prælatis, imò magna utilitas venit.

19. Religioſi ſunt notoriè *r* exempti, & ideo non tenentur exemptionis privilegia oſtendere, & quæcumq; ſententia data contra illos eſt nulla, quamvis privilegium non oſtenderint.

20. Religioſi omnes mendicantes non poſſunt *ſ* excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, niſi à Legato à latere, vel ex ſpeciali Papæ commiſſione, quam in certis caſibus habent Inquiſitores fidei, & Commiſſarij Cruciatæ.

21. Religioſi Dominicani, & qui illorum privilegia communicant, poſſunt *t* creare Notarios Apoſtolicos ad intimandas, & executioni mandanda Apoſtolica privilegia.

22. Magiſter ſcholæ Salmanticenſis, nec quavis alius, non *u* poteſt religioſis ſcholaſticis etiam in collegio degentibus aliquid ſub excommunicatione præcipere. Et judices omnes tam ſæculares quam Eccleſiaſtici debent advertere ne quicquã contra eorũ privilegia fiat; quæ ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. *IN QUIBUS religioſi Epiſcopis ſint ſubjecti.*

23. In primis non poſſunt *x* concionari niſi in Eccleſiis ſui Ordinis ſine licentia Epiſcopi. Vide hoc verb. *Privileg.*

24. Ordinarius non poteſt *y* ſine cauſa rationabili religioſos à prædicatione ſuſpendere.

25. Ut

*n* Sixtus IV. Vide P. Henriq. lib. 7. de indulg.
*o* Vide c. accidentibus de privil.
*p* Clemens IV.
*q* Vide Privil.
*r* Ibidem.
*ſ* Ibidem.
*t* Ref. fr. Eman. Rodër. in Bull. Innoc.
*u* L. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſump. funer.
*x* Trid. ſeſ. 5. de refor. cap. 2.
*y* Vide verb. Epiſcopus.



25. Ut religioſi in ſuis Eccleſiis concionari poſſint, *z* ſufficit ut à ſuo Superiore approbentur, ſe tamen debent Epiſcopo præſentare, & ab eo benedictionem accipere. Si verò dare renuat ſine rationabili cauſa, poſſunt in ſuis Eccleſiis ſine illius licentia concionari.

26 Religioſus, qui extra ſua clauſtra ſcandaloſe delinquit, & à ſuo Prælato non punitur, poteſt *a* ab Epiſcopo puniri.

27. Religioſi habentes beneficia Curata poſſunt *b* ab Epiſcopis viſitari non de moribus & vita; ſed de Sacramentorum adminiſtratione, & de cultu Eccleſiæ.

28. Qui degũt extra clauſtra ſubjiciuntur *c* Epiſcopis in cauſis obſequiorum, & miſerabilium perſonarum. Advertendum tamen, quod religioſus, qui cum licentia ſui Superioris beneficio ſervit, vel eſt monialium Vicarius, vel ſimilibus officiis dat operam non eſt cenſendus manere extra clauſtra.

29. Qui ſine licencia Ordinarij matrimonio aſſiſtit, vel conjuges benedicit, ſuſpenſionem incurrit. *d*

30. Religioſi, qui ad Synodum convenire tenentur *e* poſſunt ab Epiſcopo obligari ut conveniant.

31. In religioſorum Eccleſiis nullus ſæcularis, aut regularis contradicente Epiſcopo concionari *f* præſumat.

32. Qui ſine licentia in ſcriptis ſuorum Superiorum extra ſua monaſteria inveniuntur, poſſunt *g* ab Epiſcopo puniri, ut ſui inſtituti deſertores.

33. An poſſit Epiſcopus viſitare Eccleſias Ordinum militarium alii ajunt, alii negant *h* probabilius.

34. Contra religioſos dantes, vel accipientes aliquid pro ingreſſu Novitij poſſunt *i* Epiſcopi cenſuras ferre

35 Religioſi, excepta Carthuſia, & Societate Jeſu poſſunt *l* obligari ab Epiſcopis ut exeant ad proceſſiones publicas exceptis aliquibus caſibus videndis apud Villalobos.

36. Religioſi extra conventum poſſunt *m* fidelium proceſſiones facere etiam ſine licentia Epiſcopi, ipſo autem contradicente gratius Deo erit ab illis ſe abſtinere, & aliis piis operibus divina beneficia impetrare.

37. Religioſi teſtamentarij in hoc officio delinquentes *n* poſſunt ab Epiſcopis puniri, & illis debent rationem reddere.

38. Epiſcopi etiam in religioſorum domibus honoratiorem locum habere *o* debent, quam Provincialis, vel ipſe Generalis Ordinis.

39. Si religioſi Epiſcopo non dederint debitum honorem, judex hujus cauſæ non ipſe Epiſcopus, ſed regularis *p* erit.

40. In religioſorum domibus etiam exemptis *q* poteſt ſi velit Epiſcopus concionari.



41. Ca-

*z* Vide verb. Privil.
*a* Trid. ſeſ. 25. cap. 14 de refor.
*b* Trid. ſeſ. 7. de reg. cap. 8.
*c* Trid. ſeſ. 7. c. 14.
*d* Trid. ſeſ. 24. de reform. matr.
*e* Ibidem. de refor.
*f* Ex Decr. Innoc. X.
*g* Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 4.
*h* F. Eman. Rod to. 1. q. 46. art. 8
*i* Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 16, in fine.
*l* Villal. to. 1. tr. 31. dif. 5.
*m* Vide eumdem ubi ſupra num. 9.
*n* Clem. unic. de teſt.
*o* Comm. DD.
*p* Comm. DD.
*q* Henriq. lib. 7. de indulg. c. 17. nu. 8. lit. D.

41. Camaldulenſes habent r privilegium à Leone X. ne Epiſcopi poſſint in Eccleſiis exempta ſine licentia Prælati religioſi convocare proceſſiones, celebrare Ordines, & ſimilia, & in hoc communicant aliæ religiones.

42. In caſibus in quibus religioſi Epiſcopi ſubjecti ſunt ſ, non poſſunt illos per cenſuras compellere, niſi hoc expreſſè à jure, vel à Pontificibus, vel à Conciliis Epiſcopis conceſſum ſit.

r F. Eman. Rod. to. 1. q. 61. art. 10.
ſ Thom. Sanch. ſu. matr. lib. 7. diſp. 31. num. 1.

---

# SECTIO II.

## *Quibus in Caſibus poſſint Religioſi Judicem Conſervatorem creare: quis poſſit hoc munus obire, & quam poteſtatem habeat?*

1. Poſſunt a nominare Judicem Conſervatorem Prælati, & Syndici, & quivis alius religioſus.

2. Quævis perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, Rectores, & Priores, & Epiſcoporum Vicarij etiam foranei poſſunt eligi in judices Conſervatores. Sed jam non poteſt eligi religioſus, etiam ſi ſit Cardinalis ex declaratione Cardin. contrarium tamen eſt probabile.

3. Perſonæ à religioſis aſſignatæ in judices Conſervatores, niſi legitimo impedimento ſint excuſatæ, b tenentur munus acceptare ſub pœna excommunicationis.

4. Aſſignato uno judice non poteſt c alius aſſignari, niſi primus habeat legitimum impedimentum, vel nolit acceptare, vel malitiosè ſe gerat.

5. Poterit eligi extra diœceſim, ſed reus non poterit citari ultra duas diætas.

6. Poterunt d Conſervatores ſuam juriſdictionem delegare alii perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ.

7. Poterunt e cognoſcere in cauſis civilibus, criminalibus, vel mixtis religioſorum ſive rei, ſive actores,

8. Non f poſſunt religioſi niſi ſponte velint conveniri ante ſuos Conſervatores.

9. Poſſunt g Conſervatores judicare de injuriis illatis famulis religioſorum.

10. Poſſunt h procedere contra alios religioſos, & illorum com-

a Vide Eman. Rod. to. 1. qq. reg.
b Ex Bull. Iul. III.
c Ex Leone X. & Clem VII.
d Pius V. Soc. Ieſu
e Ex [illegible] privil. in comp.
f Em. Rod. ubi ſupra art. 13.
g Idem ubi ſupra art. 7.
h Ex comp. cit.



communitates, etiam ſi habeant æquale privilegium.

11. Conſervatores, qui malitioſe in juriſdictione excedunt ipſo facto de officio manent k ſuſpenſi, & pars id procurans ipſo facto incurrit l excommunicationem Papæ reſervatam, niſi alij parti expenſas ſatisfecerit: Qui autem pars non eſt pœnas has non incurrit, nec altera pars ſi judex non exceſſit.

12. Circa horum judicum electionem Tridentinum m nihil innovavit.

*DE INGRESSU in religionem*, vide verb. *Novitius*.

*AN LICEAT religioſo profeſſo ad aliam religionem tranſire.*

13. Non licet n ex una ad aliam religionem tranſire niſi ob magnam neceſſitatem, vel utilitatem.

14. Quivis religioſus poteſt o ad ſtrictiorem religionem tranſire petita licentia à ſuo Prælato, licet non p obtenta.

15. Si ad laxiorem tranſeat exiſtimans bona fide arctiorem eſſe, non incurrit excommunicationem.

16. Si tranſeat non petita licentia, poteſt q ac debet Prælatus illum revocare ſecundum probabiliorem.

17. Cum ſubditus petit licentiam à Prælato debet r expectare reſponſum, quod ſi neget illam propter juſtas cauſas debet ad alium majorem Superiorem recurrere.

18. Religio ad quam tranſitus licet, debet eſſe non ſolum ſanctior, ſed arctior, & in qua religioſa obſervantia arctius ſ vigeat: Si enim eſt relaxata, parum intereſt quod arctiorem regulam habeat cuſtoditam in arca.

19. Quod in hoc caſu de viris religioſis dicitur, intelligendum t etiam de fœminis, & idem de fratribus u laicis.

20. Nullus religioſus profeſſus ex Ordinibus mendicantibus poteſt x tranſire ad Ordines monachales, nec ad Ordinem Dominæ de Mercede.

21. Ordines mendicantes ſunt, qui ut tales per litteras Apoſtolicas declarati ſunt, etiam ſi habeant y annuos redditus in communi, ſicut habent collegia Societatis Jeſu.

22. Ad Carthuſiam licet z tranſire omnibus religioſis aliorum Ordinum. Ciſtercienſes autem, & Minimi non poſſunt ſine licentia ſuorum Generalium. Vide circa hoc Societatis privilegia.

23. Religioſi mendicantes ex Papæ licentia ad monachales ordines tranſeuntes non habent a vocem, nec locum.

24. An liceat tranſire ex religione mendicanti ad aliam mendicantem, ex illarum privilegiis perpendendum eſt; jure autem communi prohibitum b non eſt ex cauſa, & cum Prælati licentia.

25. Ca-

a Clem. ut profeſſores, de regul. b Comm. DD.

k c. fin. de off. deleg. lib. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. recop.
l c. fin. cit.
m Trid. ſeſ. 14. c. 5. ad fin.
n D. Tho. 2. 2. q. ult. art. 8.
o c. licet. de regul. c. ſignificati, c. nô ex vobis eod. tit.
p Fr. Em. Rod. to. 3. q. 72. art. 3
q c. licet, ubi ſupra.
r P. Azor. tom. 1. lib. 12. c. 14. q. 7.
r Abb. in d. c. licet.
ſ Vide Vill. to. 1. tr. 33. diſ. 14. n. 8
t Navar. conſ. 133. no. 13. lib. 3. de reg.
u F. Eman. Rodr. ubi ſupra.
x In Extrav. viam ambitioſæ, de rel. domi.
y Vide Azor. 1. p. li. 12. cap. 14. num. 12.
z Ex Marti. 4. extr. viam ambitioſæ, de rel. domi.

25. Capucini non poſſunt admittere obſervantes D. Franciſci.

26 Qui poteſt tranſire ad arctiorem Ordinem, poteſt *c* id facere etiam ſi votum emiſerit in contrarium.

27. Qui tranſit ex una in aliam religionem, debet *d* habere probationis annum.

28. Poſſunt omnes Ordines mendicantes aliorum Ordinum privilegiis uti circa hoc.

29. Generalis poteſt *e* ex juſta cauſa dare licentiam ſubdito ut ad laxiorem Ordinem tranſeat.

*AD QUAM RELIGIONEM pertineant bona religioſi ex una ad aliam tranſeuntis?*

30. Si tranſitus fuit contra jus omne quod habuerit, ad priorem Ordinem *f* pertinet; ſi autem legitimè tranſiit, quod poſt profeſſionem acquiret, ſpectat ad ſecundum.

31. Si quando ingreſſus fuit *g* religionem, donationem illi fecit omnium bonorum, & ante profeſſionem tranſiit ad aliam, omnia ſua bona ſecum feret, ſecùs verò ſi donatio fuit alicujus partis bonorum.

32. Actio, quam habet religioſus ad hæreditatem, tranſit cum eo ad 2. monaſterium; *h* quod ſi hæreditatis incapax eſt ad hæredes ab inteſtato pertinebit.

33. Cum ei aliquid fuerit legatum ſub conditione, quæ impleta fuit, quando erat in 2 monaſterio, ad illud 2 ſpectat. *i*

34. Omnia, quæ habebat in prima religione ad illam pertinent, ex licentia autem præſumpta *l* poterit ſecum ferre manuſcripta primæ religioni inutilia.

35. Si monaſterium compelleretur admittere religioſum, ut ibi ageret pœnitentiam, & hic haberet bona in primo monaſterio, hoc teneretur *m* bonorum uſumfructum ſecundo dare, ut aleret religioſum dum viveret.

*c* Navar. conſil 55. de reg. l. 5.
*d* Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de reg.
*e* Comm. DD.
*f* P. Azor. p. lib. 12. c. 11. q. 1.
*g* Panor. in c. quod adeo, de cler. conjug. & c. in præſenti de probat.
*h* c. Statutum 18. q. 2.
*i* Felin. in c. in præſenti de prob.
*l* Ex d. c. ſtatutum.
*m* Comm. DD.

---

# Sectio III.

## *De variis circa Religioſos reſolutionibus.*

1. RELigioſus Sacerdos, cui à ſuo Prælato prohibitum eſt confeſſiones audire, *a* validè audiet peccata venialia, ſed non licitè, ſic etiamſi de his habeat prohibitionem.

2. Religioſi, qui virtute ſuorum privilegiorum poterant ante Tridentinum confiteri cum clericis ſæcularibus, poſſunt *b* etiam modò.

*a* Comm. DD. Vide Navar. c. 4. num. 16.



3. Peccat *c* mortaliter qui retrahit aliquem ab ingreſſu, vel extrahit poſt ingreſſum, ſed non tenetur ingredi pro eo; ſed qui prædicta facit bona intentione nec peccat, nec incidit in cenſuras.

4. Ingredi, *d* vel inducere ad ingreſſum in religionem in qua laxè vivitur, peccatum eſt, & in illam ingrediens non ſatisfacit voto ingrediendi religionem in communi. Nec qui votum fecit ingrediendi religionem laxam, in qua non eſt reformationis ſpes, tenetur adimplere.

5. Religioſus profeſſus in venereum peccatum incidens circumſtantiam tenetur *e* confiteri.

6. Profeſſio facta ab excommunicato *f* valet.

7. Peccat *g* mortaliter religioſus qui eò quod obſervantia non urget, non ſervat ea, quæ obligant ſub mortali; excuſatur tamen ab impletione eorum, quæ non pertinent ad eſſentiam votorum, & jam deſueſcunt per privilegia, vel conſuetudinem, vel tolerantiam Prælatorum.

8. Religioſus moribundus poteſt *h* declarare ſuam voluntatem in diſtribuendis rebus quibus cum licentia utitur, ſed non per modum ultimæ voluntatis.

9. Poſt Tridentinum poteſt *i* fœmina fieri religioſa manendo domi in ſæculo ex juſta cauſa cum peculio unde ſuſtentetur.

10. Profeſſus ſolum obedientiam ſecundum regulam cenſetur *l* profiteri paupertatem, & caſtitatem.

11. Profeſſus *m* non intendens ſervare regulam niſi aliorum more, tenetur ſervare omnia, quorum non eſt legitima diſpenſatio.

12. Profeſſio monialis non mendicantis in monaſterio non habente reditus, quibus ſuſtentetur, non valet.

13. Profeſſus capto morbo *n* contagioſo poteſt à religione expelli.

14. Profeſſus à religione expulſus tenetur ſervare tria vota eo modo, quo poteſt, & Ordinario loci tenetur *o* ſe præſentare, æque obedire, nec debet ſibi theſaurizare, ſed poſt moderatum victum, & veſtitum, quæ ſupererunt, Eccleſiæ cui eſt addictus, acquiret. Non enim debet eſſe melioris conditionis ejectus ob demerita, quam aſſumptus ob merita.

15. A reliquis obſervantiis, choro, jejuniis, vigiliis, flagellationibus, ſilentio, & ſimilibus liber manet. *p*

16 Non habet *q* dominium eorum, quæ acquirit, ſed tantum

*b* Avil. in comp. Navar. hoc verb.
*c* Idem ib.
*d* Navar. ubi ſup. num. 31.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* Navar. c. 17. n. 160.
*i* Comm. DD.
*l* Sa hoc verb. n. 18.
*m* Idem ubi ſupra.
*n* Vide c. pericülo de ſtat. reg. l. 6.
*o* Vide Syl. verb. religio 6. q. 22.
*p* Comm. DD.
*q* Sa ubi ſupra.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tum adminiſtrationem ad propriam ſuſtentationem, & ad pias cauſas.

17. Acquirit ſi eſt exemptus ſummo Pontifici, ſi non exemptus ſuo monaſterio, & non Epiſcopo loci ſecundum probabiliorem *r*.

18. Religioſus pro quolibet peccato mortali *ſ* poteſt in carcerem detrudi, & ob crimen cauſâ cognitâ per ſententiam à religione expelli à ſuo Prælato, ſed non poteſt Ordine ſacro deponi.

*r* Sa ubi ſupra. *ſ* Comm. DD.

19. Non licet *t* recedere à conventu prætextu conveniendi ſuperiorem niſi in caſu manifeſtæ injuriæ.

20. Carthuſiani tenentur *u* veſci carnibus ſi aliter non poſſint vivere, eſt probabilior ſententia. Nec deſunt qui dicant non peccare mortaliter carnes edendo etiam extra neceſſitatem, dummodo abſit ſcandalum.

*t* Comm. DD. *u* Vide Dian. p. 1. tr. 2. reſ. 19

21. Mendicantes non tenentur *x* contributionem dare ad ſeminaria etiam ratione beneficiorum, nec ad ullum ſubſidium, vel onus.

*x* Sa hoc verb. n. 19

22. Religioſi poſſunt *y* eſſe Vicarii Epiſcoporum de licentia Prælati, & aliquando poſtulare pro alio in civilibus coram judice ſæculari.

*y* Idem ubi ſup.

23. Religioſis tempore Jubilæi revocantis privilegia in contrarium, licet *z* confiteri cuilibet Sacerdoti, etiam ſæculari approbato ab Ordinario.

*z* Comm. DD.

24. De religioſi crimine facto ante *a* ingreſſum religionis non poteſt judex ſæcularis cognoſcere; eſt enim mutatum forum.

*a* Comm. DD.

25. Non *b* eſt apoſtata, qui exit à religione animo revertendi, vel in aliam ingrediendi, vel fugit à ſuperiore nimis ſæviente, aut merito credens non eſſe profeſſum, tunc enim poteſt etiam dimiſſo habitu fugere.

*b* Silv. hoc verb. n. 4,

26. Abbas non obligatur *c* ſtatuto etiam cum conventu facto.

27. Abbatem non venire *d* nomine monachi in odioſis alii ajunt, alii negant.

28. Abbatem oportet *e* eſſe ſaltem 25. annorum inceptorum, Sacerdotem, & profeſſum, & Abbatiſſam 40. annorum niſi aliud Superiori videatur.

*c* Comm. DD. *d* Vide Silv. verb. religio. *e* Comm. DD.

29. Vocales, qui habent vocem ſuffragii deciſivi non poſſunt abeſſe pro arbitrio à Capitulo, poſſunt tamen quando ſciunt determinandam eſſe rem injuſtam, quam non valebunt impedire. Si autem poſſunt impedire, & abſunt ob humanos reſpectus *f* peccant mortaliter.

30. Religioſus negans ſuffragium novitio idoneo peccat mortaliter.

*f* Illeſum auctoris. *g* Suar. apud Dian. in comp. n. 4.

31. Inva-



31. Invalidè profeſſus, qui dubitat an intra quinquennium profeſſionem ratificavit, præſumitur *h* ratificaſſe.

32. Non poſſunt *i* Epiſcopi ea quæ ſunt juriſdictionis exercere in domibus religioſorum illis invitis.

*h* Dia. p. 4 tr. 1. reſ. 49 *i* Comm. DD.

33. Religioſus, qui notorie incurrit in excommunicationem poteſt ſecundum aliquos denunciari ab Epiſcopo, alii autem probabilius dicunt *l* id verum eſſe in caſibus à jure permiſſis.

*l* Vide Dian. p. 1. tr. 1. reſ. 35

34. Juſtæ cauſæ, ob quas poteſt ſuperior *m* religioſis ſubdito dare licentiam, ut ad laxiorem religionem tranſeat, ſunt: 1. imbecillitas ſubditi ad onera religionis. 2. ſi indigne tractetur, aut ſit exoſus. 3. ſi infamatus, & non poteſt ibi degere ſine pudore.

*m* Idem ubi ſupr. reſ. 48.

35. Religioſus factus Epiſcopus poteſt revocare *n* donationem quam fecit legitime ante profeſſionem.

36. Religioſi facti Cardinales, vel Epiſcopi poſſunt *o* ſuſcipere in Baptiſmo, quia ceſſat in eis ratio nimiæ familiaritatis & incontinentiæ.

*n* Dian. in comp. hoc verb. n. 14 *o* Comm. DD.

37. Religioſum expulſum jam emendatum non tenentur ſuperiores recipere, *p* nec ipſe ad aliam religionem tranſire, immo nec redire ad ſuam.

38. Generales, *q* & Capitulum generale religioſorum poteſt privilegiorum uſum limitare, prout ipſa religioſis expedire judicaverint.

*p* Dian. ubi ſup. num. 17. *q* Comm. DD.

39. Privilegiorum Societatis, etiam ſi ipſi duntaxat conceſſa ſint, poſſunt aliæ religiones mendicantes communicatione gaudere. Immo illis etiam privilegiis, quibus ipſi ſocietatis ſubditi non gaudent, *r* quia generalis eorum uſum illis interdicit.

*r* Dian. p. 6. tr. 15. reſ. 46.

40 An per Bullam Cœnæ derogatum ſit religioſorum privilegiis alii ajunt, alii probabilius *ſ* negant.

41. Derogatio privilegiorum Societatis JESU etiam ſub ampliſſima forma facta non valet *t* niſi fuerit intimata.

42. Religioſi in foro conſcientiæ uti non poſſunt privilegiis expreſſe revocatis à Tridentino. *u*

43. Diſpenſatio pro conjugatis inceſtu, vel voto impeditis ad petendum debitum poteſt urgente neceſſitate *x* dari extra ſacramentum, & abſentibus in ſcriptis.

44. Religioſus approbatus tantum ad audiendas Confeſſiones virorum, ſi tempore Jubilæi audiat Confeſſiones fœminarum non eſt puniendus, *y* quia procedit ſecundum probabilem opinionem.

*ſ* Vill. 1. apud Dia. ubi ſup. reſ. 88. *t* Comm. DD. *u* In decr. Alex. VII. an. 1666, 18. Mart. *x* Dia. p. 3. tr. 2. reſ. 14 *y* Sanchez apud Dia. p. 1. tr. 2. reſ. 33.

45. Ge-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

z Suar. apud eund.

45. Generales, & alii Prælati religionum poſſunt z eligere Confeſſorem etiam extra religionem, dummodo eis non ſit per ſuas conſtitutiones prohibitum.

a Comm. DD.

46. Cum religioſis nondum eſt approbatus ab Ordinario a poteſt tempore Jubilæi, vel virtute Bullæ Cruciatæ de licentia ſui Superioris audire Confeſſiones aliorum religioſorum.

b Placit. authoris.

47. Provinciales Ordinum mendicantium poſſunt b dimiſſorias concedere novitiis ut ab Epiſcopo ordinentur.

c Placitum authoris.

48. Religioſus non poteſt c niſi de licentia ſui ſuperioris teſtis eſſe etiam in teſtamento, poteſt autem de licentia præſumpta, & eſt validus teſtis.

d P. Acoſta in manuſcrip.

49. Religioſos non obligat d Concilium Limenſe, nec aliud diœceſanum, niſi cum ſunt Parochi in ſacramentorum adminiſtratione, vel ratione ſcandali ut in decreto contra negotiatores, & in ſimilibus, quæ in religioſis majoris ſunt ſcandali, quam in aliis clericis.

e In decr. Alexandri VII. 1665. 24. Sept.

50. Mendicantes non poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtentâ ad id Epiſcoporum facultate. e

---

# SECTIO IV.

## *De aliis reſolutionibus ad religioſos ſpectantibus.*

a Comm. DD.

1. Religioſi de Prælati licentia poſſunt a eſſe teſtamentarii, & bona tenere, & cuſtodire defuncti, non autem ſine facultate.

b Ex noſtris conſtitution.

2. In ſocietate, qui ſolum vota ſimplicia poſt biennium novitiatus fecerunt, ſunt b adhuc capaces hæreditatis, & donationum.

c Ex noſtris conſtitution.

3. Profeſſio ſolemnis in noſtra Societate non c valet, niſi fiat ex expreſſa licentia noſtri Generalis data in ſcriptis; & vota ſimplicia debent fieri poſt duos annos, & diem.

d P. Monach. in manuſcr.

4. Si religioſus habens filiam fidei, Petro committat pecuniam acquiſitam in beneficio Eccleſiaſtico ex Superiorum permiſſu etiam in negotiatione, mortuo tali religioſo, d poteſt Petrus ex illa pecunia dotare puellam, nec tenetur religioni reſtituere.

e Idem ubi ſup. & vide Mol. to. 2. de vit. diſp. 40.

5. Si quis ingrediatur religionem cum debitis non habens unde ſolvat, & poſt profeſſionem vel ex hæreditate, vel aliunde bona acquirat monaſterio, probabilius videtur e non teneri monaſterium ex ita acquiſitis religioſi debita ſolvere.

6. Qui



6. Qui debet, nec habet unde ſolvat, nec expectat habere, ſi vera vocatione, non verò ut creditorum moleſtias effugiat, religionem ingrediatur f poteſt profiteri, & tutâ conſcientiâ recipi; quia Sixti V. conſtitutio contra eos eſt ſolum, qui ut à creditoribus liberentur ad religionem confugiunt.

f Idem ibidem.

7. Religioſus Societatis poſt vota ſimplicia g poteſt de bonis paternis vivente matre ſecundum conſtitutionum ordinem diſtribuere, & mater nec titulo hæredis, nec titulo inofficioſæ donationis poteſt id impedire.

g Idem ibidem.

8. Ad religioſorum Societatis correctionem, & punitionem non h tenentur ſuperiores rigorem juris ſervare, ſed tantum ea, quæ ſunt juris naturalis ex conceſſione Bonifacii VIII. quæ habetur in comp. Min. & ex facultate noſtri P. Generalis Societas uti poteſt tali privilegio. Si verò ita gravis ſit caſus, ut profeſſus ex Societate eſſet expellendus, ſervandus eſſet juris ordo propter rei gravitatem, in aliis vero non; atque adeo neceſſarium non eſt teſtes eſſe juratos. Quod ſi eſſent duo teſtes ſingulares duorum actuum ejuſdem ſpeciei, poſſet reus puniri non pœna ordinaria, ſed alia arbitraria ſecundum præſumptionem delicti. Sed nihilominus quamvis probatio certiſſima ſit, audiendus eſt reus regulariter loquendo. Si verò non ſit probatio, quamvis jus requirit, ſi urgeat, poteſt non convictus incarcerari, & ſi indicia ſint magna etiam non auditus ad cuſtodiam cum probabilitate delicti.

h Ex conceſſione Bonifacii VIII. & hic ordo judicii extractus eſt ex manuſcrip. doctiſſimi. P. Joannis Monacho.

9. Novitii propter religionis ingreſſum non amittunt i beneficia Eccleſiaſtica, eiſque debentur fructus, vel illorum loco quotidianæ diſtributiones. Nec poſſunt renuntiare beneficio ante ingreſſum intuitu illius, nec poſt ingreſſum niſi cum licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi ſecuta profeſſione.

i Vide Trid. ſeſſ. 24. & 25. de regul. c. 16.

10. Si autem Novitius fuerit l ex noſtra Societate, ex ſententia noſtri Thomæ Sanctii ejus beneficia, cathedræ, & ſimilia non vacant ante ſolemnem profeſſionem vel vota Coadjutorum formatorum, per quæ religioſi Societatis redduntur omnino incapaces retinendi bona. Attamen licet non vacent in V. Congregatione ſtatutum eſt ut ea ante biennii vota reſignentur.

l Ex V. Congreg. noſt. Societ.

11. In culpis non mortalibus opus non eſt ad pœnitentias ordinarias rei monitionem præmittere.

12. Non eſt licitum Religioſo vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua religione ſpargere minantem occidere, licet alius modus defendendi non ſuppetat; uti ſuppetere



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

petere non videtur ſi calumniator ſit paratus vel ipſi religioſo, vel ejus religioni publicè & coram graviſſimis vitiis prædicta impingere, niſi occidatur. *m*

*m* In decr. Alexand. VII. an. 1665. 14. Sept.

# SECTIO V.

## *DE RELIGIOSORVM EXEMPTIONE quoad Eccleſiaſticum forum.*

1. REgulares exempti *a* ſunt ab Ordinariorum juriſdictione, nec non Legatorum à latere & Nunciorum Apoſtolicorum. Nec veniunt nomine Eccleſiaſticorum aut Clericorum in edictis legatorum.

2. Hac exemptione *b* gaudent Novitii, non item *c* religioſi Apoſtatæ, aut ejecti ſine ſpeciali habitu regulari, nec damnati ad triremes, nec relegati in loca à provinciis Ordinis valdè diſtantia, etſi aliqui putent hos ſubdi ſoli Papæ. Hac exemptione gaudent Tertiarii ſed non omnes. Item oblati, & Donati, ſi ſe & ſua irrevocabiliter religioni tradiderunt.

3. Regulares notoriè delinquentes poſſunt *d* ab Ordinario puniri, ſi Prælatus eorum eos non puniat intra tempus ab ipſo Ordinario præfigendum. Prælatus autem regularis non tenetur ſtare in hoc caſu proceſſui facto ab Ordinario.

4. Bullæ Pontificiæ ſpectantes ad Inquiſitionem ligant *e* religioſos etiam non expreſſos. Item juxta aliquos edicta Inquiſitorum.

5. Epiſcopus poteſt procedere contra regulares detinentes conjugatum profeſſum in caſu vetito. Item contra *f* renuentes reſtituere novitio reſtituenda.

6. Regulares non poſſunt *g* ſine Ordinarii licentia libros imprimere. Si vero ſine Prælati regularis licentia imprimant non incurrunt pœnas Concilii Lateranenſis, licentia autem Principis laici non illis, ſed typographo opus eſt.

7. Regulares non poſſunt *h* erigere nova monaſteria ſine Epiſcopi in cujus diœceſi ſunt licentia prius obtenta. Immò nec poſſunt ea transferre de uno loco in alium in eadem civitate.

8. Regulares non tenentur *i* ad jejunia indicta ab Ordinario, niſi ſubſit periculum ſcandali. Immò aliqui putant ſæculares

*a* Paul. V. in ſua Conſt. 34. quæ incipit. Religioſorum.
*b* Corduba lib. 2. qq. 5.
*c* Ex decr. Congreg. in tom. 4. Bull. edit. 26. Vrb. VIII.
*d* Trid. ſeſ. 25. de reg. c. 14. vide P. Pelliz. tr. 8. c. 6. ſect. 1.
*e* Vide P. Pellizar. ubi ſupra.
*f* Trid. ubi ſupr. c. 16. Vide c. 1. de conn. conjug.
*g* Concil. Lat. ſeſ. 1. de imp. lib.
*h* Vrb. VIII in conſt. circa ann. 1624.
*i* P. Pelliz. 4. 6/ 142.



culares intra monaſteria non teneri, ſicut nec moniales tenentur etiam non exemptæ niſi exprimantur in edicto.

9. Regulares ſubſunt *l* Ordinario quoad publicandas indulgentias. Item quoad ſervanda interdicta. Item quoad proceſſiones, niſi ſpeciali privilegio exempti ſint ut noſtri.

*l* Idem ubi ſup.

10. An regulares teneantur reddere rationem piarum voluntatum ipſis commiſſarum, & poſſint puniri ab Ordinariis, alii ajunt, alii probabilius negant; *m* nam Clem. I. de teſtam. non loquitur de mendicantibus, qui coram Ordinario conveniri non poſſunt.

*m* Vide Rod. to. 1. q. 70. art. 5

11. Regulares, qui extra loca in quibus habent monaſteria eleemoſynas quæritant, tenentur *n* oſtendere Ordinario licentiam ſuorum Prælatorum.

*n* Ex ſac. Cõg. circa an. 1622.

12. Privilegium exemptionis competens monaſteriis regularium, quoad juriſdictionem Ordinariorum, ſuffragatur *o* etiam perſonis ibi exiſtentibus, ac ſi eſſent in aliena diœceſi, & non comprehenduntur Ordinarii cenſuris.

*o* Vide Pellizar. ubi ſupra num. 89.

*DE PRIVILEGIO EXEMPTIONIS conceſſo regularibus, quoad forum ſeculare.*

13. Privilegium *p* fori eſt, quo perſonæ regulares legitima authoritate eximuntur à quacumque poteſtate ſæculari tam in civilibus, quam in criminalibus.

*p* Comm. DD.

14. Competit *q* eis jure Eccleſiaſtico, non poteſt illis auferri neque per conſuetudinem etiam immemorialem, & in hoc non poteſt præſumi conſenſus, nec tolerantia Papæ, nec ipſi regulares tali poſſunt renunciare privilegio. Eoque gaudent regulares omnes etiam laici, oblati, novitii & Tertiarii, nec non apoſtatæ, & perpetuo ejecti, & enormia perpetrantes delicta, non obſtante Clem. VIII. indulto, quod ſolùm intelligitur de clericis ſacris non initiatis, non de religioſis.

*q* Vide Pellizar. tr. 8. c. 6. ſect. 24

15. Judex ſæcularis non poteſt *r* religioſum aſſaſſinum propria authoritate punire, etiam ſi ſit notorius, & incorrigibilis, & habitum deſeruerit.

*r* Vide Dian. t. 5. tr. 2. reſ. 129.

16. Regulares poſſunt *ſ* capi à judice ſæculari in flagranti delicto reipublicæ pernicioſo, ut in furto, & duci ſine injuria ad Prælatum regularem, cum neceſſitas capiendi urgeat.

*ſ* Layman. lib. 4. tr. 9. c. 4. n. 6.

17. Judex ſæcularis ſolum in tribus *t* caſibus poteſt procedere contra religioſos I. Si etiam laici ſocii fuerint criminis. II. Ne vexentur laici pro eodem crimine, ſi ſolus Eccleſiaſticus inveniatur delinquens. III. Cum certum eſt delictum, omnes judices poſſunt, & debent inquirere de

*t* Vide Pellizar. ubi ſupr.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

delinquentibus, ut ſic quilibet eorum poſſit ſuum ſubditum punire. Addi poteſt cum Prælatus eſt abſens & eſt periculum in mora ex ratihabitione ipſius Prælati.

18. An judex laicus poſſit capere regularem noctu inventum cum armis prohibitis, aut etiam mutato habitu, alii negant, alii probabilius affirmant, *a* dummodo in continenti ducant ſic captum ad proprium Prælatum, quia in hoc & reipublicæ bono conſulit, & religionis.

*a* Vide Dian. ubi ſupra. reſ. 11,

19. Judicem laicum, ejuſque miniſtros poſſe privare religioſum armis prohibitis, quæ forte reperiatur geſtare, viri docti negant, ſed noſter Vaſquez *x* inquit poſſe privari, cum arma ita prohibita ſunt, ut neque domi retineri poſſint.

*x* 1. 2. diſ. 61, c. 4. num. 11,

20. Etiam ſi Prælatus religioſus ſit, negligens in puniendis ſuis ſubditis non poteſt *y* laicus ſupplere negligentiam illius.

*y* Comm. DD.

21. Per viam reconventionis poteſt *z* judex ſæcularis ad effectum vitandi calumniam, & repellendi calumniatorem non verò ad punitionem reconvenire regularem. Quod à fortiori poteſt in cauſa civili.

*z* Covar. in tr. 49. c. 18,

22. Si regularis vendidit agrum, & conveniatur de evictione ab emptore, quia alius jus habet in agrum venditum conveniri debet coram Judice & Eccleſiaſtico *a*

*a* Pellit. ubi ſup.

23. An clericus vel regularis hæres laicus ſuper lite inchoata creditore vivente conveniendus ſit coram Iudice laico, alii ajunt, alii negant, utrumque *b* eſt probabile.

*b* Vide Dian. p. 1. tr. 1. reſ. 14.

24. Judex laicus citare poteſt *c* regulares creditores ad exhibenda propria jura, in caſu quo debitor petat dilationem ex conſenſu minoris partis creditorum, quia hic non convincitur ut reus, nec judex præjudicat exemptioni regulari.

*c* Idem ubi ſup.

25. In cauſis feudalibus poſſunt *d* conveniri regulares coram judice laico, quia in his ſubjiciuntur feudi domino, non ut perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed ut principes, marchiones &c.

*d* Pelliz. ubi ſupra.

26. An regulares qui ſunt creditores aut legatarii in caſu in quo conferri debeat eorum ratio, à judice ſæculari citari poſſint, Theologi negant, *e* Juriſconſulti concedunt, dummodo non cogantur, ſed admoneantur ſi velint.

*e* Vide Dian. ubi ſup. reſ. 10. p. 3. tr. 4.

27. Non *f* poſſint laici Principes ſuis ſubditis privilegia concedere cum hoc addito, ut eis non utantur regulares, nec poſſint abrogare privilegium ſemel ab ipſis factum in favorem regularium, quod jam tranſiit in jus eorum

*f* Filluc. tr. 6. nu. 171.

28. Leges civiles correctivè & non coactivè obligant regulares, ſed cum ſunt in communem utilitatem reipublicæ,

In



In quantum ejus membra ſunt, eas obſervare tenentur, & pœnæ in tranſgredientes poſſunt *h* exigi à regularibus per judicem ſæcularem, ſed hoc ſine judiciali controverſia. Et judex Eccleſiaſticus poteſt eos cogere ad legum civilium obſervantiam, quæ ad communem utilitatem ſpectant.

*h* Vide Caſt. Pal. tr. 3. dub. 3. p. 14. parag. 5.

29. Sub pœna excommunicationis lata in Bulla Cœnæ prohibentur laici procedere contra regulares tam in cauſis criminalibus, quam in civilibus. Et in dubio an ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiæ amplectenda eſt *i* opinio Eccleſiæ favens.

*i* c. fin. de ſen. & re jud.

## *RESOLVTIONES VARIÆ AD RELIGIOSOS ſpectantes.*

1. Qui in Societate vota ſimplicia emiſit ab eis abſolutus aliam religionem ingredi poteſt, *a* non obſtantibus conſtitutionibus, quæ prohibent ne profeſſi in aliis religionibus admittantur, quia non ſunt profeſſi, qui vota ſimplicia in Societate emittunt.

*a* F. Monach. in manuſcrip.

2. Donatus etiam ſi vota religionis emittat, non *b* eſt verè religioſus.

*b* Idem

3. Religioſus profeſſus expulſus à religione & per ſententiam prohibitus ne concionetur nec Confeſſiones audiat, & ſimilia, non poteſt *c* habilitari ab Epiſcopo ſed à Papa vel Nuncio. Si autem de facto habilitetur ab Epiſcopo per privilegium Pii V. tenet factum, quia non eſt improbabile.

*c* Idem

4. Qui gravatus eſt debitis ſi bonis cedat, ingredi religionem poteſt: *d* monaſterium autem de his quæ attulit bonis tenetur ſolvere creditoribus, non verò de acquirendis in religione etiam in ſocietate, in qua ante profeſſionem capax eſt religioſus dominii.

*d* Idem

5. Per ſententiam juſtam expulſus non tenetur *e* redire, & poteſt aliam religionem ingredi, ſi per ejus Conſtitutiones non eſt prohibitum.

*e* Navar. tit. de regul. conſ. 51.

6. Religioſus è Societate, qui iter agens tranſit per aliud collegium, & quod Deus avertat, incidit in reſervatum, abſolvi debet *f* à Confeſſario ordinario illius collegii cum onere comparendi Rectori collegii, ad quod iter agit.

*f* Comm. in Societate.

7. Miniſter, nec alius, qui abſente ſuperiore in ejus locum ſubſtituitur poſſunt *g* à reſervatis abſolvere, niſi cum

*g* Comm. in Societate.

onere

onere comparendi, vel cum per multos dies abſens eſt ſuperior.

*h* c. ſi quis de pœnit. & remiſſ. 8. Religioſus profeſſus tenetur *h* confiteri vel ſuperiori, vel ab eo aſſignato Confeſſario, & non alij, niſi facultate à Superiore obtenta.

*i* Conſtat. ex dict. c. ſi quis. 9. Prælatus *i* poteſt religioſo ſubdito iter agenti facultatem concedere, ut cum ſæculari vel religioſo alterius ordinis confiteatur.

*l* Vill. to. 1. q. 6. art. 2. num. 1. 10. Religioſus qui in prædiis religionis degit ad illorum culturam non *l* cenſetur eſſe extra clauſtra: quare ſi deliquerit non debet ab ordinario puniri, poſſet vero ſi eſſet in alio populo in erectione alicujus monaſterij, in quo conventualiter non vivitur, contrarium tenet Sà hoc verb. *num.* 53.

*m* Idem ex Card. Cong. 11. Religioſus ſine ſui Prælati licentia non poteſt *m* acceptare Epiſcopatum.

*n* Idem to. 1. q. 6. art. 2. nu. 23. 12. Religioſi Parochi non cenſentur *n* eſſe extra clauſtra, & ideo non debent puniri ab Epiſcopis, ſi delinquant.

---

# SECTIO *VI.*

## *Canones ſeptimæ Congregationis de dimittendis noſtræ Societatis religioſis.*

§ 1. QUi ad Societatis monaſterias idonei dimiſſionem ab ea nulla juſta adducti cauſa petunt, prætenſæ ſuæ dimiſſionis rationes cum propriæ manus ſubſcriptione Provinciali tradent addentque, nullas ſibi alias ſupereſſe. Quas Provincialis ſerio cum conſultoribus examinatis, judicioque ſui, & illorum addito ad Præpoſitum Generalem mittet, quas ſi non probaverit, perpetuum talibus ſub præcepto ſilentium indicat; non obtemperantes ob delicti qualitatem puniat publicè, etiam in publicis culpis animadverſione, certoque ſibi perſuadeant tales, ni ſuperioribus acquieſcant ſecuros ſe in conſcientia eſſe non poſſe, ſed mortali culpæ quamdiu illa animæ obſtinatione teneantur, ſubjacere.

§ 2. Imponitur præceptũ, lataq; inſertur ſententiæ excommunicatio Provinciali reſervata tam in illos, qui inconſulto Provinciali externos de dimiſſione ſua in conſilium adhibent, quam in illos, qui externorum auxilio, & interceſſione ad dimiſſionem à Superioribus impetrandam utuntur, addanturque pro Provincialis arbitrio pœnæ, longeque illis difficilior ad dimiſſionem pateat aditus.



Adverte hoc non eſſe intelligendum de novitiis, qui pro arbitrio ſuo poſſunt vel permanere, vel exire.

§. 3. Illis, qui ſola importunitate, cùm alia nulla juſta cauſa ſubſit, dimiſſionem depoſcunt, nulla inpoſterum niſi cum obligatione aliam religionem intrandi, in qua regularis vigeat obſervantia, concedatur, quod & patentibus inſeratur, ac non niſi rariſſime, & ob graviſſimas omnino cauſas permittendum ut liber ab omni votorum obligatione ad ſæculum redeat.

§. 4. Quicumque è cauſis aut non veris, aut ſi veris, è gravibus delictis, ea mente perpetratis dimiſſionem impetrarunt, certo ſibi perſuadeant nullo ſe modo tutos in conſcientia fore, omnemque hanc facultatem in conſcientiæ foro irritam, ac nullam eſſe, omnibusque ſe Apoſtatarum pœnis, ac cenſuris ſubjacere. Quæ res ſi in exteriori foro conſtiterit poterunt Superiores in illos tamquam viros Apoſtatas juxta Societatis privilegia, & ſacrorum canonum diſpoſitionem procedere.

§. 5. Qui ad dimiſſionem ſecretas obtendunt cauſas, quibus ſe ineptos ad religioſæ diſciplinæ, votorumque obſervationem contendunt, illas ipſi judicio Patris noſtri Provincialis & immediato ſuperiori ſuo, vel alteri indicare tenebuntur, quo rebus omnibus ſerio examinatis maturius, certiusque aliquid de neganda, vel concedenda dimiſſione ſtatuere P. N. poſſit; qui ſi renuant prædictis PP. ſecretas illas cauſas aperire omni obtinendæ dimiſſionis ſpe careant.

§. 6. Qui ob grave delictum publicum è Societate dimittuntur, pro culpæ prius qualitate ſuperiorum arbitrio puniantur, etiam incluſione ubi id uſus, & conſuetudo obtinuit.

§. 7. Profugientes à Societate, quo facilius dimiſſionem obtineant, nec Romæ facilè à P. N. audiendi, nec ſine pœna pro delicti qualitate Patris noſtri judicio in Provincia infligenda, dimittendi.

§. 8. Cùm is qui dimitti cupit, Superiorẽ decipit ad facilius conſequendam diſpenſationem, quam Superior non daret,

ſi ei ſciret veritatem, diſpenſatio votorum eſt nulla, & talis non eſt tutus in conſcientia. Si vero recurrat ad ſuperiorem, & is certus de deceptione diſpenſationem confirmet, dimiſſus ſolutus à votorum obligatione manebit.

§ 9. Si quis malitioſè veram cauſam dedit ut dimitteretur, & ſciens & prudens ſuperior diſpenſationem dederit, quia ob talem cauſam eum ineptum ad ſocietatem judicavit, valida erit diſpenſatio in favorem religionis, & pœnam delicti.

*APPENDIX De aliis ſingularibus.*

1. Orationes, & ſuffragia dicenda pro noſtris Fundatori-
Vide P. 53 in verb. Ingratitudo. bus, & benefactoribus ſolùm non obligant titulo gratitudinis, quia fundationes ſolum recipiuntur ut eleemoſynæ à fidelibus, nihilominus tamen, qui omnino immemor eſſet tanti beneficij, non eſſet in tuta conſcientia.

2. Provinciales poſſint illorum ſocij à reſervatis abſolvere, & Rectores Confeſſores ordinarij, niſi in reſervata ratione officij incidiſſent, in quo caſu abſolvendi ſunt cum onere comparendi coram Provinciali.

3. Si is, qui ſuperior non eſt confiteatur cum approbato Confeſſario ex noſtris, non tamen deputato ad audiendas noſtrorum Confeſſiones, & confeſſio ſit de re gravi licet non reſervata, non eſt valida Confeſſio, niſi fiat ex cauſa rationabili, & ex ratihabitione Superioris.

4. Religioſi cogi poſſint ad eligendum judicem Conſervatorem, quando aliquod debitum ab eis petitur, nec eſt judex, qui exequi poſſit.

His moralibus diſputationibus perutile erit Canonici juris regulas addere, ut lector ad manum habeat hæc vera principia, ex quibus quamplures poſſit concluſiones elicere.

*REGULÆ JURIS CANONICI EX DECRETALIBUS,*

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS

1. Omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.

V. BEDA *homil. 2.*

2. Facta, quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.

*Idem.*

3. Utilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur,

*Idem,*

4. Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum.

S. GREG.

5. Quod latenter aut per vim alias illicitè introductum eſt



eſt nullâ debet ſtabilitate ſubſiſtere.

*Idem.*

6. In ipſo cauſæ initio non eſt à quæſtionibus inchoandum.

S. STEPHANUS PAPA.

7. Quidquid in ſacratis Dei rebus, & Epiſcopis injuſtè agitur, pro ſacrilegio reputatur, quia ſacra ſunt & à quocumque violari non debent

S. AUGUSTINUS.

8. Qui ex timore facit præceptum aliter quam debeat, facit, & ideo jam non facit.

S. GREG. *in regiſtro.*

9. Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit, & paſtor neſcit.

LUCIUS III.

10. Indignum eſt, & à Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, ut pro ſpiritualibus facere quis homagium cõpellatur. Homagium eſt pactum fidelitet ſerviendi alicui domino.

*REGULÆ LIBRI SEXTI DECRETALIUM.*

BONIFACIUS.

1. Acceſſorium naturam ſequitur principalis.

2. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.

3. Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.

4. Bona fides nõ patitur, ut ſemel exactum iterũ exigatur.

5. Certum eſt quod is committit in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem.

6. Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius eſt interpretatio facienda.

7. Contractus ex conventione legẽ accipere dignoſcũtur.

8. Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus.

9. Cùm non ſtat per eum ad quem pertinet quominus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac ſi impleta fuiſſet.

10. Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo.

11. Cùm quid una via prohibetur alicui ad id, alia non debet admitti.

12. Cùm quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.

13. Cùm ſunt partium jura obſcura reo favendum potius quàm actori.

14. Damnum, quod quis ſuâ culpâ ſentit, ſibi debet non aliis imputare.

15. Decet beneficium conceſſum à Principe eſſe manſurũ.

16. Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.

17. Do-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

17. Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem.

18. Ea quæ fiunt à judice, ſi ad ejus non pertinent officium viribus non ſubſiſtant.

19. Eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

20. Ex eo quis non debet fructum conſequi, quod viſus extitit impugnare.

21. Exceptionem objiciens non videtur de intentione contrarij confiteri.

22. Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari.

23. Fruſtra fidem ſibi quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem à ſe præſtitam ſervare recuſat.

24. Generi per ſpeciem derogatur.

25. Ignorantia facti, non juris excuſat.

26. Imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum.

27. In alternativis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimplere.

28. In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.

29. In Generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veroſimiliter in ſpecie conceſſurus.

30. In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.

31. In malis promiſſis fidem non expedit obſervare.

32. In obſcuris minimum eſt ſequendum.

33. In pari delicto, vel cauſa potior eſt cõditio poſſidẽtis.

34. In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.

35. In re communi potior eſt conditio prohibentis.

36. In toto partem non eſt dubium contineri.

37. Indultum à jure beneficium non eſt alicui auferendũ.

38. Infamibus portæ non pateant dignitatum.

39. Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veroſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit.

40. Qui in jus ſuccedit alterius eo jure, quo ille, uti debebit

41. Is qui tacet non fatetur, ſed nec utique negare videtur

42. Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.

43. Mora ſua cuilibet eſt nociva.

44. Mutare conſiliũ quis nõ poteſt in alterius detrimentũ.

45. Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.

46. Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.

47. Non debet aliquis alterius odio prægravari.

48. Non



48. Non eſt in mora qui poteſt legitima exceptione ſe tueri.

49. Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum.

50. Non eſt ſine culpa qui rei, quæ ad ſe non pertinet, ſe immiſcet.

51. Non firmatur tractu temporis, quod de jure à priore non ſubſiſtit.

52. Non licet actori quod reo licitum non exiſtit

53. Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum.

54. Nullus ex conſilio dummodo fraudulentum non ſit, obligatur.

55. Nullus uti pluribus defenſionibus prohibetur.

56. Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.

57. Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.

58. Peccati venia non datur niſi correptis.

59. Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.

60. Plus ſemper continet in ſe quod eſt minus.

61. Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit.

62. Poteſt quis per alium quod poteſt facere per ſe ipſum.

63. Præſumitur ignorantia ubi ſcientia non probatur.

64. Privilegium Perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.

65. Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.

66. Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda.

67. Quæ contra jus fiunt debent utique pro infectis haberi.

68. Qui ad agendum admittitur, eſt multo magis ad excipiendum admittendus.

69. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.

70. Qui facit per alium eſt perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum.

71. Qui prior eſt tempore, potior eſt jure.

72. Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & contra.

73. Qui tacet conſentire videtur.

74. Quod alicui gratiosè conceditur non debet aliis trahi in exemplum.

75. Quod ob gratiam alicui conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.

76. Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.

77. Quod quis mandato facit judicis dolo facere non cenſetur cum habeat parere neceſſe.

78. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.

79. Ratihabitionem retrahi, & mandato non eſt dubium comparari.

80. Rationi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

80. Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

81 Ratum quis habere non poteſt quod ipſius nomine non eſt geſtum.

82. Scienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus.

83. Semel Deo dicatum non eſt amplius ad profanos uſus transferendum.

84. Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus.

85. Sine cauſa niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus.

86. Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.

87. Utile non debet per inutile vitiari.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIAE.

### R E L I Q V I AE.

a P. Azor. lib. 6. c. 8. b Comm. DD.

1. PRivato cultu poteſt a coli reliquia viri communiter pro ſancto habiti, qui creditur eſſe in cœlo.

2. Reliquias falſas objiciens adorandas pro veris peccat b mortaliter. Item qui utitur falſis vel veris pro turpi quæſtu, vel novis nondum approbatis ab Epiſcopo, aut utens reliquiis etiam veris vana obſervatione, vel ſuperſtitione.

c Dian. p. 3, tr. 2, reſ. 52.

3. Reliquiæ recenter inventæ ab Epiſcopo ſunt c approbandæ, ad quarum approbationem ſufficit moralis certitudo, nec eſt neceſſaria evidentia. Et Epiſcopus licet adhibeat in conſilium Theologos, non tenetur illorum ſequi ſententiam, quia non habent deciſivum ſuffragium, ſed tantum conſultivum. Et hanc approbationem poteſt facere extra diœceſim, quia non eſt actus contentioſæ juriſdictionis; ſed non poteſt populo adorandas proponere cultu publico, niſi fuerint ſancti canonizati, vel beatificati.

d Idem p. 5, tr. 5, reſ. 35.

4 In furto reliquiarum non poteſt d eſſe parvitas materiæ, gravitas autem non eſt penſanda ex quantitate tantum, ſed ex dignitate & raritate; unde furari minimam particulam ligni ſanctæ Crucis erit mortale, niſi devota ignorantia excuſetur.

RENVN-



### R E N V N C I A T I O.

1. Renunciatio facta ſponte à filio, & juramento confirmata etiam ſi enormiſſimè lædatur obligat a in foro interiori non verò in exteriori, quia dolus præſumitur.

a Vide Navar. c 17, n. 152.

2. De renunciatione beneficii, vide verb. *Beneficium*, & verb. *Ordo*.

### R E P E T I T I O.

1. Repetitio non datur a de dato ob delictum, nec ob actum turpem libidinis. Datur autem de amiſſo in ludo contra leges Hiſpaniæ.

a Navar. c 19, n. 19.

2. Repeti poteſt quidquid datur alicui ne faciat b quod non facere tenebatur: vel ut faciat, quod ex juſtitia, vel ex alia virtute facere debebat.

b Idem c. 17, n. 45.

### REPRESSALIAE.

1. Repreſſalias concedens, a vel extendens ad Eccleſiaſticas perſonas excommunicationem incurrit, niſi intra menſem revocaverit.

a Repreſſaliæ, id eſt, actiones pignorandi pro debito.

2 Concedens repreſſalias contra b clericum ob ſibi debita ſic judicans convenire non incurrit excommunicationem.

b Navarr. ubi ſup. c. 17, n. 156.

### RESIDENTIA.

1. Circa reſidentiam à Concilio Tridentino ſtatuta a ſunt ſequentia.

a Trid. ſeſſ. 6. de reſid. cap. 1.

2. Epiſcopus, vel ei ſuperior ſine juſta cauſa ſex menſes abſens ab Epiſcopatu amittat quartam partem: ſi alios ſex menſes alteram quartam partem; ſi ultra, denuntietur Papæ. Beneficiarii ſi cogantur reſidere, requiritur eorum præſentia perſonalis. Privilegium in abſentia percipiendi fructus nulli proſit niſi de rationabili cauſa ab Ordinario approbanda fuerit conceſſum, & tunc pro illius abſentia alius ab Epiſcopo ſubſtituatur cum ſtipendio aſſignato fructuum. Cauſa licita abſentiæ Epiſcopi approbetur à Papa, vel à Metropolitano, vel ab Epiſcopo antiquiore, à quo etiam Metropolitani approbentur. Abſentia ob bonum reipublicæ Epiſcopatui adjunctum licita eſt. Item abſentia Epiſcopi per duos, aut tres menſes ejus conſcientiæ relinquitur. Ultra hos abſens non retinet bona conſcientia fructus, nec debet frui eis. Quod etiam procedit ad Beneficiarios Curatos, qui ſi licitè, & cum licentia Epiſcopi abfuerint, provideatur pro eis alius ſubſtitutus cum debita mercede. Licentia ultra bimeſtre ſine cauſa gravi non detur.

3 Parochus ex juſta cauſa b poteſt abeſſe etiam ſine licentia in ſcriptis.

b Comm. DD.

4 Quod-

4. Quodlibet beneficium etiam tenue exigit reſidentiam, & peccat *a* mortaliter, qui non reſidet ſine juſta cauſa. Hæ poſſunt eſſe quinque. 1. Auditio Theologiæ, vel juris Pontificii ad quinquennium vel prælectio utriuſque quamdiu duraverit. 2. Obſequium Epiſcopi, vel Eccleſiæ. 3. Obſequium Papæ. 4. Legitima licentia 5. Conſuetudo honeſta.

*a* Navar. c. 25, n. 121.

5. Reſidentia Epiſcopi, vel Parochi eſt *d* de jure divino.

*d* Idem ubi ſup.

6. Capellani Regis abſentes faciunt fructus ſuos ex privilegio.

7. Major abſentia permittitur Dignitatibus, & Canonicis, quam Parochis.

8. An vero fructus per non *e* reſidentiam amiſſi ſint reſtituendi ante judicis condemnationem, alii negant, alii ajunt probabilius, quia id Tridentinum videtur innuere.

*e* Idem ubi ſup.

9. Qui non reſidet tenetur per alium tot Miſſas celebrare quot tenebatur reſidens.

---

# DISPVT. II. SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIÆ,

## *RESTITVTIO.*

### *De reſtitutionis definitione.*

1. REſtituere *a* eſt aliquem iterato ſtatuere in poſſeſſionem, vel dominium rei ſuæ. Vel ut brevius definiatur: eſt actus juſtitiæ commutativæ, quo damnum proximo datum reficitur ad æqualitatem.

*a* D. Th. 2. 2. q. 62, art. 1.

2. Eſt neceſſaria ad *b* animæ ſalutem, & obligat per modum præcepti, & hoc præceptum eſt de jure naturali divino obligans ſemper, & pro ſemper ad non detinendum alienum; & ideo qui poteſt, & non reſtituit continuo peccat.

*b* Aug. epiſt. 54, refertur in c. ſi res aliena 14, q. 6.

*EX QVA RADICE oriatur reſtituendi obligatio.*

3. Oritur *c* ex duplici radice, ex injuſta ſcilicet acceptione, & ex re accepta; & inter hæc eſt maximum diſcrimen, quia obligatio orta ex injuſta acceptione obligat, etiam ſi res perierit; illa vero, quæ oritur ex re accepta non durat, ſi res ſine culpa perierit.

*c* D. Tho. 2. 2. q. 62, art. 6.

4. Oritur etiam ex contractibus ad ſolutionem, ut emptione, & mutuo, & aliis.

QVÆ



*QVÆ CVLPA reſtituendi obligationem inducat? Vide verbum* Culpa.

5. Qui habet obligationem ex vi officii tenetur de dolo, lata culpa, & levi, ſed non de leviſſima, & ſunt *d* qui dicant non teneri de levi. Unde Advocatus, & Judex, qui erat in apicibus juris non tenentur *e* reſtituere.

*d* Leſſi l. 2. de juſt. c. 7, dub. 7
*e* Navar. conſ. 4, 2. 6, lib. 5.

6. Qui gratis, & ſine ſtipendio officium obit, non tenetur niſi de dolo, & lata culpa. Unde Confeſſarius, qui ex ſola charitate, vel obedientia Confeſſiones audit, non tenetur niſi de dolo, & lata culpa; & tunc dicetur latam culpam habere, quando advertit rem dubiam eſſe an obligatio ſit, *f* vel non ad reſtituendum, & neque interrogat, neq; ſtudet, & ideo errat.

*f* Rebel. de juſt. 2, p. 1, 19, q. ult.

7. Cum obligatio oritur ex delicto, non tenetur qui damnum intulit niſi ex *g* dolo, vel lata culpa, non vero ex levi, vel leviſſima ſecundùm probabiliorem ſententiam, licet in foro exteriori damnetur pro leviſſima.

*g* Panor. in c. ſicut dignum de homic.

8. Idem dic quando damnum à ſervis, & animalibus ſine culpa domini *h* illatum fuit.

*h* Moll. to. 3, diſp. 713.

9. Naucleri, caupones, & ſtabularii qui depoſitas res ſtipendio cuſtodiunt, tenentur in foro exteriori etiam de leviſſima ex quadam lege. *i*

*i* Vill. to. 2 tra 1, dif. 4

10. Qui damnum intulit ex ignorantia concomitante, ut qui inimicum occidit putans eſſe feram, quem nihilominus occideret, ſecundum probabiliorem *l* non tenetur reſtituere.

*l* Comm. DD.

*AN QVI DAMNVM fecit, quod alteri imputatur teneatur reſtituere.*

11. Cum damnum factum à Joanne Petro imputatur, ſumptus factos à Petro, quos Joannes facere debebat, tenetur *m* Petro reſtituere.

*m* Vide Navar. c. 21, 15, nu. 17.

12. Si cum damnum fecit, ſcivit, vel ſcire debuit Petro imputandum fore, tenetur *n* reſtituere Petro damna omnia, quæ propterea paſſus eſt.

*n* Idem ubi ſup.

*QVÆ PERSONÆ ad reſtitutionem teneantur?*

13. Cum damnum ſecutum non eſt, non eſt reſtituendi *o* obligatio.

*o* Comm. DD.

14. Novem perſonæ reſtituere tenentur *p* ratione acceptionis injuſtæ, quæ his carminibus continentur.

*p* Vide D. Th. 2. 2. q. 62, art. 7.

*Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.*
*Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans,*

15. Ratihabitionem retrahi, & mandato non eſt dubium compa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

comparari. Hoc eſt verum in contractibus, & delictis quoad pœnam, & quoad culpam, non verò quoad *q* reſtitutionem, quia in damnum non influit.

*q Leſſ. l. 2. de juſt. c. 13, dub. 1. n. 13.*

16. Qui ſubditis juſſit damnum facere, non ſolum *r* tenetur ſatisfacere damnum accipienti, ſed etiam ipſis ſubditis, quibus injuriam fecit talia mandando, & tenetur reſtituere damna, quæ propterea paſſi ſunt.

*r Rebel. de juſt 1. p. lib. 2. q. 14 & 15,*

17. Qui revocat mandatum non *ſ* tenetur de damno, nec qui revocat conſilium falſum declarando veritatem, ut qui conſuluit bellum aſſerens eſſe juſtum cum eſſet injuſtum, & poſtea revocavit falſitatem.

*ſ Leſſ. ubi ſup.*

18. Qui facit quantum in ſe eſt, ut diſſuadeat ei cui damnum facere conſuluit, non tenetur *t* reſtituere ſecundum probabiliorem ſententiam.

*t Suar.*

19. Qui conſulit minus damnum parato facere majus, non tenetur reſtituere; niſi *u* conſulat faciendum alteri de quo fur non cogitabat.

*u Leſſ. ubi ſup. n. 21,*

20. Idiota, qui bona fide conſuluit, non tenetur *x* damnum reſtituere, niſi ſe doctum eſſe finxerit, vel ſciens ſe doctum eſſe reputatum, & ideo conſultum, non declaravit ſe eſſe illiteratum.

*x Rebell. ubi ſup.*

21. Qui conſentit in damnum, quando conſenſus eſt cauſa damni, tenetur reſtituere; ſecus verò quando conſenſus non eſt cauſa damni, ut qui ſuffragium dat indigno poſt factum damnum ab aliis ſuffragiis, niſi hæc poſſit *y* revocare, vel conveniant omnes ad damnum faciendum confœderati.

*y Leſſ. l. 2. c. 18. dub. 8. n. 47,*

22. Qui ignorant an reliqui injuſtè ſuffragia laturi ſint, & etiam ſi hoc certo ſciant cùm ſuffragia ſecreta ſunt, reſtituere *z* tenentur damna ſive primi, ſive poſtremi ſuffragia ferant.

*z Comm. DD.*

23. Qui facinora progenitorum alicujus laudans, illum ad faciendum damnum aliquod provocat, reſtituere *a* tenetur.

*a Comm. DD.*

24. Qui recipit malefactorem ut tutius crimen committat, & arma, vel res furto habitas cuſtodit, reſtituere *b* tenetur. Secus verò ſi poſt illatum damnum illum recipit ut hoſpitem vel amicum.

*b Comm. DD.*

25. Omnes, qui adjuvant, vel aliquo modo influunt in damnum faciendum reſtituere *c* tenentur. Advertendum tamen an actio ſit intrinſecè mala, & continens injuſtitiam; ſi enim non eſt intrinſecè mala, poteſt ex juſta cauſa excuſari. & à peccato, & à reſtitutione: & ideo ancilla ſternens lectulum meretrici non peccat, nec famulus numerando pecuniam à Domino uſuris acquiſitam; peccabit tamen, & reſtituere tene-

*c Reb. de juſt 1. p. lib. 1. q. 14. n. 13.*



tenebitur, ſi illam exigat à mutuatario, quia hoc eſt intrinſecè malum.

26. Qui non habet ex officio impedire damnum alterius, non *d* tenetur cum gravi damno proprio, etiam ſi ſtipendium acceperit; tenebitur autem cum damnum proprium non eſt grave, & damnum proximi eſt notabile.

*d Idem ubi ſup. num. 16.*

27. Qui dubitat facta diligentiâ debita an ipſe damno cauſam dederit, non tenetur *e* reſtituere ſecundùm probabiliorem.

*AN NECESSARIUM ſit, ut quis teneatur reſtituere, quod ſit damni cauſa, ſine qua non?*

*e Vide Mol. de juſt. to. 3. diſ. 736. num. 4.*

28. Qui occidit eum quem alius occiſurus erat, vel furatur quod alius furaturus erat, nihilominus reſtituere *f* tenetur.

29. Cùm quis ita erat animo determinatus ad damnum inferendum, ut etiam ſi nullum ei daretur conſilium inferret tamen, reſtituere non tenetur qui conſilium dedit.

*f Idem de juſt. to. 3. ubi ſup. num. 5.*

30. Qui conſulit damnum vel conſilio, vel auxilio, influit in illud, quod nihilominus faciendum erat conſilio, vel auxilio alterius reſtituere *g* tenetur.

*g Comm. DD.*

31. Qui caſu vidit ſcalam poſitam à fure, & illam tenuit, ut aſcenderet; aſcenſurus nihilominus ſine adjutorio illius; non tenetur *h* reſtituere propter levem influxum.

*h Molin. ubi ſupra.*

*DE CUSTODIBUS ac publicis miniſtris, & quando teneantur ad reſtitutionem?* Vide verb. *Cuſtos*.

32. Cum diſſimulant res in quibus ſolum eſt pœna ſine damno, licet peccent mortaliter non tenentur *i* reſtituere ſecundùm probabiliorem ſententiam. Cùm autem pœna ſolùm eſt corporalis non manent miniſtri ad illam, nec ad ejus reſtitutionem obligati.

*i Idem ibidem.*

33. Cum faciunt injurias, vel extorquent indebita *l* tenentur ad reſtitutionem.

*l Mol. to. 3. diſp. 719. n. 5.*

*QUEM ORDINEM in reſtitutione facienda ſervare debeant, qui damnum intulerunt?*

34. Omnes qui ſimul ad totum damnum inferendum convenerunt in ſolidum reſtituere *m* tenentur: & qui ad partem, partem.

*m Comm. DD.*

35. An milites, qui urbem ſpoliaverunt *n* teneantur in ſolidum, vel ad ſolam partem damni, quod fecerunt alii ajunt, alii *o* negant. Affirmativa videtur probabilior.

*n Comm. DD.*

*o Leſſ. lib. 2. de juſt. c. 13. dub. 4.*

36. Qui rem furatam tulit præcipuè eſt ad reſtitutionem *p* obligatus, qua facta reliqui liberantur. In hujus defectu tenetur, qui damni principalis cauſa fuit, vel mandando, vel exhortando, quo reſtituente cæteri liberantur.

*p Comm. DD.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

37. Dominus ſervi, qui alium ſervum occidit in conſcientia nihil reſtituere *q* tenetur, niſi poſt condemnationem.

38. Cum multi æqualiter ad damnum concurrunt, ſinguli tenentur ad partem; ſed aliis reſtituentibus tenentur *r* in ſolidum non ei tamen qui in ſolidum reſtituit tenentur ſinguli ſuam partem reſtituere.

*q* Rebel. de oblig. juſtit. *r* D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 6.

39. Si tamen nullus alium adjuvit, nec fuit cauſa, ut concurrerent, ſolum tenentur ad ſuam partem.

40. Bene poteſt creditor uni, & non alteri partem remittere.

---

# SECTIO II.

## *QUAM RESTITUENDI OBLIGATIONEM habeat, qui rem alienam bona fide poſſidet.*

1. STatim, ac ſcit rem alienam eſſe *a* tenetur reſtituere, niſi legitima præſcriptione rem ſuam fecerit. Si autem dubitat an res ſit aliena, tenetur diligenter inquirere. Quod ſi adhuc poſt inquiſitionem dubius eſt, non tenetur ad reſtitutionem.

*a* L. fin. de debito c. de tr. vend.

2. Qui bona fide rem alienam conſumpſit ſolum ad id *b* tenetur, in quo ditior factus eſt. Unde, qui rem etiam lata culpa amiſit non *c* tenetur reſtituere. Si autem alteri illam donavit tenetur eum monere alienam eſſe, & ſi ex ea fructus percepit, tenetur eos reſtituere in quantum *d* ditior factus eſt. Idem dic de fructibus induſtrialibus.

*b* D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 6. *c* Reb. ubi ſup. lib. 2. q. 4. *d* Idem ubi ſup. q. 4. n. 10.

3. Qui bona fide rem alienam vendidit, quam ipſe a fure ignorans emerat, ſi poſt venditionem cognovit rem furto habitam fuiſſe, non tenetur *e* emptorem, nec dominum rei admonere, ſi ex eo, ſibi damnum timet, vel judicat pretium non eſſe recepturum. Si vero poteſt recuperare pretium rei, tenetur emptori reddere pecuniam acceptam, & ipſe tenetur rem venditori reddere, quam poteſt ille furi reddere, ſi aliter pretium recuperare non ſperat. Sunt tamen viri docti, qui hoc ultimum licere negant.

*e* Vide Leſſ. ubi ſup.

4. Debitor moroſus qui potuit ſine gravi damno debitum ſolvere tempore aſſignato, *f* tenetur de damno & lucro ceſſante.

*f* D. Th. 2. 2. q. 62. art. 4.

QUANTUM



*QUANTUM debeat reſtituere qui rem alienam malâ fide accepit?*

5. Tenetur *g* non ſolum rem, ſed naturales fructus ejus reſtituere.

*g* Sil. verb. reſt. 1. q.

6. Qui ſcit rem eſſe alienam non ſatisfacit *h* pretium rei reſtituendo, ſed rem ipſam ſi poteſt ſecundum æſtimationem, quam habebat, cum illam accepit, ſi tunc culpabiliter illam non reſtituit.

*h* Vill. tr. 11. d. 5. n.

7. Etſi res pereat etiam ſine culpa ſua *i* debet eam Domino reſtituere, niſi in poteſtate Domini æqualiter eſſet peritura. Si autem res durat, etiam ſi in poteſtate Domini eſſet peritura, eam reſtituere tenetur.

*i* Idem ibidem n. 6.

8. Sumptus factos, & meliorationes *l* poteſt ſibi retinere malæ fidei poſſeſſor, ut ſi domum refecit, & melioravit, ſed debet etiam injuriam recompenſare.

*l* Covar. reg. peccatum n. 2.

*CUI RESTITUTIO facienda ſit?*

9. Qui rem accepit ab injuſto poſſeſſore, eam vero Domino reſtituere *m* tenetur, ſi aliunde poteſt pretium quo illam emit recuperare.

*m* Comm. DD.

10. Si rem à juſto poſſeſſore accepit illi eſt reſtituenda, & in dubio ei *n* reddenda, qui eam poſſidebat.

*n* c. ex litteris de reſt. ſpolier & in dubiis nô eſt præſumendum delictum.

11. Si fictus pauper eleemoſinam accepit, vel danti, vel veris pauperibus *o* debet reſtituere.

*o* Ex l. ſi per errorem ff. de jurisd. omn. judic.

12. Cum Dominus rem petit tempore, quo ei perniciosa erat, non eſt *p* reddenda. Si tamen petit pecuniam juridice etiam ſi ſcias eam conſumpturum eſſe vivendo luxuriose, illam reddere debes, niſi ſit in *q* damnum tertii.

*p* D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 1. *q* Vill. tr. 11. diff. 4. n. 4.

13. Cum rei Dominus facta diligentia non poteſt inveniri *r* danda eſt pauperibus, vel operibus piis, quod eſt *ſ* de jure poſitivo.

*r* D. Tho. ubi ſup. *ſ* c. cum tu de uſur.

14. Si dubium ſit inter duos, quis ſit verus Dominus, inter eos *t* dividenda eſt.

*t* Villal. ubi ſupra.

15. Si de Domino non conſtat, conſtat autem de loco, ibi pauperibus *u* danda eſt.

*u* Idem

16. Mortuo Domino *x* danda eſt hæredibus, ſi autem hæredes non ſint, detur pauperibus.

*x* Comm. DD.

17. Cum obligatus ad reſtitutionem faciendam pauperibus ipſe pauper eſt, poteſt *y* ex Confeſſoris conſilio ſibi partem, vel totam retinere.

*y* Comm. DD.

18. Cum res pauperibus bonâ fide data fuit, ſi compareat Dominus nihil ei *z* reddendum eſt.

*z* Ex reg. 81. de reg. jur. in 6.

19. Cum Dominus abeſt in regione longinqua, nec reditus ſperatur, & rem mittere difficile eſt, *a* reddenda hæredibus

*a* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

bus & in horum defectu pauperibus, vel Miſſæ pro eo dicendæ ſunt.

20. Qui habet bona pauperibus diſtribuenda, *b* poteſt Capellaniam fundare pro Domino, & ſibi jus patronatus reſervare.

*b* Henriq. lib. 6. de indulg. c. 21, n. 1,

21. Qui à Religioſo injuſte accepit rem, qua ille cum licentia utebatur, ipſi religioſo eam redditurus *c* eſt Si autem accepit ob turpem cauſam, non ipſi, ſed Prælato reddenda eſt.

*c* Comm. DD.

22. Cum tuus creditor debet alteri propter eamdem cauſam propter quam tu debes ei, & debitum eſt liquidum, ſatisfacis *d* ſolvendo creditori tui creditoris, ut ſi conduxiſti domum à Petro, qui illam conduxit à Joanne *e* ſatisfacis ſolvendo Joanni.

*d* Rebell. ubi ſupra. ſec. 3 n. 10, *e* L. ſicum præf. ff. de conſt. pecu.

23. Cum autem debes ex cauſa diverſa Petro, propter quam Petrus debet Joanni non ſatisfacis ſolvendo Joanni ſecundum probabiliorem ſententiam. Si autem certo ſcires Joannem numquam rem ſuam aliter recuperaturum, *f* teneberis ſecundam ſequi ſententiam.

*f* Leſſ. lib. 2, c. 10, n. 60,

*CVI RESTITVENDA ſunt bona monſtrenca?* Vide verb. *Monſtrenca bona*

*AN RESTITVENDVM ſit quod accipitur ob turpem cauſam?*

24. Qui promiſit aliquid ob turpem cauſam antequam executioni mandetur, tenetur *g* contractum reſcindere.

*g* Comm. DD.

25. Qui aliquid accepit ob malum faciendum, & non facit, tenetur *h* acceptum reſtituere danti.

*h* Navar. in ſum. c. 17, n. 30,

26. Cum datur illicitè, ſed *i* recipitur licitè non eſt obligatio reſtituendi.

*i* Comm. DD.

27 Cum recipitur, quod valorem non habet, vel recipitur per ſimoniam, reſtitui debet

28. Quod accipitur injuſte contra voluntatem dantis debet reſtitui, ut quod extorquetur à judicibus, vel illorum miniſtris Idem *l* dic de dato per fraudem, vel metum.

*l* Rebel. ubi ſup. q. 16, n. 4,

29. Quod datur propter opus turpe, ſed ſine injuria alterius, non eſt *m* reſtituendum. Idem dic de meretrice, & vide verbum *Meretrix*.

*m* L. idem parag. ſed quod meretrix, ff. de cond. ob turp. cauſ.

30. Quod promittitur ſcurris, ut injurias ſuſtineant *n* ſolvendum eſt.

*n* Comm. DD.

31. Quod recipitur ob cauſam turpem in qua eſt damnum tertii ſpectato ſolum jure naturali non eſt *o* reſtituendū, ſed de jure poſitivo in foro exteriori acquiritur fiſco, vel ut alii ajunt pauperibus, vel tandem ut alii, ei qui injuriam accepit. An vero hæc reſtitutio facienda ante vel poſt condemnationem

*o* Villal. ubi ſup.



nem non convenit inter DD. probabilius videtur non obligare ante obligationem.

*AN RESTITVENDVM ſit quod accipitur propter opus bonum, quod quis alias facere tenebatur? vel propter malum quod non facit?*

32. Quod quis accepit ob opus bonum quod ex juſtitia facere tenebatur reſtituere *o* tenetur. Si autem ex ſola charitate non tenetur ſecundum probabiliorem.

*o* L. 2. ff. de cond. ob turp. cau.

33. Cum quis dat pretium alicui, ut faciat bonum vel omittat malum, quod illius non intereſt, cenſetur donare, & ideo accipiens non tenetur *p* reſtituere

*p* Leſſ. de juſt. lib. 2, c. 14, n. 69,

34. Qui rem alterius amiſſam invenit non poteſt aliquid pro inventione accipere niſi ſit conſuetudo, promiſſio, aut lex, *q* ut in accipitre.

*q* L. 5. tit. 61, ordinat.

*VBI FACIENDA eſt reſtitutio, & cujus ſumptibus?*

35. Qui injuſte rem accepit eam tenetur reddere creditori propriis expenſis, & ubi creditor eſt Si autem Limæ res accepta eſt & creditor Hiſpaniam petivit ſumptibus creditoris illius *r* portanda res eſt.

*r* Villal. ubi ſup. diſ. 18 n. 1,

36. Qui juſte rem accepit ibi *ſ* tenetur reſtituere ubi accepit, niſi fuerit mora, vel pactum aliter faciendi.

*ſ* Comm. DD.

37. Cum ſumptus faciendus in mittenda re vel æquat, vel excedit principale, ſi poteſt fieri admoneatur *t* creditor, ſi non poteſt & fuit juſta acceptio, detur pauperibus vel operibus piis. Si acceptio fuit injuſta, mittatur accipientis expenſis *u* ſecundùm probabiliorem ſententiam, vel ſententiam benigniorem *x* detur pauperibus.

*t* Villal. ubi ſup. num. 3, *u* Idem ibidem. *x* Idem ibidem.

38. Si res ab injuſte accipiente miſſa perit in via ipſi *y* perit. Si à juſte accipiente miſſa per virum fidelum Domino perit.

*y* Comm. DD.

*Quomodo reſtituendum ſit?*

39. Cum creditor ſponte debitum remittit non eſt *z* reſtituendi obligatio.

*z* Comm. DD.

40. Cum delictum eſt occultum, res occultè reſtituenda *a* eſt per tertiam perſonam.

*a* Vill. diſ. 19, n. 2.

*AN OBLIGATVS ad reſtitutionem ſtatim illam facere teneatur, vel poſſit illam differre.*

41. Qui ad reſtitutionem tenetur *b* ſtatim ſi poteſt, debet reſtituere, vel à creditore dilationem impetrare.

*b* D. Tho. 2. 2. q. 62. n. 8.

42. Dum non reſtituit, qui poteſt, eſt in actuali peccato, & toties peccat quoties habens animum reſtituendi illum revocat. Dum autem perſeverat ſine interruptione in eodem non reſtituendi propoſito, unum tantum peccatum continuatum *c* committit cum tali circumſtantia illud aggravante.

*c* Vide Vill. ubi ſupra diſ. 20,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

43. Cum quis non poteſt bona temporalia reſtituere ſine periculo vitæ, vel infamiæ, non tenetur. *d*

44. Cum creditor, & debitor ſunt in neceſſitate extrema non eſt obligatio reſtituendi.

45. Cum debitor patitur grave damnum, quia multum ab eo eſt reſtituendum, non *e* excuſatur. *f*

46. Cum debitor male acquiſitis ad honorabiliorem gradum aſcendit etiam cum detrimento illius reſtituere tenetur. *g*

47. Qui non poteſt reſtituere ſine magno detrimento rei familiaris vel proprii ſtatus juſte acquiſiti, poteſt *h* ſolutionem differre; ſed debet ſumptus coarctare. Quod non procedit cum creditor eſt in eadem, vel æquali neceſſitate.

48. Cum debitor non poteſt omnibus creditoribus ſatisfacere, & habere expectat poſt aliquod tempus, poteſt *i* ſolutionem differre.

49. Regulariter loquendo non *m* debet artifex, artis inſtrumenta vendere ut reſtituat.

50. Qui ſine culpa ſolutionem differt non *n* tenetur damnum reſtituere.

51. Qui facit bonorum ceſſionem, tenetur *o* ut antea ſi poteſt reſtituere. Idem dic de eo, qui facit litem creditorum, ſi vero ſuorum bonorum valorem fideliter declaraverit, & ſumptus ſuperfluos excidet, tutus in conſcientia erit.

52. Cum reſtitutio perniciosa creditori, vel alteri futura eſt, poteſt *p* differri.

53. Creditorem excommunicatum eſſe non excuſat *q* à ſolutione.

*AN RES inferioris Ordinis reſtituendæ ſint cum amiſſione rerum ordinis ſuperioris.*

54. Regulariter loquendo reſpondetur *r* negative.

55. Fama, & honor, quæ ex virtute naſcuntur præferuntur *ſ* etiam vitæ omnium rerum pretioſiſſima.

56. Adultera, & quæ ſuppoſuit filium non tenentur *t* reſtituere cum periculo infamiæ.

*d* Comm. DD.
*e* Vide Leſ. lib. 2. de juſt. c. 16. dub. 1. num. 7.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. Theologorum.
*h* Comm. DD.
*i* Sil. verb. reſt.
*l* arg. l. fin. C. qui bon. cedere poſſint.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* l. 4. ff. de ceſſ. bon.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Vide Navar. in ſum. c. 17. num. 91.
*ſ* Comm. DD.
*t* Comm. DD.

SECT.



# SECTIO III.

## *DE ORDINE SERVANDO IN ſolutione facienda, quando plures ſunt creditores.*

1. Cum poteſt debitor omnibus creditoribus ſatisfacere ordinem non *a* tenetur ſervare.

2. Leges humanæ circa hunc ordinem ſervandæ *b* ſunt etiam in interiori foro ſecundum communem ſententiam; licet ſint qui dicant ſolùm obligare in foro exteriori.

3. Debita certa incertis *c* præferenda ſunt. Et idem dic cùm debitum eſt certum, creditor autem incertus, in quo caſu piis operibus, vel pauperibus dandum eſt.

4. Quando res eſt in propria ſpecie, & dominus ignoratur danda *d* eſt pauperibus, & non creditoribus.

5. Inter debita certa prius ſolvenda *e* ſunt quæ manent in propria ſpecie.

6. Qui rem vendidit, & pretium ejus nondum accepit, etiamſi fidejuſſorem acceptaverit, ſi res in ſpecie maneat, aliis creditoribus præferendus eſt *f* ſecundum probabiliorem.

7. Inter alia debita primo loco ſumptus funeris *g* ſolvendus eſt, in hoc tamen non ſunt conſumenda bona aliena, quæ extant in ſpecie.

8. Inter creditores præferendi *h* ſunt, qui habent actionem realem in bona hypothecata, quæ ſint hæc bona vide in Villalobos.

9. Inter hypothecas regulariter loquendo præferendæ *i* ſunt priores.

10. Bona paraphernalia uxoris non habent prælationis privilegium.

11. Hypotheca tacita dotis præfertur *l* aliis tacitis, non vero expreſſis anterioribus. An vero expreſſa dotis præferatur expreſſis anterioribus, alii negant, alii ajunt probabilius.

12. Debita privilegiata præferenda ſunt etiam ſi creditor non compareat, & facta diligentia pauperibus reddenda *m* ſunt, vel fiat compoſitio per Bullam, ſi bona non ſufficiant ad alia debita ſolvenda.

13. Hypotheca generalis anterior *n* præfertur ſpeciali poſteriori.

*a* Comm. DD.
*b* Mol. de juſt. to. 1. diſp. 760.
*c* Comm. DD.
*d* Comm. DD.
*e* l. procuratoris parag. plane ff. de trib. act. l. cum fundum parag. ſervum, ff. & certum pet.
*f* l. 1. ff. quibus cauſis pignus &c. & l. penul. ff. de relig. & ſump. funer.
*h* Vill. ubi ſup. & l. pro debito C. de bon. auct. jud. poſſ.
*i* Comm. DD.
Ex Covar. lib. 1. var. c. 7. 4.
*l* Comm. DD.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

14. Inter creditores non habentes actionem realem bona dividenda ſunt pro rata.

a Comm. DD. Ex Mol. ubi ſupra diſp. 516.

15. Diligentiori *a* poteſt prius ſolutio fieri, etiam ſi debitum poſterius ſit, & poteſt etiam in foro interiori juſte retinere, quamvis reliqua bona non ſufficiant ad reliqua debita ſolvenda. Quod noſter Moſtus etiam verum eſſe aſſerit quamvis alij creditores ſint privilegiati, dummodo non habeant hypothecam.

p Villal. ubi ſupra dif. 14. n. 19.

16. Probabilis, & pia *p* ſententia eſt excuſatum eſſe, qui prius ſolvit in neceſſitate conſtituto, aliter autem non poteſt debitor ordinem prævertere.

q Idem ubi ſupra num. 11.

17. Mercator antequam faciat bonorum ceſſionem *q* poteſt ſolvere cui maluerit, non autem poſt ceſſionem, vel habens jam animum illam faciendi, vel in ſtatu ad id cogente,

r Leſſ. lib. 2. c. 15. dub. 3. nu. 16.

18. Debita certa perſonalia pro rata *r* ſolvenda ſunt ſive procedant ex delicto ſive non. Sunt tamen qui aſſerunt quæ ex delicto procedunt eſſe præferenda; alij è contrario anteponũt juſte contracta, ſed prima ſententia videtur probabilior.

ſ Idem ubi ſupra dub. 6.

19. Valde probabile & ratione congruum eſt ut debita perſonalia prius contracta, prius *ſ* ſolvantur, quod in conſcientia tutum eſt.

*DE SPIRITVALIVM bonorum reſtitutione.*

t Silv. verb. reſt. 391.

20. Qui alium ad peccandum inducit non tenetur *t* reſtituere ratione juſtitiæ, tenebitur aliquando ratione fraternæ correptionis. Sunt tamen qui dicant teneri ex juſtitia illum ad meliorem frugem revocare.

u Villal. ubi ſupra dif. 11. n. 4.

21. Qui per metum, vim, aut fraudem alium ad peccatum inducit reſtituere tenetur *u* ſecundum probabiliorem ſententiam. Sed hæc reſtitutio non eſt facienda in bonis temporalibus, niſi damnum fuerit temporale.

x Idem ubi ſupra num. 7.

22. Qui habens docendi officium falſa docet, tenetur *x* reſtituere. Quod ſi ex invincibili ignorantia docuerit illa, cum primum falſitatem cognoverit, tenetur reſtituere.

y Comm. DD.

23. Qui ſcit aliquam artem ſpecialem quam alij ignorant, & qua ipſe victum quærit, non tenetur *y* eam alios docere, ni ſit ars neceſſaria utilitati publicæ.

*QVI RETRAHIT aliquem ab ingreſſu religionis, vel jam ingreſſum extrahit ab ea, an teneatur reſtituere?*

z Villal. ubi ſupra dif. 26. nu. 1.

24. Qui ſine metu, vi, aut fraude alium diſſuadet à religionis ingreſſu non *z* tenetur reſtituere, nec peccat ſi hoc faciat ob bonum finem.

a Comm. DD.

25. Qui vi aut fraude novitium à religione extraxit, *a* tenetur illum monaſterio reſtituere, non tamen pro eo ingredi religionem.



b Vill. ubi ſup. nu. 5.

26. Qui religioſo profeſſo ſine vi, aut fraude apoſtatare ſuaſit, non tenetur reſtituere. Si tamen vi, aut fraude, ipſi apoſtatæ, & monaſterio damna reſtituere *b* tenetur.

*QVÆ OBLIGATIO reſtituendi ſit, quoad damnum temporale ei, qui alium occidit, mutilavit, vel percuſſit.*

c Comm. DD.

27. Tenetur reſtituere expenſas curationis vulnerum, lucrum ceſſans, & alia damna ſecuta.

d Comm. DD.

28. Servum alienum inutilem percuſſione reddens *d* tenetur reddere Domino ſervi valorem, & ſervo alimenta.

e Vide Leſſ. lib. 2. de juſt. c. 9. dub. 19.

29. Etiam ſi occiſor capite damnetur à judice, hæredes illius *e* tenentur omnia damna ſolvere, & eis, quos occiſus alebat alimenta præſtare ſecundum arbitrium boni viri, & tempus vitæ defuncti duraturæ.

f L. liber homo ad l. Aquil. Vide Leſſ. ubi ſupra.

30. Debita occiſi non ſunt *f* ab occiſore ſolvenda, niſi ob eum finem fuerit occiſus.

*AN QVI alium occidit, vel percuſſit reſtituere teneatur damnum naturale.*

g c. 1. de injuriis.

31. Si à judice punitus fuit, damnum naturale reſtituere *g* non tenetur, alias autem tenetur ſecundum probabiliorem.

*QVAM OBLIGATIONEM habeat, qui provocatus ad duellum, vel ob ſui defenſionem alium occidit.*

h Comm. DD.

32. Si ambo ſponte exierunt ad duellum ſe invicem provocantes, nullam *h* tenentur facere reſtitutionem, nec poteſt ab hærede defuncti peti.

i Comm. DD. l Villal. ubi ſupra dif. 16.

33. Cum unus eo ſolum exiit, quia aliter infamiam vitare non poterat, provocans ad *i* illum ad reſtitutionem tenetur, non vero *l* provocatus.

34. Qui potuit ſe defendere non occidendo, nec percutiendo ſi occidat, vel percutiat ad reſtitutionem *l* tenetur.

m Comm. DD.

35. Qui alium occidit ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ad nihil *m* tenetur.

*DE RESTITVTIONE ratione ſtupri, adulterij, & aliarum actionum iniuriæ?*

*QVAM OBLIGATIONEM habeat, qui virginem defloravit?*

n Rebel. de juſt. 2. p. li. 2. q. 4

36. Si ſponte ipſa conſenſit ſine vi, aut fraude in foro interiori nulla eſt reſtitutio *n* facienda, in exteriori autẽ obligatur. Cum autem puella eſt pauper, & defloratur à divite



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

etiam conſentiens ſecundùm probabiliorem opinionem, debet ei dare *o* partem dotis, quia ſub hac tacita conditione conſentit.

*o* Villal. ubi ſupra diſ.10.

37. An patri puellæ aliquid reſtituendum ſit quando ipſa in ſtuprum conſenſit, alii ajunt, alii negant *p* etiam quoad honorem ablatum.

*p* Thom. Sanch. de matrim. l.7, diſp.14 num. 10. 2.

38. Qui puellæ promiſit etiam fictè ſe illam ducturum, vel dotaturum, ſi conſentiat tenetur *q* promiſſis ſtare. Secus verò ſi pater noluit eam illi in uxorem dare, vel illa ſe alteri commiſcuit, vel putam eſſe virginem corruptam invenit.

*q* Vide Leſſ. ubi ſup. n. 19.

39. Qui vi, vel fraude puellam corrupit tenetur *r* ei, & parentibus illius omnia damna inde ſecuta reſtituere.

*r* Comm. DD.

40. Qui precibus importunis, vel oſculis, & amplexibus nolentem vicit, ut conſentiret, reſtituere tenetur. *ſ*

*ſ* Comm. DD.

41. Qui ob ſtuprum tenetur reſtituere, non debet ſolvere integram dotem ante condemnationem judicis.

42. Si nupta fuit æquè benè, ac ſi non eſſet corrupta, vel religionem profeſſa eſt, aut defuncta eſt, ceſſat *t* reſtituendi obligatio ſecundum probabiliorem ſententiam.

*t* Leſſius ubi ſupra, dub. [illegible]

43. Qui puellam corruptam virginem reputatam ſine vi vel fraude cognovit non tenetur *u* reſtituere, niſi culpa illius famam amiſerit.

*u* c. ſi culpa de injur.

44. Qui ancillam ſuam defloravit tenetur *x* eam donata libertate in matrimonium collocare, vel arbitrio boni viri aliam ſatisfactionem dare.

*x* Vill. ubi ſup. n. 17.

---

# SECTIO IV.

## *An peccet, & reſtituere teneatur puella, quæ aliquâ arte defectum ſuæ virginitatis occultavit marito?*

1. SI mediis licitis defectum occultavit, non *a* tenetur reſtituere, nec peccat, niſi in caſu, in quo ſciat maritum in defectus notitiam venturum, ægréque laturum. Sunt tamen, qui dicant ſemper ad reſtitutionem teneri, ſed minus probabiliter.

*a* Sanch. de matr. lib. 6, diſp. 27, à n. [illegible]

2. Meretrix habens infirmitatem contagioſam non *b* tenetur reſtituere ei qui ex ejus conſortio contagium contraxit. Secus verò in aliis non publicè expoſitis: hi enim ſive fœminæ, ſive viri tenentur damna & expenſas in curatione factas reſtituere. *c*

*b* Vill. ubi ſup. diſ. 32. n. 1.



*c* Idem ibidem.

*QUAM OBLIGATIONEM habeat, qui fœminam fœtam reliquit?*

3. Si ipſa ſponte conſenſit, non tenetur alere filium ex juſtitia, ſed ex pietate. Si autem vi aut fraude fœminam cognovit, tenetur *d* illi reſtituere expenſas factas propter fœtum, & filium alere.

*d* c. ſi culpa de injur.

4. Qui ſine neceſſitate filium aliis alendum exponit, peccat mortaliter, *e* & reſtituere tenetur.

*e* Comm. DD.

*QUAM RESTITUENDI obligationem habeant adulteri?*

5. Adulter nihil reſtituere tenetur *f* marito, niſi uxor maneat concepto fœtu ſecundum probabiliorem.

*f* Leſſ. lib. 2, c. 10, dub. 1.

6. Si adultera fœtum concipiat non tenetur *g* adulter credere, niſi aliunde ſit certus moraliter filium ſuum eſſe.

*g* Comm. DD.

7. Non tenetur *h* reſtituere cum periculo vitæ, aut famæ.

*h* Comm. DD.

8. Quæ maritum decipit ſupponens illi alienum filium tenetur *i* reſtituere.

*i* Vill. ubi ſup. diſ. 14 num. 6.

9. Si adulter credit ſuum eſſe filium, tenetur reſtituere marito, & filiis legitimis, & idem dic de adultera. Sunt autem, qui probabiliter doceant neutrum teneri. *l*

*l* Henr. lib. 1, de matr. num. 1.

10. Adultera ſi poteſt ſine periculo tenetur *m* perſuadere marito ut filios legitimos melioret, & ipſa idem tenetur facere, & perſuadere ſpurio, ut ingrediatur religionem hæreditatis incapacem.

*m* Comm. DD.

11. An verò teneatur filio ſpurio ſuum crimen declarare, ſi ſperat eſſe profuturam alii ajunt, alii probabilius negant *n* niſi jam de crimine ſit infamata. Si autem moraliter non eſt certa filium eſſe ſpurium, ad nihil tenetur.

*n* Vill. ubi ſup. nu. 9.

*AN IMPEDIENS alium ne bonum aliquod conſequatur, reſtituere teneatur.*

12. Qui ſine metu, vi, vel fraude perſuadet domino rei, ut illum conferat minus digno, non tenetur *o* reſtituere.

*o* Idem ubi ſupr. diſ. 44.

13. Qui precibus impetrat ab alio ne ſe beneficio opponat non tenetur reſtituere.

14. Qui ſine vi, vel fraude alii perſuaſit, ut ſuffragium daret æquè digno non tenetur *p* reſtituere.

*p* Comm. DD.

15. Qui metu, vel fraude impedit alium à conſecutione alicujus boni, reſtituere tenetur. *q*

*q* Comm. DD.

16. Qui metu, vel fraude facit ut digniori beneficium detur, ſolùm de injuria tenetur. *r*

*r* Vill. ubi ſupr.

17. Qui precibus ſine vi, aut fraude impetravit ab aliquo ne

daret

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

daret alicui, quod ei debebatur ex juſtitia diſtributiva, reſtituere *f* tenetur.

*f* L. 1. & 2. ff. 6 quis aliquo teſtamento prohi. 19. ſi cul- pa de in- juriis.

18. Qui metu vel fraude impedivit ne beneficium digno conferretur *t* tenetur in ſolidum reſtituere.

19. Qui etiam ſine metu, vel fraude fecit, ut beneficium daretur digno, relicto digniori *u* tenetur reſtituere ſecundùm probabiliorem.

*u* Vill. ubi ſup. n. 9.

20. Qui non eſt obligatus aliunde ad reſtitutionem cathedræ, vel beneficii, non ex eo *x* manet obligatus quod ex odio impediverit.

*x* Comm. DD.

21. Dignus, qui ſe bona fide oppoſuit digniori, & conſecutus eſt beneficium non *y* tenetur reſtituere.

*y* Vill. ubi ſup. n. 12.

# SECTIO V.

## *De variis circa reſtitutionem reſolutionibus.*

*a* Aug. re- latus in c. non ſani 14. q. 5. *b* Sa hoc verb. n. 21.

1. ADvocatus ſecundum D. Auguſt. *a* tenetur reſtituere, quod accepit pro iniquo patrocinio.

2. Qui falſo teſtimonio ſcienter expoſuit aliquem vitæ periculo, *b* tenetur eum liberare etiam cum propriæ vitæ diſcrimine. Si autem bona fide fecit tenetur retractare, ſed ſine proprio periculo.

3. Qui teſtamentum mutari curavit, ſed ſine dolo non *c* tenetur reſtituere. Si autem dolo fecit probabilius eſt peccare, & ad reſtitutionem teneri.

*c* Comm. DD.

4. Cum eſt notabilis exceſſus pecuniæ *d* etiam cum vitæ detrimento reſtituenda eſt.

*d* Soto apud Sa hoc verb.

5 Qui accepit, quod ſi petiiſſet ei donaretur, reſtituere non *e* tenetur, nec qui projecit in mare merces alienas, ne ſubmergeretur navis. Nec qui videt puniri alium pro eo quod ipſe fecit, & tacet.

*e* Comm. DD.

6. Meretrix ſe virginem fingens, vel à ſolo nobili cognitam, ut majus pretium extorqueat, reſtituere *f* tenetur.

*f* Comm. DD.

7. Qui pro debito pecuniæ punitus eſt pœna corporali, ad nil amplius *g* tenetur.

*g* Sa hoc verb. n. 43

8. Nec *h* teſtis falſus de pœna, quæ obveniſſet alicui, ſi verum dixiſſet, quia non debetur niſi poſt condemnationem.

*h* Navarr. c. 15.

9. Nec *i* qui accuſatorem ſuum non potentem probare vocavit calumniatorem, quia ſic tales in jure vocantur.

*i* Sa ubi ſup.

10. Nec



10. Nec *l* qui aliena læſit, ne ſui damnum facerent cum non poſſet aliter impedire.

*l* Comm. DD.

11 Nec *m* qui rem donatam habet ab eo, qui potuit donare, etiam ſi ſervata non fuerit ſolemnitas juris, niſi ſit res Eccleſiaſtica prohibita alienari, niſi cum tali ſolemnitate.

*m* Silv. verb. alien

12. Nec *n* qui ex juſta cauſa pretium pro re reſtituit.

*n* Comm. DD.

13. An reſtitutio facienda ſit digno, vel digniori prætermiſſo in oppoſitione ad beneficium, an vero Eccleſiæ, non convenit inter DD. Eccleſiæ faciendam *o* videtur probabilius.

*o* Comm. DD.

14. Qui invitatur ad comedendum de alienis etiam ſi bona fide comedat, tenetur *p* reſtituere id, in quo factus eſt locupletior, id eſt quod propriis expenſis ſubſtraxit. Idem dic de veſte aliena.

*p* Navar. c. 17. n. 7.

15. Filius adulterinus, qui credit *q* ſe talem, & hæreditatem acquiſivit non tenetur tantum reſtituere quantum hæreditas valeret filiis legitimis ſi ad eos pervenerit, ſed arbitrio boni viri.

*q* Avil. Navar. hoc verb.

16. Veſtis, quæ erat apud ſartorem, & furata fuit non Domino ſed ſartori *r* reſtituenda eſt, niſi ſuſpicio eſſet quod ſartor eam Domino redditurus non eſſet.

*r* Comm. DD.

17. Qui prior eſt tempore, potior eſt jure *ſ*, intelligitur quando reliqua ſunt paria.

*ſ* Comm. DD.

18. Uſurarius prius debet ſolvere debita orta ex contractibus licitis onerofis, quam orta ex *t* uſurariis, etiam ſi hæc ſint anteriora, & poſt hæc orta ex gratuito, ut ex donationibus.

*t* Navar. ubi ſup. n. 12.

19. Qui non reſtituit toties *u* peccat quoties de novo proponit etiam virtualiter non reſtituere, verbi gratia utendo re aliena.

*u* Comm. DD.

20. Semel juſſus reſtituere non eſt *x* abſolvendus, niſi ex aliqua circumſtantia judicet Confeſſarius pœnitentem promiſſis ſtaturum.

*x* Navar. c. 17. n. 60

21. Qui debitum contraxit ex gratuita donatione non eſt ita *y* cogendus ad reſtitutionem ſicut qui ex contractu oneroſo; quia hic non ſe intendit obligare tanto rigore, ut ſolutionem non poſſit differre, nec peccat ſi ex aliqua rationabili cauſa differat.

*y* Comm. DD.

22. Excuſatur à reſtitutione, qui credit DD reſpondentibus non teneri; non tamen *z* excuſatur, qui eos tantùm conſulit quos ſcit ſibi placita eſſe reſponſuros.

*z* Comm. DD.

23. Qui habet animum componendi ſe cum Cruciata *a* peccat mortaliter, ſi, cum poſſit, ante compoſitionem non reſtituat.

*a* Comm. DD.

24. Qui rem habet titulo emptionis vel venditionis, & cæpit

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

pit dubitare an res ſit furtiva cum rem cœpit poſſidere, tenetur ſaltem medietatem reſtituere, quia numquam fuit poſſeſſor bonæ fidei.

25. Qui rem furtivam emit ut Domino redderet, ſine expenſis eam non recuperaturo, poteſt à Domino pretium exigere, utiliter enim negotium ejus egit.

26. Dubitans an res ſit aliena, & ex negligentia omittens diligentiam inquirendi Dominum cum poſſet invenire probabiliter, non tenetur reſtituere, quia dubius eſt an ſua negligentia damnum alicui intulerit.

27. Qui aperiens litteras Joanni miſſas ex eis cognovit vacaſſe Romæ beneficium, illudque impetravit non tenetur Joanni reſtituere, quia nullum jus illi abſtulit, quod haberet.

28. Qui vi vel fraude vel falſo teſtimonio impedivit ne delinquentis bona Fiſco applicarentur, non tenetur ad reſtitutionem, quia Fiſcus jus ad illud non habet ante condemnationem.

*b* Dia. p. 4. tr. 4. reſ. 67. 29. Qui rem ſuam bona fide furti *b* vendidit, & pecuniam furtivam vel cum ſuis immiſcuit, vel conſumpſit ad nihil reſtituendum tenetur.

*c* Dian. in comp. hoc verb. 30. Qui Confeſſario pecuniam *c* tradidit reſtituendam, & poſtea cognovit reſtitutionem à Confeſſario non fuiſſe factam ad nil amplius teneri dicunt Leſſius, & alii.

31. Qui proximus morte rem habet furto à ſe ablatam, vel emptam pecunia furto habita declaret tacito furto ſe debita habere ſecreto ſolvenda per ſuum Confeſſorem, & ſuam eſſe voluntatem quod talis res vendatur, & Confeſſori pretium detur, ne ab hæredibus exigatur coram judice.

32. Qui cum aliis furtum facit ſi ipſe non fuit cauſa, ut alii furarentur, partem quam furatus eſt reſtituendo ſatisfacit ex probabili ſententia.

*d* In decr. Alex. VII. an. 1666. 18. Mart. 33. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum non poteſt ſuppleri per quaſcunque eleemoſynas, quas antea beneficiarius de fructibus ſuis beneficii fecerit. *d* *Vide hora Canonica.*





# DISPVTAT. *III.* SECT. I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *RESERVATIO.*

### *DE RESERVATIONE CASVVM Reſolutiones variæ deſumptæ ex* P. Suar. to. 4. de pœnit.

1. QUando bona fide, & ſine culpa pœnitentis ipſe abſolvitur à peccatis non præmiſſa abſolutione ab excommunicatione non reſervata Papæ, confeſſio *a* valida eſt, ſecus verò ſi reſervata ſit Papæ. *a* P. Suar. to. 4. de pœnit. ſec. 1. n. 10.

2. Peccata venialia reſervari poſſunt, *b* inutiliter tamen, & ſine fructu, & præter uſum; Reſervari item poſſunt *c* mortalia mere interna; ſed de facto reſervata non ſunt. *b* Idem ſec. 1. n. 2. *c* Idem ibid. n. 3.

3. Delegans facultatem abſolvendi poteſt limitare facultatem conceſſam delegato *d* quando & in quibus voluerit, Item ſummus Pontifex *e* poteſt cæteris omnibus limitare facultatem abſolvendi, & tenebit reſervatio licet ſine cauſa imponatur. *d* Idem ſec. 4. n. 1. & 2. *e* Idem n. 6. & 7.

4. Epiſcopus practicè, & moraliter loquendo limitare *f* poteſt facultatem abſolvendi, quâ Parochi funguntur, licet ſpeculativè non ſatis probetur, cùm non ab Epiſcopo, ſed à Papa acceperit. *f* Idem n. 6.

5. Subditus unius Epiſcopi per alterius diœceſim iter agens ibi poteſt *g* abſolvi à quolibet Confeſſario ordinario illius Epiſcopatus ab omnibus reſervatis proprio Epiſcopo, dummodo ibi non ſint reſervata. *g* Idem diſp. 10. ſec. 1. n. 5.

6. Ut concedatur petenti per ſe vel per alium facultas confitendi reſervata inferiori ſatis eſſe debet quod nulla ratio negandi occurrat. At verò ad negandum ſemper debet eſſe ſpecialis ratio, quæ id requirat. Cùm vero ſuperior ex relatione alterius cognoverit ſubditi animum obduratum eſſe, & nullo modo ad ipſum ſuperiorem pro abſolutione aditurum, nec *h* debet, nec poteſt negare, niſi peccatum ſit in damnum aliorum tunc enim ſibi imputet ſubditus ſi pereat. *h* Idem diſp. 10. ſec. 4. n. 9.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7. Qui obdurato animo nullo modo ſuperiori vult confiteri, mortaliter peccat, *i* ſecus verò ſi multum inſiſtat.

*i* Idem ubi ſupr.

8. Non tenetur *l* ſuperior facultatem ſubdito concedere ut quemlibet eligat idoneum; nec concedere, quem ſubditus petit, ſed in hoc debet eſſe facilis ob bonum pœnitentis, niſi ſit gravis cauſa negandi.

*l* Idem ubi ſupr.

9. Quando inferior per alium facultatem à ſuperiore petit confitendi alteri reſervata, peccat *m* ſuperior, ſi perſonam ſubditi, vel alias circumſtantias per quas in ejus notitiam deveniat, interroget, ſive perſona per quam facultas petitur rem in Confeſſione, vel extra Confeſſionem ſciverit, quia contra Confeſſionis ſigillum, vel contra ſecretum naturale delinquit. Speciem verò peccati & conſuetudinem interrogare Superiori licebit, ut vel pœnitentiam taxet, vel modum præſcribat. At nec pœnitentiam, nec modum præſcribat, niſi cum de Confeſſoris prudentia parum confidit. Et dum hujuſmodi opera taxat ne ea conditione fiat, ut alias abſolutio non teneat, eſſet enim hoc rigoroſum nimis, periculis expoſitum, & in rigore poſſet eſſe injuſtum.

*m* Idem diſp. 1. ſec. 3, num. 21.

10. Tunc ſolum poteſt *n* ſuperior aliis peccatis relictis inferiori Confeſſario pœnitentem à reſervatis abſolvere, quando pœnitens neceſſitate morali non poteſt amplius ſuam Confeſſionem differre, & ſuperior integram Confeſſioné audire non poteſt propter verum hic, & nunc impedimentum occurrens, nec poteſt moraliter aut non expedit alteri cauſam delegare. At hoc rariſſimum eſt, unde vel integram Confeſſionem audiat, aut alteri deleget. Quodq; dictum eſt de ſuperiore ordinario illis circumſtantiis occurrentibus, idem dicendum de ſubdelegato eiſdem circumſtantiis occurrentibus.

*n* Idem diſp. 11. ſec. 1, n. 8.

11. Quoties pœnitens à ſolis reſervatis per ſuperiorem ritè abſolvitur in caſu ſupradicto, non *o* tenetur eadem reſervata Confeſſario inferiori iterum cum aliis peccatis non confeſſis confiteri.

*o* Idem ubi ſupr.

12. Qui bona fide reſervata cum non reſervatis confeſſus fuit, non tenetur *p* cum advertit niſi ſolum reſervata ſuperiori confiteri. Secus verò ſi mala fide proceſſit.

*p* Idem diſp. 17. ſect. 1, n. 6.

13. Confeſſarius ſi petat à ſuperiore regulari facultatem abſolvendi aliquem à reſervatis, & neget, poteſt *q* pro illa vice illum abſolvere.

*q* Ex deciſ. Paul. V. Vide Diá. tr. 1, 5 reſ. 126, 10-15

14. Regulares ſemel ſine licentia ſuorum prælatorum poſſunt abſolvi ab omnibus reſervatis ex quodam privilegio Minorum. Superior delegatus ad reſervata tollenda non poteſt aliter niſi ſacramentaliter abſolvendo. Quod ſi alio modo ſe gerat nil facit, nec reſervationem tollit, Suarez *diſp. 3. ſec. 4.*

*r* Suar. de rel. to. 4, l. 2, c. 19, n. 9 Vide Diá. loc. cit.



16. Si pœnitens à ſuperiore injunctam pœnitentiam non adimpleat, graviter peccat, hoc autem peccatum non eſt reſervatum *r* niſi expreſſe à ſuperiore reſervetur.

*r* Idem diſp. 11. ſec. 4. n. 1.

17. Abſolutus virtute Jubilæi à reſervatis cum intentione exequendi conditiones à Jubilæo exactas, ſi poſtea non exequatur, licet graviter peccet, neque hoc neque alia peccata manent *s* reſervata. Idem dicendum de oblitis.

*s* Idem ibidem n. 5.

18. Abſolutus à ſuperiore de reſervatis licet abſolutio fuerit nulla ob defectum doloris, vel alia de cauſa, dummodo reſervata confeſſus fuerit ab eorum reſervatione liber *x* manet. Quod etiam verum eſt, ſi cum animo non reſipiſcendi confeſſus fuerit ſi poſtea animum mutet.

*x* Idem ubi ſup.

19. Si ſubditus ſuperiori legitimè confiteatur reſervata, ipſe verò neque abſolvere, neque ad alium remittere voluiſſet etiam injuſtè, non poteſt *y* ab inferiori abſolvi à reſervatis, poteſt tamen à non reſervatis cum onere comparendi coram magis ſuperiore.

*y* Idem diſp. 11. n. 7, ſec. 4.

20. Si ſubditus ſuperiori confiteatur ea intentione ut ab omnibus reſervatis etiam oblitis abſolvatur, ſciente ſuperiore hanc intentionem, oblita jam non manent reſervata. Secus *z* verò ſi non acceſſerit tali intentione, nec ſuperior illa intenderit abſolvere.

*z* Idem ubi ſup.

21. Cum quis abſolvitur virtute Jubilæi oblita jam non manent *a* reſervata, niſi oblivio ita culpabilis fuerit, ut abſolutio nulla omnino fuerit.

*a* Idem n. 3.

## *REVELATIO.*

1. Revelationes probandæ ſunt ſapientum judicio, ſanctitate eorum quibus factæ ſunt, veritate, & conformitate cum doctrina fidei.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVT. IV. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### REVS.

### *VARIAE CIRCA REVM Reſolutiones.*

1. REus de delicto interrogatus non ſervato juris ordine, poteſt *a* illud occultare etiam ſi in damnum accuſantis redundet, & poteſt dicere etiam cum juramento ſe illud non feciſſe ſubintelligendo ut teneatur declarare.

*a* Dian. p. 5. tr. 5. reſ. 91.

2. Reus interrogatus legitime de crimine etiam graviſſimo, *b* peccat mortaliter illud negando. Ut interrogatio ſit legitima hæc ſunt ſervanda: 1. Quod judex ſit competens. 2. Quod delictum ſit probatum plene, vel ſemiplene. 3. Quod hujuſmodi probatio ſit illi notificata.

*b* Comm. DD.

3 Reus *c* peccat mortaliter ſocios occultos detegendo, niſi in crimine falſæ monetæ, maleficii, proditionis, læſæ majeſtatis, & hæreſis. Si vero ſocii tales ſunt, ut merito credat ſe non eſſe emendaturos in damnum reipublicæ tenêretur revelare, nec poteſt abſolvi, ſi renuat facere.

*c* Idem Diana ubi ſup. reſ. 99.

4. Qui juridice interrogatus negavit delictum, & ducitur ad mortis ſupplicium non *d* tenetur revelare illud.

*d* Idem p. 2. tr. 15. reſ. 16.

5. Accuſatus de vero crimine occulto non *e* tenetur illud fateri, nec famam reſtituere accuſatori, quam perdidit eo quod non probavit, & quamvis rite interrogatus negaverit dicens accuſatorem fuiſſe deceptum, imò etiam ſi dicat eſſe calumniatorem ſi ei non credatur.

*e* Vaſq. apud Dia. p. 5. tr. 5. reſ. 52.

6. Reus inauditus, & indefenſus non debet *f* condemnari.

*f* Comm. DD.

7 Qui injuſtè veritatem negavit non *g* tenetur ſolvere pœnam ad quam ſi confeſſus fuiſſet, condemnaretur.

*g* Comm. DD.

8. Qui propter aliquam circumſtantiam in crimine, quod patravit à peccato excuſatur mortali *h* poteſt illud negare, etiam ſub juramento utendo abſtractione.

*h* Comm. DD.

9. Crimine *i* non plene, ſed ſemiplene probato in cauſa ſanguinis, vel gravis dedecoris poteſt adhuc à reo negari, ſecus verò ſi ſit plene probatum.

*i* Villal. to. 1. tr. 16, diſ. 1.



10. Falſum ſibi crimen imponens ad vitandos graves cruciatus etiam ſi ob illud damnandus ſit ad mortem, non *l* peccat etiam cum juramento confeſſionem confirmans utendo abſtractione.

*l* Comm. DD.

11. Non poteſt *m* reus ut ſe defendat falſum teſtimonium imponere teſti falſo, vel contra juris ordinem teſtificanti.

*m* Comm. DD.

12 Licitum *n* eſt dare reo inſtrumentum ut infringat carcerem & conſilium ut fugiat, & licet ibi detenti ſimul fugiant non tenetur aliquid reſtituere.

*n* Villal. ubi ſupra. diſ. 11. n. 16.

13. Quando delictum eſt notorium, & timetur populi tumultus, & judex ſcit nullam reo competere defenſionem, *o* poteſt condemnari antequam audiatur, nec detur ei terminus ad defenſionem.

*o* Comm. DD.

14. Cum reus mentitus eſt in confeſſione non *p* poteſt à judice ut perjurus puniri; quia cum ob varias circumſtantias poſſit excuſari, ſolum Deum habet ultorem.

*p* Comm. DD.

*AN REVS LICITE POSSIT teſtibus crimina, vel alios defectus objicere, ut eos à teſtimonio repellat?*

15. Cum reus aliter ſe non poteſt defendere, *q* poteſt teſtibus crimina vera etiam occulta, ſi poteſt illa probare, & defectus objicere, ut illos à teſtimonio repellat, etiam ſi teſtes vera dicant.

*q* Villal. ubi ſupra. diſ. 6. n. 1.

16. Qui pro ſe aliquem teſtem adduxit, non *r* poteſt illum à teſtificando repellere.

*r* Comm. DD.

17. Reus qui dicit teſtem mentiri revelantem ſecretum illi commiſſum nec *ſ* peccat, nec reſtituere tenetur.

*ſ* Villal ubi ſup.

*AN REO liceat poſt condemnationem ad ſuperiorem appellare?*

18. Licitum *t* eſt reo ſi injuriam paſſus eſt in ſententia ab illa appellare, nec poteſt à Principe interdici, cum ſit de jure naturali, modus autem tolli poteſt aut mutari.

*t* Comm. DD.

19. Cum reus appellat ſolum ad dilationem litis cum proximi gravi damno *u* peccat mortaliter. Secus verò ſi habet nova jura, vel teſtimonia alleganda.

*u* Villal. ubi ſupr. diſ. 8 n.

20. Religioſis non licet appellare niſi in *x* cauſis graviſſimis. Vide verbum *Appellatio.*

*x* Comm. DD.

*AN REVS condemnatus teneatur obedire ſententiæ?*

21. Si injuſtè damnatus fuit non *y* tenetur obedire ſententiæ, & ceſſante ſcandalo poteſt ſe defendere. Si autem eſt juſta, tenetur obedire.

*y* Villal. ubi ſup. num. 2.

22. Si ſententia fuit juſta, ſed fundata in falſa præſumptione,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne, ſeu probatione non obligat in conſcientia, nec tenetur quis obedire. An autem in hoc caſu poſſit quis ſe defendere alii ajunt, alii negant, quia à judice juſtè damnatus fuit, in praxi autem cùm defenſio non poſſit fieri ſine ſcandalo, tenetur *z* obedire.

> *z* Idem ubi ſup. diſ.10,n.1.

*AN REVS damnatus ad pœnam, quæ actionem requirit, obligatus ſit cooperari aliquo modo illam?*

23. Reſpondetur affirmativè, cum ſententia juſta fuit, & ſpem non habet ſe à morte eripiendi.

24. Cum pœna capitis eſt non poteſt *a* damnari ut ſe ſuis manibus interficiat, vel venenum ſumat. Poteſt tamen judex eum damnare ut ſeipſum moderatè flagellet.

> *a* Vaſq.1.2. to.2. diſp. 183.c.1.

*AN FVGERE è carcere licitum ſit reo?*

25. Ante condemnationem licitum *b* eſt fugere. Si verò juraſ ſe non fugiturum, vel ad carcerem rediturum *c* tenetur adimplere.

> *b* Villal. diſp.11. n. 1.
> *c* Idem n.3

26. Non licet cuſtodibus *c* vim ad fugiendum inferre.

27. Qui expectat ſententiam juſtam etiam ad mortem non tenetur fugere.

28. Qui juſtè damnatus eſt ad pœnam quam ipſe executioni mandaturus eſt, non poteſt fugere. *d* Nec qui damnatus ad triremes, vel ad fodinas ſecundum probabiliorem.

> *d* Comm. DD.

29. Qui damnatur ad carcerem temporarium non poteſt fugere, poteſt *e* autem ſi ad perpetuum ſecundùm probabiliorē.

> *e* Villal. ubi ſup. num.4.

30. Si damnatus eſt ad mortem, vel ad mutilationem membrorum, etiam ſi ſententia juſta ſit, *f* poteſt fugere, ſed non tenetur niſi per falſas præſumptiones damnatus ſit.

> *f* Comm. DD.

31. Injuſtè damnatus qui juravit cuſtodi carceris ſe rediturum tenetur *g* redire, ſi propterea cuſtos carceris damnum paſſurus ſit.

> *g* Comm. DD.

32. Cum juſtitiæ miniſtri petunt domum alicujus, ut eum in carcerem detrudant, non poteſt ſe armis *h* defendere.

> *h* Villal. ubi ſupra. num.11.

33. Cum licet è carcere fugere, licet eum infringere ſecundùm probabiliorem; ſunt autem qui probabiliter *i* dicant juſtè damnatum non poſſe carcerem infringere.

> *i* Vide eundem. ubi ſup.

34. Licitè carcerem infringentem illicitum *l* eſt adjuvare carcerem infringendo

> *l* Idem num.17.

*AN DAMNATVS ad inediam poſſit non comedere cibum oblatum, & an liceat ei cibum offerre?*

35. Tenetur *m* cibum oblatum comedere, alii autem ſi ſint juſtitiæ miniſtri non poſſunt ei cibum offerre, reliquis autem licet.

> *m* Comm. DD.





# DISPVTATIVNCVLA interjacens.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### REX.

1. REx, & Imperator non poſſunt *a* niſi à Papa excommunicari ex ſpeciali privilegio. Officiales autem Regis poſſunt excommunicari ab Epiſcopis.

> *a* Barb. apud Dia. p.3.tr.1. reſ.9.

2. Rex peccat *b* aliena regna ambiens capere, vel capta non reſtituens, niſi juſta cauſa excuſetur.

> *b* Navar. c.23.n.1.

3. Peccat *c* mortaliter excitans factiones, vel non ſedans excitatas, nō providens neceſſaria ad victum, non ferens leges neceſſarias, aut non exequens latas, non exercens ſuos in armis, non muniens arces, non cumulans divitias neceſſarias ut regnum liberet à fame vel ab hoſtibus, vel accumulans, gravando ſubditos, vel prodigè largiens bona, vel negligens refectionem, & cuſtodiam publicarum viarum.

> *c* Idem n. 3.& 5.

4. Cum lis alias eſt inextinguibilis *d*, tenetur conſentire in judices arbitros ſuſpicione carentes.

> *d* Comm. DD.

5. Item peccat *e* mortaliter condens legem pœnalem ob ſuam privatam utilitatem, vel condonans ſine cauſa delicta contra legem naturalem, vel divinam, vel ſuſpendens ſine cauſa lites, vel debitorum ſolutiones.

> *e* Navar. ubi ſup.

6. Item non *f* permittens ſubditis ſuas immunitates, vel uſurpans populi bona & tenetur reſtituere. Item compellens ſubditos ad donandum ſua bona, vel illa extorquens precibus importunis non interveniente cauſa juſta, & tenetur reſtituere.

> *f* Comm. DD.

7. Item peccat impediens *g* viſitationem monialium, exigens tributa nova abſque neceſſitate publica, quamvis exigat in bonum finem, & multo magis ſi ſint ad pompas ſuperfluas.

> *g* Navar. apud P. Avil. in comp.

8. Compellens ſubditos *h* ad id non obligatos gratis ſibi laborare, cogens ad matrimonium, vel impediens, præficiens operarios imperitos, vel malæ conſcientiæ, & tenetur damna reſtituere. Præſentans ad beneficia Eccleſiaſtica, quorum eſt

> *h* Idem ubi ſupra.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

patronus, perſonas non idoneas. Non cohibens ſubditos ab alienorum uſurpatione, & negligens abolere pravas conſuetudines.

*i* Comm. DD. — 9. Condemnans *i* reum inauditum, & indefenſum. vel ei jubens dari venenum, vel privans aliquos beneficiis non amobilibus ad nutum ſola ſcientia privata.

Navar. ubi ſup. — 10. Cum tenetur reſtituere ſubditis, & non poteſt, tutius *l* conſilium erit ſuperflua moderari, & gratuita dona excuſare, ut debita poſſit ſolvere. Vide verbum *Lex*.

# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## S.

### SACRAMENTVM.

*a* Magiſt. in 4. diſt. 1. — SACRAMENTUM *a* eſt res ſenſibus ſubjecta, quæ ex Dei inſtitutione ſanctitatis ſignificandæ, & efficiendæ vim habet.

2. An ſacramenta legis gratiæ componantur ex rebus, & vocibus tamquam ex materia, & forma?

*b* Vide Trid. ſeſſ. 4. c. 3. — 3. Reſpondetur *b* affirmativè; veruntamen non eſt omnino neceſſarium, quod forma ſint rigoroſe verba, & materia res, ut in ſacramento matrimonii, in quo traditio facta per verba vel nutus habet rationem materiæ, & conſenſus explicatus per eadem verba, vel nutus rationem formæ.

*c* Vide Vill. to. 1. tr. 4. diſ. 2. — 4. Sacramenta habent *c* quaſi materiam, & quaſi formam, & materia alia dicitur proxima, alia remota. Materia remota eſt, de qua fit proxima, ut in Baptiſmo materia remota eſt aqua, proxima ablutio. In pœnitentia materia remota ſunt peccata, proxima actus pœnitentis.

*d* Comm. DD. — 5. Inter materiam, & formam ſacramenti eſt *d* neceſſaria moralis



moralis conjunctio, unde magna inter utramque interruptio nullum faciet ſacramentum.

6. Nec Papa nec Eccleſia mutare *e* poſſunt materias, & formas ſacramentorum. — *e* Comm. DD.

7. Quomodo *f* autem potuerit matrimonium clandeſtinum annullari videri poteſt in verbo *Matrimonium*. — *f* Comm. DD.

*AN FACTA mutatione aliqua in materia vel forma ſacramenti, mutatur ejus ſubſtantia?*

8. Si quod mutatur pertinet ad ejus ſubſtantiam *g* non fit ſacramentum; ſit tamen ſi eſt accidentale. — *g* 9. retulerunt de ſenſat. diſt. 4.

9. Si miniſter habuit intentionem introducendi aliquem errorem verbis dubiis, non facit *h* ſacramentum. Si autem verbis utatur certis cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, erit ſacramentum. — *h* Comm. DD.

10. Mutare formam ex ſua natura eſt peccatum mortale.

*AN IN dubio liceat formam iterare in eadem materia?*

11. Reſpondetur *i* affirmativè, ſed ſub conditione; ſed non debet paſſim fieri ob quemlibet vanum ſcrupulum. — *i* Villal. ubi ſupra dif. 4. n. 1.

*AN FVERIT neceſſarium, quod fuerint ſacramenta?*

12. Non eſt ſimpliciter *l* neceſſarium, ſed valde utile. In ſtatu autem innocentiæ non fuerunt neceſſaria. — *l* D. Tho. 3. p. q. 61.

*AN SACRAMENTA novæ legis cauſent gratiam?*

13. Reſpondetur *m* affirmativè. In veteri autem lege circumciſio cauſabat gratiam per virtutem Paſſionis Chriſti venturi. — *m* Scot. in 4. d. 1. q. 5.

14. Gratia ſacramentalis ſupra gratiam habitualem *n* addit ſpeciale auxilium ad conſequendos effectus ſacramentorum. — *n* Comm. DD.

*AN OMNIA Sacramenta novæ legis cauſent primam gratiam faciendo de attrito contritum?*

15. Alia ſacramenta *o* vocantur vivorum, alia mortuorum. Mortuorum ſunt Baptiſmus, & pœnitentia, reliqua dicuntur vivorum, quia ad ea accedere non licet niſi habentibus vitam primæ gratiæ. — *o* Comm. DD.

16. Sacramenta vivorum aliquando etiam per accidens poſſunt cauſare primam gratiam, v. g. ſi quis bona fide putans per Confeſſionem ſe aſſecutum primam gratiam, quam verè aſſecutus non eſt, accedat attritus ad Euchariſtiam fiet contritus, & conſequetur *p* primam gratiam ſecundùm probabiliorem. — *p* D. Tho. 3. p. q. 79. art. 1.

*QVOT SINT Sacramenta novæ legis?*

17. De fide *q* eſt, quod ſunt ſeptē, & conſtat ex Tridentino. — *q* Trid. ſeſ. 7. c. 1.

18. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo cauſant *r* characterē, qui ſubjicitur in anima ſecundùm probabiliorem ſententiam. — *r* Trid. ſeſ. 7. can. 9.

 19. Solus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM

patronus, perſonas non idoneas. Non cohibens ſubditos ab alienorum uſurpatione, & negligens abolere pravas conſuetudines.

*i* Comm. DD.

9. Condemnans *i* reum inauditum, & indefenſum. vel ei jubens dari venenum, vel privans aliquos beneficiis non amobilibus ad nutum ſola ſcientia privata.

Navar. ubi ſup.

10. Cum tenetur reſtituere ſubditis, & non poteſt, tutius *l* conſilium erit ſuperflua moderari, & gratuita dona excuſare, ut debita poſſit ſolvere. Vide verbum *Lex*.

# DISPVT. I. SECT. VNICA.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## S.

## *SACRAMENTVM.*

*a* Magiſt. in 4. diſt. 1.

SACRAMENTUM *a* eſt res ſenſibus ſubjecta, quæ ex Dei inſtitutione ſanctitatis ſignificandæ, & efficiendæ vim habet.

2. An ſacramenta legis gratiæ componantur ex rebus, & vocibus tamquam ex materia, & forma?

*b* Vide Trid. ſeſ. 4. c. 3.

3. Reſpondetur *b* affirmativè; verumtamen non eſt omnino neceſſarium, quod forma ſint rigoroſe verba, & materia res, ut in ſacramento matrimonii, in quo traditio facta per verba vel nutus habet rationem materiæ, & conſenſus explicatus per eadem verba, vel nutus rationem formæ.

*c* Vide Vill. to. 1. tr. 4. diſ. 2.

4. Sacramenta habent *c* quaſi materiam, & quaſi formam, & materia alia dicitur proxima, alia remota. Materia remota eſt, de qua fit proxima, ut in Baptiſmo materia remota eſt aqua, proxima ablutio. In pœnitentia materia remota ſunt peccata, proxima actus pœnitentis.

*d* Comm. DD.

5. Inter materiam, & formam ſacramenti eſt *d* neceſſaria moralis



moralis conjunctio, unde magna inter utramque interruptio nullum faciet ſacramentum.

6. Nec Papa nec Eccleſia mutare *e* poſſunt materias, & formas ſacramentorum. *e* Comm. DD.

7. Quomodo *f* autem potuerit matrimonium clandeſtinum annulari videri poteſt in verbo *Matrimonium*. *f* Comm. DD.

*AN FACTA mutatione aliqua in materia vel forma ſacramenti, mutatur ejus ſubſtantia?*

8. Si quod mutatur pertinet ad ejus ſubſtantiam *g* non fit ſacramentum; fit tamen ſi eſt accidentale. *g* 5. retulerunt de cenſur. diſ. 4.

9. Si miniſter habuit intentionem introducendi aliquem errorem verbis dubiis, non facit *h* ſacramentum. Si autem verbis utatur certis cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, erit ſacramentum. *h* Comm. DD.

10. Mutare formam ex ſua natura eſt peccatum mortale.

*AN IN dubio liceat formam iterare in eadem materia?*

11. Reſpondetur *i* affirmativè, ſed ſub conditione; ſed non debet paſſim fieri ob quemlibet vanum ſcrupulum. *i* Villal. ubi ſupra dif. 4. n. 1.

*AN FVERIT neceſſarium, quod fuerint ſacramenta?*

12. Non eſt ſimpliciter *l* neceſſarium, ſed valde utile. In ſtatu autem innocentiæ non fuerunt neceſſaria. *l* D. Tho. 3 p. q. 61.

*AN SACRAMENTA novæ legis cauſent gratiam?*

13. Reſpondetur *m* affirmativè. In veteri autem lege circumciſio cauſabat gratiam per virtutem Paſſionis Chriſti venturi. *m* Scot. in 4. d. 1. q. 5.

14. Gratia ſacramentalis ſupra gratiam habitualem *n* addit ſpeciale auxilium ad conſequendos effectus ſacramentorum. *n* Comm. DD.

*AN OMNIA Sacramenta novæ legis cauſent primam gratiam faciendo de attrito contritum?*

15. Alia ſacramenta *o* vocantur vivorum, alia mortuorum. Mortuorum ſunt Baptiſmus, & pœnitentia, reliqua dicuntur vivorum, quia ad ea accedere non licet niſi habentibus vitam primæ gratiæ. *o* Comm. DD.

16. Sacramenta vivorum aliquando etiam per accidens poſſunt cauſare primam gratiam, v. g. ſi quis bona fide putans per Confeſſionem ſe aſſecutum primam gratiam, quam verè aſſecutus non eſt, accedat attritus ad Euchariſtiam fiet contritus, & conſequetur *p* primam gratiam ſecundùm probabiliorem. *p* D. Tho. p. q. 79. art. 1.

*QVOT SINT Sacramenta novæ legis?*

17. De fide *q* eſt, quod ſunt ſeptē, & conſtat ex Tridentino. *q* Trid. ſeſ. 7. c. 1.

18. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo cauſant *r* characterē, qui ſubjicitur in anima ſecundùm probabiliorem ſententiam. *r* Trid. ſeſ. 7. can. 9.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19. Solus Deus *f* poteſt ſacramenta inſtituere.

*f* Trid. ſeſ. 7, cap. 1.

*AN ECCLESIA poſſit inſtituere ſacramentalia.*

20. Reſpondetur *t* affirmativè, & comprehenduntur hoc verſu: *Orans, tinctus, edens, confeſſus, dans, benedicens.* Id eſt Pater noſter, Aqua benedicta, panis benedictus, Confeſſio generalis, Eleemoſyna, Benedictio Epiſcopalis, aut Abbatis conſecrati.

*t* Trid. ſeſ. de ſac. in genere. can. 11.

21. Alij per ſacramentalia tolli aſſerunt *u* ex opere operato peccata venialia; alij probabiliùs ex opere operantis.

*u* Villal. ubi ſupra diſ. 11. num. 4.

22. Hæc ſacramentalia non remittunt *x* totam pœnam luendam in Purgatorio.

*x* D. Th. 3. p. q. 87. art. 1.

*A QVO CAVSETVR ſacramentorum effectus.*

23. Solus Deus *y* eſt cauſa principalis gratiæ, quæ eſt ſacramentorum effectus.

*y* Paul. ad Rom. 8.

24. Sacramenta, & illorum miniſtri ſunt gratiæ *z* inſtrumenta.

*z* Comm. DD.

25. Humanitas Chriſti eſt *a* inſtrumentum Deo Hypoſtaticè conjunctum ad cauſandam gratiam in Euchariſtia.

*a* Villal. ubi ſupra diſ. 12. n. 1.

*AN MALVS miniſter impediat gratiam ſacramentalem.*

26. Malus miniſter ſi adhibet neceſſaria *b* conficit verum ſacramentum.

*b* Trid. ſeſ. 17. can. 11.

27. Per malum miniſtrum non minuitur *c* gratia, quæ ex opere operato confertur per ſacramentum, bonus autem ex opere operantis magis impetrat à Deo.

*c* Comm. DD.

*AN PECCET miniſter conferens ſacramentum in peccato mortali.*

28. Miniſter, qui ex officio adminiſtrat ſacramentum extra extremam neceſſitatem in peccato mortali *d* peccat mortaliter.

*d* Comm. DD.

29. Ad adminiſtrandum ſacramentum non eſt *e* neceſſarium confiteri, ſufficit conteri.

*e* Suarez to. 3. diſp. 16.

30. Sacerdos, qui in extrema neceſſitate parvulum baptizavit excommunicatus, vel in peccato mortali non peccat. *f* Idem dic de laico, quia qui hoc non habent ex officio non tenentur eſſe præparati.

*f* D. Tho. 3. p. q. 64. art. 6.

31. Qui recipit matrimonium in peccato mortali, non *g* committit niſi unum peccatum, quia licet ſit ſimul miniſter ſacramenti non habet id ex officio.

*g* Villal. ubi ſupra diſ. 14. n. 5.

32. Epiſcopus ſacramentalia adminiſtrans in peccato mortali ſolum peccat *h* venialiter.

*h* Suarez ubi ſupra.

33. Qui dicit Epiſtolam, vel Evangelium in peccato mortali non *i* peccat mortaliter ſecundùm probabiliorem.

*i* Villal. ubi ſupra num. 1.





*AN QVI recipit ſacramentum ab excommunicato, vel ab eo quem ſcit eſſe in peccato mortali peccet mortaliter?*

34. De jure antiquo erat prohibitum recipere ſacramenta à publico uſurario, vel concubinario; nunc verò *l* neceſſarium eſt ut ſint denunciati.

*l* Conc. Conſt. ſeſ. 22.

35. Non licet *m* ſacramenta petere ab eo quem ſcit eſſe in mortali, niſi ſit Parochus, vel paratus miniſtrare.

*m* Villal. ubi ſupra diſ. 15. n. 1.

36. In caſu neceſſitatis extremæ à quocumque etiam hæretico *n* poteſt peti, & recipi Baptiſmus, dummodo ſervaturus ſit Eccleſiæ formam. Idem dic de Sacramento Pœnitentiæ, dummodo non ſit ſcandalum, vel ſubverſionis periculum.

*n* Comm. DD.

*QVÆ INTENTIO requiratur ex parte miniſtri?*

37. Requiritur *o* virtualis ſaltem intentio faciendi id quod facit Eccleſia.

*o* Trid. ſeſ. 6. can. 12.

38. Non *p* poteſt certò ſciri an ſacramentum fuerit validum.

*p* Comm. DD.

*AN ERROR perſonæ, cui adminiſtratur ſacramentum, impediat valorem ejus?*

39. Si miniſter habuit voluntatem excluſivam, & erravit circa perſonam, valor ſacramenti *q* impeditur, aliàs non.

*q* Comm. DD.

*AN VALEAT ſacramentum datum ſub conditione?*

40. Si conditio eſt de præſenti, vel de præterito, & vera, non *r* impeditur valor ſacramenti; ſi verò fuerit de futuro contingenti non valet ſacramentum.

*r* Villal. ubi ſupra diſ. 18.

*AN PAROCHVS teneatur adminiſtrare ſacramenta, quando Parochiani ea non tenentur recipere?* Vide verbum *Parochus.*

41. Accedenti ad ſacramentum augetur gratia etiam ſi accedat cum peccato veniali ſecundum *ſ* probabiliorem.

*ſ* Comm. DD.

42. Qui ſacramentum Baptiſmi adminiſtrans diceret: Ego te baptizo, & poſtea (Tacete pueri, vel hinc exite) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, conficeret *t* ſacramentum, quia hæc interruptio eſt parva.

*t* Comm. DD.

43. Qui diceret in conſecratione panis: hæc eſt caro mea *u* peccaret graviter, ſed ſacramentum conficeret.

*u* Comm. DD.

44. Qui in conſecratione vini diceret: Hic eſt calis, licet diverſum ſignificet ac calix ex communi intelligentia idem ſignificaret, & ideo conficeret *x* ſacramentum.

*x* Dian. in ſum. verb. ſacram.

45. Qui diceret: Hic eſt corpus meum. Si ſumatur maſculinè, id eſt: Hic cibus, fieret *y* ſacramentum, ſecus verò ſi ſumatur adverbialiter.

*y* Gra apud Dian. p. tr. 15. reſ. 77.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

46. Qui omitteret particulam ( enim) venialiter tantùm *z* peccaret.

47. Nolenti ſacerdoti aliter ſacramenta adminiſtrare, *a* poterit pecunia dari non ut pretium ſacramenti, ſed ad redimendam vexationem.

48. Qui vulneratum in platea abſolvit non præmiſſo actu contritionis, vel irruentibus hoſtibus Euchariſtiam conſumit *b* non peccat.

49. Qui in peccato mortali ſacramentum adminiſtravit non *c* tenetur in Confeſſione quale fuerit peccatum exponere, quia per quodcumque mortale peccatum æque violatur religio.

50. Si quis *d* invalide adminiſtraret Baptiſmum, Ordinem ſacerdotalem, vel Epiſcopalem, teneretur etiam cum periculo famæ, vel vitæ defectum manifeſtare.

*z* Comm. DD. *a* Diana ubi ſupra. verb. ſacr. *b* Comm. DD. *c* Dian. p. 1. tr. 14. reſ. 76. *d* Idem ubi ſupra. reſ. 55.

## SACRILEGIVM.

1. Sacrilegium *a* eſt ſacræ rei violatio. Et hujus ſunt tres ſpecies: 1. Eſt contra perſonas *b* ſacras. 2. Contra loci ſanctitatem. 3. Contra alias res ſacras.

2. Non eſt *c* circumſtantia ſacrilegij fieri peccatum tempore ſacro.

*QVOD PECCATVM ſit, & quas pœnas habeat.*

3. Sacrilegium ex natura ſua eſt peccatum *d* mortale contra religionem cum ſit in contemptum rei ſacræ, & in materia gravi.

4. Peccata ſacrilegij alia ſunt majora, alia ſunt minora; majus *e* enim ſacrilegium eſt, quod fit contra perſonam ſacram, quam quod fit contra locum ſacrum.

5. Pœnæ aliæ *f* ſunt pecuniariæ, quæ videri poſſunt in decretor. 17. q. 4. & in D. Tho. 2. 2. *q.* 99. *art.* 4. Aliæ ſunt excommunicationis, ut *in c. ſi quis ſuadente* 17. q. 4.

6. Qui furatur crumenam ab audiente Miſſam, non *g* committit ſacrilegium. Secus verò ſi res eſſet in cuſtodia Eccleſiæ, quia tunc loco ſacro injuria fiet. Sunt tamen qui dicant ſacrilegium committi eo ipſo, quod furtum fiat in Eccleſia.

7. Sacrilegium *h* eſt furari reliquias etiam ex devotione.

*a* S. Iſid. lib. Ethy. *b* c. duo ſunt 11. q. 3. *c* Leſſ. lib. 2. c. 41. n. 24. eſt comm. *d* Comm. DD. *e* Comm. DD. *f* Vide Vill. to. 1. tr. 39. diſ. 8. num. 1. *g* Leſſ. lib. 2. c. 45. n. 24. *h* Si hoc verb. n. 1.

## SACRA.

1. Sacræ veſtes pollutæ luxuria iterum ſunt *a* benedicendæ.

*a* Si hoc verb.

2. Sacra



2. Sacra vendita ad uſus profanos prius *b* diſſolvenda, ita ut priorem formam amittant. Quod ſi lapides ſint, vel ligna dirutæ Eccleſiæ poſſunt vendi de licentia Epiſcopi ad uſus profanos.

3. Sacra confracta vel vetuſtate confecta *c* comburenda ſunt, & cineres in Eccleſia reponendi.

4. Sacra vaſa & veſtimenta habere enormiter immunda peccatum mortale *d* eſt.

*b* Comm. DD. Vide P. Suar. to. 1. diſp. 81. ſec. 8. *c* c. Altaris de conſec. diſt. 1. *d* Silveſt. vaſa ſacra.

## SALARIVM.

1 Peccat, *a* qui ſalarium non ſolvit in ea re quæ debetur; quòd ſi famulus rem vendat minori pretio, quia ea non indiget, debet Dominus æquare pretium conventum.

2. Non tenetur *b* herus ſalarium ſolvere famulo pro illis diebus, quibus ægrotavit, & recipiens famulum nullo ſtatuto pretio tenetur ſolvere, quod mos eſt ſolvere ſimilibus.

3. Tabellio, qui habet ſalarium publicum peccat aliquid recipiendo etiam ſponte datum, & tenetur *c* reſtituere id quod ultra accepit, ſi repetatur ſaltem extra judicium.

4. Famulus, qui cum Domino convenit in infimo pretio juſto *d* non poteſt clam compenſationem facere. Si autem pretio injuſto paupertate coactus poteſt clam compenſationem facere ſecundùm viros doctos.

*a* Navar. c. 17. nu. 107. *b* Comm. DD. *c* Navar. ubi ſupra, num. 11. *d* Dian. in ſum. verb. ſalarium.

## SALVTATORES.

1. Nec *a* omnes ſunt damnandi, nec omnes approbandi, ſunt tamen examinandi, & licet male vivant, non ex eo ſolum damnanda eſt gratia gratis data, quæ poteſt aliquando in peccatoribus reperiri.

2. An vero hæc ſit gratia gratis data, an verò naturalis non convenit inter DD. Probabilius videtur non eſſe naturalem, ſed gratis datam.

3. Quod autem immunes per laminam ferri candentis ambulent, ſunt DD. qui aſſerant fieri non poſſe, niſi ope Dæmonum.

4. Hi vel alij Inpſalmiſ utentes nec damnandi, nec approbandi omnes, ſed ab Epiſcopo ſunt examinandi. Si verò contineant verba ſancta ſine errore, aut ſuperſtitione, nec aliquid contra bonos mores, ſunt approbandi. Si autem dubium ſit an lateat pactum cum Dæmone ſunt reprobandi.

*a* P. Monach. in manuſcrip.

De

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*De Salutatoribus eſt alibi ſermo ſub titulo verbi*, Superſtitio.

## SATISFACTIO.

1. Uxor, filiusfamilias, non emancipatus, ſervus, & religioſus non poſſunt *a* remittere ſatisfactionem ſibi debitam etiam ſi velint.

*a Navar. c.14. n.15.*

2. Quando duo mutuò ſe offendunt, ſi injuriæ ſunt æquales, qui prius offendit prius *b* petere veniam tenetur. Si autem fuit inæqualis, qui gravius etiam ſi fuerit poſterior.

*b Idem ubi ſup. n.27.*

## SATISFACTIO *Sacramentalis*, Vide verbum *Pœnitentia*.

3. Satiſfactio *c* ſacramentalis eſt paſſio voluntaria pœnæ pro peccato ad placandum Deum facta, cum propoſito non offendendi eum amplius.

*c Comm. DD.*

4. Tridentinum definivit ſub anathemate *d* quod non ſemper remiſſa culpa remittitur pœna, & quod pro pœna temporali per merita Chriſti ſatisfacimus pœnis à Deo inflictis & patienter toleratis, vel à Confeſſario injunctis, vel ſponte acceptis. Et quod ſatisfactiones, quibus pœnitentes amore Chriſti ſua peccata redimunt ſunt veri Dei cultus, & quod noſtra ſatisfactio vim non habet niſi ex meritis Chriſti.

*d Trid.*

5. Non debent *e* imponi ſatisfactiones, ex quibus deveniri poſſit in notitiam peccatorum pœnitentis ſaltem in genere.

6. Satiſfactio *f* poteſt imponi pœnitenti licet non abſolvatur.

*e Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.*

7. Non eſt *g* abſolvendus, qui pœnitentiam medicinalem, vel reſtitutoriam non vult acceptare.

*f Comm. DD.*

8. Qui ſciens, & prudens nullam ſatisfactionem *h* imponit pœnitenti ſine juſta cauſa peccat mortaliter.

*g Comm. DD.*

9. Majorem vim habet ſententia *i* Confeſſoris in ſuo foro quam cujuſvis judicis in foro exteriori, & acceptata à pœnitente obligat ſub mortali ſi habeat has conditiones. 1. Quod ſit præcepta, nam ſi eſt per modum conſilii, nec ad veniale obligat. 2. Quod ſit ſatisfactoria, nam reſtitutoria aliunde obligat, ut dictum eſt verbo *Reſtitutio*. 3. Quod ſit à pœnitente acceptata.

*h Navar. ubi ſup.* *i Idem ubi ſup.*

10. In pœnitentiis injungendis octo *l* ſunt obſervanda 1. Quod ſit juſta, non enim imponenda eſt ad libitum. 2. Quod adæquet, & non excedat debitum, licet hoc à Deo ſolùm poteſt perfectè cognoſci. 3. Non eſt verum quod pro quocumq; peccato mortali imponenda ſit pœnitentia ſeptem annorum.

*l Comm. DD.*





4. Quod pœnitentiæ olim taxatæ ab Eccleſia jam non ſunt in uſu, erantq; pro gravioribus delictis in foro exteriori. 5 Quod conſiderare oportet vires tam ſpirituales, quam corporales pœnitentis, ſtatum, conditionem, contritionem, & ſimilia.

11. Adimplendi impotentia, ſenectus, ægritudo, debilitas, probabilis timor quod non adimplebitur, contritionis magnitudo, tempus jubilæi, vel aliarum indulgentiarum ſunt *m* juſtæ cauſæ ad diminuendam ſatisfactionem.

*m Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.*

12. Etſi lucraturo indulgentiam plenariam *n* poſſit dari abſolutio nulla injunctâ pœnitentiâ; expedit tamen ut aliqua injungatur.

*n Idem ubi ſup.*

13. Non poteſt *o* injungi pro pœnitentia religionis ingreſſus, poteſt tamen imponi Confeſſionum, & Communionum frequentia.

*o Sa hoc verb. n.3.*

14. Nec pro crimine publico cogendus *p* eſt pœnitens ad publicam pœnitentiam, ſatis eſt, ſi occultè ſatisfaciat.

*p Idem n.8.*

15 Tridentinum cùm jubet publicam imponi pœnitentiam *q* intelligendum eſt in foro exteriori.

*q Idem ubi ſup.*

16. Confeſſor cum minorem pœnitentiam pœnitenti *r* imponit, debet illum de hoc facere certiorem.

*r Comm. DD.*

17. Opera ſatisfactoria, ut plurimum *ſ* imponenda ſunt: Eleemoſyna, jejunium, cilicium, Miſſæ auditio, lectio libri ſpiritualis, & ſimilia.

*ſ Comm. DD.*

18. Pœnitens detegens aliis *t* pœnitentiam ſibi impoſitam licet gravem non peccat mortaliter, niſi inde aliud grave damnum ſequatur.

*t Sa ubi ſup. n. 16.*

## SCANDALUM.

1. Scandalum *a* eſt dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionem ruinæ.

*a D. Th. 2. 2. q. 43. art. 1.*

2. Aliud *b* eſt activum, quando quis dicens, vel faciens aliquid minus rectum præbet alteri occaſionem peccandi. Aliud paſſivum, quando quis ſumit peccandi occaſionem ex dicto, vel facto alterius.

*b Idem ubi ſup.*

3. Aliud *c* ſcandalum eſt formale, quando quis formaliter intendit ruinam proximi; aliud materiale, quando quis non intendit ruinam proximi, ſed propriam delectationem, & ex ea ſequitur ruina proximi, ut cum vir fœminam inducit ad venerea.

*c Vill. to. 1 tr. 3. d. 5. f. 2. 3.*

4. Genus ſcandali eſt cum quis nec intendit formaliter ruinam proximi, nec inducit eum ad peccandum, ſed quia peccat publicè, alii ſumunt occaſionem peccandi. In his tribus caſibus prædictis, circumſtantia ſcandali novum peccatum mortale eſt neceſſariò in Confeſſione aperiendum.

5. Res præcepta, cujus omiſſio non poteſt eſſe ſine peccato non eſt *d* omittenda ob alterius paſſivum ſcandalum ſumptum ex malitia.

*d* D. Tho. ubi ſup. art. 4.

6 Præceptum naturale affirmativum aliquando *e* omittendum eſt, ne alter ſumat ſcandalum, quia tunc non obligat; non enim danda eſt eleemoſyna pauperi ſi inde grave timetur ſcandalum.

*e* Vill. ubi ſup. n. 6.

7. Præceptum autem negativum ſemper obligat, etiamſi totus orbis terrarum ſubvertendus ſit, idolum non eſt *f* adorandum, nec fornicandum, nec mentiendum. Nam ut habetur ex communi regula: Utilius ſcandalum naſci permittitur, quam ut veritas relinquatur.

*f* Idem ubi ſup.

8. Epiſcopus, vel Rector Eccleſiæ non debent *g* deſerere bona Eccleſiaſtica, vel ſuam juriſdictionem propter ſcandalum paſſivum aliorum.

*g* Comm. DD.

9 Prætextu ſcandali non eſt abſolvendus *h* indiſpoſitus.

*h* Comm DD.

10. Peccat *i* mortaliter, qui ſine neceſſitate loquitur familiariter cum muliere ſuſpecta, credens ſe præbiturum eſſe ſcandalum.

*i* Navar. apud Avilam in comp. hoc verb.

11. Qui mandat vel conſulit alii, ut committat peccatum etiam ſolo animo illum tentandi *l* peccat mortaliter.

*l* Idem ubi ſup.

12. Non peccat *m* qui petit ab alio rem ex ſe juſtam etiam ſi ſciat illum peccaturum in re facienda.

*m* Comm. DD.

13 In caſu in quo times tuo facto, vel dicto alios eſſe ſcandalizandos, debes *n* aperire in Confeſſione & ſpecies peccatorum, in quæ corruere illos feciſti, & numerum perſonarum.

*n* Comm. DD.

14. Qui jocoſe profert verba turpia coram aliis quos non timet ideo in peccatum mortale ruituros, non *o* peccat mortaliter, nec tenetur prædictas circumſtantias fateri.

*o* Comm. DD.

15. A re facienda ex præcepto Eccleſiæ an ob ſcandalum infirmorum abſtinendum ſit alii ajunt, alii negant *p* probabilius. A re autem ex conſilio facienda aliquando abſtinendum eſt ne parvuli ſcandalizentur.

*p* Comm. DD.

16. Si fœmina utatur veſte virili ſine mala intentione, nec ſit ſcandalum, non *q* peccat mortaliter.

*q* Dian. in comp. hoc verb. n. 6.

17. Licitum *r* eſt vinum vendere tabernariis, quos ſcis illud aqua mixtum iterum eſſe venditures, niſi tuo nomine vendendum ſit, vel aliter quam tuo nomine ſic vendens grave damnum patiaris.

*r* Idem ib. n. 7.

18. Volentem furari à paupere *ſ* potes ſuadere, ut potius furetur à divite etiam determinando perſonam, de qua fur non cogitabat.

*ſ* Vaſq. apud Dian. p. 3. tr. 7. reſ. 8.

19 Poteſt *t* maritus occaſionem adulterandi præbere uxori

*t* Dia. p. 5. tr. 5. reſ. 18





ri animo illam ab adulterio corrigendi, & famulo dominus occaſionem furandi ob eumdem finem.

## SCHISMA.

1. Schiſma generaliter *a* ſumptum, vitium eſt, quo quis ſeparat ſe ab unitate debita. Sumptum veró ſpecialiter vitium eſt, quo quis ſeparat ſe ab unitate Eccleſiæ nolens ſe ei ſubjicere.

*a* Navar. c. 27. n. 17

2. Schiſmaticus veluti, & hæreticus *b* privatur ipſo jure omni poteſtate.

*b* Comm. DD.

## SCIENTIA.

1. Scientia *a* eſt cognitio viſiva rei tam intellectus quam ſenſus.

2. Non *b* peccat docens ſcientias licitas licet multi abutantur eis.

3. Scire, vel debere ſcire paria ſunt.

*a* Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.
*b* Idem ib.

## SCRUPULUS.

1. Scrupulus *a* eſt cognitio argumenti apparentis contra ſcientiam, vel fidem, vel opinionem, vel dubitationem.

*a* Navar. ibidem. hoc verb.

2. Scrupulorum nimietas *b* naſcitur ex vitio naturalis complexionis, vel acquiſito per nimias vigilias, vel jejunia, vel per converſationem cum ſcrupuloſis. Gignunt in corde inconſtantiam, augmentum peccatorum, animi parvitatem, nebulas, & inquietudinem mentis, & acediam.

*b* Idem apud Avi. in hoc verb.

3. Scrupulorum remedia *c* ſunt: Gratia divina, pharmacum contra malos humores judicium debilitantes, averſio cogitationis à re ſcrupuloſa, ſubmiſſio judicio aliorum, contraventio ſcrupulorum, fervor in acquirenda mentis puritate, propoſitum firmum prius mille mortes ſubeundi quam minimo peccato veniali deliberate conſentiendi; fiducia magna in bonitate Dei, cognitio experimentalis illius, & ſuper omnia perfecta Dei charitas, quæ foras mittit omnem timorem.

*c* Ex praxi ſpiritualiũ virorum.

4. Non peccat *d* qui legem implet juxta authoris mentem, quamvis verba contrarium ſonent. Nec qui illam ſervat in benigniore ſenſu, licet illam violet in duriore. Nec qui in dubiis illam ſervat ſecundum uſum bonorum.

*d* Navar. ubi ſup. hoc verb.

5. Faciens opus, quod credit quis eſſe licitum, & neſcit eſſe

illicitum, etiam ſi pungatur ſcrupulo in generali, vel in particulari non *e* peccat.

*e* Comm. DD.

6. Ad tollendos ſcrupulos juvat multum hoc verum apud omnes Doctores principium: Ubi non eſt plena cognitio peccati mortalis cum plena & deliberata voluntate illud committendi, non poteſt *f* eſſe mortale peccatum.

*f* Comm. DD.

7. Leo X. conceſſit Fratribus Minoribus valde ſcrupuloſis quod in dubiis ad ſalutem animæ ſpectantibus poſſint ſtare ſuorum Guardianorum reſponſis, etiam ſi ſubditi ſint docti, & Guardiani indocti. Vide verbum *Conſcientia*, & verbum *Dubium*.

## *SECRETVM.*

1. Secretum *a* eſt quod à nemine ſcitur, vel à tam paucis, ut non ſit famoſum, nec notorium.

*a* Navarr. ubi ſup. in comp. hoc verb.

2. Qui ſecretò cognovit etiam ſub juramento proditionem, vel aliud malum imminens animæ, vel proximi corpori non ſolum poteſt, imò & debet *b* illud revelare, ſi aliter illud non poteſt impedire.

*b* Comm. DD.

3. Peccat, *c* qui ſecretum ſibi communicatum, quod non vergit in proximi damnum, revelat etiam judici præcipienti.

*c* Navarr. ubi ſup.

4. Promiſſio ſervandi ſecretum parvi momenti vix obligat ad veniale.

5. Peccat *d* mortaliter, qui ſecreta civitatis, conſilii, vel exercitus revelat, ſi ſunt magni momenti, & non vergunt in injuſtam aliorum perniciem, etiam vi tormentorum coactus, aut metu amittendæ vitæ.

*d* Idem n. 54.

---

# DISPVT. II. SECT. I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

## *SEPVLTVRA.*

### *De ſepulturæ definitione & in qua Eccleſia unuſquiſque ſepeliendus ſit.*

1. SEpultura Eccleſiaſtica *a* eſt locus concavus in Eccleſiaſtico cæmeterio factus, in quo corpus catholici cõquieſcit.

*a* L. 1, tit. 13. p. 1.

2. Reli-



2 Religioſi poſſunt habere cæmeteria in ſuis oratoriis. *b*

*b* Comm. DD.

3 Olim ſolum perſonæ inſignes in Eccleſiis ſepeliebantur *c*

*c* L. 11. tit. 13. p. 1.

4 Venditio ſepulturæ Eccleſiaſticæ eſt ſimonia, jus autem, ut quis, & ſucceſſores illius in ea ſepeliantur, vendi poteſt *d*

*d* Comm. DD.

5 Qui 14. ætatis annum habent, poſſunt *e* ſepulturam eligere ſiue viri ſunt, ſiue fœminæ, etiam ſi ſint ſub patria poteſtate, vel ſerui exceptis religioſis.

*e* c. licet. pater de ſepul. in 6.

6 Non valet *f* electio ſepulchri facta à patre pro filio impubere, niſi ubi ſit cõtraria conſuetudo, quæ ubique vigeat.

*f* dic. c. licet pater.

7 Qui mortuus eſt ſine electione ſepulchri *g* ſepeliendus eſt in ſepulchro ſuorum majorum, niſi ſit conſuetudo in contrarium.

*g* c. 1. de ſepul. in 6.

8 Cùm pater, & auus defuncti ſepulti ſunt in una Eccleſia, in hac eſt ſepeliendus, licet alij aſcendentes ſint in alia. Si verò pater eſt in una, auus, & alij aſcendentes in alia, in hac eſt ſepeliendus. *h* Si verò pater ſit in una, auus in alia, & alij aſcendentes in alia, in paterna ſepultura ſepeliendus eſt ex conſuetudine.

*h* Gloſſ. in c. is qui de ſepul. in 6. Abbas in c. nos de ſepult.

9 Cùm pater, & mater ſunt in una, Eccleſia, & aſcendentes in alia, conſideranda eſt conſuetudo; qua deficiente, ſepeliendus eſt in Parochia.

10 Filij naturales *i* qui non elegerunt ſepulturam, ſepeliendi ſunt cum patre, niſi is fuerit in dignitate conſtitutus; ſpurij autem cum matre niſi hæc fuerit illuſtris.

*i* F. Em. Roder to. 3. qq. reg. q. 18. art. 8.

11 Qui non elegit ſepulturam, nec illam à progenitoribus habet, in ea Parochia ſepeliendus *m* eſt, in qua ſuſcipiebat ſacramenta. Si autem habeat duas Parochias, obſeruetur conſuetudo, & ſententia Epiſcopi.

*l* Comm. DD.

12 Qui habet domicilium in civitate, & mortuus eſt in pago, in civitate ſepeliendus *n* eſt.

*m* c. ex parte, & c. in noſtra de ſepul.

13 Vxor defuncta non electo ſepulchro, in ſepulchro mariti ſepelienda eſt. Si verò illa elegit ſepulchrum, & ante maritum mortua eſt, ſi ille moriatur non *o* electâ ſepultura, non eſt ſepeliendus cum vxore.

*n* c. is qui de ſepul. in 6.

*o* D. c. is qui parag. mulier.

14 Prælati Eccleſiæ, qui non elegerant ſepulturam, in ſua Eccleſia ſepeliendi *p* ſunt.

*p* Comm. DD.

15 Religioſis non licet *q* ſepulturam eligere, niſi forte longe eſſent à monaſterio.

*q* c. religioſi eod. tit. in 6.

16 Novitij etiam ſi in parentum ſuorum domibus è vita decedant, in monaſterio, in quo erant novitij, niſi aliam ſepulturam elegerint, ſepeliendi *r* ſunt.

*r* Vill. tr. 30. 1. p. dif. 2.

17 Donati profeſſi *ſ*, qui diſtinctum habitum à ſæcularibus afferunt, in ſuis monaſterijs ſepeliendi ſunt, niſi fuerint

*ſ* Idem vbi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rint conjugati.

18 Famuli religioſorum cùm ſepulturam non eligunt in monaſteriis ſepeliendi *r* ſunt.

19 Peregrini cùm non eligunt ſepulturam in Parochia, in qua ſuſcipiunt ſacramenta ſepeliendi ſunt, niſi ſit conſuetudo ut in Cathedrali *u* ſepeliantur.

20 Si Eccleſia, in qua quis ſepeliendus eſt ſecundum jus fuerit interdicta, ſepeliatur in paruchia, & ſi hæc etiam fuerit interdicta in proximiore monaſterio ſepeliendus *x* eſt.

21 Qui recipit defunctum, & illum ſepelit, ubi ſecundum jus ſepeliendus non eſt, peccat *y* mortaliter, & tenetur reſtituere cadaver ſi petatur, etiamſi tantum oſſa maneant.

22 Bonifacius VIII. prohibet *z* ſub ſancta obedientia, ac ſub interminatione damnationis æternæ omnibus religioſis, ac clericis ſæcularibus, ne aliquem inducant ut juret vel promittat ſe electurum eſſe ſepulturam in illorum Eccleſiis, vel jam electam non mutaturum. Quod ſi tales religioſi, vel clerici ſic inductum in ſuis Eccleſiis ſepelire præſumpſerint, tenentur reſtituere corpus ſi petatur, & alia, quæ ob ſepulturam receperunt. Quod ſi ſecus faciunt, Eccleſiæ ipſorum erunt interdictæ donec ſatisfaciant.

23 Advertendum tamen prædictam prohibitionem non comprehendere eos, qui ſe ſibi conſulunt, vel perſuadent, non verò faciunt quod aliquis juret, vel promittat, in ipſorum Eccleſiis ſe electurum ſepulturam.

24 Non poteſt *a* impediri ſepultura propter debita defuncti, immò qui impedire præſumpſerit, amittit jus ad debitum recipiendum.

*QUIBUS PERSONIS NEGANDA EST ſepultura Eccleſiaſtica.*

25 Infidelibus Paganis, Judæis, & hæreticis, & his qui in torneamentis moriuntur neganda *b* eſt. Nec non iis qui ſe ipſos interficiunt, & nunquam pœnituerunt.

26 Nec non his, *c* qui annuæ Confeſſionis præceptum non adimpleverunt, niſi ſigna contritionis oſtenderint.

27 Nec *d* non monacho, qui proprietarius inventus eſt, cùm clare conſtat de delicto.

28 Statutum Carthuſianorum de neganda Eccleſiaſtica ſepultura ei, apud quem 12. nummi fuerint inventi, intelligendum eſt de eo, qui hoc fecerit ex legis contemptu.

29 Item negari debet *f* blaſphemis, & in peccato mortali *g* morientibus, niſi ſigna contritionis oſtenderit. Oppoſitum ab aliis probabiliter defenditur.

30 Meretrici inventæ in domo lenonis *h* quam ipſe gladio inter-

*r* Ex priv. Iulij II. Vide Roder to. 2. qq. reg. q. 67. art. 2.
*u* Abb. in c. 1. de ſepult.
*x* Idem c. cum libeſum de ſepul.
*y* c. animarum de ſepult. in 6.
*z* F. Em. Red. to. 1. qq. reg. q. 71. art. 7.
*a* L. F. F. de ſepul. violat.
*b* c. Eccl. de conſ. diſt. 1. vel in duello.
*c* c. omnis utriuſque ſexus de pænit. & remiſ.
*d* ſuper quodam in fin c. monachus de ſtatu monach.
*e* C. fin. de maled.
*f* c. fin. de maled.
*g* c. quibus 13. q. 2. & furtis de fur.



interfecit, non eſt neganda Eccleſiaſtica ſepultura; ſuri tamen vel adultero interfectis in ipſo delicto negari debet, niſi ſigna dederint contritionis.

31 Nec *i* non manifeſto uſurario, vel in excommunicatione mortuo ſi ſit denuntiatus.

32 Item ei, *l* qui aliquem ſacerdotem ſuorum filiorum tutorem inſtituit.

33 Item puero ſine Baptiſmo mortuo, niſi ſit adhuc in matris utero. Leproſo autem nullo jure negatur. *m*

34 Advertendum tandem prædictis caſibus, quod qui ſcienter contrarium fecerit, peccabit mortaliter. Quod ſi fuerit interdictus vel publicè excommunicatus, vel manifeſte uſurarius, qui his ſepulturam dederit, excommunicationem incurret.

*i* c. quia de uſur. c. quamquam eodem tit. in 6.
*l* c. neque apud 88. diſt.
*m* Comm. DD.

---

# SECTIO II.

## *QUIS FUNEBRES, SUMPTUS facere teneatur.*

1 Hæres tenetur *a* facere funeris ſumptus, pater filij, & dominus ſervi, uxoris autem extrahendi à dote ipſius.

2 Cùm non fuerint facti ab his, qui facere tenentur, à quocumque alio fieri poſſunt moderatè *b*, & ipſe poteſt ſolutionem exigere.

3 Cùm quis inteſtatus moritur, non tenetur *c* hæres totam quintam partem bonorum pro anima defuncti inſumere, ſed ſufficiet facere, quod fieri ſolet pro ſimilibus aliis.

4 Cùm regularis extra conventum ſepelitur *d*, ſuperior ejus tenetur funeris ſumptus ſolvere.

5 Novitij funus ex ipſius bonis patrimonialibus ſolvendum *e* eſt. Quod ſi Abbas expenſas fecerit, poterit repetere.

*DE PRIVILEGIIS Religioſorum circa funera & quæ indulgentiæ lucrentur, qui cum habitu religioſo ſepeliuntur.*

6 Liberum *f* eſt cuicumque fidelium Eccleſiaſticam ſepulturam in quorumcumque religioſorum mendicantium Eccleſiis eligere.

7 Soli ſuperiores religioſorum poſſunt *g* concedere habitum ſæcularibus, ut cum illo ſepeliantur.

*a* VIII. to. 2. tr. 32. diſ. 4.
*b* l. 12. lib. 13. b. 7.
*c* Vill. ubi ſup. nu. 3.
*d* Idem ibidem num. 4.
*e* Roder. qq. reg. q. 60. art. 3.
*f* ex comp. privileg. verb. ſepult.
*g* Sixt. IV. Clem. VII. dudum parag. per hujuſmodi.

 8 Qui

8 Qui ſecum illum habent in mortis articulo, licet vivi non fuerint illum induti, ex conceſſione Leonis X. plenariam indulgentiam conſequuntur, *b* & opus non eſt ut dent eleemoſynam ad veſtiendum religioſũ, cujus erat habitus.

*b* Ex Leone X.

*AN LICEAT exhumari defunctos, ut expolientur vel ut aliò transferantur, vel ad alium effectum?*

9 Exhumare defunctos ad eos ſpoliandos eſt *i* peccatum mortale, ſed ſine obligatione reſtituendi.

*i* L. 14. tit. 73. p. 1.

10 Qui cadaver extrahit ut dilaceret, incurit *l* cenſuram ſupradictam; ſed Prælatus, qui ad hoc præbet conſenſum licet mortaliter peccet, cenſuram non incurrit.

*l* Vill. 1. p. tr. 17. diſ. 13. n. 7.

11 Licitum *m* eſt depoſita cadavera ex una Eccleſia in aliam transferre. Secus verò ſi ex profeſſo ibi fuerint ſepulta, niſi licentia ab Epiſcopo impetretur.

*m* Idem tom. 2. tr. 11. diſ. 6. n. 4.

12 Religioſis mendicantibus licitum *n* eſt ex privilegio Leonis X. ex una capella ad aliam conſentientibus his, ad quos ſpectat, corpora defunctorum transferre.

*n* Ex Leone X.

*VARIÆ circa ſepulturam reſolutiones.*

13 Publico peccatori ſine ſigno contritionis mortuo, vel in actu mortaliter malo non eſt neganda *o* Eccleſiaſtica ſepultura, nec privandus Eccleſiæ ſuffragiis. Idem dic de eo qui in puteo mortuus vel laqueo ſuſpenſus inventus eſt, quia non conſtat an à ſe vel ab alio fuerint interfecti.

*o* Dian. p. 5. tr. 1. reſ. 99.

14 Ad probandam ſepulturæ electionem requiruntur *p* duo, vel tres teſtes, immo ſunt qui dicant ſufficere dictum Confeſſarij.

*p* Comm. DD.

15 Excommunicatio lata in eos, qui excommunicatum non toleratum ſepeliunt, ſolùm comprehendit *q* eos, qui ſuis manibus corpus defuncti terræ mandant, vel id fieri jubent, non verò comitantes, cantantes, vel lumina deferentes.

*q* Dian. in comp. hoc verb. n. 2.

16 Epiſcopus ex cauſa poteſt *r* unum in ſepulchro alterius ipſo etiam invito ſepelire.

*r* Comm. DD.

18 Nolle humare cadavera cum poſſit ſine magno incommodo, cùm non eſt alius qui faciat mortale *ſ* eſt.

*ſ* Comm. DD.

18 Toto Paſſionis tempore licet in paraſceve non liceat conſecrare, poſſunt *t* fidelium cadavera humari.

*t* Comm. DD.

*DE PORTIONE canonica, ſeu quarta funeraria, & cui debeatur?*

9 Portio Canonica *u* eſt, quæ ex legatis debetur Epiſcopo, quæ in diverſis locis eſt, & vocatur quarta funeraria, ſed in multis diœceſibus jam non eſt in uſu, & circa illam

*u* Vill. vbi ſup. dif. 5. num. 1. c. ad antiquos. c. de certnimus r



illam conſuetudo ſervanda eſt.

20 Vt à ſolutione hujus quartæ quis exebſetur, præſcriptione 40. annorum opus *x* eſt, vel ut alij dicunt tempore immemoriali. *x* Vill. vbi ſup. n. 2.

21 Alia quarta funeralis debetur *y* Parochiæ quando Parochianus extra illam ſepultus eſt. Hæc verò in diverſis locis diverſimodè aſſignata eſt, ſed frequentius eſt pars quarta. Vbi verò parochiæ, & Epiſcopo ſolvitur, Parochiæ priùs ſolvenda eſt. *y* Idem vbi ſup. n. 3.

22 Quarta Parochialis eſt *z* de his, quæ in die funeris obveniunt, & de legatis Eccleſiæ in qua defunctus ſepelitur, & non de aliis. *z* Comm. DD.

23 Vbi religioſi debent ſolvere, quartam ſolùm de oblationibus factis in de funeris tenentur *a* ſolvere, non verò de Miſſis, candelis, aut re alia. *a* Sylv. verb. can. port. infra.

24 Monaſteria Ordinum mendicantium, quæ quadraginta ab hinc annis, & non ante quartam ſoluunt, illam ſolvere non *b* tenentur. *b* Ex Nicolao V.

25 Non debetur *c* quarta funeraria ex funere novitij in monaſterio ſepulti, etiam ſi in parentum domo habitum retinens moriatur. Si verò jam æger habitum ſuſcepit, debetur. *c* Vill. vbi ſup. n. 10.

d

## *SERVVS.*

*QVIBVS IN CASIBVS SERVI SIBI acquirunt, retinentque dominium?*

1 Eſt quando inter dominum, *a* & ſeruum ſit pactum, ut ſingulis diebus tot nummos domino acquirat, reliquos ſibi retineat. *a* Vide Molin. de jur. tom 1. tr. 2. diſp. 31. & Vill. to. 1. tr. 16. dif. 5. n. 1.

2 Cùm expreſſè vel tacitè dominus aliquid donat ſervo ut ſibi acquirat.

3 Cùm dominus, vel quivis alius aliquid ſervo reſtituit ob injuriam factam illi in rebus, quæ domini non erant.

4 Cùm ſervo aliquid legatum, vel donatum fuit ea conditione, ut ad dominum non pertineat, & tale erit quod pro acquirenda libertate donatur.

5 Cùm ſeruus aliquid lucratur ex propriis bonis ſine detrimento debiti obſequij.

6 Ex dictis infertur, quod ſi dominus aliquid ex his ſibi uſurpet invito ſervò, reſtituere tenetur, & ſi nolit, poterit ſervus occultè ſibi recompenſare.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7 Licitum eſt homini ſe ipſum vendere ; ſed ſervandæ ſunt conditiones videndæ apud Villalobos. *b*

*b* Vill. vbi ſup. diſ. 9. n. 7.

8 Servitus orta ex bello juſto eſt ex miſericordia qua quis ſervat quem poterat juſtè occidere.

9 Ancillarum filij ſunt ſervi ; partus enim ſequitur ventrem : dum *c* tamen mater in conceptione, vel in partu, vel in tempore intermedio non fuerit ſaltem per momentum libera.

*c* Idem vbi ſupra, n. 6.

10 An ſervus captus in bello juſto peccet fugiendo, & teneatur domino reſtituere alij negant, alij affirmant *d* probabilius, etiam ſi non promiſiſſet non fugere.

*d* Molin. diſp. 15.

11 Capti à Turcis, vel alijs infidelibus non ſolum *e* poſſunt licitè fugere, ſed & ab eis ſurripere quæcumque potuerint ceſſante ſcandalo.

*e* Sà hoc verb. n. 1.

12 Chriſtianus etiam hæreticus captus in bello juſto ab alijs Chriſtianis non fit ſervus *f* ex conſuetudine, ſed poteſt detineri donec redimatur.

*f* Comm. DD.

13 Apoſtatæ à fide quales ſunt Granatenſes, Saraceni poſſunt *g* in ſervitutem redigi, & illorum filij, ſi ſub hac conditione parentes eorum fidem ſervare promiſerunt.

*g* Sà hoc verb.

14 Apoſtatarum filijs impuberibus in regno Granatenſi libertatem donavit *h* Philippus II licet ſecundum probabiliorem ſententiam poſſet illos in ſervitutem redigere.

*h* Idem vbi ſup.

15 Redemptus ab hoſtibus debet *i* redemptori pretium, vel ſervitium per quinquennium.

*i* Idem vbi ſupra.

16 Servus *l* fit liber cum habetur pro derelicto, ut ſi exponatur infans domino ſciente, aut non contradicente, aut à domino æger deſeratur, aut ei negentur alimenta, aut ordinentur domino ſciente, & non contradicente, aut ſi dominus ſit hæreticus, aut infidelis, & fugiat ſervus ad Eccleſiã, aut ſi dominus ancillam violare velit, & illa fugiat, aut ſi illam habuit concubinam uſque ad mortem cum poſſet ducere, & de illa nihil diſpoſuit.

*l* Sylv. verb. ſervitus, n. 1.

17 Libertus debet *m* patrono egenti alimenta, & decedenti abſque liberis ſuccedit patronus ab inteſtato.

*m* Idem verb. manumiſſio, n. 6.

18 Servus crudeliter tractatus à domino poteſt *n* illum compellere ut ſe alteri vendat. Idem dic *o* de ancilla à domino ad luxuriam provocata.

*n* Comm. DD.

*o* Comm. DD.

19 Pater poteſt *p* filium vendere etiam invitum in extrema neceſſitate.

*p* Navar. apud Avilam in comp. hoc verb.

20 Non licet ſervum emere injuſtè poſſeſſum, niſi eſſet deſtinatus in cibum, vel in mortem, & tunc etiam invito emptore poſſet ſe ipſum redimere dato pretio, nec poteſt alteri



alteri vendi, niſi ſecundus emptor de modo primæ emptionis admoneatur.

21 Mala fide emit *q* ſervum, qui credit publicam eſſe famam injuſtè fuiſſe captum.

*q* Idem vbi ſupra

22 Damnatus ad mortem concedente judice, vel ſtatuto, ut ſe poſſit redimere, poteſt *r* ſe vendere pretio redemptionis.

*r* Navar. c. 24. n. 17

23 Servus contra voluntatem domini conjugatus poteſt *ſ* vendi extra oppidum, ſi in eo non poteſt vendi ſine damno ipſius domini.

*ſ* Comm. DD.

24 Furtum ſervi à domino majorem *t* quantitatem exigit quam ab alio ut ſit peccatum mortale, & ſi furetur ut ſibi vel filiis vel uxori veſtem, vel ſimilia emat, non peccabit, niſi ſit in magna quantitate,

*t* Authoris Placitum.

## SIGILLVM CONFESSIONIS.

### Vide verbum *Confeſſio.*

1 Ad revelationem peccati *a* complicis ſufficit licentia pœnitentis & ſi contrarium probabile ſit.

*a* Dian. in comp. hoc verb. n. 1.

2 Qui ſcit ex confeſſione aliquem Confeſſorem non eſſe Sacerdotem, poteſt *b* immo debet cum eo non confiteri ; & qui ſcit vitæ ſuæ inſidias parari, poteſt è domo non exire, & armis ſe inſtruere.

*b* Idem vbi ſupra, n. 2.

3 Poteſt *c* quis ſuffragium negare ei, quem in Confeſſione cognovit indignum, ſi præter peccata habet alios defectus ætatis, vel ſcientiæ &c. ſecus non debet.

*c* Idem vbi ſupra, n. 1.

4 Qui alio honeſto titulo non poteſt mortem fugere niſi revelando peccatum in Confeſſione cognitum, debet *d* prius eligere millies mori quam ſigillum frangere. Si autem eſt in peccato mortali, conteratur de illo.

*d* Suar. apud Dianam p. 1. tr. 4. reſ. 76.

5 Decretum Clementis VIII de non utendo notitia in Confeſſione habita in regimine exteriori, dicunt *e* quidam non obligare, quando imminet grave damnum reipublicæ, vel proximo.

*e* Vide Dian. p. 4. tract. 4. reſ. 201.

6 Si Confeſſarius interrogetur de meretrice pœnitente an confeſſa fuerit fornicationem non debet negare, nec affirmare, ſed eludere reſponſionem dicendo ſe ſuo munere functum eſſe

*f* Comm. DD.

7 Qui non poteſt aliter crimen fateri, non debet *f* revelare peccatum alterius.

8 Quãdo Confeſſarius incidit in aliquẽ defectum in Confeſſione, verbi gratia, ſi juſſerit pœnitenti quod non *g* debebat reſtitu-

*g* Fagundez apud Dian in comp. hoc verb.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

reſtituere, non poteſt niſi habita expreſſa licentia ab illo eum admonere, quam ſi neget Confeſſarius excuſatur, & error in pœnitentem transfertur. Quod verum eſt etiam ſi ſtatim poſt finitam Confeſſionem Confeſſarius errorem deprehenderit. Immò in ſequentibus confeſſionibus nō licet cum pœnitente agere de prioribus, niſi habita prædicta licentia; ſed cum ſe pœnitens in eis ſubijciat ſub eodem ſigillo directioni Confeſſarij licentiam dare videtur, *h* ut in his inſtruatur, quæ ad illius animæ ſalutē ſpectant, nec læditur in hoc ſigillum.

*h* Placitum authoris.

6 Quod quis dicit alteri tanquam in confeſſione, ſed nec ſe accuſando, nec in ordine ab abſolutionem, non obligat *i* ſub ratione ſigilli, ſed ut ſecretum naturale.

*i* Comm. DD.

10 Cùm quis clam accedit ad confitendum Confeſſario dicens ſe nolle ab alio ſciri confeſſum eſſe, ſi hoc solùm recuſetur ſit contra *l* ſigillum.

11 An qui dicit pœnitentem ſibi minutiſſimis peccatis ſcrupuloſi caput obtudiſſe ſigillum violet alij ajunt, *m* alij negant probabilius; fatentur tamen periculoſum eſſe loquendi modum, quia odioſam Confeſſionem reddit.

*l* Regin. apud Dian. vbi ſup. n. 7.
*m* Gran. apud Dian. vbi ſupr. n. 7. docet contrarium.

12 Quæ in Confeſſione dicuntur concomitanter, & pœnitens deſervire putat ad detegenda peccata continentur *n* ſub ſigillo. Idem eſt de defectibus naturalibus pœnitentis. Itemque de his quæ ad alios pertinent etiam ſi non ſint peccata. Secus verò ſi ſint virtutes, & dona, quia hæc non dicuntur ad peccata explicanda. Sunt tamen hæc etiam tacenda ſi pœnitens velit ſub ſecreto naturali.

*n* Comm. DD.

13 Cùm pœnitens fatetur ſe habere intentionem de præſenti aliquem occidendi, ſi hoc dicat animo ſe accuſandi, clauditur ſub ſigillo. Secus verò ſi per medium ſimplicis narrationis, vel ut Confeſſarium inducat ad ſimile peccatum perpetrandum. Vnde ſi quis accederet ſine ullo dolore & emendationis propoſito non eſſet *o* ſigilli, ſed tantum ſecreti naturalis obligatio.

*o* Dian. p. 5. tr. 11. reſ. 15.

14 Frangit *p* ſigillum Confeſſarius dicens pœnitentiam datam pro mortalibus, vel pro gravibus venialibus: Pœnitens autem nunquam frangit ſigillum ſibi impoſitam pœnitentiam revelans, peccat tamen ſi eo animo revelet, ut Confeſſario detrahat.

*p* Comm. DD.

15 Qui dicit certum genus peccatorum committi in tali civitate, non frangit *q* ſigillum. Si tamen coram puſillis dicat qui poſſint ſcandalizari peccat graviter. Frangeret tamen ſi diceret ſe audiviſſe grave aliquod peccatum in

*q* Dian. p. 2. tr. 15. reſ. 13.



in certo monaſterio, etſi perſonam non nominaret. Immo etſi non nominaret monaſterium dicens, in ordine quodam committi grave peccatum. Iſte tamen puniendus non eſſet pœna ordinaria.

16 Confeſſarius tenetur *r* dare ſchedulam pœnitenti, quem non abſolvit ſi illam petat, ne detur ſuſpicio de peccato mortali.

*r* Conink. apud Dia. in comm. hoc verb num. 13.

17 Nec poteſt dicere ſe illum non abſolviſſe, quia faciet contra ſigillum, niſi declaret aliquam juſtam, & honeſtam cauſam negatæ abſolutionis.

18 Si pœnitens in Confeſſione complicem declaravit, *ſ* tenetur Confeſſarius ſub ſigillo illum occultare.

*ſ* Comm. DD.

19 Non poteſt *t* ſuperior alicujus domus dicere provinciali in illa ſæpe peti facultatem ad abſolvendum de reſervatis.

*t* Dian. vbi ſup.

20 Qui chartam invenit vbi ſcripta erant peccata vel confeſſa vel confitenda, tenetur *u* illa occultare ſub ſigillo Confeſſionis ſecundùm probabiliorem ſententiam.

*u* Idem vbi ſup. num. 17.

21 Quando in naufragio plures publicè confitentur, omnes qui audiunt tenentur *x* ſub ſigillo: & laicus qui in ſimili conflictu audit peccata alterius, putans per ignorantiam poſſe illum abſolvere, & multo magis ſi fingat ſe eſſe Sacerdotem. Idem dic de interprete.

*x* Sua. ap. Dian. vbi ſup. num. 16.

22 Cùm pœnitens aliquem conſulit in ordine ad Confeſſionem etiam alteri faciendam conſultus tenetur *y* ſub Confeſſionis ſigillo.

*y* Comm. DD.

23 Cùm Confeſſarius de licentia pœnitentis peccata illius revelat theologo ad conſulendum, violat *z* ſigillum theologus ſi alteri revelet ſecundùm probabiliorem.

*z* Facund. apud Dia. vbi ſup.

24 Pœna Confeſſarij revelantis peccatum auditum in Confeſſione *a* eſt depoſitio ab omni munere Sacerdotali & perpetua recluſio in monaſterio. Sed utraque requirunt ſententiam, nec comprehendunt alios, qui præter Confeſſarium ſigillo obligantur.

*a* Suar. apud Dia. vbi ſup.

25 Si aliquid ignominioſum, quod non ſit peccatum, revelet Confeſſarius non punitur *b* pœna ordinaria, & nullo caſu ſit irregularis, quia talis pœna nullo jure ſtatuta invenitur.

*b* Dian. vbi ſup. n. 21.

26 An qui cum ipſo pœnitente agit de peccatis auditis in alia Confeſſione ſine licentia illius puniendus ſit pœna ordinaria, alij ajunt, alij negant *c* probabilius.

*c* Gran. Dian. vbi ſup.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIO III.

## SECTIO PRIMA.

### RESOLVTIONES VARIÆ.

### *SIMONIA*

*a* Comm. DD.

1 Simonia *a* eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi rem ſpiritualem, vel ei anexam.

2 Gravitas hujus peccati colligitur ex pœnis, quibus in jure punitur.

*b* Suar. to. 1. de rel. art. lib. 4 c. 2.

3 In hoc peccato licet poſſet gravitas ejus minui ratione indeliberationis, inadvertentiæ, & ignorantiæ, ita vt aliquando ſit veniale tantum; ſed hoc non poteſt *b* contingere ratione levitatis materiæ.

*c* c. non ſatis de ſim. & D. Thom. Quod lib. 8. art. 1.

4 Non poteſt *c* aliquid dari pro re ſpirituali tanquam principalis cauſa, bene tamen ut impulſiva, ſine qua non, ſi fiat principaliter propter aliam cauſam.

5 Qui adminiſtrat res ſpirituales principaliter ob bonum ſpirituale, poteſt *d* minus principaliter intendere ſtipendum temporale.

*d* Comm. DD. *e* c. ſi officium 19.

6 Qui principaliter ſurgit ad matutinum ob ſtipendium, ſeu diſtributionem, & qui ſervit Epiſcopo principaliter propter beneficium ſibi dandum non excuſantur *e* à ſimonia; poſſunt tamen ſecundario id intendere.

*f* c. ad Apoſt. de ſimon.

7 Qui accipit *f* ſtipendum, vel eleëmoſynam pro labore annexo rei ſpirituali ut Miſſæ celebrationi, vel verbi Dei prædicationi, non committit ſimoniam. Idem dic de eo qui principaliter mutuò dedit pecuniam Epiſcopo ut illi benefaceret, & ſecundario ut gratiam haberet ad conſequendum beneficium.

*g* D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1.

8 Qui dat aliquid non ut pretium rei ſpiritualis, ſed ob aliam rationem non eſt *g* ſimoniacus.

*h* Leſſ. lib. 2. d. 35.

9 Qui promittit alicui pretium pro re ſpirituali animo illum decipiendi peccat, non tamen eſt ſimoniacus.

*i* Suar. 2. de rel. tr. 3. l. 4. c. 31.

10 Simonia alia prohibita *i* quia ſimonia, alia ſimonia quia prohibita ut permutare beneficia authoritate propria, vel vendere officia Sacriſtæ, Procuratoris, vel Protectoris bonorum temporalium Eccleſiæ. Sunt qui teneant hanc

non



non eſſe ſimoniam, niſi quoad pœnas. Contraria autem ſententia *k* eſt probabilior.

*k* Suar. 1. de rel. tr. 2. lib. 4. c. 31.

11 Papa ſi, quod Deus avertat, venderet rem ſpiritualem, eſſet ſimoniacus, ſed non ſubjaceret pœnis juris poſitivi, ſicut nec qui ab eo emeret.

*l* c. quæſitum c. penul. de rer. permut.

12 Si calix ob *l* conſecrationem pluris venderetur eſſet ſimonia.

*AN SIT SIMONIA rem ſpiritualem cum alia ſpirituali permutare?*

*m* Vill. tr. 17. diſ. 5. n. 1.

13 Si vtraque habet annexam rem temporalem licitum *m* eſt illas permutare.

*n* Idem vbi ſup.

14 Cùm permutantur res ſpirituales, quæ habent annexas res temporales, ſi fiat ſine authoritate ſuperioris eſt *n* ſimonia.

*AN SIT SIMONIA permutare beneficium Eccleſiaſticum cum penſione?*

*o* Suar. 1. de relig. 11. 2.

15 Non licet *o* hoc facere ſine authoritate ſuperioris, Papa verò poſſet in ſe recipere beneficium, & penſionem, & diſtribuere in volentes permutare, aliter non poteſt licitè fieri, neque à Papa ſi penſio eſt temporalis.

*p* Idem vbi ſup. num. 2.

16 Si penſio ſpiritualis inſtituta eſt in beneficium Eccleſiaſticum, poteſt *p* permutari in manu Epiſcopi cum alio beneficio.

*AN POSSIT in permutatione inæqualium beneficiorum fieri naturalis recompenſatio.*

*q* Comm. DD

17 Si inæqualitas eſt ratione dignitatis non poteſt recompenſari pecunia. *q*

*r* Vill. vbi ſup diſ. 5.

18 Permutare beneficium magis pingue cum minus pingui ſine authoritate ſuperioris eſt ſimonia *r*. Compenſatio autem poteſt fieri à Papa duplici modo, vel auferendo à beneficio pinguiore partem illam in qua ſuperat minus pingue, faciens illam ex ſpirituali temporalem, vel permittendo quod detur pecunia non pro fructibus beneficij, ſed in ſuſtentationem habentis minus pingue.

*ſ* Idem num. 4.

19 Permutare beneficia inæqualia in temporalibus poſita penſione in pinguiore non eſt ſimonia, *ſ* ſed fieri non poteſt ſine licentia Papæ.

*t* Idem num. 5.

20 Cùm beneficia ſunt æqualia in fructibus, *t* & unum ſuperat aliud in dignitate, poteſt Papa penſionem ponere in digniori, non ut pretium dignitatis, ſed præmium perſonæ benemeritæ, & in ſuſtentationem illius.

*AN SIT SIMONIA vendere ceſſationem ab uſu rerum ſpiritualium.*

*u* Suar. de relig. to. 1. lib. 4. c. 17.

21 Vendere ceſſationem actus debiti jure dictitis ſpiritualis eſt ſimonia, *u* Vt ſi quis ob acceptam pecuniam negaret abſolutionem pœnitenti bene diſpoſito. Aliæ autem ceſſationes

ab

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ab uſu rerum ſpiritualium non ſunt ſimonia.

*AN SIT SIMONIA dare alicui pecuniam ut renunciet beneficio Eccleſiaſtico?*

22 Si quis pecuniam dat intuitu ut beneficium acquirat ſibi vel conſanguineo eſt *x* ſimonia.

*x* Comm. DD.

*AN SCIENTIAM vendere ſit ſimonia.*

23 Non eſt ſimonia *y* vendere ſcientias naturales, & eas propter ſtipendium docere. Idem dic de ſacra Theologia, ſed actus ejus v. g. prædicationem vendere ſimonia eſt; ad ſuſtentationem verò ut eleemoſyna poteſt à prædicatore aliquid repeti.

*y* Comm. DD.

24 Pro reſponſione caſus ad ſedandas conſcientias non poteſt *z* Theologus pecuniam recipere ſine nota ſimoniæ.

*z* Vill. vbi ſup. dif. ... nu. 2.

*AN SIT SIMONIA recipere pretium pro ſacramentis, vel pro labore, vel pro ſuſtentatione miniſtri?*

25 Vendere ſacramenta, *a* vel materiam proximam non verò remotam eſt ſimonia: Item recipere aliquid pro labore neceſſario cum ipſa ſacramenti adminiſtratione conjuncto. Contrarium tamen viri docti defendunt. *b*

*a* Comm. DD.

*b* Vide Vill. vbi ſupra.

26 Labor extrinſecus ſacramento non neceſſarius poteſt *c* vendi.

*c* Comm. DD.

27 Pro obligatione adminiſtrandi ſacramenta, vel prædicandi poteſt *d* pretium recipi.

*d* Comm. DD.

28 Miniſter ratione ſuſtentationis poteſt *e* pretium recipere etiam ſi ſit dives.

*e* Comm. DD.

29 Paciſci circa prædicta non eſt ſimonia *f* de jure divino, nec de poſitivo, in foro interiori.

*f* Navar. c. 23. nu. 102.

30 Cùm quis movetur ad faciendum opus ſpirituale propter ſtipendium, & ſine illo non faceret, non eſt *g* ſimonia niſi ſtipendium ſit finis principalis.

*g* Vill. vbi ſup.

*AN IN GRAVI vel extrema neceſſitate emere ſacramenta ſit ſimonia.*

31 Sacramenta emere eſt intrinſecè malum, & ideo illicitum etiam in extrema neceſſitate. Sed nihilominus ad removendum impedimentum pravæ voluntatis nolentis aliter adminiſtrare ſacramentum, licitum *h* eſt pecuniam dare in extrema neceſſitate.

*h* Comm. DD.

32 Si hæreticus caperet formas conſecratas, & nollet eas dare niſi ob pecuniam, licitum *i* eſſet eas pretio redimere; quia hic non emitur ſacramentum, ſed tollitur improbæ voluntatis impedimentum.

*i* Comm. DD.

*AN LICEAT pecuniam dare pro rebus ſpiritualibus, quæ habent aliquid corporale.*

33 Cùm in rebus ſpirituale eſt principale, & acceſſoriū corporale, ut in prædicatione Evangelij, temporale ut labor, vendi



vendi non *l* poteſt, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis

*l* Vill. vbi ſup. dif. 11. nu. 2.

34 Cùm viſitatur Eccleſia, poteſt *m* aliquid recipi pro ſuſtentatione miniſtri.

*m* Comm. DD

35 Cùm in rebus corporale eſt principale, & ſpirituale acceſſorium, ut in calicibus, & ornamentis, Eccleſiæ vendi & emi licitè poſſunt, *n* ſed non pretio majore, eo quòd ſint benedictæ. Ob hanc rationem licitum eſt vendere cereos Agnos, & Romæ veneunt.

*n* Villal. vbi ſup. num. 4.

*AN LICEAT vendere ſepulturam?*

36 Infidelibus poteſt *o* vendi ſepultura extra locum ſacrum.

*o* Comm. DD.

37 Eccleſiaſticam ſepulturam vendere etiam fidelibus ſimonia eſt.

38 Ius verò ſepulturæ licitè venditur *q* & majore pretio cùm eſt in digniore loco.

*p* c. non ſatis c. cū in Eccl. de ſim.

39 Non poſſunt clerici ob funeris officium pretium ferre *p* poſſunt tamen ut faciant majore pompa, vel pro ſuſtentatione miniſtri.

*q* c. ad Apoſtolicam de ſim.

---

## SECTIO II.

### *AN SIT SIMONIA PRETIUM recipere pro religionis ingreſſu?*

1 Simonia *a* eſt aliquid dare, vt quis in religione recipiatur.

*a* c. non ſatis c. cū in Eccleſia de ſimon.

2 Qui per ſimoniam ignoranter receptus eſt in religionem, debet *b* ſi poteſt ſine ſcandalo habitum deſerere, donec purgetur ſimonia, & iterum recipi. Si autem hoc fieri nequeat, recipiatur in alio conventu ejuſdem ordinis.

*b* c. de regularibus

3 In conventu paupere poteſt *c* aliquid recipi pro novitij ſuſtentatione, & idem poteſt fieri in divite, & quod in contrarium dicitur in *c. quoniam de ſimonia,* jam non eſt in uſu.

*c* Comm. DD.

*AN SIT SIMONIA pretium dare pro receptione habituum Ordinum militarium?*

4 Quod attinet ad fratres, idem dicendum *d* eſt quod de reliquis religioſis.

*d* Comm. DD.

5 An verò equites poſſint pretium dare pro receptione habitus alij dicunt eſſe ſimoniam, alij non *e* eſſe ſimoniam, eſſe verò peccatum mortale.

*e* Suar. t. de relig. 13. lib. 4. c. 7.

*AN SIT SIMONIA invitare aliquem ad Baptiſmum ei donando vel promittendo aliquod pretium.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

6 Licitum eſt, ſine pacto tamen, aliqua munera donare, vel promittere alicui, ut ad Baptiſmum, vel ad religionem afficiatur.

*g* Comm. DD.

7 Etiam eſt licitum *g* dare pecuniam alicui ad tollendum impedimentum, quod eum detinet.

*AN SIT SIMONIA dare res parvi valoris pro ſpiritualibus?*

8 In foro exteriori non præſumitur eſſe ſimonia; in interiori tamen, ſi verè eo animo datur, ut pretium ſit rei ſpiritualis erit *h* ſimonia.

*h* Vill. ubi ſup. diſ. 16. nu. 1.

*AN SIT SIMONIA dicere, non ero tibi ingratus, vel quando aliquem oravit Doctoris conſilium ſequendi?*

9 Si verò urbanitatis gratiâ ſolum dicantur, non eſt ſimonia; ſecus verò ſi dicantur ad movendum animum *i* alicujus ut conferat beneficium.

*i* Comm. DD.

10 Qui dubitat an in aliquo caſu committatur ſimonia vel non, & conſulit Doctorem à quo non credit ſe fore decipiendum non peccat, *l* nec committit ſimoniam etiam ſi à Doctore deceptus ſit.

*l* Comm. DD.

*AN SIT SIMONIA jus patronatus vendere?*

*m* Comm. DD.

11 Hoc jus *m* patronatus non eſt res ſpiritualis, ſed quid annexum rei ſpirituali.

*n* c. de jure patronat.

12 Jus patronatus *n* vendere eſt ſimonia per ſe de jure divino & naturali, & idem dic de actu præſentandi.

*o* Comm. DD.

13 Cùm venditur res, cui annexum non eſt jus patronatus, non eſt ſimonia *o*.

*p* Vill. ubi ſupra, diſ. 12. n. 4.

14 Cùm jus patronatus eſt litigioſum, eſt ſimonia præſentare aliquem ſub ea conditione, *p* ut litis expenſas ſolvat. Secus verò ſi non præſentetur ſub ea conditione; ſed ipſe litiget ſuis expenſis, ut jus ſuum ſervet indemne.

*q* Idem ubi ſup. num. 5.

15 Non licet *q* hæredis jus patronatus cedere in cohæredem per modum recompenſationis, quia majorem partem accepit.

*r* c. quia clerici de jur. patr.

16 Qui Juſpatronatus acquirit eo animo, *r* ut ſuum præſentet filium, jure patronatus privatus eſt.

*AN SINT materia ſimoniæ actus juriſdictionis Eccleſiaſticæ in foro exteriori vel interiori.*

17 Actus juriſdictionis Eccleſiaſticæ in foro interiori ſunt materia *ſ* ſimoniæ.

*ſ* c. nemo de ſimon.

*t* D. Tho. 2.2. q. 100. art. 1.

18 Eſt etiam ſimonia *t* juriſdictionem exteriorem vendere, etiam ſi agatur de re politica.

*u* Comm. DD.

19 Romæ licitè poſſunt *u* vendi à Papa aliqua officia, ut cameræ clericatus, & ſimilia, quia S. Pontifex ſeparat temporale à ſpirituali, & id licitè vendit.

20 Diſpen-



20 Diſpenſationes non poſſunt *x* licitè vendi neque à Papa, ſed recipi poteſt aliquod pretium pro miniſtrorum ſuſtentatione, vel per modum commutationis in eleêmoſynam pro loco pio, vel quando propter delictum commiſſum petitur diſpenſatio impedimenti incurſi, applicatur ut pœna cameræ Apoſtolicæ. *x* Vill. ubi ſup. n. 7.

21 Epiſcopi nihil poſſunt pro *y* diſpenſationibus accipere, poſſunt tamen jubere, ut detur aliqua eleêmoſyna per modum commutationis. *y* Trid. ſeſ. 25. c. 18. de refor.

*AN NOTARIUS Epiſcopi poſſit aliquid recipere pro titulo Ordinum.*

22 Nihil poſſunt recipere *z* pro charta, voce, calamo vel ſigillo, poſſunt tamen per modum ſuſtentationis. *z* c. 1. de ſimon.

23 Epiſcopi committerent ſimoniam ſi aliquid reciperent pro Ordinum collatione. Si tamen poſt datos Ordines ipſi vel eorum Notarij aliquid ſine pacto reciperent non *a* eſſet ſimonia. *a* Vill. ubi ſup. diſ. 20. nu. 3.

*AN EXAMINATORES beneficiorum ſimoniam committant aliquid accipiendo, & examinanti illud dando.*

24 Non poſſunt *b* aliquid ob examen recipere, bene tamen ſtipendia conſueta pro labore, & in hoc conſuetudo conſulenda eſt. *b* Trid. ſeſ. 24. de ref.

*AN SIMONIA ſit vendere officia Eccleſiæ temporalia, & illorum actus*

25 Officia œconomi, vice domini, ſacriſtæ, advocati, Caſtaldi, & ſimilia vendere ſimonia *c* eſt, quia prohibita, licet tamen illorum opera vendere. *c* Salvat. 1. q. 4. 4. c. ſiquis ep. 1. q. 1.

*AN LICEAT dare pecuniam electoribus ut eligant dignum ad Eccleſiaſticam dignitatem.*

26 Cùm electores parati ſunt ad indigni electionem, licitum *d* eſt illis dare pecuniam ut dignum eligant. *d* Vill. ubi ſup. diſ. 21. nu. 1.

27 Non eſt ſimonia dare pecuniam electoribus, ut eligant dignum in communi. Si autem detur, ut eligatur aliquis in particulari etiam dignior eſt ſimonia. *e* *e* Idem ubi ſupra. num. 1.

*AN SIT SIMONIA paciſci inter electores, quod alius in una electione unus det ſuffragium, & alius in alia ſuffragetur pro altero.*

28 Hoc facere eſt ſimonia *f* de jure poſitivo, non tamen erit ſi non ſit pactum, ſed tantùm detur ſpes, ut contingit cum alius alij dicit: Fave mihi nunc tuo ſuffragio, & ego data occaſione favorem meum tibi præſtabo. *f* c. cum pridem c. ſin. de pact.

*AN LICEAT pecuniam dare pro matrimonio?*

29 Pecuniam dare pro matrimonio ut ſacramento ſimonia *g* eſt, Secus verò ſi detur pro eo ut naturali contractu. *g* D. Tho. 2.2. q. 100. art. 1.

31 Non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*b* c. cum in Eccl. c. ſuam, de ſim.

31 Non licet *b* pretium recipere pro benedictionibus nuptialibus, ni detur ſpontaneè ad ſuſtentationem miniſtri.

*AN SIT SIMONIA dare beneficium, vel quamlibet rem ſpiritualem pro qualibet re temporali?*

*i* c. Salvator, 1. q. 3.

32 Quiſquis res Eccleſiaſticas non ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere linguæ, vel obſequij, vel pecuniæ largitur ut adipiſcatur, ſimoniacus *i* eſt ex c. Salvator 1. q. 3. Intellige cùm dantur in pretium rei ſpiritualis principaliter.

*l* Comm. DD.

33 Si quis daret beneficium ob vanam gloriam non eſſet *l* ſimoniacus, ſed vanus.

Vill. vbi ſup. dif. 14. n. 2.

34 Munere à lingua tunc ſolùm incurritur ſimonia, *m* cùm ex munere linguæ ſperatur temporalis utilitas, & ob illam res Eccleſiaſtica confertur.

*m* Comm. DD.

35 Dare beneficium ob conſanguinitatem, vel amicitiam eſt peccatum non verò ſimonia. Idem dic de eo, qui ob timorem, ne ex alicujus excidat gratia dat alicui beneficium.

*AN MEDIATOR ſimoniæ ſit ſimoniacus.*

*n* Extrav. 2. de ſimon.

36 Non ſolum eſt ſimoniacus, ſed incurrit *n* excommunicationem, & qui illi ob mediationem præbet pecuniam eſt etiam ſimoniacus.

37 Qui Papæ familiaribus aliquid præſtant præcipue ut illorum ſibi amicitiam concilient, & ſecundario ut data occaſione per eos à Papa beneficium conſequantur non ſunt ſimoniaci. *o*

*o* Comm. DD.

38 Qui per ſimoniam ab alio commiſſam ignorans beneficium conſecutus eſt, tenetur *p* ſtatim ac ſcivit beneficium relinquere, ſed non fructus bona fide perceptos.

*p* c. de ſimon. c. de regul. de ſim. ex. tran. 1. de ſim.

*QVO IVRE ſit ſimonia vendere beneficia Eccleſiaſtica.*

39 Iure divino eſt ſimonia vendere beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi non habeant adminiſtrationem Ordinis, nec clauum Eccleſiæ ſecundum probabiliorem.

*q* D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 4. *r* Suar. 1. de relig. tract. 1. lib. 4.

40 Licitum *r* eſt Papæ dare beneficium uni, & redditus alteri, & ſic ſeparati redditus vendi poſſunt.

SECT-



# SECTIO III.

## AN PENSIONES VENDERE, vel redimere ſit Simonia.

1 PEnſiones laicæ, quæ laicis reddi ſolent licitè venduntur. *a* Eccleſiaſticæ vero, quæ clericis aſſignari ſolent ſine ſimonia vendi non poſſunt. Penſiones aliæ ſunt mediæ, quæ nec omnino laicæ, nec omnino ſunt Eccleſiaſticæ, ut quæ datur Parocho ſeni ad ſuſtentationem. An vero tales poſſint vendi ſine ſimonia vel redemi alii ajunt, alii negant *b* probabilius, niſi de licentia Papæ.

*a* Comm. DD.

*b* Vill. ubi ſup. dif. 29. nu. 5.

*AN SIT SIMONIA temporali pretio redimere vexationem in acquiſitione beneficij.*

2 Qui temporali pretio redimit vexationem ante adeptum beneficium eſt ſimoniacus. Si tamen pecunia removeat eum, qui obeſſe tantum, prodeſſe autem non poteſt, non erit *c* ſimoniacus.

*c* Idem ubi ſup. dif. 20. num. 1.

3 Cùm quis munerum largitione impedit, ne quis conſequatur beneficium, quod dignè petit, hanc vexationem pecuniâ redimere non eſt ſimonia.

*d* Idem ubi ſup. nu. 3.

4 Poſtquam quis jus habet ad beneficium, *e* poteſt removere pretiò impedimenta, & vexationem redimere. Quod etiam verum eſt ad removendum impedimentum, & redimendam vexationem in acquirenda poſſeſſione.

*e* C. dilectus de ſimon.

*f* Vill. ubi ſup. nu. 5.

5 Non licet *f* ante beneficij collationem, c[illegible] ſub lite eſt, compoſitionem facere aſſignando penſionem, ſine Papæ authoritate, cauſa autē juſta eſt ut ab eo concedatur.

6 Pecuniam oppoſitori dare, ne aliquam exceptionem objiciat *g* ſimonia eſt.

*g* Navar. conſ. 40. nu. 1. de ſim.

*AN RESIGNARE Beneficium vel fides alicujus committere ſimonia ſit?*

7 Cùm quis beneficium reſignat in favorem alterius ſperans ab illo aliquod pretium, vel pretio æſtimabile, eſt *h* ſimonia ſi ſit pactum expreſſum, vel tacitum.

*h* Comm. DD.

8 Qui beneficio renunciavit principaliter, ut detur digno, ſperans minus principaliter ſe accepturum eſſe aliquā penſionem, vel pecuniam ſine pacto non eſt ſimoniacus *i*

*i* Comm. DD.

*AN SIMONIA ſit cum beneficium renuntiatur in favorem tertij cum illa clauſula, non aliter, nec alias.*

9 Cum renuntiatur in favorem tertij non poteſt renunciari coram Ordinario, ſed debet fieri coram S. Pontifice, qui



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tenetur *l* ei beneficium conferre in cujus favorem renunciatur.

10 Non poſſunt *m* fieri renunciationes reciprocæ cum penſionis onere in manibus Epiſcopi.

*AN SIMONIA ſit cum eo, qui renuntiat, & is in quem renunciatur dicunt beneficium pinguius eſſe quam verè eſt, ut in eo penſio aſſignetur?*

11 Gratia facta in hoc caſu à Papa eſt ſurreptitia, & nulla. An verò in prædicto caſu ſit ſimonia alij negant, alij ajunt *n* probabilius ſi ſit pactum.

*l* Vill. vbi ſup. diſ. 32. *m* Suar vbi ſup. num. 13. *n* Vill. vbi ſup. diſ. 33. nu. 1.

## SECTIO IV.

### DE POENIS SIMONIACI.

1 Simonia non habet *a* ullam pœnam ipſo facto; niſi committatur in ipſo religionis ingreſſu, in Ordinibus, vel beneficiis.

2 In foro exteriori habet *b* varias pœnas pro qualitate delicti.

3 Qui præſumunt dare vel accipere pretium pro religionis ingreſſu manent *c* excommunicati. Quod ſi Capitulum ſit, manet ſuſpenſum.

4 Qui Ordines confert ob pecuniam, incurrit *d* excommunicationem, & ſuſpenſionem. Idem dic de eo qui accipit niſi eo ignorante commiſſa ſit ſimonia.

5 Qui beneficium dat, vel accipit ſimoniace incurrit *e* excommunicationem, & qui accipit ſi ſimonia ſit realis non acquirit ad illud jus, nec prodeſt illi poſſeſſio triennalis.

6 Cum ſimonia dolo alicujus, & ſine culpa accipientis beneficiũ commiſſa eſt, beneficiũ reſignare beneficarius tenetur.

7 Si Papa, quod Deus avertat, electus eſſet per ſimoniam à duabus partibus conſiſtorij, renunciare non teneretur. *g*

*AN OMNES SIMONIACI pœnas à jure ſtatutas incurrant?*

8 Simoniacus mentalis, qui voluit rem ſpiritualem emere, vel vendere, & neutrum fecit, peccat ſed nullam pœnam incurrit. *h*

9 Simoniacus mentalis, qui dat rem temporalem pro ſpirituali ſed ſine pacto, & intentione occulta, non incurit *i* excommunicationem.

10 Simoniacus conventionalis quãdo à nulla parte executioni mãdata eſt ſimonia non incurrit *l* excomunicationẽ.

11 Simoniacus realis fictitius non incurrit *m* pœnas in foro interiori, in exteriori autem poteſt puniri.

12 Qui realem ſimoniam commiſit incurrit *n* pœnas omnes à jure poſitas, & tenetur reſignare beneficium ante ſententiam

*a* Sylv. verb. ſim. q. 19. *b* Vide Salced. in pr. c. 91. *c* Vill. vbi ſup. diſ. 34. nu. 1. *d* extr. cũ deteſtabile de ſim. *e* c. nobis juncta gloſſ. & c. ſicut ſuæ de ſim. *g* c. licet de elect. *h* Comm. DD. *i* Vill. ubi ſup. diſ. 35. nu. 7. *l* Comm. DD. *m* Comm. DD. *n* Villal. vbi ſupra, diſ. 6. num. 10.





tentiam judicis, & fructus reſtituere non ſolum perceptos, ſed etiam percipiendos à diligentiori.

13 Qui per ſimoniam non à ſe ſed ab alio factam beneficium ignoranter accepit licet pœnas evadat, tenetur *o* ſtatim ac cognoverit etiam ante ſententiam judicis beneficium reſignare.

*AN MENTALIS ſimoniacus opere ſecuto teneatur reſignare beneficium, & fructus perceptos reſtituere.*

14 Cùm ſimonia eſt ſolo jure poſitivo prohibita mentalis, ſimoniacus non tenetur *p* reſignare beneficium nec fructus, nec pretium receptum reſtituere. Solo jure poſitivo prohibitũ eſt vendere aliqua officia temporalia, quæ annexa ſunt ſpiritualibus, ut officia Procuratoris, œconomi & ſimilia.

15 Cum quis tenetur ex juſtitia Sacramentum adminiſtrare, & recipit pretium, tenetur *q* illud reſtituere. Idem dic de eo qui tenebatur ex juſtitia beneficium conferre, & pretium recepit.

16 Cùm ſimonia eſt jure divino prohibita & ſolum mẽtalis opere etiam ſecuto non tenetur ſimoniac[...] [...]etium reſtituere, nec reſignare beneficium ſecundùm pr[o]babiliorẽ. *r*

*AN SIMONIACVS conventionalis quando ſimonia ex ſola una parte executioni mandata eſt pœnas à jure impoſitas incurrat.*

17 Dum venditio ex utraque parte conſummata non eſt, pœnæ non incurruntur *ſ* ſecundum probabiliorem.

18 Qui hanc ſimoniam incurrit, & celebravit ante illius conſummationem, non *t* fit irregularis.

19 Probabilius eſt quod in foro interiori cenſura non retrotrahitur, & ideo ſi à principio ſimonia ab utraque parte conſummata non fuit, cum poſtea conſummatur, cenſura in foro exteriori tantum *u* incurritur.

*QUAS POENAS incurrat ſimoniacus confidentialis, & quomodo probetur hæc ſimonia.*

20 Qui verè non fuit ſimoniacus confidentialis ſed pro tali habitus fuit in foro exteriori pœnas à jure impoſitas non incurret.

21 Pœnas illius, qui verè ſimoniacus fuit confidentialis vide *in ...* T alis ſtatim ac beneficium recipit manet exco[m]municatus antequã alius quod promittit adimpleat, & tenetur reſignare illud ante ſententiã judicis.

22 Mediatores in hac ſimonia ipſo facto manent excommunicati.

*AN QUI PERMUTAT ſimoniace beneficium incurrat eaſdem pœnas quas qui emit, & vendit?*

25 Reſpondetur affirmativè, eſtque communis DD. ſententia & habetur in jure *x* canonico

*o* c. de ſim. c. de reg. de ſim. *p* D. Tho. 2. 2. q. 13. art. 2. *q* Vill. vbi ſup. nu. 2. *r* Idem ubi ſupr. n. 4. *ſ* Comm. DD. *t* Felin. in c. Rodolp. col. ... *u* Leſ. de juſt. c. c. 35. dub. 27. *x* c. tr. 1. de Rom.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*CVI RESTITVENDVM ſit acquiſitum per ſimoniam, & quando?*

24 Cùm pactum reſciſſum fuit ante collationem beneficij, ſi pretium ſolutum erat, reſtituendum *y* eſt ei, qui dedit.

25 Cùm ſimonia conſummata eſt, ſed non deducta ad forũ contentioſum, ei *z*, qui dedit pretium reſtituendum *z* eſt cum cautione, quod reddet illud ei, cui judex mandaverit.

26 Sunt docti aſſerentes ante judicis condemnationem Eccleſiæ reſtitutionem eſſe faciendam *a*.

*AN ELECTIONES, & collationes beneficiarum factæ per ſimoniam ignorante beneficiario ſint nullæ, & teneatur reſtituere.*

27 Negativa ſententia *b* videtur probabilior, & qui illam defendunt tenentur conſequenter dicere non obligari ad reſtituendos fructus bona fide perceptos.

*AN DISPENSARE Papa poſſit in pœnis à jure ſtatutis contra ſimoniacos.*

28 Affirmativa ſententia *c* eſt vera ſine vlla controverſia.

*VARIÆ CIRCA ſimoniam reſolutiones.*

29 Materiæ parvitatem dari in ſimonia *d* probabile eſt, & hæc erit, quæ in materia furti excuſat à mortali.

30 Si Petrus promittat Ioanni, ſi ejus opera conſequatur beneficium ſe eleëmoſynam loco pio daturum *e*, non eſt ſimoniacus.

31 Si Petrus det pecuniam Paulo ut Paulus intercedat apud Ioannem amicum collatoris beneficij, & iſtè precibus Ioannis conferat Petro beneficium, non eſſe ſimoniam probabiliter defendunt Vaſquez & Sanchez, ſed contrarium *f* eſt probabilius.

32 Officia regularium Provincialatus, & Prioratus & ſimilia emere, & vendere eſt ſimonia ſecundùm probabiliorem *g* ſententiam.

33 Simonia *h* eſt dare pecuniam alicui, ut excubias faciat in domo defuncti.

34 Bona propria ſuper quæ impoſitum eſt onus dicendi aliquas Miſſas non ſunt *i* ſpiritualia, nec Eccleſiaſtica.

35 Epiſcopus, qui familiari ſuo conſtituit annuam penſionẽ, donec ei conferat beneficium non committit *l* ſimoniam.

36 Non licet *m* Epiſcopo jubere ut pro Miſſa certa quantitas detur, ita ut nemo minorem accipiat. Similiter licet conſtitui poſſit, ut fiat in aliqua Eccleſia ſupplicatio pro eo, qui tantum dederit.

37 Qui accepit Canonicatum cum pacto docendi eſt ſimoniacus, non verò ſi accipiat Canonicatum cui annexum eſt onus docendi.

38 Petere *o* pretium pro excommunicanda, vel conjuranda

*y* Villal. vbi ſup. diſ. 40. num. 1. *z* Idem vbi ſup. num. 2. *a* Silveſt. verb. ſimonia num. 10. *b* Covar. regula peccatum 2. p. parag. 8. *c* Comm. DD. *d* Molina apud Dia. p. 5. tr. 3. reſ. 1. *e* Suar. apud Dia. p. 5. tr. 14. reſ. 75. *f* Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 131. *g* Idem p. 4. tr. 4. reſ. 136. *h* Navar. apud Avil. in comp. hoc verb. *i* Comm. DD. *l* Navar. c. 25. n. 111. *m* Idem c. 23. nu. 106. *n* Idem c. 15. nu. 18. *o* Auth. in comp. hoc verb.



randa locuſta non caret ſpecie ſimoniæ.

39 Prælatus vel Notarius qui eo plus pretij pro titulis petunt, quo pinguius eſt beneficiũ, labe *p* notãtur ſimoniæ. Idem dic de eo qui plus petit quo major fuit datus Ordo.

40 Si pro tua jam electi confirmatione alter pecuniam dederit te ignorante, non teneris cum feras renunciare beneficio.

41 Reliquias vendere ſimonia eſt.

42 Si jus decimarum tibi à Papa conceſſum vendas ſimonia non eſt.

43 Si electores inter ſe conveniant de non eligendo ad beneficium niſi aliquem ex ipſis.

44 Non revelantes ſimoniacos jam non incidunt in pœnam ullam.

45 Bullæ imponentes pœnam contra confidentiam ſimoniacam intelligendæ ſunt quando intervenit pactum ſaltem tacitum.

46 Pœnæ contra ſimoniacos non comprehendunt eos qui per ſimoniam recipiunt vicariam temporalem, aut penſionem, aut juſpatronatus.

47 Renuncians ſimoniaci beneficio poteſt puniri, & privari illo, ſed non amittit illud ipſo jure, quia Pij V. conſtitutio intelligitur non de renunciantibus, ſed de ſimoniace acquirentibus beneficium.

48 Bulla Pij V. quæ acquirentes beneficia ſimoniace inhabiles facit, ad alia intelligenda eſt in foro exteriori.

49 Simoniacus occultus tenetur ante judicis ſententiam renunciare beneficio, & alias pœnas ſubire, ſed hoc ſub honeſto titulo ne ſuum delictum prodat.

# DISPVTATIO IV.

## SECTIO VNICA.

### RESOLVTIONES VARIÆ.

### *SOCIETAS.*

### *DE SOCIETATIS DEFINITIONE, & an hic contractus ſit licitus.*

1 SOcietas *a* eſt duorum pluriumvè conventio contracta ob commodiorem uſum, uberiorẽmq; quæſtũ. contractus

*p* Comm. DD. *q* Navar. ubi ſup. *a* Syl. verb. peculium, 2. num. 2.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ctus hic aliquando eſt generalis, aliquando particularis. In generali omnium bonorum omnes ſocij dominium capitalis acquirunt, quod non contingit, cum unus ponit pecuniam, & alius induſtriam.

b Comm. DD.
2 Omnes ſocij habent b dominium, & poſſeſſionem omnis lucri acquiſiti in hoc contractu.

c Comm. DD.
3 Contractus iſte ex natura ſua licitus c eſt ſi æqualitas ſervetur inter datam pecuniam, & adhibitam induſtriã, & lucrum acquiſitum, quod boni viri arbitrio remittendum eſt.

d Vill. tr. 2. n. 26. diſ. 2.
4 Si induſtria æquè d æſtimabilis eſt ac pecunia, non eſt reddenda tota pecunia ei, qui illam poſuit, ſed dividenda. Sed hoc raro contingit, quia ferè ſemper induſtria multo minor eſt quam pecunia.

*AN SOCIETATIS contractus cum aſſecuratione capitalis, & certa lucri quantitate per annum aſſignata ſit licitus?*

e Comm. DD.
5 Licitus e eſt ſi lucrum minuatur ratione aſſecurationis etiã ſi ſimul fiant contractus ſocietatis, & aſſecurationis, ſed conſultius erit ſi ſeparatim fiant ut uſuræ ſuſpicio tollatur.

f Comm. DD.
6 Idem f poteſt fieri in locatione, & conductione cujuſcumque rei pretium minuendo pro aſſecuratione.

*OB QUAM CULPAM ſocius reſtituere teneatur?*

g l. cum duobus l. non ob eam eod. tit.
7 Tenetur g de lata, & levi, non vero de leviſſima.

h Vill. ubi ſup. diſ. 4. num. 2.
8 Si unus ex ſocijs in tenuiorem fortunam devenerit, non eſt cogendus h ultra vires ſolvere.

i Idem ubi ſup. n. 3.
9 Si plures erant in ſocietate, & qui bona habebat uni partem reſtituit, & poſtea in paupertatem deveniens alijs non eſt ſolvendo, qui partem acceperat debet i reddere ut dividatur inter omnes.

*AN SOCIUS qui poſuit induſtriam in uno contractu, poſſit cum alio aliquid inire?*

l Mol. de iuſt. diſ. 419.
10 Si ſecundus contractus poteſt fieri ſine detrimento primi licitus l eſt, niſi contrarium juraſſet aut promiſiſſet, in quo caſu peccaret, ſed non teneretur ad reſtitutionem.

*AN EXPENSÆ factæ ab eo, qui ponit induſtriam ad omnes ſocios ſpectent.*

m Comm. DD.
11 Expenſæ factæ in mercibus portandis, & ſimiles ad omnes ſocios ſpectant, m non verò factæ in ſe, & ſuis alendis.

n Vill. ubi ſup. diſ. 5. num. 3.
12 Quæ ſunt in itineribus n agendis in utilitatem ſocietatis ad omnes ſocios ſpectant, & probabilius eſt non eſſe ex ipſis das expenſas, quas domi facturus eſſet.

o l. verum in principio ff. pro ſocio.
13 Cum unus ex Socijs iter ad negotiandum agit, & in ægritudinem incidit, ſumptus in o ea facti ad omnes ſocios pertinent.

14 Idem



14 Idem p dic, ſi furto aliquid ſine culpa amittat, vel damnum patiatur negotiationis cauſa, ſecus ſi aliunde. p Comm. DD.

15 Si poteſt damnum impedire mutuo aliquid petendo, vel pecuniam expendendo, ad id tenetur, q & expoſita exiget à ſocietate. q Vill. ubi ſupra n. 2.

*AN DAMNA ſocietatis communicanda ſint?*

16 Si capitale ſine culpa pereat, ei perit, qui illud poſuit. Si autem perit culpa lata vel levi ſocij, illud reſtituere r tenetur. r Comm. DD.

17 Capitali pereunte diſſolvitur ſ ſocietas, & non tenetur qui poſuit illud aliud ponere. ſ Comm. DD.

18 Damna orta ex ſocietate ad utrumq; ſocium pertinent.

*AN QUI INDUSTRIAM ponit in ſocietate teneatur præmiſſum dividere cum alio.*

19 Cùm annui cenſus venduntur primo pretium ponenti ſolet ut præmium certa quantitas promitti, & hæc dividenda t eſt inter ſocios etiam, ſi annui cenſus non vendantur. t Vill. ubi ſup. diſ. 8.

*QUOMODO diſſolvatur ſocietas?*

20 Diſſolvitur uno ex ſocijs u mortuo, niſi alia ponatur contraria conditio. u l. 4. l. nemo l. aſt. ff. pro ſocio.

21 Si cum ſocio [illegible] geſſit erant pendentia negotia, hæres defuncti tenetur x illa perficere. x l. nam & ſervitus parag. vivo ſocio neg. geſt.

21 Si teſtator juſſit hæredi ut in ſocietate maneret ad id tenetur, y niſi hoc eſſet in favorem tantum ipſius hæredis. y Vill. ubi ſup. diſ. 10. num. 3.

23 Si à proprio pactum fuit, quod tranſeat ad hæredes, niſi juramento firmatum ſit, z poteſt ſocietas diſſolvi. z Idem ubi ſup. num. 4.

24 Diſſolvitur a etiam ſocietas per mortem civilem, & cum bona confiſcantur, vel alius bonorum ſuorum facit ceſſionem, vel tempus, vel negotium ad quod inſtituta fuit expletum eſt. a Comm. DD.

25 Cùm certum tempus determinatum non eſt, poteſt b pro libito diſſolvi à quolibet ſocio, niſi alijs ex intempeſtiva diſſolutione aliquod damnum proveniat. b l. ſed & ſocius ff. pro ſocio.

26 Socius, qui non eſt particeps pecuniæ collatæ non debet eſſe particeps ejus perditæ, & pactum ad hoc illum obligans illicitum c eſt. c Comm. DD.

27 Licitè poteſt d fieri quod Eccleſia, vidua, vel pupillus conſervant pecuniã apud mercatorẽ aſſerendo principale, & lucrũ v.g. quatuor ſcuta pro cẽtũ, & eſt cõtractus ſocietatis. d Comm. DD.

28 Licitum e eſt pactum ut totum lucrum detur pecuniæ domino, & ponenti induſtriã detur pro ea certum ſtipendium liberum ab omni periculo. e Vill. ubi ſup. nu. 4.

29 Cùm quis pecuniã dat ei, f quem ſcit non eſſe negotiaturũ v.g. militi, aut clerico pauperi nullum licet minimũ lucrũ poteſt recipere etiã ſi præcedant prædicti contractus. f Comm. D.D

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

39 Qui negotiatori dat pecuniam in lucrum, & damnum ſed facit publicum inſtrumentum, ac ſi mutuo dediſſet *g* peccat, quia pereunte pecunia poteſt illam exigere in foro exteriori, & ita habet illam ſecuram.

*g* Nav. c. 19 nu. 259.

40 Si ſocius rebus, loco, tempore & perſonis in pacto exclusis fuerit negotiatus ipſius *h* erit jactura.

*h* Comm DD.

41 Peccat *i* qui dat pecuniam piſcatoribus iter agentibus piſcatũ in mare longinquum eo pacto ut navigationis periculum ad illos ſolum ſpectet, & lucrum ſit commune, & quamprimum ſolvatur ei pecunia etiam ſi lucrum non fuerit.

*i* Navar. ubi ſup. num. 281.

42 Licita *l* eſt hæc conditio, quod ſi tota pecunia, vel pars amittatur, nautæ ſolvant eam partem expenſam, quam, ſi domi eſſent, facerent.

*l* Idem ubi ſupr. num. 281.

43 Petrus dedit Joanni decem gallinas & gallum, eo pacto ut ſingulis diebus unum ſolveret *m* ovum, & integrum numerum gallinarum haberet. Hic contractus videtur illicitus contra Petrus lucrum certum habet, & totum periculum & laborem Joannes.

*m* Placitũ authoris.

*Solicitatio fo 99.*

---

# DISPVTATIVNCVLæ interiacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *SOLVTIO.*

1 SOlutio facienda *a* eſt in loco expreſſe, vel tacitè ad illam deſtinato, vel ubi petitur, quando nec creditori, nec debitori damnum ſequitur.

*a* Comm. DD.

2 Peccat, *b* qui pretium recipere non vult uſque ad tempus quo res ſolvenda carius valeat, cum debitor non teneatur tempus illud expectare.

*b* Navar. c. 17. nu. 225.

3 Qui debitum non petit uſque ad tempus, quo pretium illius ſit majus non peccat, *c* dummodo nec directè, nec indirectè ſolutionem impediat.

*c* Comm. DD.

4 Debitor poteſt *d* in principio anni minoris emere debita ſolvenda in fine.

*d* Navar. ubi ſup. nn. 211.

5 Invitus dicitur ſolvere, qui *e* rogatus ſolvit quaſi debitum quod non erat debitum.

*e* Idem c. 17. n. 61.

SORS,



*SORS, ET SORTILEGIVM,* Vid. verbum *Superſtitio*

### *SPECTACVLVM.*

1 Spectaculis, & comœdiis intereſſe, etiam ſi ſint de rebus inhoneſtis ob ſolam curioſitatem ſine probabili periculo lapſus non eſt *a* mortale, ut ſentiunt viri docti. Tu verò fuge hoc magnum periculum, quia qui amat periculum peribit in illo.

*a* Dian in comp. verb. luxur. n. 6.

2 Cum res turpes turpi modo exhibentur in ſpectaculis ſaltem qui primo confluunt peccant *b* mortaliter, quia ſunt cauſa ut repræſententur: & Magiſtratus qui approbant, a mortali non excuſantur, ſecus verò ſi ſolum permittant.

*b* Idem ubi ſup.

3 Cum res etiam inhoneſtæ honeſto modo exhibentur, ut confabulationes amatoriæ, qui interſunt, & audiunt illas recreationis cauſa ſine probabili lapſus periculo non peccant mortaliter, etiam ſi primi ad theatrum confluant, & pretium ſolvant.

### *SODOMIA.*

1 Qui Sodomiam commiſit *a* cum conſanguineo non tenetur explicare in confeſſione an gradus fuerit primus vel ſecundus. Sufficit ſi dicat ſe commiſiſſe Sodomiam cum conſanguineo, vel affine.

*a* Dian. p. 5. tr. 14. reſ. 56.

2 Similiter non eſt neceſſarium *b* explicare an fuerit agens, vel patiens.

*b* Idem ubi ſup.

3 Mollities, ſodomia, & beſtialitas non ſunt peccata ejuſdem ſed diverſæ ſpeciei infimæ; ideoque non ſufficit dicere in confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem. *In Decret. Alexand. VII. anno 1665.*

Pueri ſuccubi, & muliebria patientes ante 14. annum non ſubiiciuntur *c* reſervationibus Epiſcopi. Sicut enim ætas minor excuſat in foro exteriori à pœna ordinaria, ita etiam in interiori.

*c* Comm. DD.

5 Bulla lata à Pio V. contra clericos Sodomitas non eſt in uſu, nec obligat in foro interiori. Et licet eſſet recepta non obligaret *d* clericum fœminam præpoſtere cognoſcentem, quia non committit propriè Sodomiam; ſervat enim ſexum debitum quamvis in vaſe indebito.

*d* D. Tho. apud Dia. 2. tr. 15. reſ. 61.

6 Si clericus rem habeat cum maſculo, ſed non emittat ſemen intra vas, non incurrit *e* pœnas Pij V. quia non eſt propriè Sodomia.

*e* Suar. apud Dia. p. 2. tr. 15. reſ. 6.

7 Incurrunt *f* has pœnas clerici tam agentes, quam patientes niſi patiantur inviti.

*f* Comm. DD.

 8 Clerici

8 Clerici, qui ſolum bis aut ter in hoc crimen lapſi ſunt, has pœnas non incurrunt, *g* quia ſolum ſunt contra exercentes ſodomiam.

9 Nec incidunt *h* exercentes beſtialitatem, quia hæc non eſt ſodomia, & pœna non debet extendi ad delictum non expreſſum etiam ſi gravius ſit.

10 Clerici ſodomitæ non ſunt *i* obligati ante ſententiam judicis ad has pœnas ſubeundas in foro interiori. Nemo enim tenetur ſe prodere, nec in ſe ante ſententiam gravem pœnam exercere.

Vnde ſequitur, quod ſi pœniteat retento officio, & beneficio poſſit abſolvi, & ſi ſit occultus, ſuſpenſionem non incurrat, nec irrigularitatem ſi celebret. Vide verb. *Luxuria.*

*g* Suar. apud Dian. ubi ſup. reſ. 65. *h* Barb. apud Dian. ubi ſupra, reſ. 66. *i* Comm. DD.

## SPES.

1 Actus hujus virtutis *a* obligat. 1. Cum adultus ſuſcipit Baptiſmum. 2. In articulo mortis. Sed huic præcepto ſatis ſit per pœnitentiam, & propoſitum non peccandi, & nobilius per actum charitatis, quo cum Deo conjungimur. Contrarium, quod homo nullo unquam vitæ ſuæ tempore teneatur elicere actum fidei, ſpei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium, damnavit Alexander VII. in decret. 1665. 24. ſept.

*a* Comm. DD.

---

# DISPVTATIO V. SECTION. II.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## SPONSALIA.

### DE SPONSALIVM DEFINITIONE, & obligatione.

1 SPonſalia ſunt *a* futurarum nuptiarum promiſſio.

2 Hæc ſi ſolum ſit mentalis non obligat, & quamvis Deo fiat non eſt votum, nec obligat.

3 Vt ſponſalia valida ſint opus non eſt, ut fiant coram *b* teſtibus, eſt tamen neceſſarium, ut mutuò acceptentur.

4 Qui promiſſionem ab alio factam acceptat non manet obligatus, nec ſunt ſponſalia ſecundum probabiliorem; *c* manet autem obligatus qui promiſit.

5 Qui abſenti ſpopondit poteſt *d* ſponſionem revocare antequam acceptetur ab illo, niſi illius nomine alius illam acceptaverit ſpeciali mandato.

*a* c. noſt. 1. q. 1. l. 1. ff. de ſponſ. *b* Sanchez de matr. lib. 1. *c* Vide Vil. to. 1. tract. 12. diſ. 1. *d* Mol. de juſt. to. 2. tract. 2. diſ. 26. *e* Sanchez ubi ſupra.

6 Qui



6 Qui nuptias infanti nondum attingenti ſeptennium promiſit tenetur *f* expectare, donec illud attingat, quod ſi acceptet promiſſioni tenetur ſtare.

7 Quoties promiſſio poteſt revocari, revocatur licitè, licet *g* ſit jurata, niſi juramentum voti rationem habeat, ut ſi Deo promittat ſe pauperem ducturum.

8 Ad ſponſalia deliberatio neceſſaria *h* eſt ſicut ad peccatum mortale.

*AN PROMISSIO ficta ſine animo promittendi, vel ſe obligandi ſufficiat ad ſponſalia?*

9 Qui promittit ſine animo ſe obligandi non manet *i* obligatus; ſecus verò ſi promittat animo ſe obligandi, ſed non adimplendi.

10 Qui dubitat an promiſerit non manet obligatus. Qui verò certus eſt quod promiſerit, dubius autem an animum habuerit ſe obligandi manet *l* obligatus.

*AN FICTA promiſſio obliget ratione injuriæ licet non ratione promiſſionis?*

11 Promiſſio ficta facta gratis non *m* obligat. Si autem promiſſio fuit mutua, qui ficte promiſit licet peccaverit non tamen manet obligatus, niſi damnum ſit.

12 Qui ficte promiſit puellæ ſe illam ducturum ſi ſtupro conſentiat & ideo illa conſenſit, tenetur *n* ſub mortali illam ducere, niſi ſit valde inæqualis, vel inventa corrupta, vel de facili illa potuit fraudem agnoſcere.

13 In caſu prædicto, ſi illam non corrupit *o* ſufficit quod illa amiſit, reſtituere.

14 An verò, qui mulierem corruptam ſub prædicta conditione cognovit teneatur ſub mortali illam ducere ſi inæqualis non ſit alij ajunt, alij probabilius negant, *p* dummodo damnum reſtituat.

15 Licet maxima ſit inæqualitas, ſi ille verè promiſit valida ſunt *q* ſponſalia.

*QVÆ PERSONÆ habiles ſunt ad contrahenda ſponſalia?*

16 Surdus & mutus ſi ſint ingenij vivacis poſſunt *r* contrahere ſponſalia, & matrimonium.

17 Furioſi & mente capti durante inſania ſunt *s* inhabiles.

18 Qui habet impedimentum ad matrimonium etiam non dirimens non poteſt *t* contrahere ſponſalia.

19 Qui promittit ſe aliquam eſſe ducturum, ſi Papa diſpenſet, non contrahit ſponſalia, ſed tenetur *u* adimplere promiſſionem.

20 Ad ſponſalia neceſſarium *x* eſt habere ſeptennium, & uſum rationis, ſi autem ante ſeptennium qui uſus rationem

*f* Sanchez ubi ſupra. *g* Idem ubi ſupra. *h* Comm. DD. *i* Sanchez, tom. 1. lib. 1. diſ. 9. *l* 1. Labeo, ff. eodem Tubero, & 2. per tuas, de prob. *m* Sanch. ubi ſupra, num. 1. dub. 10. *n* Idem ubi ſupra. *o* Navar. conſ. 12. de ſponſ. lib. 4. *p* Sanchez, lib. 5. de matr. dub. 9. n. 21. *q* Idem ubi ſupra, dub. 14. *r* Comm. DD. *s* c. dilectus, de ſponſal. *t* l. ſi verò patag. qui pro reo qua. ſi qui ſatis dare cogantur. *u* Comm. DD. *x* c. licet, c. ant. de ſponſ. imp.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nem habuerit poterit y illa contrahere.

21 Qui ante ſeptennium contrahit ſponſalia non z peccat.

*PER QVÆ verba contrahuntur ſponſalia, & matrimonium?*

22 Non ſufficit a actus interior, neceſſarius eſt aliquis actus exterior.

23 Cùm verba dubia ſunt, ſtandum b eſt intentioni contrahentium

24 Si omnibus circumſpectis adhuc dubium eſt, ſtandum c pro matrimonio.

25 Cùm varia DD. ſunt placita circa matrimonij valorem, ſententia, quæ matrimonium defendit, amplectenda eſt etiam ſi ſit unius tantum Doctoris, dummodo firmum habeat d fundamentum.

26 Verba futuri temporis niſi ad præſens reſtringantur per additum non faciunt e matrimonium, ſed ſponſalia.

27 Per verba mere negativa non fiunt f ſponſalia nec matrimonium, v. g. ſi quis dicat non aliam niſi te ducam, quæ verba ſolum faciunt promiſſionem conditionalem.

28 Dare annulum, vel arrhas eſt ſignum æquivocum, quare terræ conſuetudo conſulenda g eſt, vel alia indicia.

*AN SIGNVM matrimonij ſit, aut ſponſaliorum, ſi illis præſentibus, & tacentibus alij illorum nomine contrahunt.*

29 Si pater nomine filij ipſo præſente, & tacente contrahat, h valet matrimonium. Secus verò ſi alius extraneus i ſecundum probabiliorem, niſi terræ conſuetudo aliud ſuadeat.

30 Si pater contrahat ſponſalia pro filia abſente, ut valeant, opus l eſt, ut ratificentur ab illa.

31 An verò ſufficiat, quod cum primum audiat eſſe facta taceat, & non contradicat alij negant, alij affirmant m probabilius.

32 Qui promittit matrimonium pro abſente, & illud jurat, ſatisfacit n obligationi, ſi procuret contrahendum.

33 Cùm pater promittit unam o ex duabus filiabus nullam in particulari determinando, etiam ſi poſtea una ex illis conſentiat, non ſunt ſponſalia.

y D. Tho. in 4. diſt. 27. art. 2. ad 7.
z Sanch. ubi ſup.
a Comm. DD.
b c. intelligi, de verb. ſign.
c c. exiſtens, de probat. c. licet ex quadam, de teſt.
d Vill. tr. 12.
e Sanchez diſp. 18. n. 15.
f Idem ubi ſupra, diſp. 19. n. 5.
g Vide Henr. lib. 11. de matr. c. 13. n. 6.
h c. unic. parag. fin. de diſp. imp.
i Sanchez lib. 1. diſ. 23. n. 7.
l c. unic. parag. fin. de diſpenſ. Imp. in 6.
m Henr. ubi ſupra, c. 11. n. 6.
n Sanchez ubi ſupra, diſp. 24. n. 11.
o Idem diſp. 26.

SECT-



# SECTIO II.

## *AN MATRIMONIUM CLANDESTINUM vim habeat ſponſalium?*

1 NEgativa ſententia videtur probabilior propter verba Tridentini, a quæ ſic ſe habent: Ad ſic contrahendum ſancta Synodus omnino reddit inhabiles, hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.

*AN MATRIMONIUM puberis cum impubere, quando hujus ætatem malitia non ſupplet habeat ſaltem vim ſponſalium.*

2 Maſculus 14. annorum, & fœmina 12. habent b legitimam ætatem ad matrimonium, & poteſt ætas malitiâ ſuppleri, ut alibi diximus.

3 Cùm pubes contrahit cum impubere, & ætas malitiâ non ſuppletur, vel duo impuberes contrahunt etiam clandeſtine manent c ſponſalia.

4 Hæc ſponſalia fiunt per juris interpretationem, & dummodo non habeant contrariam voluntatem obligant d in conſcientia.

*QUANDO SIT ad contrahendum matrimonium obligatus, & ad id poſſit compelli, qui contraxit ſponſalia.*

5 Sponſalia contrahens tenetur e promiſſionem adimplere ſub peccato mortali.

6 Qui tempus non determinavit, tenetur f quam primum poteſt, vel cum pars petit, vel per metum non petere intelligitur.

6 Cum una ex partibus non vult promiſſionem adimplere, poteſt à judice etiam per cenſuras g compelli, ſed curet potius eam blandis exhortationibus, quam pœnis ad matrimonium contrahendum perſuadere.

8 Hoc frequenter fit à judice Eccleſiaſtico, & ad ſæcularem etiam ſpectat.

*AN POENA ſtatui poſſit à contrahentibus ſponſalia?*

9 Pœna, quæ imponitur ſponſalibus eſt ipſo jure h nulla, & nec in foro interiori, nec in exteriori obligat etiam confirmata juramento.

a Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform.
b Vide verb. matr.
c c. fin. de deſp. imp.
d Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 21. n. 3.
e Comm. DD.
f l. debitum præſen., c. de Pœn.
g c. ex lit. de deſp. imp.
h c. gemma, de ſponſ. Titia. ff. de verb. obl.

10 Idem

10 Idem dicendum [l] de pœnis à parentibus, vel conſanguineis impoſitis.

11 Nec valet pœna impoſita de non diſſolvendo matrimonio, etiam in caſu licito, valet [l] tamen ſi ſit in favorem matrimonij.

12 Pœna autem v.g. ut qui reſilierit à contractu, ſolvat ſumptus in ſponſalibus factos valet. [m]

13 Cum quis facit legatum fœminæ ſi cum Petro nubat, ſi non nubat illud amittit. Secus verò ſi legetur ei, ut nubat, & ipſa religionem ingrediatur. [n]

14 Licitum [o] eſt pœnam ſtatuere in ſponſalibus, ut qui reſilierit arrhas amittat acceptas. Sed ut arrhæ dicantur opus eſt, ut dentur in ſignum matrimonij.

15 Qui arrhas recepit, & matrimonium contrahere non vult non ſolum [p] illas amittit, ſed duplum poſt ſententiam judicis debet reſtituere.

*AN PACTUM poſitum degendi in tali loco, ſit validum.*

16 Tenetur [q] maritus hoc pactum ſervare, niſi interveniat nova cauſa. Quod ſi pactum appoſitum non fuerit, tenetur uxor maritum ſequi.

*QUAS OB cauſas poſſunt ſponſalia diſſolvi?*

17 Sponſalia etiam jurata ex utriuſque partis conſenſu [r] poſſunt diſſolvi.

18 Quando unus à contractu recedit alius manet [ſ] liber.

19 Cum tempus determinatum ſine culpa unius tranſiit, ille manet [t] liber.

20 Cum unus religionem ingreditur alius liber manet, [u] nec tenetur profeſſionem expectare.

21 An verò, qui religionem ingreſſus, & ad profeſſionem non admiſſus rediit in ſæculum liber ſit ab obligatione ſponſalium, alij negant, alij probabilius [x] affirmant.

22 Etiam ſi ſponſalia jurata ſint, poſſunt [y] ad vitam religioſam tranſire, niſi ſub matrimonij ſpe puella fuerit à viro cognita, vel infamata ſit.

23 An vero votum ſimplex poſt ſponſalia factum illa diſſolvat alij ajunt, alij probabilius [z] negant.

24 Cum ſponſus ſacris ordinibus [a] initiatur, non verò cum illos recipiendi votum facit, ſponſalia diſſolvuntur.

25 Cum alter matrimonium contrahit de præſenti cum alia, ſponſalia diſſolvuntur. Quod ſi hoc matrimonium fortè diſſolvatur ſponſalia non reviviſcunt ſecundum [b] probabiliorem.

[l] Comm. DD. eod. c. gemina.
[l] Comm. DD.
[m] Sanch. vbi ſupra, n. 25.
[n] Moli. de juſt. to. 1. tract. 2. diſp. 217.
[o] d. l. fin.
[p] l. fin. C. de ſponſ.
[q] Comm. DD.
[r] Comm. DD.
[ſ] D. Tho. 1. 2. q. 19. art. 9.
[t] Comm. DD.
[u] Vill. tb. 1. tr. 12. diſ. 12. n. 4.
[x] Vide eundem vbi ſupra. n. 5.
[y] Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 42.
[z] Idem vbi ſupra. diſp. 46.
[a] Vill. vbi ſup. n. 10.
[b] Idem vbi ſupra.





26 Sponſalia prima non diſſolvuntur [c] per ſecunda, niſi ſecunda fuerint ſimul cum copula, vel prima occulta, & ſecunda publica, & grave damnum timeatur.

27 Cum ſponſus abiit in regionem [d] longinquam, & non comparet tempore debito, diſſolvuntur ſponſalia. Si autem prope eſt debet expectari, & admoneri.

28 Cum nova cauſa contingit, ita ut res notabiliter mutentur, vel timeatur aliquod inconveniens, quo à principio exiſtente ſponſalia non fierent, licitè [e] diſſolvuntur.

29 Idem [f] dic ſi de novo nimia ſævitia alterius cognoſceretur, vel quod fornicata fuiſſet, quæ putabatur virgo, vel honeſta.

30 Diſſolvuntur [g] etiam quamvis juramento confirmata, ſi notabilis accidat deformitas, vel infirmitas, vel ſi ignorata præceſſit. Vel poſt dotem promiſſam in pauperiem devenit, ita ut illam non poſſit ſolvere.

31 In his omnibus caſibus damnificatus poteſt uti jure ſuo ſi velit.

32 Diſſolvuntur [h] etiam cum timetur ſcandalum, & infœlix exitus, & alter in hæreſim labitur, vel fornicationem, quamvis ſponſa vi oppreſſa fuerit, nec datur locus compenſationi, quia fornicatio in fœmina gravior eſt.

33 Cum ſponſæ fornicatio occulta fuit, eam admoneat ſponſus, ut religionem ingrediatur. Quod ſi nolit poteſt [i] uti jure ſuo eam detegendo.

34 Diſſolvuntur [l] etiam cum ſupervenit impedimentum dirimens ſecus verò ſi ſit ſolum impediens.

35 Item [m] cum is, qui ætatem non habet ad nuptias contrahit ſponſalia, & cum ad ætatem pervenit, reclamat. Si vero tunc non reclamat, diſſolvi non poſſunt. ſi verò juramento fuerint confirmata in prædicto caſu ſecundum probabiliorem ſententiam diſſolubilia manent.

36 Quamvis magna fuerit inter contrahentes diſparitas, ſi fuit notus exceſſus diſſolvi non poſſunt, [n] niſi magnum timeatur ſcandalum ſecundum probabiliorem.

*AN IN PRÆDICTIS caſibus ut ſponſalia diſſolvantur, neceſſaria ſit authoritas judicis?*

37 Quando cauſa diſſolutionis [o] tam de jure, quam de facto certa eſt, & publica, & non timetur ſcandalum, neceſſaria non eſt authoritas judicis.

38 Cum cauſa dubia eſt diſſolvi non poſſunt [p] ſine authoritate judicis. Sed ut cauſa dicatur certa, neceſſaria eſt moralis certitudo, nec ſufficit rumor.

[c] Comm. DD.
[d] Comm. DD.
[e] Navar. conſ. 9. de ſponſ.
[f] Comm. DD.
[g] Comm. DD.
[h] c. cum intra, de ſponſal.
[i] Vill. vbi ſupr. n. 25.
[l] Idem vbi ſupra. n. 25.
[m] Vide eundem vbi ſupra. n. 26. & 27.
[n] Moli. de iuſt. tr. 2. diſp. 231.
[o] Vill. vbi ſupr. diſ. 13. n.
[p] Comm. DD.

q Vill. ubi ſup. n. 5.

39 Cum uterque cauſam fatentur, q cauſa ſufficiens eſt ad ſponſalium diſſolutionem.

*AN QVI OCCVLTVM defectum habet poſſit alium ad contrahendum matrimonium obligare?*

r Comm. DD.

40 Si defectus eſt alicujus contagioſæ infirmitatis occultæ non poteſt r alium ad contrahendum obligare.

ſ Vill. ubi ſup. diſ. 14. n. 1.

41 Si defectus eſt fornicatio occulta, in quam incidit poſt ſponſalia, probabilius ſ eſt non poſſe innocentem ad matrimonium obligare.

*AN SPONSALIA facta ſub conditione obligent?* Vide verb. *Matrimonium.*

*AN INTER ſponſos liceant tactus, & oſcula?* vide verbum *Luxuria.*

---

# DISPVTATIVNculæ interjacentes.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *STATVS.*

1 Dicere quod alicui propter ſpeciales circumſtantias convenientior ſit ſtatus conjugalis quam cælebs, vel ſæcularis quam clericalis Catholicum a eſt, ſecus ſi abſolute affirmetur.

2 Non eſt peccatum b mortale, licet radix peccatorum ſit, coacervare pecuniam ad aſcendendum ad altiorem ſtatum.

a Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.
b Idem ubi ſupra.

### *STIPVLATIO.*

a Navar. c. 11. n. 20.

1 Stipulatio a fit per interrogationem, & reſponſionem: ejus materia eſt conſenſus, forma ſunt verba, quæ neceſſario requiruntur, nec ſufficiunt nutus, vel ſigna, vel ſcriptura.

STVPRVM. vide *Luxuria.*

SVBDELEGATVS. vide *Delegatus.*

SVB-



### *SVBDITVS.*

1 Subditus peccat a mortaliter, contemnens notabiliter ſuperiores, vel eis debitum honorem denegans, vel eorum leges violans. vide verba *Obedientia, & lex.* a Comm. DD.

SVBREPTIO, vide *Voluntarium.*

### *SVBORNATIO.*

1 Peccat a mortaliter, qui ſubornatione facit, ut indignus eligatur ad cathedram, vel ad beneficium. a Comm. DD.

### *SVFFRAGIVM.*

1 Suffragium negans ob audita in Confeſſione, an peccet? vide *Sigillum Confeſſionis.*

2 De colloquente cum candidato, & in juramento id negante; vide verbum *Iuramentum.*

3 Qui dat ſuffragium non candidato, & ob id candidatus cathedram perdit, reſtituere tenetur a. Secus verò ſi dederit candidato licet minus digno. a Navar. c. 17. n. 74.

4 Qui in ſtatu peccati mortalis teſtatur, & ſuffragia pro mortuis relinquit, nihil promeretur b. Si autem in gratia decedit, proderunt ei ad ſatisfactionem. b Idem c. 26. n. 36.

### *SVPERBIA.*

1 Superbia a eſt vitium inclinans ad appetitum inordinatum propriæ excellentiæ, quatenus eſt talis. a Comm. DD.

2 Superbia actualis b eſt præponere bona propria naturalia minora bonis alienis naturalibus majoribus; vel bona propria naturalia gratiæ, bonis alienis, etiam ſine contemptu Dei, vel legis. b Navar. apud Avilam in comp. hoc verb.

3 Superbiæ ſpecies quatuor c ſunt 1. Putare habere à ſemetipſo bona fortunæ, vel gratiæ accepta à Deo. 2. Agnoſcere accepta à Deo, ſed nonniſi ex propria juſtitia, & merito. 3. Arrogare ſibi quæcumq; bona, quæ non habet. 4. Contemnere alios inordinatè, & velle illos ſubmittere etiam meliores. c Idem c. 27. n. 7.

4 Peccat d mortaliter, qui quærit propriam excellentiam cum notabili irreverentia Dei, vel damno proximi. d Comm. DD.

 DISPVT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# DISPVTATIO VI.

## SECTIO PRIMA.

### RESOLVTIONES VARIÆ *DE SVPERSTITIONE, EIVSque ſpeciebus.*

### *SVPERSTITIO.*

1 SVperſtitio eſt vitium religioni oppoſitum ſecundùm exceſſum, & hic exceſſus eſt in debitis circumſtantiis. *a*

2 Habet duas *b* ſpecies. Vna eſt ratione modi, quo cultus exhibetur. Alia quia ei datur, cui non debetur; & hæc ſub ſe continet idololatriam, ad divinationem, & ſuperſtitioſam obſervantiam.

3 Idololatria *c* eſt cultus exhibitus idolis, id eſt falſorum Deorum imaginibus.

4 Divinatio *d* eſt actus, quo quis curat arte Dæmonum futura & occulta cognoſcere. Quod contingit pacto explicito, vel implicito cum ipſo Dæmone. Dignoſcitur pactum tacitum, cùm effectus non habent proportionem cum cauſa, cùm res occultas, vel futuras per media vana ſeriò cognoſcere quis procurat.

5 Divinare per pactum expreſſum cum Dæmone eſt *e* crimen graviſſimum, niſi ignorantia excuſetur.

6 Prognoſticum per cauſas naturales licitum *f* eſt. Item per phyſionomiam, per ſigna manuum, & ſimilia; dummodo ad ea quæ ex libero arbitrio dependent, non extendatur.

7 Zahorici non poſſunt *g* ſine arte Dæmonum terræ viſcera penetrare.

DE ASTROLOGIA *judiciaria* vide verb. *Aſtrologia.*

*AN LICEAT per ſomnia futura prædicere?*

8 Licitè poteſt *h* conjici effectus naturalis ex inſomniis.

9 Somnia aliquando ſunt *i* à Deo, aliquando à Dæmone, aliquando à prædominantibus humoribus.

10 An ſint à Deo ex fine ad quem ordinantur, & effectibus in anima relictis, ex concinnè ordinatis cogitationibus perpendendum *l* eſt.

11 Somnia, vt plurimùm vana ſunt, & ex eis futura prædicere peccatum *m* mortale eſt.

12 Sortes diviſoriæ licitæ *n* ſunt, quando ex conventione partium, & cui ſors contingit, res, ſuper quam lis eſt, applicatur.

13 Electio

*a* Vill. to. 2. tr. 38. diſ. 1. n. 1. Vide D. Tho. 2. 2. qq. 5. art. 1.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Vill. vbi ſup. to. 2.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Vide Vill. to. 2. tr. 38 diſ. 5
*h* Vide Suar. t. de relig. tr. 3. lib. 2. c. 13
*i* Comm. DD
*l* P. Greg. lib 44. dialog. c. 45.
*m* Leſ. lib. 2. c. 45. num. 12.
*n* l. ſi duobus c. comm. de l. g. l. ſi quis cautiones, ff. ſim exc. ſ.



13 Electio Eccleſiaſtica facta per ſortes eſt irrita, quia eſt jure prohibita. Aliæ autem electiones, quæ non ſunt Eccleſiaſticæ, licitè fiunt per *o* ſortes.

14 Occulta per ſortes velle cognoſcere vel divinare *p* mortale eſt.

DE POENIS *vaticinantium: & an illorum libri ſint interdicti, & pretium pro vaticinatione acceptum reſtituere teneantur.*

15 An verò clerici his phylacteriis utentes ipſo facto ſint excommunicati, alij ajunt, alij probabilius negant. *q*

16 De nóvo jure quicunque vaticinandi ſuperſtitioſam artem diſcere, vel docere auſus fuerit, poterit *r* ab Ordinario, vel ab Inquiſitoribus puniri. Si autem de hæreſi aliqua ſuſpicio fuerit, ad ſolos Inquiſitores ſpectat.

17 Cùm aſtrologus legitimè facit ex aſtrorum inſpectione judicium, pretium ob id acceptum reſtituere non tenetur, *ſ* ſecus verò ſi cum fraude faciat. Si autem ope Dæmonum occulta revelet, peccabit mortaliter, & ad reſtitutionem tenebitur.

## SECTIO II.

### *DE SVPERSTITIONE VANÆ OBSERvantiæ: Quot ſpecies, & quam malitiam habeat?*

1. SVperſtitio vanæ obſervantiæ eſt *a*, quando per media vana & inutilia effectus procuratur, & relictis mediis à Deo ordinatis homo ſpem ſuam in his rebus futilibus collocat.

2. Ars notoria per quam quibuſdam jejuniis & orationibus ſcientiam acquirere quis procurat *b* illicita eſt.

3 Obſervantia ſanitatum eſt *c*, cum quis per media inutilia ſanitatem intendit.

4. Quoties in obſervantia eſt pactum cum Dæmone ſive expreſſum, ſive tacitum eſt, mortale, *d* niſi ignorantia excuſetur.

5 Licitè poteſt *e* quis experiri an in aliqua obſervantia ſit pactum cum Dæmone proteſtando ſe nolle, ſi à Dæmone eſt, talem effectum.

6 Schedulæ ad collum appenſæ, & ſimilia cùm verba vana, aut futiles circumſtantias prærequirunt, ſuperſtitioſa ſunt *f*.

7. Sigilla aſtronomica ad ſanitatem ſub tali ſigno confecta ſuperſtitione non carent *g*.

8 Anus ſignis quibuſdam vanis ad ſanitatem utentes cum pſalmis ſine medicamento naturalem virtutẽ ad ſanitatẽ habente, *h* permittendæ non ſunt.



9 An-

*o* c. Eccleſiam de ſortileg.
*p* Comm. D D.
*q* Sanche in Decalog. lib 2. c. 38
*r* Suar de relig. lib. 2. c. 19. n. 5.
*ſ* Vide villal. vbi ſup. diſ. 6.
*a* D. Tho. 2. 2. q. 96. art. 1. & 2.
*b* Vide Mar. Delrio lib. 2. diſquiſit. mag q. 1.
*c* Comm. D D.
*d* Comm. DD.
*e* Calet apud Vill. ubi ſup.
*f* Comm. DD.
*g* D. Tho. 2. 2. q 96. art 2.
*h* Sanchez in Deca l. 2. c.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

9 Annuli effecti ex primis argẽteis in eleemoſynam oblatis in die Cœnæ Domini Crucifixi imagine à Cajetano probantur, ſed haud faciliter à ſuperſtitione excuſantur. *i*
10 Idem dicendum de his, qui herbas colligunt in *l* nocte S Ioannis, vel S. Petri, vel alicuius Sancti effigiem in flumine demergunt, ut cælum pluat.
11 Miſſæ ſub determinato numero, candelis, & cæremoniis, ſi aliter credunt non profuturas, ſuperſtitioſæ ſunt. *m*
12 Obſervare, quæ caſu accidunt, & ex illis futura contingentia cum certitudine conjicere, ut ſi ſal ſpargitur, vel vinum diffunditur, peccatum *n* mortale eſt; niſi ignorantiâ excuſetur.

*DE SALVTATORIBVS* vide Sa hoc verbo.

13 Hi homines nec damnandi, nec approbandi omnes; ſed cautè examinandi, & ex fructibus cognoſcendi.
14 Si effectus faciunt ſupra virtutem naturæ ſine neceſſitate per laminam candentem incedentes, vel in ardentem caminum ignis ſine læſione ingredientes, ut magos damnandos eſſe graves DD affirmant.

*DE ENPSALMIS.*

15 Nec omnes Enpſalmi approbandi ſunt, *o* nec omnes damnandi; examinandi tamen ab Epiſcopo. Et pia cautio eſt illis uti fidem proteſtando, & pactum cum Dæmone abjurando.
19. Si verba ignota, vana, ſuperſtitioſa, vel errorem ſapientia contineant, permittendi non ſunt. *p*

*DE SVPERSTITIOSA magia: & qualè peccatum ſit.*

17 Superſtitioſa magia *q* eſt facultas quædam mira patrandi ope Dæmonum ad decipiendos homines.
18 Ars hæc perniticioſa eſt valde, illâque uti graviſſimum *r* ſcelus, & cum hæreſi aliquando conjunctũ.
19 Cum effectus eſt ſupra virtutem cauſæ naturalis, nec eſt à Deo, nec à bono Angelo, *ſ* quia operans illum vitiis dedita perſona eſt, reſtat quod à Dæmone ſit.
20 An ſagæ corporaliter, vel ſolum imaginariè in diſtantia loca à Dæmonibus portentur dubium eſt inter DD. Quòd autem modo corporaliter, modo ſolum imaginariè portentur probabilius *t* eſt.
21 Ad diſcernendos ſpiritus *u* utrùm boni, utrũ mali ſint, ex fructibus illorum cognoſcendi ſunt. Malus ad vitia, bonus ad

*i* Caiet. 2. 2. q. 96. art. 4.
*l* Navar. c. 11. n. 36.
*m* Sanc. in Decalog. lib 2. c. 40. n. 44.
*n* Idem vbi ſupra.
*o* Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 95. num 4.
*p* Comm. D.D.
*q* Vill. tr. 36. diſ. 10 n. 1.
*r* Comm. DD.
*ſ* Comm. DD.
*t* Vide Mart. Delrio de mag. diſquiſit. vbi ſup.
*u* Comm. DD.



nus ad virtutes inclinat, præcipuè ad amorem Dei, quem excellentiſſimum actum qui cùm nec ſemel exercuit, docere non poſſe perſpicuum eſt.

*QVIBVS REMEDIIS liceat uti contra maleficia?*

22 Maleficium unum alio diſſolvere illicitum *x* eſt, licet tamen petere à mago, ut mediis licitis illud diſſolvat.
23 Aliquando proſunt *y* remedia naturalia: ſed frequentiùs & efficaciùs ſupernaturalia, ut orationes, & jejunia.

*VARIÆ circa ſuperſtitionem reſolutiones*

24 Qui ponit certam ſpem in deferendis nominibus *z*, peccat mortaliter.
25 Hæc nomina, ut licitè deferantur, habere debent *a* quatuor 1. Quòd ſint nota, & ſancta. 2. Quòd habeant characteres notos, & ſanctos, 3. Quòd contineant vera, religioſa, ac pia, & nihil ad Dæmones ſpectans. 4. Quòd nulla ponatur ſpes in modo, loco, tempore, numero ſcribendi, deferendi, & allegandi ea.
26 Qui eligunt diem hunc ad iter agendum, potius quàm alium, & ſimilia faciunt, quia à majoribus ſic acceperunt, non *b* peccant mortaliter; ſi vero in honorem fiat alicujus ſancti, ut Sabbati in honorem Deiparæ, non eſt culpa, ſed meritum.

*A QVO POSSINT abſolvi ſagæ, veneficæ & magi?*

27 Horum peccata ſunt *c* reſervata dominis Inquiſitoribus: & veneficæ, quæ veneficia docent, vel ſimilia non ſunt abſolvendæ ſine illorum facultate.
28 Cum is, qui incidet in caſum reſervatum Inquiſitoribus non vult ſe illis prodere, *d* poteſt peti facultas declarato peccato & tacita perſonâ.

*x* Villal. ubi ſup. diſ. 11. n. 1.
*y* Mart. Delrio vbi ſup.
*z* Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.
*a* Idem vbi ſup.
*b* Comm. DD.
*c* Ex edict. Inquiſit.
*d* Comm. DD.

# DISPVTATIO VII.

## SECTIO PRIMA.

### *QVID SIT SVSPENSIO, ET QVOT SPECIES.*

*SVSPENSIO.*

1 SVſpenſio *a* eſt Eccleſiaſtica cenſura, privans uſu Eccleſiaſtici officii vel beneficij, in totum, vel in partè,
2 Aliquando imponitur non per modum cenſuræ, ſed per modum pænæ: & tunc non eſt cenſura *b*.
3 Aliquando in jure verbum hoc interdicimus, idem *c* eſt, quod ſuſpendimus.

*a* Navar. cap. 27. num. 171.
*b* c. Cum litteris de teſtib.
*c* c. ſine de off. de leg.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ALERE FLAMMAM VERITATIS

4 Differt *d* ab excomunicatione, quia licet hæc privet ab uſu Eccleſiaſtici officij, & beneficij, non quatenus uſus, ſed quatenus communicatio eſt.

5 Differt *e* ab interdicto, quia hoc potius privat ab exercitio paſſivo, quam activo

QVOT SVNT *ſuſpenſionis ſpecies?*

6 Suſpenſio alia ab homine, alia à jure, alia ab officio tantùm, alia à beneficio tantum, *f* alia ab officio, & beneficio ſimul.

7 Cùm in jure invenitur ſuſpenſio, & qualis ſit non explicatur, judicis arbitrio relinquitur. *g*

7 Dividitur tandem *h* in totalem, & partialem, in perpetuam, & temporalem.

DE EFFECTV *ſuſpenſionis ab officio.*

9 Suſpenſio ab officio ſine alio addito ſolum *i* privat ab illius executione etiam ſi non habeat, niſi ſolam delegatam juriſdictionem. Sed non privat à recitando officio divino.

10 Privat ab uſu Ordinum & juriſdictione officij Eccleſiaſtici, in quocunque loco ſit ſuſpenſus omni tempore, niſi fuerit limitatum. Si autem poſita fuerit uſque ad Apoſtolicæ ſedis beneplacitum non ceſſat *l* etiam mortuo Pontifice.

11 Qui ſuſpenſus eſt ab officio, manet *m* impeditus, ne illud de novo accipiat, ſed in eum facta electio non *n* eſt irrita; arcetur autem ab Ordinum receptione.

12 Qui ſuſpenſus eſt ab officio, non ideo *o* eſt ſuſpenſus à beneficio, nec à recipiendis fructibus illius exceptis quotidianis diſtributionibus.

13 Qui ſuſpenſus eſt ab aliquibus actibus, *p* non ideo eſt ab omnibus.

14 Qui ſuſpenſus eſt ab officio Eccleſiaſtico, & illius actus exercet peccat *q* mortaliter, & ſi Ordines confert, irregularitatem incurrit, quamvis ſuſpenſio non fuerit poſita per modum cenſuræ ſecundum probabiliorem.

15 Suſpenſus ab officio validè, ſed illicitè Ordines *r* confert; ſi autem eſt denunciatus, invalidè adminiſtrat ſacramentalem abſolutionem.

16 Suſpenſus toleratus validè agit, *ſ* quæ ſpectant ad juriſdictionem.

17 Qui communicat cum ſuſpenſo illius Miſſam audiendo, ſi eum ad Sacrum faciendum non inducit, nec datur ſcandalum non peccat. *t*

*d* C. nihil c. cum in cunctis
*e* Comm. DD.
*f* Villal. to. l. tr. 21. diſ. 2.
*g* Comm. DD.
*h* Villal. ubi ſup. num. 5.
*i* Vide Suar. de cenſ. diſ. 26. ſec. 1. num. 2.
*l* c. ſi gratioſè de reſcrip. in 6.
*m* c. vlt. de cler. excom. miniſt.
*n* Suar. vbi ſup. Sec. 1. n. 3.
*o* Idem ſec. 4. n. 1.
*p* Comm. DD.
*q* Suar. ubi ſup. nu. 3.
*r* Comm. DD.
*ſ* Suar. vbi ſup. ſec. 1. n. 5. contra Navar.
*t* Villal. ubi ſup. diſ. 1. n. 10.

DE



DE EFFECTV *ſuſpenſionis à beneficio.*

18 Suſpenſus à beneficio ſolum privatur receptione fructuum, quos ſi recipiat peccat, *u* & ad reſtitutionem tenetur.

19 Qui cenſuram hanc violat nullam pœnam incurrit, niſi in duobus caſibus, in quibus à jure poſita eſt perpetua ſuſpenſio à beneficio. *x*

20 Si ponitur abſolutè ſuſpenſio à beneficio de omnibus debet *y* intelligi. Et cum non determinatur locus, nec tempus, intelligitur pro omni loco, & pro omni tempore.

21 Cùm imponitur generaliter *z* impedit, ne poſſit de novo beneficium acquiri; quod ſi eligatur, electio eſt nulla. Si autem ſpecialiter ſuſpendatur quis à beneficiis, quæ habet non impeditur alia recipere.

22 Partialis ſuſpenſio privat à partiali fructuum receptione ſecundùm verborum tenorem. *a*

AN POSSIT *ſuſpenſus fructibus ſuſtentari, & cui ſit facienda reſtitutio.* Vide verb. *Excommunicatio.*

*u* Idem ubi ſup. diſ. 4.
*x* Idem vbi ſup. num. 2.
*y* Comm. DD.
*z* c. vlt. de cler. excom. miniſt.
*a* Comm. DD.

## SECTIO II.

## DE CAVSA EFFICIENTE SVSPENSIONIS.

1 SVſpenſio poſita contra clericos *a* comprehendit etiam religioſos clericos, niſi aliud conſtet ex tenore verborum.

2 Suſpenſio non poteſt propriè imponi communitati, *b* poteſt tamen Capitulo ſede vacante, ne det facultatem alieno Epiſcopo ordines faciendi.

3 Suſpenſio latè ſumpta, quatenus comprehendit omnem prohibitionem, imponitur *c* licitè abſque culpa.

DE EO QVI ABSOLVERE *poteſt à ſuſpenſione.*

4 Qui violat ſuſpenſionem, per aliquos dies, non tenetur *d* eos ſupplere poſt adeptam abſolutionem.

5 Non eſt aliqua determinata forma *e* abſolvendi à ſuſpenſione. Communis eſt: Abſolvo te à vinculo ſuſpenſionis quam incurriſti, & reſtituo te ad executionem tui muneris, vel ordinis.

6 Si abſolutio eſt in præjudiciũ *f* tertij, abſolvẽdus non eſt, niſi præſtito juramento de danda ſatisfactione, & obediẽtia.

7 Suſpenſio poſita in jure in pœnam delicti non poteſt tolli niſi à Papa; ſed jam hodie poteſt *g* tolli per Bullam Cruciatæ, vel per religionis privilegia. Idem dic cùm jus judicibus præcipit, ut ſuſpenſionem imponant.

*a* Suar. de cenſ. diſp. 18. ſec. 1. num. 9.
*b* Idem ubi ſup.
*c* Vill. ubi ſup. diſ. 1. num. 1.
*d* Innoc. c. 1. de celebr. Miſſ.
*e* Comm. DD.
*f* c. venerabili de ſent. excom.
*g* Vide verb. Bulla Cruc.

 DE

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

### DE SVSPENSIONIBVS à iure poſitis in particulari.

*b* Villal. vbi ſupr. diſ. 7. n. 1.

8 Notarius fornicator, ſi ſacris ſit initiatus, ipſo iure *b* eſt ſuſpenſus; ſed per pœnitentiam tollitur hæc ſuſpenſio ipſo facto.

*i* Idem vbi ſup.

9 Qui ſacris initiatur *i* extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ſine facultate, manet ſuſpenſus: quod ſi actum Ordinis exercet, incurrit irregularitatem. Hæc ſuſpenſio incurritur ipſo facto; dolum tamen requirit.

10 Qui ordinatur cum facultate ſui Epiſcopi impetratâ ad titulum patrimonij donati, & ante ſuſceptum Ordinem renunciat, ſuſpenditur *l* ab officio tantùm.

*l* Comm. DD.

*m* c. 1. de cler.

11 Clericus provocans alium ad duellum, vel illud acceptans deponendus *m* eſt, & non ſuſpendendus.

12 Ferens cenſuras quaſuis ſolo verbo ſine ſcripto, vel ſine expreſſione cauſæ, vel non dans copiam requiſitus ſuſpenditur *n* ab ingreſſu Eccleſiæ, & à divinis.

*n* c. cum medicinalis de ſent. excom.

13 Excommunicans ſine prævia monitione, ſuſpenditur *o* ab ingreſſu Eccleſiæ per unum menſem.

*o* Vide Villalob. vbi ſup.

*p* Clem. ſtatutum.

14 Vſurpans fructus Eccleſiæ vacantis. Item vſurpans redditus dignitatum vacantium *p*, ſi fuerit Epiſcopus, ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ, & quivis alius ab officio & beneficio.

*q* c. fin. de off. iud. deleg.

15 Iudex conſervator cognoſcens cauſas, quæ non ſunt notoriæ iniuriæ. Hæc eſt ab officio *q* per unum annum.

*r* Villal. vbi ſup. diffic. 7. n. 15.

16 Iudex Eccleſiaſticus aggravans partem ex odio contra ius, & contra propriam conſcientiam, vel propter pretium acceptum, ſed non comprehendit Epiſcopum, nec merè executorem, nec arbitrum, ſuſpenditur *r* ab officio per annum.

*ſ* Idem ubi ſup.

17 Admittentes *ſ* ad divina officia excommunicatos publicos, vel interdictos. Hæc eſt ab ingreſſu Eccleſiæ.

*t* Idem vbi ſup.

18 Admittentes *t* aliquem ad profeſſionem mendicantium ante finitum annum.

*u* Clem. quoniam de vit. & honeſt. cler.

19 Clerici etiam in minoribus conſtituti portantes veſtes partitas, vel coloribus diſtinctas, inhabiles *u* fiunt ad beneficia per ſex menſes.

*x* Villal. ubi ſup.

20 Religioſi, qui habentes bonorum religionis adminiſtrationem aliquod ex illis alienant *x* ſine licentia capituli, vel Prælati.

*y* Idem ubi ſup.

21 Clerici *y* qui ordinantur ſine patrimonio cum pacto non petendi victum ab Epiſcopo. Nec non qui ordinantur per præſentationem beneficiarii cum pacto nihil petendi ab



eo. Hæc eſt Papalis, & comprehendit eum, qui ordinatur cum patrimonio promiſſo, vel donato, cum pacto nihil petendi poſt ordinationem. Ille tamen qui poſt ordinationem nullo præcedente pacto retrodonat patrimonium acceptum, non comprehenditur.

22 Suſpenditur *z* tandem Epiſcopus, qui ſine titulo ordinat clericum religioſum, qui ſolum emiſit temporale religionis votum.

*z* Idem ubi ſup.

*VARIÆ de ſuſpenſione reſolutiones.*

23 Suſpenſus ab uno poteſt exercere aliud non *a* conexum; & Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificali poteſt Miſſã celebrare.

*a* Vide P. Sà hoc verb.

24 Suſpenſus ab Ordine Epiſcopali non ideo eſt ſuſpenſus à iuriſdictione.

25 Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ ſolùm prohibetur in ea celebrare, & intereſſe divinis officiis. Itaque poteſt in ea orare, & recipere ſacramenta, & exercere iuriſdictionem, & ſepeliri ſi decedat cum pœnitentiæ ſignis, & extra celebrare in loco non deſignato ab Epiſcopo ad perpetuo celebrandum.

*DE ſuſpenſionibus impoſitis à concil. Tridentino.*

*b* Vide Trid. ſeſſ. 6. c. 5.

26 I. Contra Epiſcopum, qui in alieno Epiſcopatu *b* exercet Pontificale ſine licentia proprij Epiſcopi. II. Contra Capitulum ſede vacante, qui intra annum à morte Epiſcopi literas dimiſſorias dederit alicui ad Ordines ſuſcipiendos. III. Contra Epiſcopum alienum ſubditum ordinantem ſine licentia proprij. IV. Contra Abbates, qui clericis ſæcularibus dant litteras dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos. V. Adverſus Parochos, vel quoſcumque alios ſacerdotes, qui ſine licentia proprij Parochi matrimonio ſibi non ſubditorum aſſiſtunt. VI. Contra Epiſcopum, ſi, quod avertat Deus, eſſet concubinarius, & à Synodo admonitus non paenituerit.

*DE ABSOLVTIONE à ſuſpenſione.*

27 Habens authoritatem Epiſcopalem *c* poteſt abſolvere à ſuſpenſione non reſervata.

28 Religioſi poſſunt abſolvere in foro conſcientiæ à ſuſpenſione. Ad quod conſulant ſua privilegia. Et regulariter loquendo Epiſcopi poſſunt abſolvere ab omni ſuſpenſione.

29 Suſpenſus, quia ante legitimam ætatem Ordines ſacros ſuſcepit, ſi poſt diſpenſationem celebret ante ætatẽ impletam, non incurret novam ſuſpenſionem, nec irregularitatẽ.

### SVSVRRATIO.

1 Suſurratio *a* eſt inordinata culpæ alienæ, vel pœnæ, vel

*a* Navar.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*a apud Avi. in comp. hoc verb.*

vel defectus naturæ ſignificatio alteri facta ad ſeparandam amicitiam.

2 Si fiat cum notabili damno proximi eſt *b* mortalis: & ſuſurro non eſt abſolvendus niſi promittat eos iterum ſe eſſe reconciliaturum, & damnis ſatisfacturum.

*b Idem ubi ſup.*

3 Minuere amicitiam cum uno, ut cum *c* alio major fiat, non eſt peccatum, niſi aliunde damnum proximo ſequatur.

*c Comm. DD.*

# DISPVTATIVNCVLÆ variæ.

## RESOLVTIONES DIVERSÆ.

## T

### *TABELLIO.*

TABELLIO habens conſtitutum publicum ſtipendium recipiendo pretium maius debito, peccat *a* mortaliter. Item accipiens aliquid pro litteris Ordinatorum, ſi aliàs habet ſtipendium publicum.

*a Navar. c.25.n.74.*

1 Tenetur *b* reſtituere quidquid accepit vltra ſtipendium taxatum, ſi ſaltem extra judicium repetatur.

*b Idem c. 17.n.35*

2 Peccat *c* mortaliter faciens ſcripturam ſimulatam, quæ in ſuperficie apparet juſta. Sed non tenetur reſtituere pro ſcriptura uſuraria.

*c Comm. DD.*

4 Inſtrumentum à Tabellione metu mortis factum *d* reſcindendum eſt.

*d Navar. apud Avi. hoc verb.*

5 Peccat, *e* ſi ſcienter conficiat inſtrumentum uſurarium, vel falſum, vel occultans neceſſarium parti. Item conficiens in die feſto inſtrumentum, quod in alium communem diem poterat.

*e Comm. DD.*

6 Non tenetur reſtituere, quod ultra taxam legis gratuitò datur; peccat tamen mortaliter illud accipiendo, quia facit contra legem, & juramentum.

TACTUS impudici. vide verbum *Luxuria.*

### *TAVRORVM AGITATIO.*

1 Taurorum agitatio *a* prohibita fuit per Pium V. variis pœnis, quæ poſtea per alios Pontifices moderatæ ſunt.

*a Pius V. In cõſtitutione quæ incipit de ſalute gregis Dominici.*



2 Gregorius XIII. ad inſtantiam Philippi II. Regis excommunicationis, & aliarum cenſurarum pœnas abſtulit *b* ſæcularibus, non religioſis, nec clericis ſacris initiatis.

*b Greg. XIII. an: 1575.*

3 Tandem Clement VIII. litteras Pij V. ad terminos juris communis reduxit *c*, Monachis, & fratribus mendicantibus, cæteriſque cuiuſcumque ordinis & inſtituti regularibus exceptis.

*c Clem. VIII. an. 1596.*

4 Modò in Hiſpania tauros agitare non eſt peccatum *d* mortale, ſi fiat debitâ cautione.

*d Comm. DD.*

5 Qui à tauris occiduntur, non ſunt privandi *e* Eccleſiaſtica ſepulturâ.

*e Comm. DD.*

6 Taurorum agitatores ſi temerariè magno vitæ periculoſe exponant, peccant *f* mortaliter; ſecus verò ſi ſint in hac arte periti.

*f Comm. DD.*

7 Qui ſpectant tauros ob recreationem, non peccant; *g* dummodo de cædibus non delectentur.

*g Comm. DD.*

8 An ſit peccatum mortale tauros in diebus feſtis agitare, & eos ſpectare, alii negant, affirmat *h* verò doctiſſimus Villalobos, & aſſerit agitari mandantes, & qui agitant & qui vident incurrere excommunicationem latæ ſententiæ. Idem dic de feſtis voto ſervatis, exceptis his quæ ſolùm vſque ad meridiem ſervantur.

*h Vill. to. 2.tr. 12. diff. 20.*

9 Clerici ſæculares, non peccant mortaliter tauros ſpectantes; regulares verò mortaliter peccant, *i* etiamſi illos ſine ſcandalo ſpectent, ſed excommunicationem non incurrunt. Quod intelligi debet cùm tauri per illorum domos tranſeunt.

*i Vaſq. 1. 2. diſp. 152.n.44*

10 Comprehenduntur *l* clerici religioſi, quamvis ſolùm habeant ordines minores.

*l Vide Vill. ubi ſupra.*

11 Fratres laici, & juvenes nondum ordinati ſi tauros ſine ſcandalo ſpectent, non peccant ſecundum *m* probabiliorem.

*m Idem ubi ſupra.*

12 Non extêditur hæc *n* prohibitio ad fœminas religioſas,

*n Comm. DD.*

13 Canonici regulares peccant *o* mortaliter tauros ſpectãdo

*o Vill. ubi ſupra.*

14 Milites profeſſi Ordinum militarium poſſunt *p* illos ſpectare, non vero fratres.

*p Comm. DD.*

15 His tamen non obſtantibus non deſunt, *q* qui etiam religioſos clericos à mortali excuſent, ſi ſine ſcandalo tauros ſpectent.

*q Vide Mach. tom. 2. fol 415.*

### *TENTARE.*

1 Peccat, *a* qui tentat Deum ſumens aquam ferventem, vel ferrum candens, ut ſe purget à ſuſpicione falſi criminis,

*a Navar. c.11.n.40*

1 Pec-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vel defectus naturæ ſignificatio alteri facta ad ſeparandam amicitiam.

[*a* apud Avi. in comp. hoc verb.]

2 Si fiat cum notabili damno proximi eſt *b* mortalis: & ſuſurro non eſt abſolvendus niſi promittat eos iterum ſe eſſe reconciliaturum, & damnis ſatisfacturum.

[*b* Idem ubi ſup.]

3 Minuere amicitiam cum uno, ut cum *c* alio major fiat, non eſt peccatum, niſi aliunde damnum proximo ſequatur.

[*c* Comm. DD.]

# DISPVTATIVNCVLÆ variæ.

## RESOLVTIONES DIVERSÆ.

## T

### *TABELLIO.*

TABELLIO habens conſtitutum publicum ſtipendium recipiendo pretium maius debito, peccat *a* mortaliter. Item accipiens aliquid pro litteris Ordinatorum ſi aliàs habet ſtipendium publicum.

[*a* Navar. c.15.n.54.]

1 Tenetur *b* reſtituere quidquid accepit vltra ſtipendium taxatum, ſi ſaltem extra judicium repetatur.

[*b* Idem c. 171.n.55]

2 Peccat *c* mortaliter faciens ſcripturam ſimulatam, quæ in ſuperficie apparet juſta. Sed non tenetur reſtituere pro ſcriptura uſuraria.

[*c* Comm. DD.]

4 Inſtrumentum à Tabellione metu mortis factum *d* reſcindendum eſt.

[*d* Navar. apud Avi. hoc verb.]

5 Peccat, *e* ſi ſcienter conficiat inſtrumentum uſurarium, vel falſum, vel occultans neceſſarium parti. Item conficiens in die feſto inſtrumentum, quod in alium communem diem poterat.

[*e* Comm. DD.]

6 Non tenetur reſtituere, quod ultra taxam legis gratuitò datur; peccat tamen mortaliter illud accipiendo, quia facit contra legem, & juramentum.

TACTUS impudici. vide verbum *Luxuria.*

### *TAVRORVM AGITATIO.*

1 Taurorum agitatio *a* prohibita fuit per Pium V. variis pœnis, quæ poſtea per alios Pontifices moderatæ ſunt.

[*a* Pius V. In cõſtitutione quæ incipit de ſalute gregis Dominici.]



2 Gregorius XIII. ad inſtantiam Philippi II. Regis excommunicationis, & aliarum cenſurarum pœnas abſtulit *b* ſæcularibus, non religioſis, nec clericis ſacris initiatis.

[*b* Greg. XIII. an. 1575.]

3 Tandem Clemens VIII. litteras Pij V. ad terminos juris communis reduxit *c*, Monachis, & fratribus mendicantibus, cæteriſque cuiuſcumque ordinis & inſtituti regularibus exceptis.

[*c* Clem. VIII. an. 1596.]

4 Modò in Hiſpania tauros agitare non eſt peccatum *d* mortale, ſi fiat debitâ cautione.

[*d* Comm. DD.]

5 Qui à tauris occiduntur, non ſunt privandi *e* Eccleſiaſtica ſepulturâ.

[*e* Comm. DD.]

6 Taurorum agitatores ſi temerariè magno vitæ periculo ſe exponant, peccant *f* mortaliter; ſecus verò ſi ſint in hac arte periti.

[*f* Comm. DD.]

7 Qui ſpectant tauros ob recreationem, non peccant; *g* dummodo de cædibus non delectentur.

[*g* Comm. DD.]

8 An ſit peccatum mortale tauros in diebus feſtis agitare, & eos ſpectare, alii negant, affirmat *h* verò doctiſſimus Villalobos, & aſſerit agitari mandantes, & qui agitant & qui vident incurrere excommunicationem latæ ſententiæ. Idem dic de feſtis voto ſervatis, exceptis his quæ ſolùm vſque ad meridiem ſervantur.

[*h* Vill. to. 2. tr. 12. diff. 20.]

9 Clerici ſæculares, non peccant mortaliter tauros ſpectantes; regulares verò mortaliter peccant, *i* etiamſi illos ſine ſcandalo ſpectent, ſed excommunicationem non incurrunt. Quod intelligi debet cùm tauri per illorum domus tranſeunt.

[*i* Vaſq. 1. 2. diſp. 151. n. 44.]

10 Comprehenduntur *l* clerici religioſi, quamvis ſolùm habeant ordines minores.

[*l* Vide Vill. ubi ſupra.]

11 Fratres laici, & juvenes nondum ordinati ſi tauros ſine ſcandalo ſpectent, non peccant ſecundum *m* probabiliorem.

[*m* Idem ubi ſupra.]

12 Non extẽditur hæc *n* prohibitio ad fœminas religioſas.

[*n* Comm. DD.]

13 Canonici regulares peccant *o* mortaliter tauros ſpectãdo

[*o* Vill. ubi ſupra.]

14 Milites profeſſi Ordinum militarium poſſunt *p* illos ſpectare, non verò fratres.

[*p* Comm. DD.]

15 His tamen non obſtantibus non deſunt, *q* qui etiam religioſos clericos à mortali excuſent, ſi ſine ſcandalo tauros ſpectent.

[*q* Vide Mach. tom. 2. fol. 415.]

### *TENTARE.*

1 Peccat, *a* qui tentat Deum ſumens aquam ferventem, vel ferrum candens, ut ſe purget à ſuſpicione falſi criminis.

[*a* Navar. c.11.n.40]

2 Pec-

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*b* Comm. DD.

1 Peccat, *b* qui temerariè ſe morti exponit, & non vult uti medicamentis.

*c* Navar. apud Avil. in comp. hoc verb.

3 Peccat *c* mortaliter, qui aliquid facit eo animo, ut experiatur divinam potentiam, ſeu pietatem, &c. v. g. qui vult concionari citra neceſſitatem nullâ prævia meditatione.

## THESAURUS.

### *AD QUEM PERTINEAT THESAURI INventi dominium?* vide verb. *Dominium.*

*a* Vill. to. 2. tract. 10 diſ. 20.

1 Theſaurus eſt vetus quædam *a* depoſitio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat.

2 Qui theſaurum in fundo proprio invenit, illius fit dominus: ſi in loco ſacro, dimidium debet Prælato loci.

3 Si fortè in alieno ſolo inventus eſt, dimidium habebit inventor. Si ex induſtria quæſitus eſt, dimidium habebit fundi dominus; ſi autem ex ejus voluntate, conventioni ſtandum.

4 Qui fundum emit, in quo theſaurum eſſe ſciebat, ſuum facit theſaurum.

5 Cùm inventus eſt in loco publico, ad inventorem ſpectat dimidium. Si per Magiam inventus, pertinet ad Fiſcum poſt judicis ſententiam, non ante.

6 Prædicta ſunt de jure communi. Hiſpaniæ verò lex, quæ eſt Regij Ordinamenti, jubet, ut ubicumque theſaurus inveniatur, Regis ſit, & ſolùm pars quinta inventoris. Quod quamvis aliquibus contra naturalem æquitatem videatur, pro Rege ſtandum. In foro autem interiori ſi inventus ſit in fundo Regio ante ſententiam judicis, dimidium debet Regi; ſi in fundo proprio, totum ſibi retinere poteſt, niſi à Regis miniſtris petatur, quod ad Regem pertinet.

*b* L. 1. cum ſequent. tit. 1. lib. 6 recop. & l. 9. eod. tit.

7 Circa metallorum fodinas *b* Hiſpaniæ leges obſervandæ ſunt, & ſuis locis videndæ.

---

# DISPUTAT. I. SECT. I.

## RESOLUTIONES VARIÆ.

### *QUID SIT TESTAMENTUM, ET quomodo differat ab aliis ultimis voluntatibus.*

## TESTAMENTUM.

*a* L. 1. ff. de teſtamentis.

1 TEſtamentum *a* eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo



de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult cum hæredis inſtitutione directa.

2 De jure *b* communi ita eſſentialis erat hæredis inſtitutio, ut ſine illa nullum eſſet teſtamentum. In regno tamen Caſtellæ ſine illa eſt validum. *c*

*b* Parag. ante hæred. inſt. de leg.

*c* L. 1. tit. 4. lib. 5. recop.

3 Nemo poteſt *d* duo teſtamenta habere; poſteriore enim primum revocatur, militis teſtamento excepto.

*d* Parag. poſteriori inſt. quib. mod. teſtam.

### *DE SOLEMNITATE teſtamenti in ſcriptis, & quomodo aperiendum ſit?*

4 Si teſtamentum in ſcriptis fiat coram tabellione, debet habere *e* diem, menſem, & annum, ut publica ſcriptura. Si verò fiat ſine tabellione, non eſt neceſſarium; tutius autem eſt quod habeat.

*e* Comm. DD.

*f* L. 1. & ſeq. c. de his quæ ſibi.

5 Si teſtamentum fiat in ſcriptis, & is qui illud ſcribit inſtituatur hæres, vel legatarius, non *f* valet. Secus autem ſi ſolum illud dictet, vel ſi ſit neceſſarius hæres, vel aliunde conſtet de voluntate teſtatoris. Quod ad nuncupativum non extenditur.

*g* L. 1. Tauri homic. L. 2. tit. 4. lib. 5 recop.

6 Teſtes in teſtamento in ſcriptis debent eſſe *g* ſeptem viri, liberi, puberes, id eſt qui habeant 14. annos, & rogati, & omnes ſimul debent audire, & intelligere teſtatoris voluntatem. Hæres, & qui in ejus ſunt poteſtate non poſſunt teſtes eſſe, nec Fratres ipſius. Legatarius autem, & fidei commiſſarius poſſunt.

7 In regno Caſtellæ eadem ſolemnitas requiritur in teſtamento inter filios, & inter extraneos.

8 Cæcus non poteſt teſtari in ſcriptis, ad ejuſque teſtamentum requiruntur 5. teſtes. In militis autem teſtamento duo ſufficiunt, etiam ſi fœminæ ſint.

### *DE TESTAMENTO ad pias cauſas.*

*h* Vill. to. 2. tr. 10. diſ. 4. n. 2

9 Teſtamentum ad pias cauſas *h* eſt, cùm ſubſtituitur hæredi ſæculari aliqua religio vel Eccleſia; non verò eſt ad pias cauſas ſi in eo aliqua pia legata relinquantur.

10 Ad hujus teſtamenti valorem ſufficit, ſi in eo ſervetur id, quod eſt de jure gentium. Unde valet *i* cum duobus teſtibus ſive ſint viri, ſive fœminæ.

*i* Idem ubi ſup. n. 1.

*l* Mol. diſ. 134.

11 Idem *l* dicendum de legatis ad pias cauſas, etiam ſi teſtamentum ſit nullum, vel ſolis ſignis teſtator voluntatem expreſſerit.

*m* Comm. DD.

12 In foro autem conſcientiæ etiam ſi teſtibus nequeat probari tenebitur *m* hæres legata pia exequi, ſi ei conſtet de voluntate teſtatoris.

*n* Villal. ubi ſup. n. 7.

13 Si teſtamentum ad pias cauſas valet, valent *n* etiam legata

gata in eo relecta, etiamſi pia non ſint. Si verò cauſa pia, & hæres extraneus inſtituantur, valebit quo ad primum; non quo ad ſecundum, dummodo ſolemnitatem habeat teſtamenti ad pias cauſas.

*AN TESTAMENTVM imperfectum ſecundum aliquid valeat?*

14 Siquis imperfectum reliquit teſtamentum *o*, non valet etiam inter filios: valent autem legata pia *p*.

15 Cum quis in ſuo teſtamento dicit ſe ſchedulam relinquere ſuo Confeſſario, vel alteri perſonæ ſuo nomine ſignatam, & ſe velle ut valeat, ac ſi de verbo ad verbum eſſet in ipſo teſtamento valet, & eſt *q* communiter in vſu.

*DE CODICILLI ſolemnitate.*

16 In codicillo nuncupativo *r* requiritur eadem ſolemnitas, quæ in teſtamento nuncupativo. Et eadem in codicillo in ſcriptis, quæ in teſtamento in ſcriptis ſive clauſo; atque in utroque fœminæ teſtes eſſe poſſunt.

17 Cum additur in teſtamento, quod ſi non valeat ut teſtamentum, valeat ut codicillus, ſi forte deeſt ſolemnitas teſtamento, valet *ſ* ſi habeat ſolemnitatem codicilli.

18 Qui ſcit voluntatem teſtatoris fuiſſe ſe ipſum hæredem relinquere, etiam ſi ob ſolemnitatis defectum nullum fuerit teſtamentum, poteſt tuta conſcientia retinere hæreditatem. Idem dicendum de aliis contractibus, licet viri docti contrarium teneant, vtraque opinio *t* eſt probabilis.

*DE LIBERTATE neceſſaria, vt valeat teſtamentum in foro conſcientiæ.*

19 Qui ſine dolo, & fraude perſuadet teſtatori, ut uni, & non alteri relinquat hæreditatem, nec *u* peccat, nec reſtituere tenetur. Si autem ex odio fecerit, peccat ſed ad reſtitutionem non tenetur.

20 Qui importunis precibus hoc facit ad reſtitutionem *x* tenetur. Idem dicendum de metu reverentiali filij erga parentes, & uxoris erga virum.

21 Qui impedit aliquem ne teſtetur, vel mutet teſtamentum, *y* tenetur reſtituere, & in foro exteriori privatur portione ei contingente.

*QVÆ PERSONÆ teſtari nequeant?*

22 Viri ante 14 annum, & fœminæ ante 12. teſtari *z* nequeunt.

23 Furioſi, frænetici, & mente capti *a* prohibentur teſtari. Qui vero habet lucida intervalla, poteſt, cum eſt compos mentis.

*o* L. ſi quis cum teſtamento. ff. de teſtamentis
*p* Mol. diſ. 134.
*q* Comm. DD.
*r* L. 2. Tauri hodie l. 2. tit. 4. lib. 5. recop.
*ſ* L. codicil. parag. 1. ff. de leg.
*t* Vide Villal. ubi ſup. diſ. 1. n. 2.
*u* Comm. DD.
*x* Moli. ubi ſup. n. 4.
*y* L. 1. & 2. ff. ſi quis alte. l. 2. c. eod. tit.
*z* L. qua ætate. ff. qui teſtamentum, parag. præterea ſtill, quibus non eſt permiſſum.
*a* Comm. DD.





24 Filius familias *b* poteſt de bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus, & de adventitiis, quæ habuit poſt clericatum ad pias cauſas teſtari.

25 In regno Caſtellæ *c* poteſt pubertatem teſtari de tertio bonorum adventitiorum.

26 Clericus etiam primæ tonſuræ *d* poteſt teſtari de his quæ contra acquiſiuit, & ſimilibus.

27 Servi captivi, muti, & ſurdi à nativitate prohibentur *e* teſtari: Idem dic de religioſis profeſſis, ac de equitibus D. Ioannis, quia non habent rerum dominium.

28 Novitij poſſunt *f* etiam ſine licentia Prælati, vel Epiſcopi.

29 Clerici ex conſuetudine de omnibus ſuis bonis *g* teſtantur, & ex teſtamento & ab inteſtato eis ſuccedunt hæredes ſive neceſſarij, ſive extranei. Peccabunt tamen ſi de bonis, quæ ex Eccleſiaſtico beneficio acquiſierunt ad res profanas teſtentur.

30 In regno Caſtellæ damnati ad mortem vel ad triremes teſtari *h* poſſunt.

31 Epiſcopi teſtari non *i* poſſunt ſine Papæ licentia; niſi in aliquo regno contraria ſit conſuetudo legitime præſcripta.

DE EO *qui poteſt hæres, vel legatarius inſtitui.*

32 Omnis qui poteſt teſtari *l* poteſt hæres inſtitui. Multi ſunt incapaces hæreditatis, & alij amittunt illam propter delicta, qui videri poſſunt apud Villalobos 2. *to. tr.* 33. & apud Molinam *to* 1. *diſp.* 178.

33 Pater *m* poteſt filium naturalem hæredem inſtituere ſi abſint legitimi, & valet teſtamentum licet imperfectum, & minus ſolemne; ſecus verò ſi habeat legitimos; tunc enim poteſt illi *n* relinquere unam unciam, quæ eſt 12. pars. Poteſt vero ei ſi ſit ſpurius quintam partem relinquere, *o* quam poterat extraneo.

34 Etiam ſi filio naturali nihil à patre relinquatur in teſtamento, non habet actionem contra illud *p*

35 Si pater inſtituat extraneum expectans, quod hæreditatem dabit ſpurio, non peccat *q* etiam ſi indicet intentionem, dummodo non obliget eum, nec accipiat promiſſionem. Hæres tamen poteſt ſi velit dare hæreditatem ſpurio, vel ſi mavult ſibi retinere.

36 Pater poteſt *r* filium, vel nepotē quem voluerit meliorare in 3, & 5. prius debet extrahi 5. poſtea, 3. Fiant ex omni

*b* L. nemo c. de teſtamentis.
*c* L. 5. Tauri hodie l. 1. tit. 4. lib. 5. recopil.
*d* Comm. DD.
*e* Comm. DD.
*f* Comm. DD.
*g* Auth. nunc autem c. de Epiſ. & cler.
*g* Molin. diſ. 147.
l. 41. tit. 1. lib. 5. recop.
*h* Comm. DD.
*i* Comm. DD.
*l* Vide Villal. ubi ſup.
*m* Villal. ubi ſup. diſ 12. n. 2.
*n* Auth. licet. c. ab Inteſt. C. eodem.
*o* L. 9. Tauri hodie l. 7. lib. 5. recop.
*p* Vill. ubi ſup. n. 11.
*q* Idem ubi ſup. nu. 13.
*r* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

hæreditate quindecim partes 3. erit quintum. Ex duodecim remanentibus tertia pars ſunt 4. Vnde melioratus in 3. & 5. ex quindecim millibus habet 7. millia.

37 Nepotes non ſuccedunt *f* in capita, ſed in ſtirpem loco parentum.

*f* Comm. DD.

38 Vt filius hæres ſit, debet *t* poſt nativitatem vivere 24. horas, & eſſe baptizatus.

*t* Vill. vbi ſupra.

39 Filij debent dotem, & donationes in vita parentum acceptas in collationem afferre. *u*

*u* Comm. DD. Vide Anton. Gomez in leg. Taur.

40 In defectu deſcendentium ſuccedunt *x* aſcendentes, qui fratribus præferuntur: & in regno Caſtellæ, in duabus partibus ſuccedunt, & hoc tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento.

*x* Comm. DD.

41 In defectu aſcendentium ſuccedunt *y* fratres ex patre & matre: & his mortuis filij eorum in ſtirpem. His deficientibus fratres ex patre tantùm in iis bonis, quæ habuerunt ex parte illius: & fratres ex parte matris in bonis, quæ habebat mater. Tandem omnibus his deficientibus, conſanguinei uſque ad 4. gradum. & poſt hos Fiſcus.

*y* Vide Vill. vbi ſup. diſ. 35.

42 Iudex ſolùm debet concedere 9. menſes hæredi ad deliberandum, & poteſt *z* reſtringere vſque ad 100. dies.

*z* Vide eundem vbi ſupra.

43 In regno Caſtellæ etiamſi hæres repudiet hæreditatem, valent legata. *a*

*a* Comm. DD.

*AN CVM DVO ſimul condunt teſtamentum, mortuo uno poſſit alius illud revocare?*

44 Si duo ſimul conficiant teſtamentum, poſt mortem unius alter poterit *b* quoad ſuam partem revocare. Si autem cum fraude hoc fecit, tenetur reſtituere.

*b* Molin. lib. 4. de primog. c. 1. nu. 14.

45 Qui teſtatur de bonis alienis cum domini facultate, mortuo teſtatore non poteſt dominus revocare teſtamentum; nequit tamen dominus omnia bona ſua donare ad teſtandum.

*c* Vill. ubi ſup. n. 5.

46 Fiet irrevocabile teſtamentum, ſi in eo hæc clauſula ponatur. Volo hoc eſſe meum & irrevocabile teſtamentum, etiam ſi poſtea aliud faciam, niſi in hoc verbo ad verbum ſcriptum inveniatur totum Davidis pſalterium, vel aliud ſimile.

47 Nihilominus poterit hoc revocari per 2. ſi in eo addatur hæc clauſula: Et hoc ultimũ volo valere non obſtante quacunque clauſulâ revocatoriâ poſita in 1. etiam ſi hic in ſpeciali non aſſeratur. Quod etiam contingit, ſi hoc ultimum juramento firmetur, etiam ſi nulla alia clauſula apponatur; ſed revocare teſtamentum juratum eſt perjuriũ, & in 2. teſtamento



mento ſi non fiat mentio juramenti facti non revocatur primum. Vide Villal. ubi ſupra n. 7. & 8.

## SECTIO II.

### *QVANDO INVENTARIVM faciendum, & quomodo?*

1 INventarium debet ab hærede fieri intra 30. dies, qui computandi *a* ſunt à die, quo ſcivit ſe hæredem inſtitutum fuiſſe. Et quamvis extra hoc tempus fiat, dummodo finiatur intra terminum à lege præfixum, ideſt intra ſexaginta dies, gaudet nihilominus ſuis privilegiis.

*a* l. 5. tit. 6. pag. 6.

2 Si non faciat inventarium, *b* tenebitur ultra vires hæreditarias ſolvere debita, & legata in foro exteriori, ſecus verò in interiori.

*b* Comm. DD.

### *DE TESTAMENTARIIS.*

1 Teſtamentarius *c* poteſt eſſe religioſus, ſed cum licentia petita, & obtenta. Poſſunt etiam mulieres, & juvenes, ſi habuerint decimum ſeptimum annum.

*c* c. tua. nobis de teſtamentis l. 2. tit. 10. p. 6.

2 Teſtamentum cùm teſtator non aſſignavit tempus, quamprimum *d* debet adimplere in conſcientia. Iudex autem intra annum poteſt ad id cogere teſtamentarios. Debita autem ſolvant quamprimum poſſint.

*d* l. nulli C. de Epiſc. & cler. l. 6. tit. 10. p. 6.

3 Si teſtator facultatem dedit teſtamentario, ut inter pauperes aliqua diſtribuat; ipſe autem nominatim alicui pauperi legatum reliquit, non *e* poteſt teſtamentarius ei amplius aliquid dare.

*e* l. 3. tit. 10. p. 6.

4 Nec teſtamentarij, nec taxatores *f* poſſunt aliquid emere de bonis defuncti. Taxatores autem ultra pretium à ſe taxatum poſſunt emere.

*f* l. ſi in emptione parag. ſi. ff. de contrah. emp. l. 25. tit. 11. lib. 5. recop.

5 Teſtamentum debet facere *g* prudens dum valet, vel ſaltem in infirmitatis initio: & multum intereſt, quòd ſit in Dei gratia cùm facit.

*g* Comm. DD.

6 Qui dolo, vel fraude impedit teſtamentum, *h* tenetur damnum reſtituere ei cui fecit.

*h* Comm. DD.

7 Qui alicui facultatem dedit ad teſtandum, & poſtea facit teſtamentum, quamvis hoc teſtamentum reſcindat, facultas data revocata manet *i* ſecundum probabiliorem opinionem. Et ideo tutius eſt novam facultatem dare, vel aliud teſtamentum condere.

*i* Placitũ authoris



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DE TESTAMENTI SOLEMNITATE, ET FORMA.

### DEL TESTAMENTO ABIERTO QVE EN LAtin ſe llama nuncupativo ex lib. 5, tit. 4. recopil.

1 Si alguno ordenare ſu teſtamento, ò otra poſtrimera voluntad con eſcrivano publico, deben ſer preſentes al verlo otorgar tres teſtigos alomenos veſinos del lugar donde el teſtamento ſe hiciere. Y ſi lo hiciere ſin eſcrivano publico, que ſean y por lo menos ſinco teſtigos veſinos ſegun dicho es, ſi fuere lugar donde los pudiere aver, y ſi no pudieren ſer avidos ſinco teſtigos, ni eſcrivano en el dicho lugar alos menos ſean preſentes tres teſtigos veſinos del tal lugar. Pero ſi el teſtamento fuere hecho ante ſiete teſtigos aunque no ſean veſinos, ni paſſe ante eſcrivano teniendo las otras calidades que el derecho requiere valga el tal teſtamento aunque los teſtigos no ſean veſinos del lugar a donde ſe hiciere el teſtamento, y mandamos que el teſtamento que en la dicha forma fuere ordenado valga en quanto à las mandas y otras coſas que en el ſe contienen aunque el teſtador no aya hecho heredero alguno, y entonces herede à quel que ſegun derecho, ò coſtumbre de la tierra avia de heredar en caſo que el teſtador no hicieſſe teſtamento, y cumplaſſe el Teſtamento. Y ſi el teſtador inſtituyere heredero en el teſtamento, y el heredero no quiſiere heredar valga el teſtamento en las mandas, y en las otras coſas, que en el ſe contienen, y ſi alguno dexare à otro en ſu poſtrimera voluntad por heredero, ò le legare, ò mandare alguna coſa para que la de à otro alguno à quien ſoſtituyere en la herencia, ò manda, ſi el tal heredero, o legatario no quiſiere accetar, o renunciare la herencia, o el legado, el ſuſtituto o ſuſtitutos lo pueda aver todo.

### DE TESTAMENTO APERTO, Latinè Nuncupativum vocato lib. 5. tit. 4. recopil,

1 Si aliquis faceret teſtamentum, aut aliter ultimate de ſuis bonis diſponeret in præſentia Notarij publici, debent adeſſe tres teſtes, videntes hoc ipſum concludi, illiq; ad minimum vicini loco, in quo factum fuerit teſtamentum. Et ſi fecerit abſque Notario publico, tum ſint ad minimum quinque teſtes vicini, ſecundum dicta, ſi in tali loco haberi potuerint. Si autem non potuerint haberi quinque teſtes, nec Notarius in dicto loco; ad minimum adſint tres teſtes, vicini tali loco. Sed ſi teſtamentum fuerit factum ante ſeptem teſtes, quamvis non ſint vicini, nec factum ante Notarium ſecundum reliquas qualitates, quas jus exigit, valet tale teſtamen-



teſtamentum, quamvis teſtes non ſint vicini loco, in quo factum fuerit teſtamentum. Et mandamus, ut teſtamentum quod prædicto modo fuerit ordinatum valeat, quantum ad præcepta & alia in eo comprehenſa, licet teſtator non inſtituerit Hæredem, & tunc temporis ille ſit hæres qui ſecundum jus vel conſuetudinem loci ſuccederet, caſu quo teſtator non feciſſet teſtamentum & compleriſſet teſtamentum: & ſi teſtator inſtituerit Hæredem in teſtamento, & Hæres noluerit adire Hæreditatem valeat teſtamentum quantum ad mandata & alia in eo contenta, & ſi aliquis alium fecerit Hæredem in ultimâ ſua voluntate vel legaverit aut mandaverit aliquid ut ille hoc det alteri quem ſubſtituerit in Hæreditate, ſi talis Hæres vel legatarius noluerit acceptare, vel renuntiare Hæreditatem aut legatum, ſubſtitutus vel ſubſtituti totum habere poſſunt.

### DE SOLEMNITATE TESTAMENTI in ſcriptis que en romance ſe llama cerrado.

1 Pero en el teſtamento cerrado, que en latin ſe llama in ſcriptis mandamos que intervengan por lo menos ſiete teſtigos con un eſcrivano, los quales ayan de firmar encima de la eſcritura del dicho teſtamento ellos y el teſtador, y ſupieren, y pudieren firmar, y ſi no ſupieren, y el teſtador no pudiere firmar, que los unos firmen por los otros, de manera que ſean ocho firmas, y mas el ſigno del eſcrivano. Y mandamos, que en el teſtamento ſobre dicho intervengan cinco teſtigos otrom. Y en los codicillos intervenga la miſma ſolemnidad, que ſe requiere en el Teſtamento nuncupativo, o abierto conforme a la dicha ley del ordenamiento. Los quales dichos teſtamentos, y codicillos ſino tuvieren la dicha ſolemnidad de teſtigos, mandamos, que no fagan fe, ni prueba en juyzio nin fuera del.

### DE SOLEMNITATE TESTAMENTI.

1 Sed in Teſtamento clauſo, quod latinè vocatur in ſcriptis, mandamus, ut interveniant ad minimum ſeptem teſtes cum uno Notario, qui ſignent inferius ſcripturam dicti teſtamenti, ille & teſtator, ſi ſciant, & poſſint ſignare: & ſi non ſciant, & teſtator non poſſit ſignare, unus ſignet pro altero, ita ut ſint octo ſignaturæ, & ultra ſignum Notarii, & mandamus ut in teſtamento legali interveniant quinque teſtes vel octo, & in codicillis interveniat eadem ſolemnitas quæ requiritur in teſtamento nuncupativo vel aperto; ſecundum dictam legem diſpoſitionis, quæ dicta teſtamenta & condicilli ſi non habuerint dictam ſolemnitatem teſtium, mandamus ut non faciant fidem nec probationem in judicio, neque extra illud.

---

## SECTIO III

### DE VARIIS CIRCA TESTAMENTVM reſolutionibus.

1 HÆres in teſtamento minus ſolemni licitè poſſidet hæreditatem, a ſi ei conſtet de voluntate teſtatoris. a Sà hoc verb a.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hæres tamen ab inteſtato, licet ei conſtet de voluntate teſtatoris, non tenetur reſtituere ſecundùm probabiliorem.

*b* Sylu. hoc verb. n. 7.
*c* Sa. vbi ſupra.

2 Per ſecundum minus ſolemne ad pias cauſas revocatur *b* primum ſolemne ad alias cauſas.

3 Sufficit *c* teſtari coram Principe, vel judice cum duobus teſtibus.

*d* Vide Sa vbi ſupra num. 15.

4 Teſtamentum coram Prælato & duobus teſtibus *d* valere ubique quidam ajunt, alij ſolùm in terris Eccleſiæ ſubjectis, & rebus fori Eccleſiaſtici, & ad pias cauſas. Sufficiunt vero teſtes etiam fœminæ, modò puberes & pro Curato duo teſtes. Idemque quidam cenſent de clerici, & novitij teſtamento, etſi alij negent.

*e* Comm. DD.

5 Teſtamentum non poteſt *e* fieri ſolo nutu, niſi ſit militis, aut ad pias cauſas. At donatio cauſa mortis, & legatum, & fideicommiſſum poteſt. In foro tamen conſcientiæ valet ſolo nutu, dummodo conſtet de voluntate teſtatoris.

*f* Sa vbi ſupra n. 20.

6 Clericus poteſt *f* teſtari ſecundum quoſdam, ut miles in bello cum duobus ſcilicet teſtibus rogatis etiam fœminis; quidam tamen id negant.

*g* Sa vbi ſupra, num 21.

7 Ingreſſus religionem non tenetur *g* ſervare in teſtamento juris ſolemnitatem ſecundum probabilem opinionem; contraria videtur probabilior.

*h* Comm. DD.

8 Filius poteſt *h* exhæredari ob ingratitudinem, niſi in patris gratiam rediret, vel pœnituiſſet, vel ingreſſus religionem fuiſſet.

*i* Comm. DD. Vide Vill. tom. 2 tract. 10. diff. 11.

9 In teſtamento *i* ponenda eſt cauſa exhæredationis, & cùm filius petit teſtamentum reſcindi, probanda. Poteſt ſimiliter filius exhæredare patrem.

*l* Sa vbi ſupra. n. 11.

10 Si teſtator in teſtamento dixit ut fiat, quod ſuus Confeſſor dixerit, tantum huic credendum, *l* quantum veroſimile eſt teſtatorem mandaſſe.

*m* Idem vbi ſupra.

11 In dubio credendum *m* eſt teſtatorem id voluiſſe, quod ſi adeſſet, interrogatus dixiſſet.

*n* Comm. DD.

12 Teſtamento derogare ob publicam utilitatem licitum *n* eſt Papæ, vel ſupremo principi: Et de conſenſu executorum poteſt Epiſcopus convertere in majorem publicam utilitatem, & neceſſitatem, quod in minorem erat relictum, & quod commodè fieri non poteſt convertere in aliud.

*o* Vide Vill. vbi ſupra.

13 An poſſit revocari teſtamentum quod juramento firmatum eſt alij ajunt, alij *o* negant. Certum autem eſt valere





valere revocationem; ſed ſi non adſit cauſa juſta, & teſtamentum juſtè, & juridicè factum ſit, non licet revocare ſine perjurio.

14 Non dicitur *p* diſpoſuiſſe qui voluit diſponere, ſed non diſpoſuit, quia impeditus fuit. *p* Comm. DD.

15 Profeſſio religionis non rumpit *q* teſtamentum prius factum. *q* Comm. DD.

16 Teſtamentum factum à laico, niſi ſit ad pias cauſas, debet *r* publicari coram judice ſæculari, etiamſi clericus hæres inſtituatur. *r* Sa vbi ſupra n. 19.

17 Ille cujus arbitrio bona diſtribuenda *ſ* ſunt, debet dare piis operibus. *ſ* Comm. DD.

18 Teſtatoris prohibitio ne Epiſcopus teſtamentarios compellat, vel ne jura in ſuo teſtamento locum habeant, nihil *t* valet. *t* Comm. DD.

19 Fœmina poteſt *u* eſſe teſtamenti executrix. *u* Comm. DD.

20 Notabilis mora in executione teſtamenti eſt *x* mortalis. *x* Sa vbi ſupra. n. 43.

21 Hæres non ſuccedit *y* in executoris officium, niſi res non ſit integra; ſuccedit tamen Prælati ſucceſſor, quando hæc cura commiſſa fuit ratione dignitatis, & non perſonæ. *y* Sylu. hoc verb. n. 6.

22 Iuſta voluntas teſtatoris in re notabili *z* obligat ſub mortali: & non ſervans teſtatoris præceptum poteſt excommunicari. *z* Comm DD.

23 Teſtamentario non debetur *a* propter laborem ſtipendium, niſi ob damnum in teſtamenti executione ſecutum. *a* Comm. DD.

24 Si tertium non ſufficiat ad funeris ſumptus, minuenda *b* ſunt legata pro rata, dum ſunt hæredes legitimi. *b* Comm. DD.

25 Teſtator niſi moralem certitudinem habeat, aliquem filium ſuum eſſe, non tenetur *c* in foro interiori eum filium ſuum eſſe in teſtamento declarare, etiam ſi jut talis vulgò habeatur. *c* Comm. DD.

# DISPVTATIO II.

## SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ TESTIS.

1. CVm judex juridicè interrogat, tenetur *a* teſtis veritatem fateri. *a* D. Tho. 2. 2. q. 70. art.

2 Cùm judex procedit per inquiſitionem generalem, nemo tenetur *b* ſecretum crimen detegere, niſi aliter grave damnum reipublicæ impediri non poſſit.

*b* Comm. DD.

3 Cùm quis infamatus eſt de delicto, vel delictum eſt manifeſtum, etiam ſi judex generaliter inquirat, teſtis obedire tenetur. *c*

*c* D. Tho. vbi ſupra. art. 1.

4 Cùm judex ſpecialiter, & juridicè inquirit, tenetur *d* teſtis verum fateri, niſi in confeſſione, vel ſub naturali ſecreto illud ſciverit.

*d* Comm. DD.

5 Si crimen eſt in damnum reipublicæ, vel tertij, & aliàs vitari non poſſit, etiam ſi ſub ſecreto ſciatur, tenetur *e* teſtis revelare.

*e* Vil. tr. 2. tr. 7. diſ. 1. n. 7.

6 Quando inquiſitio eſt mixta, v. g. quia delictum eſt publicum, delinquens verò ignoratur non poteſt *f* teſtis illum revelare; niſi ex continuatione delicti timeatur damnum tertij, vel delinquens ſit infamatus.

*f* Idem vbi ſupra. n. 9.

7 Cùm proceditur per accuſationem juſtam, etiam ſi malo animo fiat, tenetur *g* teſtis veritatem fateri.

*g* Comm. DD.

8 Cùm judex interrogat contra juris ordinem non tenetur *h* teſtis reſpondere.

*h* Comm. DD.

9 Teſtificari nemo tenetur *i* cum notabili damno, vel periculo vitæ, honoris, vel bonorum, niſi eſſet neceſſarium ad bonum publicum.

*i* Vill. vbi ſup. n. 14.

10 Cùm delictum audivit à perſonis fide indignis idem *l* eſt ac ſi nil audiviſſet.

*l* Leſ. lib. 2. c. 30. dif. 6.

11 Cùm quis non eſt obligatus ad teſtificandum etiam ſi cum juramento obligetur, non *m* tenetur, & poteſt ſub abſtractione reſpondere.

*m* Idem vbi ſupra. n. 31.

12 Cùm à teſte dictum non petitur, non eſt obligatus ex juſtitia ad teſtificandum, tenetur *n* autem aliquando ex charitate.

*n* D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1.

13 Cùm teſtis ſe abſcondit ne teſtificari cogatur contra amicum, ſi hoc cedit in grave damnum alterius, peccat *o* mortaliter, ſed non tenetur reſtituere.

*o* Vill vbi ſup. n. 13.

14 Cùm teſtis poſt notificationem non vult teſtificari, ſi damnum inde parti ſequatur, teneri ad reſtitutionem aſſerunt viri docti; contraria tamen ſententia videtur *p* probabilior.

*p* Leſ. lib. 2. c. 30. dub. 1. n. 50.

QVOT TESTES *requirantur in cauſis criminalibus, & civilibus?*

15 In cauſis criminalibus luce clariores oportet eſſe *q* probationes.

*q* l. ſciant cuncti, c. de teſtib.





16 Non ſufficit *r* unus teſtis ad condemnandum reum, niſi in cauſis levibus ob bonum commune.

*r* Matt. 18.

17 In cauſis criminalibus neceſſarij ſunt, & ſufficiunt *ſ* duo teſtes omni exceptione majores.

*ſ* l. vbi. ff. de teſtib. c. licet vniverſis. eod. tit.

18 In aliquibus caſibus ſunt neceſſarij *t* plures teſtes.

*t* c. cum eſſet. de teſtam.

19 Hi teſtes debent *u* eſſe præter accuſatorem verum, vel fictum ex jure gentium.

*u* Vide villal. vbi ſup n. 4.

20 Vinearum cuſtodibus ſolet *x* fides dari ad condemnandos reos levibus pœnis.

*x* Comm. DD.

21 In denunciatione Evangelij *y* denunciator obit etiam teſtis officium.

22 In cauſis civilibus duæ ſemiplenæ probationes vel multa indicia vel præſumptiones faciunt *z* plenam probationem.

*z* Leſſ. lib. 2. c. 30. dub. 4.

DE MODO TESTIFICANDI *vt fiat probatio plena.*

23 Neceſſarium *a* eſt, ut à teſtibus juramentum accipiatur, & inter religioſos quamvis nonnulli Prælati ſub obedientiæ præcepto obligant teſtes ad teſtificandum, conſultius eſt accipere ab eis juramentum.

*y* C. in omni negotio, de teſtib.
*z* Comm. DD.

24 Teſtes debent *b* eſſe conteſtes, id eſt, de eodem facto, tempore, & loco teſtificantes. Si tamen in ſubſtantia facti conveniant, & aliorum accidentium non recordentur, non tollitur conteſtatio.

*a* c. ſuper de teſtib.
*b* Comm. DD.

25 An verò duo teſtes ſingulares de duobus diverſis actibus teſtificantes faciant plenam probationem alij ajunt, alij probabilius *c* negant.

*c* Vide Vil. vbi ſup. n. 7.

26 Excipiunt *d* viri docti duos caſus v. g. Cum fur bona furata oſtendit pluribus ſingularibus diverſis temporibus. 2. Cùm hæreticus plures ſingulares homines diverſis etiam temporibus errorem docuit.

*d* Idem vbi ſupra.

27 Inter religioſos cum pœna ad correctionem ordinatur ſufficiunt *e* teſtes ſingulares, ſed non ad extraordinariam pœnam.

*e* Comm. DD.

28 Vt probatio ſit plena neceſſarium *f* eſt, ut teſtes non ſolo auditu ſed & alio ſenſu delictum perceperint, redderéque debent dicti rationem.

*f* Comm. DD.

29 Non valet *g* teſtificatio per litteras, ſed judex tenetur teſtem præſentem examinare, & audire, & qui ſe aufert ad teſtificandum ſuſpicione notatur.

*g* l. de mi. noti, pa. ſag. 2. ff. de minorib.

30 In teſtibus autem fides, dignitas, mores, gravitas examinanda *h* ſunt, & ideo teſtes qui adverſus fidem teſtationis ſuæ vacillant audiendi non ſunt.

*h* c. relatum [illegible]



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*QVÆ FIDES adhibenda ſit teſti varianti?*

31 Hoc judicium judicis prudentiæ remittendum eſt, nam teſtis per linguæ lapſum, in verbis errans, & ſe corrigens non minuit fidem. Si verò vacillans modò unum, modò contrarium teſtificatur, non eſt ei danda fides, niſi dictum in tortura ratificet: poteſt enim torqueri.

*AN PRIVATA ſcriptura faciat plenam fidem?*

i Comm. DD.

32 Cùm reus in charta crimen fatetur, & poſtea coram judice à ſe ſcriptam fuiſſe confitetur *i*, non eſt neceſſaria major probatio ad condemnationem.

l Comm. DD.

33 Si verò neget à ſe ſcriptam, & comparando illam cum alijs ab ipſius rei manuſcriptis plures in ſcribendi arte periti ab eodem ſcriptas affirmaverint, faciunt *l* probationem ſemiplenam.

m Vill. vbi ſupra, diſ. 1. n. 1.

*QVIS VOCETVR teſtis omni exceptione major?*

34 Eſt ille cui macula non *m* poteſt obijci.

n c. fines, ver. ſi. de ver. ſig.

35 Mulier in aliquibus caſibus poteſt teſtificari, in omnibus alijs repellitur. *n*

o Vill. vbi ſupra, diſ. 6. n. 1.

36 In criminalibus, qui non habet 20. annos teſtificari non poteſt *o*: & in civilibus non admittitur niſi qui habeat 14. annum: ſufficient tamen horum teſtimonia ad præſumptionem.

p l. ſi quis. C. de teſtib.

37 Inimicus capitalis non admittitur, *p* ſecus verò ſi inimicitiæ ſint leves.

q l. teſtis idoneus. ff. de teſtib.

38 Nec aſcendentes, *q* neque deſcendentes, neque accuſatoris conſanguinei: neque vxor in cauſa mariti.

r Comm. DD.

39 Nec famuli *r* domeſtici illos præſentantis, niſi jam domo exiverint.

ſ Ant. Gom. d. c. 12. n. [illegible]

40 Nec infamis, nec perjurus, nec litteras, vel ſigillum Regis falſificans, aut monetam.

41 Nec ſocius in delicto, niſi in aliquibus caſibus, nec mente captus.

t Bald. in l. ſi quis ex argentarijs 1. parag. 1. ff. de edendo.

42 Nec pauper vilis, qui facilè corrumpetur, nec qui aliam ſectam profitetur.

43 Qui teſtificari non poſſunt, *ſ* excepto mente capto admitti poſſunt ad defenſionem.

44 Cùm vno teſte fide digniſſimo facit *t* plenam probationem alius inhabilis.

u c. fin. de teſt. cog.

45 Cùm delictum commiſſum fuit vbi non poſſunt eſſe teſtes habiles, admittuntur *u* etiam inhabiles.

x Vill. vbi ſup. n. 16.

46 Cum de facto præſentantur teſtes inhabiles, poteſt *x* judex



judex illos repellere, quos ſi admittat faciunt ſemiplenam probationem.

*AN REO liceat teſtes repellere, vide verb. Reus.*

# SECTIO II.

## QVOMODO EXAMINANDI SVNT teſtes?

1 TEſtes interrogandi *a* ſunt ſub juramento de facto, & illius circumſtantiis. — a Comm. DD.

2 Ipſe judex debet *b* hoc examen facere, vel Notario committere, qui dictum teſtis debet ſcribere, & Notarij præſentia neceſſaria eſt. — b Comm. DD.

3 In aliquibus religionibus Prælati ſine Notario teſtes examinant, quod in rebus gravibus fieri non *c* debet. — c Vill. vbi ſup. diſ. 7. n. 1.

4 Facta ſummaria, quæ ſufficit ad capiendum reum illius confeſſio accipienda *d* eſt, & poſt illam iterum ſunt teſtes examinandi, qui poſſunt ſe ad factam teſtificationem remittere, vel quod legatur petere, & illam ratificare. — d Idem vbi ſupra.

5 Inter religioſos ſufficit *e* primum dictum, nec eſt neceſſaria hæc ratificatio, quia eſt de apicibus juris. — e Idem vbi ſupra.

6 Proceſſus factus per inquiſitionem generalem valet *f* ſine citatione, ſecus verò ſi fiat per ſpecialem. — f Comm. DD.

7 Videatur in l. 26. *tit. 16. p. 3.* inſtructio quædam *g* ad teſtem examinandum. — g l. 26. tit. 16. p. 3.

*AN FIERI debeat teſtium publicatio?*

8 In cauſis civilibus non eſſe neceſſarium valde probabile eſt: in criminalibus autem ſi pars petat, neceſſaria *h* eſt. — h Vill. vbi ſupra diſ. 8. n. 1.

9 Interveniente juſtâ cauſâ etiam in criminalibus teſtium publicatio facienda *i* non eſt. — i Comm. DD.

*AN TESTES poſſint torqueri, vide verbum Inquiſitor.*

*AN TESTIS poſſit pretium recipere pro teſtificatione?*

10 Non poteſt *l* niſi propter laborem, vel expenſas. — l Comm. DD.

11 Si recipit pretium pro veritate dicenda, tenetur *m* reſtituere; ſecus verò, pro falſo teſtificando niſi poſt ſententiam judicis. — m Mol. de iuſt. diſp. 8[illegible]. vide teſt.

*VARIÆ circa teſtes reſolutiones?*

12 Quando alij teſtes non ſunt, an teneantur propinqui privilegiati teſtificari, ſi ſub excommunicatione omnibus præcipiatur, alij ajunt, alij negant *n* etiam ſi ſint propinqui in 4. gradu. — n Dian. p. 5. tr. 11. reſ. 67.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*a* Idem p. 4. tr. ſeſ. 99.

13 Qui falſum teſtimonium dixit, *a* ratione cujus alteri imminet mors, vel mutilatio membrorum, tenetur ſuum dictum retractare, ſi ſperat eſſe profuturum, etiamſi ei ſimile damnum immineat. Sed aliud eſſet ſi tale teſtimonium ex ignorantia non mortaliter culpabili dixiſſet.

*p* Comm. DD.

14 Qui falſum dixit teſtimonium contrarium jam de eodem delicto plenè convicto per alios teſtes non tenetur *p* ad reſtitutionem, quia damnum jam illatum invenit.

## *TESTIS APVD INQVISITORES.*

*q* Dian. p. 4. tr. 1. reſ. 16.

15 Capitalis inimicus non eſt *q* admittendus in teſtem, etiam in articulo mortis etiam reconciliatus, nec in tortura, maximè ſi reconciliatio eſt recens.

*r* Idem vbi ſupra.

16 Conſanguinei, & ſubditi inimici capitalis arcendi *r* ſunt à teſtimonio, niſi adjuncto aliquo adminiculo videantur odium depoſuiſſe.

*ſ* Comm. DD.

17 Cæteri omnes admittuntur *ſ* in teſtes. Excommunicati, infames, ſocij criminis, perjuri, hæretici, domeſtici familiares, conſanguinei, mulieres, & minores 14. annis, & quidem omnes ſine tortura.

*t* Comm. DD.

18 Et ſi reus nihil opponat, non ideo ſunt *t* omni exceptione majores, debent enim Inquiſitores de illorum conditione, & moribus inquirere.

*u* Dian. vbi ſup. reſ. 119

19 Cùm duo teſtes concurrunt vnus valde dignus, & alius inhabilis, hujus defectus non ſuppletur *u* per dignitatem alterius ad faciendam plenam probationem, niſi cum utriuſque atteſtatione alia adminicula concurrant.

*x* Idem vbi ſup.

20 Similiter duo teſtes ſingulares licet ſint eximiæ authoritatis perſonæ non plenè *x* probant.

*y* Idem vbi ſup. reſ. 113.

21 Propter multitudinem teſtium non idoneorum poterit reus damnari *y* etiam ad pœnam ordinariam. Sed ad hoc 4. non ſufficiunt.

*z* Ex inſtr. inq.

22 Cùm teſtes examinantur, debent *z* adeſſe duæ perſonæ religioſæ non tam profeſſione quam animi candore, & zelo religionis. Nec debent Inquiſitores examen faciendum alteri committere, niſi teſtis ſit talis conditionis, ut non poſſit ad eos accedere, nec ipſi ad eum pervenire.

Ex vad. ian. 27. reſ.

23 Licet in aliis cauſis oporteat teſtem colloqui cum reo, in cauſa hæreſis non oportet. *a*

24 Teſtes, qui in ſummaria teſtificati ſunt, non faciunt *b* plenam probationem in judicio, niſi repredicantur, & ratificentur poſt acceptam confeſſionem rei. Nec eis legenda eſt ſummaria, ut appareat an idem, quod prius teſtentur.



*c* Idem vbi ſup. tr. 7. reſ. 31.

25 Plures teſtes ſingulares de eadem *c* hæreſi audita diverſis temporibus non poſſunt uniri, ut faciant plenam probationem ſecundum probabiliorem *c* ſententiam.

*d* Comm. DD.

26 Si reus ſit malæ famæ, & vitæ poteſt *d* damnari ad pœnam ordinariam, ſi ſint duo conteſtes idonei. Secundum tamen Hiſpaniæ morem nemo damnatur ad pœnam ordinariam niſi per tres conteſtes idoneos.

*e* Dian. vbi ſup.

27 Cum teſtes prius teſtimonium revocant contrario dicto licet in aliis cauſis ſtandum ſit priori, non *e* verò in cauſis fidei.

*f* Comm. DD.

28 In rebus, quæ non ſunt in damnum tertij uni teſti fide digno credendum *f* eſt.

*g* Comm. DD.

29 Teſtis unus idoneus, vel ſola fama ſufficit *g* ad impediendum nondum contractum matrimonium.

*h* Comm. DD.

30 Duo teſtes per foramen eundem numero actum continuatum diverſis temporibus proſpicientes faciunt *h* plenam probationem.

31 In cauſa fidei non excuſat reſipiſcentia delinquentis, nec eſt ſervandus ordo correctionis.

### *DE IVRE CIVILI*

32 Teſtes & inſtrumenta eamdem vim obtinent *l. in exercendis C. de fide inſtrum.*

33 Qui poſtulat teſtes debet dare eis ſumptus competentes *l. quoniam C. de teſtib.*

34 Teſtis nemo in ſua cauſa eſſe poteſt *l. nullus idoneus ff. de teſtib.*

35 Qui poteſt reum liberare, cui grave damnum imminet, tenetur teſtificari.

36 Nemo tenetur niſi juridicè conſtrictus teſtificari contrarium, etiamſi accuſatori grave damnum immineat, niſi quando accuſator accuſationem facere tenebatur in conſcientia.

---

# DISPVTATIVNCVLÆ

## Variæ circa eamdem Litteram. RESOLVTIONES DIVERSÆ.

### *TORNEAMENTVM.*

*a* Vide Mol. d. 1.. de t... ..1.

1 QVando ſit ſine probabili mortis periculo non eſt *a* illicitum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

illicitum, & caſualiter mortuo in illo non eſt deneganda Eccleſiaſtica ſepultura.

## *TONSVRA.*

1 Licitum *a* eſt inſigniri primâ tonſurâ ſine animo ulterius aſcendendi.

2 Peccat *b* mortaliter ſacris initiatus, qui tonſuram non defert, idem de monacho, ſecus de clerico in minoribus conſtituto.

*a* Nau. c. 25. n. 20.
*b* Idem c. 25. n. 100.

## *TRANSACTIO.*

1 Tranſactio *a* eſt de re dubia, & lite incerta pactio non gratuita.

2 Non *b* valet in foro conſcientiæ ſi per metum fiat, licet metus non ſit tantus, qui illam reddit invalidam in foro exteriori.

3 Factâ tranſactione tenentur *c* partes in utroque foro illam adimplere.

4 Perſonæ omnes, quæ poſſunt donare, poſſunt *d* facere tranſactionem: procurator, non poteſt niſi ad id ſpecialem facultatem habeat.

5 Tutor, ſeu Curator non poſſunt *e* tranſactionem facere niſi de bonis pupilli, quæ poſſunt alienare, de aliis verò non poſſunt niſi de judicis authoritate.

6 Pater qui legitimam habet adminiſtrationem bonorum filii, poteſt *f* de illis tranſactionem facere. Idem dic de injuria irrogata filio.

7 Prælatus non poteſt *g* tranſactionem facere de injuria irrogata Eccleſiæ, nec illam remittere niſi ex conſenſu Capituli.

8 Rectores Eccleſiarum poſſunt *h* facere tranſactionem circa decimas conſentiente Epiſcopo.

9 Cùm plures ſunt hæredes non poteſt unus ſine aliis facere tranſactionem. Si autem major pars velit illam facere ex cauſa juſta tenebit, *i* ſecundum probabiliorem, & cum intereſt bono publico poſſunt à judice compelli.

10 In quacumque cauſa litigioſa civili poteſt *l* tranſactio fieri.

11 Circa alimenta futura, quæ debentur non poteſt *m* fieri niſi coram judice, ſecus verò de præteritis.

12 In capitalibus criminibus excepto adulterio poteſt *n* fieri: de adulterio autem non ſit, quia de illo ſolus maritus

poteſt

*a* Rebel. de iuſt. 2. p. l. 16. q. 1.
*b* Comm. DD.
*c* l. quamvis C. de tranſact.
*d* Comm. DD.
*e* Rebel. ubi ſup. q. 8. num. 1.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD.
*h* c. cæterum & cap veniens de tranſact.
*i* Rebel. vbi ſup. q. 3. nu. 3.
*l* C. vlt C. de litig.
*m* l. de alimentis C. de trãſact.
*n* l. tranſigere C. de tranſ. l. 1. tit. 8. p. 7.



poteſt accuſare, qui ſi tranſigeret, videretur vendere proprium honorem: gratis autem *o* poteſt remittere.

13 Poteſt *p* fieri in aliis gravioribus, non verò in his, quæ habent pœnam ſanguinis excepto crimine falſarij, quod propter magnam infamiam licet non habeat pœnam ſanguinis huic pœnæ comparatur.

14 Non poteſt *q* fieri tranſactio in beneficio Eccleſiaſtico, nec circa jus præſentandi.

*o* Rebel. 2. p. lib. 16. q. 4. nu. 6.
*p* Comm. DD.
*q* c. ſuper eodem c. præterea 2. de trãſ.

TRIBUTUM, vide verb. *Gabella.*

1 Fraudantes tributa, & veſtigalia juſta in notabili quantitate peccant mortaliter, & tenentur reſtituere. Si tamen reſtituere nolint, non ideò eſt eis deneganda *a* abſolutio, quia probabilis eſt contraria ſententia.

2 Cùm quis habet dubium negativum, an ſit juſtum tributum de novo impoſitum, non tenetur illud ſolvere, & poteſt defraudare, ut docet *b* Molina.

*a* Dian. p. 7. tr. 10. reſ. 19.
*b* Molina apud Dia. p. 2. tr. 17. reſ. 59.

TRITICVM. vide verb. *Emptio.*

## *TVTOR.*

1 Tutor eſt, qui præficitur pupillo *a* minori, ſi eſt fœmina 12. annorum, & 14. ſi eſt vir ad protegendam ejus perſonam, & bona.

2 Curator præficitur *b* minori 25. annorum furioſo, & prodigioſo in adminiſtrandis bonis illorum, & uterque Curator ſcilicet & Tutor debent præſtare juramentum ſe rectè functuros ſuo officio.

3 Peccat *c* tutor non defendens, ac conſervans bona pupilli, & agrum infructiferum non reddens fructiferum, & tenetur reſtituere: & qui negligit notabiliter bonis moribus pupillum inſtruere.

4 Qui bona pupilli mutuo dedit cum lucro injuſto, tenetur reſtituere ſi pupillus non reſtituerit, ſed poterit *d* ſecretò ex bonis pupilli facere compenſationem.

5 Mulier poſt ſecundas nuptias, vel poſt ſtuprum fungens tutelâ peccat. *e*

6 Curator, & Tutor obligantur *f* ad damnum ſuâ culpâ eveniens. Si verò cùm tenerentur negotiari, omiſerunt, poſſunt pupilli ab eis exigere quinque pro centum.

7 Tutor non impeditus legitimè tenetur facere *g* quamprimum cum Notario inventarium.

*a* Navar. c. 25. n. 66.
*b* Idem ibidem.
*c* Avila in comp. hoc verbo
*d* Idem vbi ſup.
*e* Navar. vbi ſupra.
*f* Comm. DD.
*g* Comm. DD

TYRANNVS vide verb. *Princeps.*

DISPVT.

# DISPVTATIVNCVLÆ variæ ad hanc litteram ſpectantes.

## RESOLVTIONES DIVERSÆ.

# V

## *VANA GLORIA.*

VANA gloria *a* eſt vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ. Cujus filiæ ſunt jactantia, inſolentia, & inobedientia.

*a* Navar. c. 23. n. 10.

2 Peccat *b* mortaliter qui appetit gloriam de aliquo peccato mortali. Et qui laudat ſe vel alium de re aliqua mortaliter mala vera, vel falſa. Idem dic de eo qui falſo laudatur advertens damnum inde ſecuturum non contradicit ſaltem quantum opus eſt ad damnum impediendum.

*b* Idem vbi ſupra.

3 Non peccat *c* qui audiens laudem falſam non contradicit, dummodo non delectetur de ea, tanquam falſa.

*c* Avil. in comp. hoc verb.

4 Vanæ gloriæ cauſa præcipuè prædicare, vel Miſſam celebrare peccatum eſſe mortale alii ajunt, alii negant. *d*

*d* Si hoc verb.

5 Gloriam & famam optare ob finem honeſtum licitum eſt. *e*.

*e* Comm. DD.

## VECTIGAL vide *Gabellam*,

## *VENATIO*

1 Iuſte prohibentur venationes certarum ferarum certis temporibus, *a* & ne talibus artibus venandi quis vtatur. Qui tamen contra facit non tenetur reſtituere, niſi poſt judicis ſententiam.

*a* Navar. c. 17. nu. 124.

2 Magnates, qui prohibent ne occidantur feræ palantes non incluſæ, quæ damnum inferunt alienis prædiis etiam ſi habeant animum reſtituendi, & de facto reſtituant *b* peccant, quia injuſte damnum inferunt.

*b* Avil. in comp. hoc verb.

3 Qui



3 Qui venatur, vel piſcatur vel ligna cædit in fluminibus, vel montibus vetitis, non peccat, *c* nec tenetur ad pœnam nec aliquid reſtituere, niſi poſt judicis ſententiam.

*c* Idem ubi ſup.

4 Venatio moderata ob recreationem ſi non fiat ſæpè nec cum ſcandalo clericis non eſt *d* prohibita, nec ullum peccatum.

*d* Comm. DD.

## VENDITIO. vide verb. *Emptio.*

1 Merces, quæ bonitate aliis longè præſtant, vendi poſſunt *a* ultra pretium à lege taxatum. Sed non ita ſeponendæ ſunt ut deteriores ſolùm pretio currenti vendantur, & meliores majori, qui enim hoc fecerit ad reſtitutionem tenebitur.

*a* Dian. in comp. hoc verb. n. 5.

2 Qui generoſo vino miſcet aquam, vel aliud vinum minus generoſum, ſed ea moderatione, ut non maneat deterius, quàm id quod paſſim venditur, *b* poteſt illud vendere pretio currenti.

*b* Leſ. apud Dian. vbi ſup. n. 6.

3 Non tenetur *c* venditor vitium mercium detegere dummodo pretium minuat pro ratione defectûs.

*c* Dian. p. 1. tr. 8. reſ. 19.

4 An liceat rem vendere pretio, quod crevit ratione monopolii, dummodò venditor monopolium non exercuerit alii ajunt, alii negant *d* probabilius, quia pretium illud eſt injuſtum.

*d* Rebel. apud Dia. vbi ſup. reſ. 24.

5 Magiſtratus qui ſciunt brevi minori pretio merces valituras, poſſunt ſuas vendere ante manifeſtationem decreti pretio currenti, nec tenentur hoc manifeſtare ſed non poſſunt ideò detinere manifeſtationem, tunc enim & peccabunt, *e* & ad reſtitutionem tenebuntur, quia injuſte utuntur ſuo munere.

*e* Covar. apud Dia. reſ. 40.

## *VICARIVS.*

1 Vicarius Epiſcopi non poteſt *a* eſſe laicus, nec clericus conjugatus, oportet autem habere ſaltem Ordines minores.

*a* Si hoc verb. nu. 1.

2 Vicarius Generalis dicitur *b* Ordinarius, poteſt dare dimiſſorias, & facultatem abſolvendi à reſervatis.

*b* Comm. DD.

3 Vicarius Epiſcopi eo mortuo exſpirat, *c* valent autem acta per eum ante mortis notitiam.

*c* Sanch. diſp. 10. num 2.

4 Vicarius electus à collegio perſeverat *d* mortuo Prelato.

*d* Si hoc verb. nu 4.

5 Cùm quis excommunicatur, ceſſat *e* officium ejus Vi-

*e* Idem vbi ſupra.

carij

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

carii, niſi habeat authoritatem a jure, ut Vicarius Abbatis, vel Prioris.

*f* Comm. DD.

6 A Vicario Generali Epiſcopi non appellatur *f* ad Epiſcopum.

7 An verò Vicarius Epiſcopi poſſit ex officio exponere Confeſſores, & quando eſt Sacerdos, audire Confeſſiones omnium ſubditorũ alii negant alii probabiliùs affirmant. *g*

*g* Sanch. diſ. 19 num. 14.

## VIDVA.

*a* Navar. c. 17. n. 26.

1 Vidua realiter fornicata non poteſt *a* retinere mariti bona ſibi relicta ſub ea conditione, ſi caſtè vivat.

## VINDICTA.

*a* Idem c. 14. n. 214.

1 Peccat, qui propriâ authoritate *a* ulciſcitur injurias, etiam ſi non poſſit per miniſtros juſtitiæ.

## VIRGINITAS.

*a* Sã hoc verb.

1 Virginitas amittitur *a* pollutione voluntariâ etiam volitâ in cauſa ante ſomnium, & poſtea ſecuta, dummodo quis ad illam habendam ſe diſponat. Alij autem probabilius dicunt *b* ſine pollutione non amitti.

*b* Sylu. hoc verb.

*c* Idem vbi ſupra.

2 Virgo vi oppreſſa, & metu mortis non reſiſtens, ſed immota merè paſſivè ſe habens non amitteret *c* coram Deo virginitatem.

## VISITATORES.

Vide Concil. Lim. infrà citatum ex quo hæc omnia extracta ſunt.

1 Viſitator viſitationis comites illos ſolum habeat, qui neceſſarij ſint ad viſitationem: nec procurationem plurium dierum quam opus ſit ullo modo recipiat.

2 Inſtructionem à concilio Limenſi factam, & à Synodalibus ſub mortalis peccati reatu, & ſecum deferre, & fideliter obſervare tenetur.

3 Viſitet ſine acceptione perſonarum, nec munera accipiat, nec delicta diſſimulet ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda.

4 Munera quæcumque aut commodi aliquid præter ea quæ ſunt à jure permiſſa, neque viſitator ipſe recipiat, neque ſuos recipere permittat; ſed neque emat, neque permutet cum his, qui viſitantur equitaturam, aut aliquid aliud: ſi quid hujuſmodi acceperit, ſciat ſe ad dupli reſtitutionem intra menſem faciendam juxta conſtitutionem Concilij Triden-



Tridentini in conſcientia teneri, quod ſi non reſtituerit intra prædictum tempus ab omni & beneficio, & officio eſſe ſuſpenſum ſecundum Gregorij X. in Concilio generali editam ſanctionem. Hæc verba ſunt Concilij Limenſis. *act.* 4. *c.* 4. *fol.* 3.

5 Si durante prædicta ſuſpenſione celebrent irregularitatem incurrunt Papæ reſervatam.

Vide Synodal. Lim. c. 1. tit. 7. fol. 50.

6 In viſitatione prius eſt prædicandum, & monendum, poſtea inquirendum.

7 Epiſcopus viſitat diœceſim, Archiepiſcopus totam provinciam, hoc tamen jam non videtur eſſe in uſu.

7 Prælatorum cenſuræ latæ in viſitatione non ſunt à jure, ſed ab homine.

9 Procurationis nomine, ita unicuique Viſitatori competens aſſignari debet ſalarium, ut neque de pœnis cameræ Epiſcopalis, neque de condemnationibus viſitatori ipſi, aut Officialibus ejus aliquid proveniat.

Conc. Lim. vbi ſup. c. 2.

## VITA.

1 Qui vellet ex hac vita numquam decedere peccaret *a* mortaliter.

*a* Comm. DD.

2 Non tenetur *b* quis ad conſervandam hanc vitam remediis vti extraordinariis, cibis, aut medic[illegible] valde pretioſis, nec cæli temperiem mutare, nec perm[illegible] ſibi membrum abſcindi, nec abſtinere à pænitentiis quæ poſſint vitam breviare.

*b* Sã hoc ve[illegible]

3 Qui autem utitur aſperitatibus extraordinariis, quibus advertit notabiliter ſibi vitam breviari, non caret *c* culpa, ſaltem veniali.

*c* Comm. DD.

4 Vitam poteſt *d* quis periculo exponere pro defenſione ſuorum, vel proximi bonorum vel ſecundum aliquos etiam pro honore, quod D. Auguſtino non placet.

*d* Sã hoc verb. n. 2.

5 Probabilior autem ſententia videtur *e* vitam exponi non poſſe pro quacumque re, niſi eſſet valde neceſſaria ad ipſam vitam vel ad eius defenſionem.

*e* Placitũ authoris.

6 An tabula, vel panis in extrema neceſſitate poſſint dari proximo ab eo qui etiam extremè indiget, alij negant, alij probabilius affirmant. *f*

*f* Vide Sã vbi ſupra.

6 Infirmus cibum faſtidiens, etiam ſi non conetur edere non eſt ſui *g* homicida

*g* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VNCTIO extrema. V. de *Extrema vnctio.*

## *VNIVERSITAS.*

a Comm. DD.

1 Qui ad gradus aſcendit alicujus univerſitatis non ſervatis illius ſtatutis dummodo ſufficientiam habeat, non peccat a.

## *VOLVNTARIVM.*

a Navar. prælud. 1. num. 12.

1 Voluntarium, a & involuntarium, aliud per ſe & directe, quod in ſe, & non ratione alterius amatur: aliud per accidens, & indirecte, quod non in ſe, ſed in alio ex quo ſequitur, expetitur.

b Comm. DD.

2 Quod non eſt plene, & advertenter voluntarium in omni materia non eſt b peccatum mortale, vt in ſemidormiente vel ſemiebrio.

---

# DISPVTATIO I.

## SECTIO PRIMA.

### RESOLVTIONES VARIÆ.

### *VOTVM*

### *DE VOTI DEFINITIONE, ET DE quibus rebus poſſit emitti.*

a D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. ad 2.
b Comm. DD.
c c. venies de voto c. ſicut nobis de reg. iur. in 6. c. licet q. 2. 27. c. 4.
d Comm. DD.
e Comm. DD.

Votum eſt promiſſio Deo facta de meliori bono, & vt valeat debet habere quinque conditiones. 1. eſt deliberatio, 2. propoſitum. 3. promiſſio. 4. quod promiſſio ſit facta Deo. 5. quod ſit majoris boni.

2 Non ſufficit b ad votum motus primo primus, nec ſecundo primus, neceſſaria eſt deliberatio plena, quæ ſufficeret ad peccatum mortale.

3 Qui animi facilitate, ſed deliberatione plena votum fecit, obligatur. c

4 Vota repentino motu facta ſecum d afferunt diſpenſationis cauſam.

5 Qui votum emiſit ſine animo ſe obligandi peccat e ſed non manet obligatus. Si autem habuit animum promittendi



mittendi, ſed non adimplendi manet obligatus. Si autem dubitat an promiſerit, non manet obligatus.

f Comm. DD.

6 Novitius qui habuit propoſitum perſeverandi, ſed non promiſit Deo, non peccat f mortaliter religionem deſerendo, peccat tamen venialiter propter inconſtantiam.

g Thom. Sanch.

7 Qui emittit votum, & ſolum vult ſe ad veniale obligare, ad id ſolum tenetur, g & ſi nec ad veniale vult ſe obligare, ſed ſolum ad pœnam, quoad eam ſolum erit votum.

h Comm. DD.

8 Cùm quis facit votum alicui Sancto, vel coram Prælato, Deo factum h intelligitur.

i Comm. DD.

9 Votum eſt actus religionis, & ſpectat etiam ad charitatis virtutem, i poteſtque fieri mentaliter ſola voluntate.

l Azor. to. 1. lib. 11. c. 13.

10 Votum debet l eſſe de majore bono, hoc eſt quod melius ſit illud facere quam non facere.

m Sanch. de matr. lib. diſ. 4. num. 5.

11 Votum de non ludendo etiam ludo honeſtæ recreationis m obligat. Qui autem generaliter vovit de abſtinendo ab omni ludo, non videtur ſe voluiſſe obligare ad abſtinendum a ludo honeſtæ recreationis.

n L. impoſſib. ff. de reg. iur.

12 Non poteſt n voveri de re impoſſibili neceſſaria, aut mala, aut indifferenti. o

o D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 2.

14 Cùm res indifferens tranſit in bonam ratione alicujus circumſtantiæ poteſt p voveri v. g. ſi quis voveat per talem locum vbi habet peccandi occaſionem non tranſiturum.

p Sanchez vbi ſup. lib. 4. diſp. 15. nu. 3. & 4.

14 Quod dicitur de voto, idem dicendum q de juramento rei indifferentis.

q Vill. to. tr. 34. diſ. 2. n. 6.

15 Cùm pars voti eſt indifferens, impoſſibilis, vel mala, & qui votum fecit, animum habuit ad unam partem non ſe obligandi ſine alia, ad nullam obligatur r

r Idem vbi ſu. num. 7.

16 Qui vovit jejunium unius diei, & non poteſt niſi dimidium diei jejunare, ad nil tenetur, ſ quia eſt per modum unius.

ſ Comm. DD

17 Qui vovit jejunare per totam Quadrageſimam & non poteſt per totam, ad eam partem tenetur t quam poteſt.

t Comm. DD.

18 Cùm ſubſtantia voti eſt bona licet circumſtantia ſit inutilis, mala, vel impoſſibilis, tenet u votum quoad ſubſtantiam, niſi animum habuerit ſe non obligandi, niſi cum tali circumſtantia.

u Vill. al. vbi ſu. num. 4. 5.

19 Cùm ſubſtantia voti eſt indifferens, inutilis, mala vel



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

impoſſibilis, licet circumſtantia ſit bona, hæc non x obligat non obligante ſubſtantia.

20 Qui vovet id ad quod lege divina erat obligatus y voto tenetur.

21 Qui ſæpè de eadem re renovat votum & violat, unum ſolum peccatum z committit.

22 Qui baptiſmum a accipit non facit votum de lege divina adimplenda.

23 Votum de numquam peccando non obligat. b obligat tamen de non peccando mortaliter, vel de evitando certo peccatorum venialium genere.

24 Cùm quis facit votum de re bona ob malum finem ſi hic fuit cauſa impulſiva ſolum votum tenet, c ſecus verò ſi fuiſſet principalis v. g. ſi quis faceret votum de danda eleemoſyna puellæ ut eam ad inhoneſta provocaret.

25 Votum contra conſilia Evangelica, vel illa impediens eſt nullum. d

26 Votum, vel juramentum de non mutuando, vel de non fidejubendo non e valet. Sed ut plurimum hæc facere juramenta ſolum eſt veniale ex natura ſua.

27 Votum de nuptiis celebrandis non obligat, niſi fieret ad vitandas f graves tentationes. Et etiam ſi ad hoc fiat videtur probabilius non obligare, quia ad vincendas tentationes alia ſunt potiora remedia.

28 An verò, qui intuitu pietatis vovet ſe puellam pauperem ducturum teneatur hoc votum adimplere alij ajunt, alij probabilius negant, g niſi ex ſuppoſitione quod aliquam ducturus ſit teneatur pauperem. Si autem velit poſt votum religionem ingredi, vel in cælibatu manere licitè poteſt non nubere.

29 Matrimonium poteſt h eſſe aliquando voti materia, ut ſi quis illud voveat ob bonum publicum bella vitandi, aut pacis confirmandæ.

*QVOTVPLEX ſit votum.*

30 Votum aliud ſolemne, quod fit implicitè in receptione Ordinis ſacri, vel explicitè in profeſſione i approbatæ religionis ſecundùm illius conſtitutiones. Aliud ſimplex quod fit ſine prædicta ſolemnitate.

31 Aliud conditionale, quod fit ſub conditione; l aliud abſolutum factum ſine ulla; aliud pœnale, quod fit in pœnam alicujus peccati, aliud non pœnale, cui pœna non imponitur, aliud temporale, quod fit ad tempus, aliud perpetuum, quod per totam vitam obligat, aliud reale cum

x Comm. DD.
y Comm. DD.
z Villal. vbi ſupra. num. 15.
a Idem vbi ſup. num. 12.
b Comm. DD.
c Vill. vbi ſupra. num. 4.
d Comm. DD.
e Villal. num. 16.
f Sanch. lib. 1. de matr. diſ. 4. num. 7.
g Idem vbi ſup. num. 12.
h Azor. vbi ſupra.
i Vill. vbi ſup. diſ. 11. num. 3.
l Comm. DD.



cum res verbi gratia eleemoſyna promittitur, aliud perſonale, cùm perſona ad aliquid faciendum voto obligatur.

*AN VIOLARE Votum de re minima ſit mortale?*

32 Votum ex ſua natura obligat m ad mortale: qui autem voluit ſe ſolum ad veniale obligare, ad id ſolum obligatur.

33 Qui voti partem minimam non implevit non peccat mortaliter. n

34 Votum de re levi quamvis ſit tota materia voti non obligat niſi ad veniale ſecundum probabiliorem. Immo in materia levi non poteſt quis etiam ſi velit, ſe ad mortale obligare. Vnde qui vovit ſingulis o diebus Angelicam ſalutationem recitare, etiam ſi nulla die recitet non peccat mortaliter, ſecus verò ſi voveat ſingulis diebus dare eleemoſynam, peccat o mortaliter, cum minimæ eleemoſynæ in materiam notabilem coaleſcunt.

35 Qui coronam Virgineam vel pſalterium quotidie vovit recitare p videtur ſi uno die non recitet peccare mortaliter, quia notabilior materia eſt una corona Virgineæ quam una ex horis canonicis tertia, vel ſexta, cujus omiſſio eſt mortalis.

*AN VOTVM cui metus cauſam dedit ſit nullum?*

36 Metus levis non tollit voti obligationem ſecundum probabiliorem, metus verò cadens in virum conſtantem poſitus ab extrinſeco tollit illam etiam ſi vovens habeat animum ſe obligandi. Secus q verò ſi ſit poſitus ab intrinſecis ut metus mortis, & gehennæ.

37 Metus mortis ortus ex cauſis naturalibus ab extrinſeco non r tollit voti obligationem.

38 Iuramentum extortum per metum cadentem in virum conſtantem non eſt ipſo jure irritum. ſ ſed ab Epiſcopo irritandum.

39 Si quis ſacris initiaretur t per metum cadentem in virum conſtantem maneret ordinatus, ſed ſine voto caſtitatis. Obligaretur tamen ab Eccleſia ut illud emitteret, vel ordinem non exerceret.

*AN VOTVM conditionale valeat, & quem habeat effectum.*

40 Cùm votum ſit ſub conditione licita u & honeſta hac poſita, valet.

41 Quod fit ſub conditione ipſius voti ſubſtantiæ x contraria non obligat, v. g. ſi quis voveret paupertatem ſub

m c. licet vniverſis de voto.
n Comm. DD.
o Vill. vbi ſup. diſ. 4. n. 5. & 4.
p Placitũ authoris.
q c. ſicut de regul.
r Comm. DD.
ſ Vill. vbi ſup. nu. 8.
t Sylveſt. verb. ordo 4. q. 1.
u Comm. DD
x Vill. vbi ſup. diſ. 6. num. 1.

ſub conditione, vt ſibi habere proprium permittetur. *y*

41 Si fiat ſub conditione turpi de præſenti, vel de præterito obligat, ſi conditio eſt vera, ſi autem ſit de futuro, votum *z* irritat.

43 Conditio impoſſibilis in foro exteriori habetur pro non appoſita. In interiori autem ſi verè animum non habuit ſe obligandi niſi poſita conditione voto non aſtringitur.

*y* Idem vbi ſup. num. 5.
*z* Azor. vbi ſupra.

## SECTIO II.

### *AN QVI DVBITAT VTRVM VOTVM fecerit, vel de intentione, quam habuit, teneatur adimplere?*

1 QVi poſt factam debitam diligentiam dubitat vtrum votum fecerit, *a* voto non tenetur.

2 Qui certus de voto dubitat an animum habuerit ſe obligandi, manet *b* obligatus.

3 Cùm quis dubitat an cùm votum *c* emiſit vſum habuerit rationis, ſi ſeptem annos habebat, compos rationis præſumitur, ſecus ſi emiſit ante ſeptennium. Si autem dubitat an votum fecerit ante ſeptennium pro voto ſtandum.

*QVAM OBLIGATIONEM habeat, qui votum religionis emiſit?*

4 Qui poſt emiſſum religionis votum cognoſcit ſe habere impedimentum, propter quod vel non eſt admittendus, vel admiſſus expellendus, voto non aſtringitur. *d*

5 Qui vovit ingreſſum in determinatam religionem, ſi in illa non admittitur, non tenetur *e* ingredi aliam.

6 Qui vovit religionem arctiorem *f* non ſatisfacit voto, ſi in laxiorem ingrediatur. Poſt profeſſionem verò non tenetur tranſire in arctiorem.

7 Qui vovit religionem cum propoſito inſerviendi in choro, & non admittitur, *g* non tenetur grammaticæ vt admittatur ſtudere, nec artem mechanicam addiſcere vt in laicum admittatur.

8 Qui votum religionis emiſit, & non admittitur, vel admiſſus expellitur non tenetur *h* voto caſtitatis, nec ad alia ſervanda, ad quæ in religione teneretur.

*a* Comm. DD.
*b* Vill. vbi ſup. nu. 5.
*c* Idem vbi ſup. num. 1.
*d* Comm. DD.
*e* Vill. vbi ſup. dif. 8. num. [illegible]
*f* Idem vbi ſup. nu. 5.
*g* Idem vbi ſupra num. 2.
*h* Comm. DD.





9 Qui vovit religionem, & ante profeſſionem fornicatur, non commiſit *i* ſacrilegium, niſi votum ſimplex caſtitatis ex devotione emiſerit. Quod ſi matrimonium contrahat licet peccet validum eſt, & illo conſummato poteſt petere, & reddere debitum, mortua tamen vxore tenetur ingredi religionem.

10 Mulier, quæ de non nubendo votum emiſit, non obligatur *l* voto ad caſtitatem.

11 Qui poſt votum religionis, & in illa perſeverandi judicavit bona fide religionem illam non eſſe ſibi convenientem, tuta conſcientia poteſt *m* exire, & adnil amplius tenetur.

*QVO TEMPORE votum eſt adimplendum?*

12 Qui votum fecit ſine conditione, & tempore, tenetur *n* adimplere quam primum commodè poteſt.

13 Qui tempus determinavit, tenetur *o* intra illud, quo tranſacto quam primum commodè poteſt, niſi fuerit onus temporis.

14 Qui fecit votum peregrinandi intra annum, elapſo anno non tenetur; *p* ſed in hoc attendi debet intentio voventis.

15 Cùm votum eſt conditionale obligat. *q* poſita conditione.

16 Cùm voti cauſa ceſſat finalis, ceſſat illius obligatio, ſecus *r* verò ſi cauſa fuit ſolùm impulſiva.

17 Cùm dubia res eſt, vtrum cauſa fuerit finalis, vel impulſiva ſtandum *ſ* pro voto.

*AN VOTVM adimpleatur ſine adimplendi propoſito?*

18 Qui vovit jejunium, & voto obligatus jejunavit, votum implevit, *t* ſi poſtea ratificavit.

*AN POPVLVS teneatur ſervare vota majorum* Vide verb. *Iuramentum.*

*AN VOTI obligatio major ſit quam juramenti.* Vide verb. *Iuramentum.*

*AN VOTI Obligatio tranſeat ad hæredes, & an poſſit adimpleri per tertiam perſonam?*

19 Hæres non tenetur *u* adimplere vota perſonalia defuncti, benè tamen realia, cum traditur ei hæreditas.

20 Cùm votum eſt partim reale partim perſonale *x* tenetur ad id quod reale eſt; ſi verò eſt perſonale, & virtualiter ſolum reale ad nil tenetur.

*i* Sanchez de matr. vbi ſupra.
*l* Sylu. verb. votum pa. ſag. 4.
*m* Comm. DD.
*n* Comm. DD.
*o* Azor. to. 1. inſt. Moral. lib. 11. c. 13.
*p* Comm. DD.
*q* Comm. DD.
*r* Azor. vbi ſup. q. 11.
*ſ* Comm. DD.
*t* Azor. lib. 11. to. 1. c. 15. q. 14.
*u* Idem vbi ſupra. q. 15.
*x* Comm. DD.

y Comm. DD.

21 Qui votum fecit non tenetur *y* adimplere per alium, niſi tale ſit vt ſoleat per alium adimpleri.

*AN PER VOTVM dominium rei promiſſæ transferatur?*

z Sylu. vbi ſup. q. 19.

22 Per votum non *z* transfertur dominium niſi res tradatur.

a Concil. Tol. c. 40.

23 Majoris meriti *a* eſt quod ſit cum voto, quam ſine illo, ſed non eſt laudabile paſſim vota emittere.

b Vill. vbi ſup. diſ. 13 num. 3.

24 Non peccat qui pœnitet de votis factis, dummodo *b* animum habeat implendi.

## *DE VOTO SOLEMNI.*

*AN SOLEMNITAS ſit à jure canonico?*

c Ex Bonif. VIII.

25 Solemnitas voti non eſt de jure naturali, aut divino, ſed canonico *c* ſecundum probabiliorem fundatam in verbis Bonifacij VIII. dicentis: Nos igitur attendentes quod voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inventa.

d Comm. DD.

26 Votum ſimplex, & ſolemne differunt *d* ſpecie ex parte ſubjecti, non vero objecti, quia obiectum eſt idem, ſubjectum autem per ſimplex votum non fit inhabile ad matrimonium, fit autem per ſolemne.

27 Votum ſolemne impedit, ac dirimit matrimonium per ſolum jus Eccleſiaſticum ſecundum probabiliorem. *e*

e Vill. vbi ſup. diſ. 11. num. 1.

28 Religioſus per votum ſolemne paupertatis fit *f* inhabilis ad acquirendum dominium.

f Vide Villal. vbi ſup. n. 6.

*QVO IVRE per votum ſolemne religionis diſſolvatur matrimonium ratum, & non conſummatum?*

29 Votum ſolemne non ex natura ſua, vt alij aſſerunt, nec jure divino vt probabiliter alij defendunt, ſed ſolo jure canonico matrimonium diſſolvit ratum ſecundum probabiliorem. *g*

g Hoſt. dic. c. ex publico v. conſummatum.

*AN SVM. Pontifex valide poſſit diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis ad contrahendum matrimonium?*

h Sanch. de matr. lib. 8. diſ. 8. num. 1. tom 3.

30 Papa poteſt *h* diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis ſacris initiati. Opus tamen eſt vt cauſa ſit publica, ſed ſine illa valebit diſpenſatio.

i Idem vbi ſup. d. 5.

31 Poteſt *i* etiam in voto facto in religione ſecundum probabiliorem. Si tamen diſpenſaret ſine cauſa peccaret graviter, valeret tamen diſpenſatio.

l Comm. DD.

32 Sacris initiatus, vel religioſus quocum Papa *l* diſpenſaret non maneret obligatus ad recitandum divinum officium; quia mutaret ſtatum.

DE



*DE EO QVI POTEST vovere?*

33 Qui caret rationis uſu non poteſt *m* vovere. m Comm. DD.

34 Nemo poteſt *n* vovere de eo in quo alteri ſubjicitur, niſi conſentiente illo; ſi autem votum fecerit intelligitur, ſi ratum habuerit. n Vill. vbi ſup. diſ. 16. nu. 2.

35 Religioſus non poteſt *o* votum facere de rebus à Prælato prohibitis. Si faciat tamen de non prohibitis tenetur adimplere donec irritetur. o Idem vbi ſup. num. 5.

36 Vxor vovere poteſt *p* dummodo non fiat marito præjudicium, in his autem quæ marito præjudicant de illius licentia. p Comm. DD.

37 Epiſcopi, & Prælati non poſſunt *q* votum emittere in præjudicium ſuæ Eccleſiæ ſine Papæ licentia. q c. niſi cum pridem de renunc. c. licet. de reg.

38 Clerici habentes Eccleſiaſticam dignitatem non indigent *r* Papæ facultate ad ingrediendum in religionem, & in illa vivendum, & donec profeſſionem emittant, non vacant illorum beneficia, & illis ſtipendia debentur exceptis his, quæ debentur illorum Vicariis. r D. Tho. 2. 2. q. 189. art. 7.

---

## SECTIO III.

### *QVOTVPLICITER VOTVM TOLLATVR, & an irritatio cauſam requirat, & quem effectum habeat?*

1 TOlli poteſt *a* per ceſſationem, & irritationem, diſpenſationem, commutationem, & interpretationem. a Comm. DD.

2 Irritatio non *b* indiget cauſa; eſſet tamen peccatum veniale Votum ſine cauſa irritare & poteſt fieri etiam remittente inferiori. b Comm. DD

3 Votum poteſt irritari abſolutè ita ut nulla maneat obligatio, *c* vel ſecundum quid, quia ſolum ſuſpenditur. c Suar. to. 2. de rel. de voto lib. 6. c. 7.

*DE eo qui poteſt vota religioſorum irritare?*

4 Sum. Pontifex poteſt *d* irritare omnia vota religioſorum quæ poteſt illorum Prælatus. d D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 5.

5 Epiſcopus non poteſt *e* irritare vota religioſorum ſibi non ſubjectorum. e Leſ. lib. 2. de juſt. c. 41. dub. 15.

6 Prælatus non poteſt *f* irritare votum ſubditi de transeundo ad arctiorem religionem, poteſt tamen illi diſpenſare, & irritare alia vota, quæ fecit vt in alio Ordine adimpleret. f Vill. vbi ſup. diſ. 18. nu. 4.

7 Prælatus poteſt *g* irritare vota ſubditi de non furando g Idem vbi ſupra. num. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

do, quia licet hæc materia non ſit ſubjecta Prælato, nova illa obligatio fuit ex voluntate ſubditi, quæ debet ſubordinari Prælato.

*h* Comm. DD.

8 Prælatus poteſt *h* irritare vota ſubditi, quæ fecit de ejus licentia, peccabit tamen graviter ſi faciat abſque juſta cauſa.

*i* Azor. 10. 1. inſt. mor. lib. 11. c. 17. q. 1

9 Vicarius Prælati in illius abſentia *i* poteſt circa hæc idem quod Prælatus.

*l* Henriq. lib. 7. de inaug. c. 21. nu. 7.

10 Prælati poſſunt diſpenſare vota novitiorum ſed non irritare. *l* Ipſi tamen, & magiſtri novitiorum poſſunt illa ſuſpendere uſque dum in vota religionis commutentur.

*m* Sanch. in ſum. 21. lib. 4. c. 11. num. 19.

11 Abbatiſſæ, & moniales Prælatæ poſſunt *m* illarum vota irritare. Omnia vota novitiorum facta ante profeſſionem extinguuntur per illam, niſi novitius animum habuerit illa non extinguendi, vel per illa alicui jus acquiſitum fuerit.

*AN PARENTES filiorum vota poſſint irritare, & quid de tutoribus?*

*n* Comm. DD.

12 Pueri ante rationis uſum votis non obligantur. *n*

*o* c. 2. de reg. in 6. c. ad noſtram, cod. tit.

13 Parentes poſſunt *o* omnia vota filiorum ante pubertatem facta irritare. Poſt pubertatem verò non poſſunt niſi ea, quæ in ſuum fuerint præjudicium, vel ſi fuerint realia, & facta ante 25 ætatis annum nec de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus.

*p* Vill. ubi ſup. diſ. 19. n. 6.

14 Filij familias etiam ſi ſenes ſint, dum ſunt ſub patria poteſtate non habent bonorum adminiſtrationem, & ideo parentes ſecundum probabiliorem poſſunt *p* omnia vota eorum realia irritare.

*q* Leſ. lib. 2. cap. 4. dub. 10.

15 An votum factum ante pubertatem à filio poſſint poſt ejus pubertatem parentes irritare alij negant, alij ajunt probabilius; *q* niſi poſt pubertatem à filio fuerit confirmatum.

*r* Azor ubi ſupra. q. 8.

16 Cùm filius ante pubertatem votum emiſit adimplendum poſt pubertatem, poteſt *r* à parentibus irritari ſecundum probabiliorem.

*ſ* Idem ubi ſupra.

17 Vota facta à filio pubere adimplenda, quando exierit à patria poteſtate, non poſſunt *ſ* à parentibus irritari.

*t* Comm. DD.

18 Tutores, & Curatores poſſunt *t* pupillorum, & minorum ſuorum vota irritare.

*u* Comm. DD.

19 Mater etiam mortuo patre non *u* poteſt vota irritare filiorum, niſi ſit tutrix, aut curatrix.

*AN DOMINUS ſervi vota poſſit irritare?*

*x* Vide D. Thom. in 4. diſt. 38. q. 1.

20 Cùm vota ſunt in domini præjudicium poſſunt *x* ab



ab illo irritari: ſecus verò ſi ſint circa res illas, in quibus ſervus eſt ſui juris ut in voto caſtitatis, & ſimilibus.

*AN MARITUS poſſit irritare omnia vota uxoris?*

21 Maritus poteſt *y* irritare omnia vota uxoris adimplenda, durante matrimonio, etiam ſi adulter fuerit, niſi ſit divortium.

*y* D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 8.

22 Uxor quæ fecit caſtitatis votum non *z* poteſt reconciliare ſibi maritum adulterum.

*z* Sanchez de matr. lib. 1. diſp. 6. n. 13.

23 An maritus poſſit irritare uxoris vota, quæ ſibi non præjudicant, Alij ajunt, alij probabilius negant *a*

*a* Idem ubi ſupra.

24 Votum ſervandæ caſtitatis non verò religionis factum ab uxore ante matrimonij conſummationem *b* poteſt à marito irritari.

*b* Idem ubi ſupra, n. 20.

25 Vota facta ab uxore caſtitatis, vel religionis adimplenda diſſoluto matrimonio poſſunt irritari à marito ſecundùm probabiliorem. *c*

*c* Vill. ubi ſupra, ſed contraria mihi magis placet.

26 Vota facta ab uxore ante matrimonium poſſunt *d* à marito ſuſpendi, ſi ſunt in ejus præjudicium.

*d* Comm. DD.

27 Vota caſtitatis, aut religionis facta ab uxore ante matrimonium, nec realia, quæ fecit quando erat ſui juris, non poſſunt *e* irritari à marito.

*e* Comm. DD.

28 Cùm per votum jus alicui acquiſitum non eſt, maritus, & quilibet ſuperior poſſunt *f* ſubditorum ſuorum vota etiam cum ſua licentia facta validè irritare, ſed peccabunt ſi fiat ſine juſta cauſa.

*f* Vill. ubi ſup. n. 19.

29 Superior qui videt ſubditum votum emittere, & tacet, non ideo conſentire *g* videtur, quia regula, qui tacet conſentire videtur, non verificatur in rebus, quæ tacenti præjudicium afferunt.

*g* Sanch. ubi ſup. n. 10.

30 Cùm uxor ex conſenſu mariti facit votum caſtitatis, vel religionis, non poſſunt *h* hæc vota irritari à marito ſecundùm probabiliorem.

*h* c. quod Deo 33 q. 5.

*AN UXOR aliqua mariti vota poſſit irritare?*

31 Poteſt irritare mariti vota ſua licentia emiſſa, quæ ſibi præjudicant, vel quoad debitum vel quoad *i* habitationem.

*i* Sanchez lib. 9. diſp. 42. n. 2.

32 Poteſt irritare vota longorum jejuniorum, per quæ vires amittat, vel longinquæ peregrinationis, niſi ſit *l* in terram ſanctam.

*l* c. ex multa, parte in tanta, de voto.

33 Non poteſt *m* maritus ſine uxoris conſenſu habitum notabiliter mutare.

*m* Sylveſt. votum 4. q.

34 Si maritus faciat votum erogandi prodigaliter eleemoſy-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

eemoſynas pauperibus, non poteſt n ab vxore irritari. ſed ille non tenetur adimplere.

35 An vxor poſſit irritare votum mariti de non petendo debitum alij negant, alij probabilius affirmant. o

36 Non poteſt p vxor irritare vota mariti facta ante matrimonium; vel durante matrimonio, ſed poſt illud adimplenda.

37 Vota facta à marito cum licentia vxoris poſſunt q ab vxore irritari, ſi adſit juſta cauſa, ſecus verò illicitè licet validè irritabuntur.

38 Si maritus cum licentia vxoris votum caſtitatis emittat, poteſt r illa illud irritare quoad ſolutionem, non quoad petitionem debiti.

*QVANDO dicatur ſuperior votum irritare?*

39 Quando ſuperior votum ignorans materiam irritat, non cenſetur ſ illud irritare.

40 Cùm ſubditus votum emittit de re, quam ſine facultate Prælati non poteſt adimplere, tenetur t facultatem petere, & votum declarare.

41 Ex verbis, quibus ſuperior materiam prohibet colligendum u eſt an velit votum irritare.

42 Cùm dubium eſt an Prælatus votum irritum fecerit, declaratio ab ipſo petenda eſt, quæ ſi non poſſit haberi pro voto ſtandum. x

n Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 42. n. 6.
o Idem vbi ſup. n. 7.
p Comm. DD.
q Comm. DD.
r Vill. vbi ſup. n. 7.
ſ Vill. vbi ſupr. diſ. 25. n. 1.
t Comm. DD.
u Vill. vbi ſup. n. 1.
x Idem vbi ſupra. n. 4.

## SECTIO IV.

### *DE VOTORVM DISPENSATIONE, & an vota diſpenſari poſſint?*

1 DE fide certum a eſt eſſe in Eccleſia poteſtatem diſpenſandi in votis ſimplicibus.

2 In diſpenſatione, & commutatione votorum ſemper b eſt neceſſaria Prælati authoritas,

3 Papa habet c facultatatem à jure divino in votis ſimplicibus diſpenſandi.

*DE EO QVI in votis poteſt diſpenſare?*

4 Ad diſpenſationem neceſſaria d eſt Prælati authoritas, & juſta cauſa.

5 Papa poteſt e diſpenſare in quocumque voto etiam ſolemni religionis.

6 Epiſcopus poteſt f in votis ſimplicibus ſuorum ſubditorum Papæ non reſervatis,

a Matth. 16.
b D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1.
c Vill. vbi ſupr. diſp. 24. n. 1.
d Comm. DD.
e Comm. DD.
f D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 3.





7 Idem quod Epiſcopi poſſunt g Abbates, & religionum Prælati circa ſuos ſubditos, Vide verb. *Diſpenſatio, & Privilegium,*

*QVÆ SINT VOTA Papæ reſervata, & an poſſit Epiſcopus in aliquo caſu in illis diſpenſare.*

8 Hodie ſunt h quinque vota Papæ reſervata, quæ ſunt: Perpetuæ caſtitatis, Religionis, Peregrinationis in Hieruſalem, Inviſendi Limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Peregrinationis Compoſtellanæ. A quibuſdam DD. additur aliud peregrinationis ſcilicet in domum Virginis Lauretanæ, quod alij dicunt non eſſe in uſu.

9 Hæc reſervatio ſtrictè eſt interpretanda. i

10 Epiſcopi poſſunt l diſpenſare in votis, quæ integrè non ſunt caſtitatis, aut religionis, & in disiunctis, & in voto virginitatis, quā do vovens non habuit intentionem vovendi caſtitatem, & cum Papa votum commutavit in aliam materiam non reſervatam.

11 Vota pœnalia ſecundum probabiliorem m opinionem non ſunt reſervata, niſi fuerint in pœnam peccati jam commiſſi.

12 Vota conditionalia, quæ verò talia ſunt, non ſunt Papæ reſervata ſecundum probabiliorem. n Hoc tamen non eſt intelligendum de conditionibus, temporis præſentis, vel præteriti, nec de his, quæ tacitè inſunt omnibus contractibus.

13 Quando non eſt facilis aditus ad pontificem, & neceſſitas urget, poteſt o Epiſcopus in reſervatis diſpenſare.

*AN AD VOTI diſpenſationem juſta cauſa requiratur?*

14 Si fiat ſine juſta cauſa diſpenſatio non p valet, & juſta cauſa dicitur, quæ impedit voti executionem.

15 Non eſt juſta q cauſa diſpenſationis offerre pro illa magnam pecuniæ ſummam, Erit tamen ſufficiens ad commutationem ſi pecunia in pios vſus inſumenda ſit.

16 Sufficiens cauſa r eſt ſi votum emiſſum fuit ſine prudenti deliberatione, vel ob metum mortis, vel quia ejus obſervatio eſt valde difficilis, vel pravus voventis habitus propter quem votum ſæpè violat, & aliæ ſimiles.

17 Non eſt juſta cauſa ſ diſpenſandi in voto caſtitatis, vel religionis conſervatio familiæ etiam nobiliſſimæ, niſi fiat cum aliqua commutatione.

18 Qui dubitat ante matrimonium an diſpenſatio valida

g Navar. c. 12. n. 621.
h Extrav. & ii Dominici gregis, de pœnit. & remiſſ.
i Vill. vbi ſup. diſ. 22. n. 2.
l Sanchez de matr. lib. 8. d. 9. 10. 3.
m Idem vbi ſupra. diſp. 10. n. 1.
n Idem vbi ſupra. n. 13.
o Comm. DD.
p Comm. DD.
q Vill. vbi ſup. diſ. 27. n. 1.
r Comm. DD.
ſ Henriq. c. 3. l. 



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

fuerit non debet *t* illud contrahere. Si autem dubitat poſt matrimonium fiet pro illo.

*t Sanchez vbi ſupra. diſp. 25. n. 5.*

**AN QVI POTEST** *diſpenſare, & commutare vota, etiam poſſit in juramento & in voto juramento confirmatis?*

19 Qui habet poteſtatem ordinariam circa vota, habet *u* etiam circa juramenta Deo immediatè facta.

20 Qui habet poteſtatem delegatam ad diſpenſandum, habet *x* etiam ad commutandum, & hæc extenditur ad juramentum ſecundum probabiliorem.

21 Facultas delegata ad diſpenſandum, vel commutandum vota non extenditur *y* ad vota juramento confirmata.

*u Idem vbi ſupra.*
*x Idem vbi ſupra.*
*y Vill. vbi ſup. n. 6.*

22 Cùm ſit juramentum in voti confirmationem, & petitur diſpenſatio voti tacito juramento, vel petitur diſpenſatio juramenti tacito voto, non *z* eſt diſpenſatio ſubreptitia.

*z Sanche. vbi ſupra. diſp. 5. n. 24.*

23 Qui ſæpe de eadem re votum, vel juramentum fecit, non tenetur *a* hoc declarare in diſpenſationis ſupplicatione.

*a Comm. DD.*

24 Cùm votum, vel juramentum in alterius favorem facta ſunt, & acceptata, non poſſunt *b* diſpenſari, nec commutari niſi pars conſentiat, vel talis caſus ſit, vt pars ob bonum publicum juri ſuo cedere teneatur.

*b Vill. vbi ſup. n. 11.*

**AN RELIGIOSI** *poſſint vota diſpenſare, vel commutare?*

25 Religioſi noſtræ Societatis *c* à Provinciali deputati, & qui communicant noſtra privilegia, poſſunt diſpenſare cum conjuge, qui vovit caſtitatem ad petendum debitum poſt matrimonij conſummationem, & ante illam ad conſummandum.

*c Ex cõp. verb. diſpenſatio.*

26 Poſſunt prædicti Confeſſores *d* commutare omnia vota exceptis quinque, etiam ſi ſunt juramento confirmata niſi fiat præjudicium tertio. Commutatio autem hæc poteſt fieri in quod ſit opus pium, quæ vero fit per Bullam, non niſi in ſubſidium belli.

*d Ex col. comp.*

27 Hæc commutandi facultas eſt reſpectu omnium fidelium vndecumque accedentium, & idem dicendum de diſpenſatione ſecundum probabiliorem *e* ſententiam.

28 Poſſunt confeſſores his uti privilegiis etiam extra *f* Confeſſionem.

*e Vill. vbi ſupra, diſ. 19. n. 6.*
*f Idem vbi ſupra, n. 7.*

**AN QVI RENVNCIAVIT** *diſpenſationi ea amplius vti poſſit?*

29 Qui renunciavit ſemel diſpenſationi voti ſolo etiam actu interiori, non poteſt *g* ea amplius vti. Reliquis autem

*g Sanchez. de matr. lib. 8. d. 32. n. 1.*



autem diſpenſationibus jam renunciatis uti licet dum ſuperior renunciationem non acceptavit.

30 Qui conſecutus eſt diſpenſationem, ut contraheret matrimonium cum conſanguinea, & cum alia contraxit, hac mortua poteſt *h* contrahere cum conſanguinea.

*h Idem vbi ſupra, n. 6.*

**DE COMMVTATIONE** *votorum.*

**AN AD COMMVTATIONEM** *votorum requiratur authoritas Prælati, & cauſa juſta?*

31 Quilibet poteſt *i* quæcumque vota à ſe facta in votum ſolemne religionis commutare, vel in id quod manifeſtè melius ſit.

*i Comm. DD.*

32 Nemo poteſt *l* votum caſtitatis propria authoritate commutare, quia non poteſt ſibi melius aliud eligere. Votum autem peregrinationis poteſt in melius commutare.

*l Comm. DD.*

33 Ad commutandum votum in minus vel in æquale bonum neceſſaria *m* eſt Prælati authoritas, & juſta cauſa. Probabile autem eſt quod ad commutandum in æquale non eſt neceſſaria Prælati authoritas.

*m c. 1. de voto.*

34 Ad dignoſcendum, quod ſit majus bonum, conſiderandum eſt, *n* quod ſit utilius profectui ſpirituali voventis.

35 Non poteſt *o* quis authoritate propria commutare religionis votum in Epiſcopatum oblatum ſibi.

*n Comm. DD.*
*o Vill. vbi ſup. n. 7.*

36 Cùm quis propria authoritate commutat votum ſuum in melius non eſt neceſſaria alia cauſa, ſi autem in æquale, ſufficit *p* quod nova materia magis placeat voventi, quam alia, dummodo interveniat ſuperioris authoritas.

*p Idem vbi ſupra, n. 1.*

**AN QVI POTEST** *diſpenſare in votis, poſſit etiam illa commutare, vel è contra?*

37 Qui habet poteſtatem ordinariam ad diſpenſandum in votis, habet *q* etiam ad commutandum.

38 Poteſtas delegata ad diſpenſandum extenditur etiam ad commutandum ſecundum probabiliorem. *r*

39 Qui poteſt diſpenſare in voto, & juramento, poteſt *ſ* illud in parte relaxare, & in parte commutare.

40 Cui conceditur facultas commutandi non ideo conceditur facultas diſpenſandi.

41 Votum ex DD. conſilio non eſt diſpenſandum in totum, ſed ſecundum partem commutandum. *t*

*q Comm. DD.*
*r Henriq. lib 7. de indulg. c. 10.*
*ſ Vill. vbi ſupra. n. 5.*
*t Idem vbi ſupra. n. 4.*

**DE QVIBVSDAM** *advertendis circa votorum commutationem?*

42 Docti, & prudentis arbitrio res hæc in multis relinquanda

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quenda eſt ; certis enim regulis non poteſt præfiniri, doctos conſulat, qui doctus non eſt.

43 Qui facultatem habet diſpenſandi, & commutandi, utramque exerceat. *x*

44 Qui per Bullam commutat ſit in belli ſubſidium, ſed non poteſt *y* diſpenſare.

45 Qui habet facultatem commutandi, & non diſpenſandi non poteſt *z* niſi inæquale, vel ferè æquale.

46 In commutatione votorum attendend. ſolum eſt materia quæ promiſſa fuit, & quantum ad finem intentum condocat. Si enim propter fragilitatem voventis in majus vergebat diſcrimen animæ in parvum (ſit tamẽ utilius) commutatio fieri *a* poteſt.

47 In peregrinationis voto ſumptus in eundo, & redeundo attendendi *b* ſunt.

48 Non eſt neceſſarium, quod votum perſonale in obligationem perſonalem, & reale in realem commutentur, congruentius tamen eſt. Votum autem religionis, aut perpetuæ caſtitatis in aliquod opus pium perpetuum *c* commutandum eſt, v. g. ut ſingulis menſibus confiteatur, & ſingulis hebdomadibus bis jejunet per totam vitam.

49 Cùm unus Confeſſor votum commutavit, alius *d* poteſt hanc ſecundam materiam in aliam commutare.

50 Votum pœnale commutandum eſt pœnam attendendo ſecundum *e* probabiliorem.

51 Cùm votum principale non commutatur, ſed differtur *f* non opus eſt multa commutatione.

52 Non poteſt fieri commutatio in opera ad quæ quis ex præcepto *g* tenetur.

x Comm. DD.
y Vill. vbi ſupra, 12. n. 4.
z Idem vbi ſupra n. 5.
a Sanchez in ſumm. lib. 4. c. 45.
b Idem vbi ſupra, n. 10.
c Vill. vbi ſup. n. 11.
d Comm. DD.
e Sanch. in ſum. lib. 4. c. 56.
f Comm. DD.
g Ceſſ. lib. 2. de juſt. c. 4. dub. 11. n. 87.

---

## SECTIO V.

### *DE INTERPRETATIONE VOTORUM, & de variis circa vota reſolutionibus.*

1 Interpretatio locum non habet ubi dubium *a* non eſt. Cùm autem res eſt dubia latè in favorem libertatis interpretanda eſt.

2 Qui vovit jejunare ſingulis ſextis feriis per totum annum, ſi Paſcha Nativitatis incidat in feriam ſextam non tenetur *b* jejunare, niſi ſpecialiter in tali die animum habuerit ſe obligandi.

a Comm. DD.
b Azor. to. 1. lib. 13. c. 10. q. 5.

3 Qui



3 Qui votum fecit ſe abſtinendi à vino & poſtea ſacris initiatus *c* eſt, poteſt in lavatorio vinum ſumere.

4 Qui votum fecit jejunandi non *d* tenetur abſtinere à lacticiniis, ſi habet Bullam ad comedendum illa, vel in illo regno eſt talis conſuetudo.

5 Qui vovit jejunare per totum annum non *e* tenetur jejunare in Dominicis. Et qui vovit jejunare vigilia alicujus ſancti, ſi incidat in feriam ſecundam, tenetur *f* ſabbato antecedenti jejunare.

6 Qui votum emiſit eleemoſynam elargiendi quoties in tale labatur peccatum, ſi labatur inadvertenter non tenetur ad votum, ſi autem ex advertentia *g* tenebitur.

7 Qui facit votum, ut præſervetur à peccato, tunc *h* tenetur adimplere, quando non facit id quod debet, ut præſervetur vel peccat *i* nec tenentur voto ; quidam verò hoc negant.

8 Qui vovet non nubere non vovet continentiam, ſed qui vovet continentiam *l* non poteſt matrimonium contrahere.

9 Qui poſt votum caſtitatis nupſit *m* tenetur ingredi religionem antequam conſummet.

10 Qui vovet religionem, & Prælati nolunt eum recipere niſi in religionem relaxatam, non *n* tenetur ingredi.

11 Qui vovit religionem in communi, & non admittitur in uno monaſterio, *o* tenetur quærere aliud etiam remotum vel aliam religionem, & quantum in ſe eſt facere, ut votum adimpleat niſi judicetur ineptus.

12 Qui facit votum recipiendi ordinem ſacrum, & fornicetur *p* non facit contra votum, nec tenetur recitare divinum officium.

13 Vota novitiorum facta in novitiatu non poſſunt *q* irritari à ſuis Prælatis, contrarium videtur probabilius ſi loquatur de ſuperiore religioſo.

14 Votum de eroganda eleemoſyna alicui Eccleſiæ *r* poteſt commutari ſine conſenſu illius.

15 An votum ingrediendi religionem, *ſ* ut quis vivet laſcive, cum obliget ?

16 Qui vovet ſe ſectaturum laſcivè mulierem non ideo *t* cenſetur votum caſtitatis feciſſe.

17 Qui vovet ſe eleemoſynam erogaturum ſi fortè peccaverit, ſolum *u* tenetur pro prima vice.

18 Qui *x* vovit quotidie dare pauperi, ſi hodie *y* non

C cc de:

c Vill. vbi ſup. diſ. 34. n. 4.
d Idem vbi ſup. n. 5.
e Comm. DD.
f Comm. DD.
g Sylveſt. Verb. vot. q. 2.
h Navar. c. 12. n. 42
i Idem ubi ſupra. n. 29.
l Comm. DD.
m Avila in comp. hoc verb.
n Comm. DD.
o Comm. DD.
p Avila ubi ſup. in comp.
q Idem ubi ſub.
r Dian. in comp. hoc verb.
ſ Comm. DD.
t Comm. DD.
u Comm. DD.
x Comm. DD.
Sequentes omnes reſolutiõis excerptæ ſũt ex delectis Doctoribus de morali doctrina benemeritis.
y Sá hoc verbo.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

det debet eras illud addere.

19 Papa *z* non poteſt vota ſæcularium irritare.

20 Votum Epiſcopi factum in religione, ſi jam Epiſcopus illud non conformavit, *a* poteſt à Prælato religionis irritari.

21 Vota omnia quæ noſtri in ſæculo fecerunt maneat ſuſpenſa uſque ad profeſſionem, in quam omnia *b* commutantur.

22 Vota non obligant *c* cum imminet magnum periculum excepto voto continentiæ, quæ melior eſt vita.

23 Epiſcopus *d* poteſt ſecundum aliquos diſpenſare in voto peregrinationis Hieroſolymitanæ quando non eſt factum in ſubſidium, ſed tantum cauſa devotionis.

24 Votum factum à ſubdito religioſo tranſeundi in arctiorem religionem non *e* poteſt diſpenſari à ſuo Prælato ſine Papæ indulto.

25 Per Bullam & privilegia poſſunt diſpenſari vota, & juramenta etiam *f* poſt illa facta, ſunt tamen qui hoc negent.

26 Votum in dubio obligat ad id quod minus *g* eſt, quia ſtandum eſt in dubio pro libertate.

27 Qui vovit non accedere ad fœminam, & dubitat an intellexerit de acceſſu fornicario tantum, an etiam de maritali *h* poteſt uxorem ducere.

28 Si quis faciat votum caſtitatis, aut religionis, vel peregrinationis Hieroſolymitanæ cum intentione ſe obligandi ſolum venialiter *i* poterit commutari per Bullam.

29 Votum emiſſum ob levem metum etiam ſi ſit caſtitatis vel religionis *l* poteſt commutari per Bullam, quia non eſt omnino liberum atque adeo nec reſervatum imó ſecundum aliquos eſt irritum.

30 Votum ingrediendi in religionem S. Ioannis non *m* poteſt cõmutari per Bullã, quia eſt vera religio. Secus verò de aliis equitũ ordinibus, quæ veræ religiones non ſunt.

31 Confeſſarii approbati *n* poſſunt per Bullam Cruciatæ commutare omnia vota quæ Epiſcopus in quantum Epiſcopus. Item poſſunt commutare vota non fornicandi, & non habendi actum molitiei, quia non ſunt vota perfectæ caſtitatis.

32 Cum quis diverſis votis ad ſingula ſe obligavit *o* quæ ad caſtitatem ſpectant, etiam ſi in illis tota voti collectio comprehendatur, omnia *o* poſſunt commutari, niſi intenderit omnia ſimul conjungere.

33 Si

*z* Comm. DD.
*a* Comm. DD.
*b* Comm. DD.
*c* Comm. DD.
*d* Si hoc verb.
*e* Si n. 12.
*f* Idem n. 22.
*g* Comm. DD.
*h* Comm. DD.
*i* Dian ap. 1. tr. 11. reſ. 71.
*l* Leſ. apud Dian. ubi ſupra, reſ. 71.
*m* Henriq. apud Dia. ubi ſup. reſ. 77.
*n* Comm. DD.
*o* Sanch. apud Dia. 1. p. tr. .. reſ. 67.



33 Si conjuges mutuo conſenſu voveant caſtitatem tale votum non *p* poteſt commutari niſi à Papa. Si autem ſuo juri renunciantes iterum ſibi invicem ſuorum corporum conferant poteſtatem, licet peccent graviter, poſſunt commutari per Bullam.

34 Votum vovendi caſtitatem eſt *q* commutabile per Bullam, quia non eſt abſolutè votum caſtitatis.

35 Poteſt *r* Confeſſarius relaxare obligationem voti differendo materiam commutationis per annum quamvis antea finiatur Bulla, ſufficit enim quod in genere à pœnitente acceptetur.

36 Qui vovit ſingulis menſibus confiteri non peccat *ſ* ſi differat per duos, vel tres dies. Imò ſi feſtum ſolemne infra octo veniat poteſt differre.

37 Votum de non bibendo vinum quoties quis violat toties peccat, & peccatum erit *t* mortale ſi tanta ſit quantitas quanta ſufficit vino utentibus ad unũ prandium meridianũ.

38 Qui plura vota violat eodem die quorum materia eſt de rebus minimis non peccat *u* mortaliter.

39 Vota ſcholarium, & Coadjutorum in Societate Ieſu etiam formatorum ſiunt ex conditione tacitâ dum Superior ex juſta cauſa illa non irritaverit. Et qui juſtam cauſam malitioſe dedit, ſi cognita malitia ſuperior vota irritavit, manet omnino liber ad alium eligendum ſtatum licèt graviſſimè peccaverit in cauſa data.

*p* Dian in comp. hoc verb. n. 21.
*q* Suarez apud Dia. vbi ſupra n. 25.
*r* Dian. vbi ſup. n. 31.
*ſ* Idem vbi ſup. num. 33.
*t* Sanchez apud Dia. p. 5. tr. 5. reſ. 37.
*u* Caſtro-pal. apud Dia. vbi ſup. reſ. 51.

---

# DISPVTATIVNCVLA
## interjacens.
## RESOLVTIONES VARIÆ DE VSVCAPIONE.

1 Vſucapio *a* eſt Legis alienatio *l. alienationes, ff. de verborum ſign.*

2 Vſucapio propriè ſit de rebus *b* immobilibus *l. 1. ff. de uſucap.*

3 In rebus mobilibus *c* procedit præſcriptio hoc eſt exceptio longi temporis, *l. reſcrip. ff. de divet. & temp. præſc.*

4 Vſucapio rerum mobilium etiam Eccleſiaſticarum fit *d* triennio. Res verò ſacra, & prohibita alienari non poteſt uſucapi, nec res Eccleſiæ requirens ſolemnitatem in alienatione, nec res pupilli, aut minoris, quæ uſu non eſt conſumptibilis.

5 Ad uſucapionem requiritur *e* bona fides, qua quis

*a* L. alienationes ff. de verb. ſignif.
*b* l. 1. ff. de vſucap.
*c* L. reſcrip. ff. de divet. & temp. præſ.
*d* 45. hoc verb.
*e* Comm. DD.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

credat ſine dubio rem eſſe ſuam, & poſſeſſio non interrupta per triennium, & titulus præſumptione juſtus.

6 Bonam fidem f non tollit dubitatio ſuperveniens, nocet autem hæredi mala fides defuncti, non tamen habenti ab hærede.

7 Hæres mala fide poſſidentis rem etiam furtivam, ſi habeat bonam fidem g præſcribit 40. annis.

8 Contra laicos præſentes in eadem provincia h præſcribitur decennio, contra abſentes 20. annis. Idem dicendum de bonis patrimonialibus clericorum. In re verò Eccleſiaſtica vel religioſa inter præſentes 30. inter abſentes 40. Contra Eccleſiam autem Romanam requiruntur centum.

9 Poſſeſſio bonæ fidei primi, & ſecundi poſſeſſoris complet i unum tempus legitimum præſcriptionis.

10 Eccleſiæ, & minori poſt finitum tempus præſcriptionis datur l quadriennium ad reſtitutionem niſi eſſet præſcriptum ab alia Eccleſia.

11 Solvens tributum, vel penſionem per contractum promiſſum, præſcribit non ſolvens ſine mala fide 30. annis. Si tamen erat pactum non ſolvendi, niſi petitum, & ob incuriam Domini non fuit petita, præſcribitur m communi tempore præſcriptionis.

12 Eligendi jus n præſcribitur 40. annis, etiam ſi unus actus interveniat.

13 Prohibita alienari non o præſcribuntur, niſi poſt 30. vel 40. annos.

14 Statutum auferens præſcriptionem, non aufert eam, cujus initium eſt immemoriale.

f Sà hoc verb. n. 2.
g Idem vbi ſup.
h Vide Mol. diſp. 71.
i Comm. DD.
l Vide Covar. q. 2. parag. 3.
m Sà vbi ſupra, n. 7.
n Idem vbi ſup. n. 8.
o Mol. diſp. 70.
p Comm. DD.

---

# DISPVTATIVNCVLA interiacens.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

### *DE VSVFRVCTV.*

1 VSus fructus a eſt jus utendi, fruendi alienis rebus ſalva ſubſtantia earum, *ut ff. de uſuf. l. 1. & inſt. de uſufr. in pr.*

2 Vſus fructuarius b poteſt vendere fundi ſolum quantum eſt neceſſarium ad conſervationem illius, poteſt incidere arbores ceduas & vendere, non verò fructiferas.

3 Cùm legatus eſt alicui uſusfructus gregis, vel armenti pro pecoribus mortuis, alia debet c ſubſtituere. Secus

verò

a L. 1. ff. de vſuf.
b Mol. d. 7. 8. & 9.
c Sà hoc verb. n. 8.



verò ſi uſusfructus ſit aliorum animalium. Tenetur etiam pro vitibus & arboribus mortuis alias ſubrogare; ſi verò ſubſtituta pereant non tenetur alia dare, poteſtque conſumere fructus uſu non conſumptibilium, vel eorum pretia.

4 Non d tenetur facere in rei conſervatione magnas expenſas, quod ſi faciat poteſt à proprietario repetere, niſi fuerit legatus uſusfructus omnium bonorum, ut quidam limitant.

5 Tenetur e ad tributa, & alia onera rei fructiferæ, niſi tanta eſſent ut legatum redderetur inutile. Ad onera verò pro obtinendo jure fructuum tenetur proprietarius.

6 Vſusfructus legatus intelligitur deducto jure alieno, unde prius ab hærede ſolvenda ſunt debita. Si autem aliunde poſſunt ſolvi, quam ex fructibus, & uſusfructus legatus ſit certæ rei ex illius fructibus non ſunt f debita ſolvenda.

7 Vxor relicta uſufructuaria, & gubernatrix omnium bonorum ſolum g habebit alimenta, mortuis verò hæredibus plenum habebit uſumfructum, vel ſecundùm quoſdam proprietatem.

8 Fructus maturi tempore mortis uſufructuarij ad proprietarium h pertinent.

9 Vſusfructus i omnium bonorum intelligitur exceptis legitimis filiorum teſtatoris.

10 vſumfructum non amittit l ingrediens religionem, quæ poteſt habere bona in communi.

11 Vſusfructus relictus univerſitati, vel civitati ceſſat m poſt centum annos.

12 Vſufructuarius, ſi civitatem amittat, ſuccedit n ei hæres dum ille vivit.

13 Amittitur o uſusfructus per non uſum decem annorum inter præſentes, & viginti annorum inter abſentes.

14 Cùm tibi legatur uſusfructus uſque ad pubertatem alicujus, ille verò ante pubertatem moriatur p habebis uſumfructum uſque ad illud tempus, quo eſſet pubes ſi viveret. Si autem legaretur uſque dum nuberet, & moriatur, habebis per totam vitam.

15 Legata tibi re immobili fructus illius q partiendi ſunt inter te, & inter uſufructuarium omnium bonorum, vel ſecundum alios ad te ſolum ſpectant.

16 Vidua intra annum à morte viri nubes non ideo r amittit uſumfructum ſibi relictum, niſi id defunctus expreſſerit.

d Silueſt. n. 9.
e Comm. DD.
f Sà vbi ſup. n. 5.
g Idem n. 1.
h Mol. diſp. 7. col. 1.
i Comm. DD.
l Mol. d. 9. col. ult.
m Silueſt vbi ſup. n. 11.
n Idem l. cit.
o Mol. d. 70. col. 2.
p Silueſt. ubi ſup.
q Vide Mol. d. 2.
r Sà ubi ſup. n. 15.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

17 Cùm tibi res aliqua conceditur ad vitam, uſusfructus illius conceſſus tibi intelligitur, *f* & jus illius alteri poteſt concedi.

*f* Comm. DD.

18 Cùm quis habet agri ſolum uſum poteſt *g* ipſe cum familia fructus edere, ſed non donare, nec vendere, ſecus ſi habeat uſumfructum.

*g* Sylu. vbi ſup. nu. 1.

19 Qui rei habet uſum tenetur *h* ad expenſas pro conſervatione illius, niſi ex ea habeat proprietarius aliquod commodum tunc enim ipſe ſolus tenetur.

*h* Id. vbi ſup. nu. 15.

# DISPVTATIO II. SECTIO I.

## RESOLVTIONES VARIÆ.

## *DE VSVRÆ DEFINITIONE, ET quo jure ſit prohibita?*

### *VSVRA.*

1 VSura *a* eſt pretium rei mutuatæ, vel eſt lucrum ratione mutui ex pacto: vel ex Concil. Agathenſi, Vſura eſt cum amplius recipitur quam datur ex mutuo.

*a* D. Tho. 2. 2. q. 78. *b* Vill. to. 2. tr. 12. num. 4.

2 Vt ſit uſura neceſſarium *b* eſt quod ſit mutuum, & pactum ſaltem implicitum intentione recipiendi lucrum ex mutuo.

*c* Comm. DD.

3 Vſura alia *c* eſt mentalis, cum quis mutuo dat, quia ſperat, licet non paciſcatur ſe aliquid ultra ſortem recepturum. Alia realis cum in re lucrum recipit ratione mutui. Hæc autem vel eſt manifeſta cum lucrum recipitur ex mutuo expreſſo, vel eſt palliata, cum recipitur ſub prætextu alius contractus.

*d* Ex Concil. Vienenſi refertur in clem. vnic. parag. ſin de uſur.

4 De fide certum eſt uſuram eſſe illicitam. Et prohibita eſt de jure naturali divino, & poſitive.

5 De jure civili permittuntur dummodò pro centum unũ recipiatur, hoc tamen prohibitum *e* eſt jure canonico.

*e* Villal. vbi ſupra, num. 4.

6 Qui putat bona fide contractum non eſſe uſurarium non peccat, cum verò ſe uſuram commiſiſſe cognoverit, reſtituere tenetur.

*DE quibusdam reſolutionibus quæ ex uſurarum definitione inferuntur.*

*f* Navar. conſ. 2. lib. 5 de 3c. ſuper ende uſur.

7 Mutuo dare alicui cum pacto, ut mutuo ſibi, pauperi, aut amico det, uſura *g* eſt.

8 Admonere autem mutuatarium de ſpe quam habet mutuans quod oblata occaſione ab eo mutuum etiam recipiat, non eſt uſura. *h*

*h* Comm. DD.

9 An verò poſſit mutuo dare alicui cum onere, ut emat merces ex tua domo, vel ut mulat in tuo molendino, alij negant:



negant, alij probabilius *i* affirmant. Sed non erit peccatum mortale, quando onus hoc non eſt cum notabili damno mutuatarij.

*i* D. Tho. vbi ſupra, d. art. 2.

10 Vſura *l* eſt mutuare Advocato cum onere, quod cauſam agat pro mutuante. Idem dic de eo, qui inimico mutuo dat, ut ſibi ignoſcat injuriam, vel pœnam.

*l* Comm. DD.

11 Qui Principi, vel reipublicæ mutuum dat, ut ſibi det officium, vel beneficium, uſuram *m* committit.

*m* Comm. DD.

12 Nec non *n* qui debitorum ſolutionem differre non vult, niſi aliquid ſibi vltra ſortem reddatur.

*n* Vill. vbi ſup. n. 12.

13 Idem, *o* qui mutuo dat triticum cum pacto, ut ſibi reddatur eo tempore, quo certo ſcit majus pretium habiturum, niſi ad id tempus reſervare decreviſſet. Idem dic de eo qui dat triticum in vno loco cum pacto ut in alio reddatur, vbi charius venditur, niſi fortè hoc eſſet mutuatario commodius.

*o* Idem n. 13.

14 Item *p* mutuó dare pignore fructifera ſibi fructus reſervando.

*p* Idem n. 5.

15 Item lucrum accipere pro obligatione illud non petendi intra tantum temporis.

16 Non eſt uſura *q* cum mutuum datur eo ſolum, ut mutuatarius gratus habeatur.

*q* Comm. DD.

17 Nec cum *r* ſolum intenditur vexationem redimere, vel debitum recipere, quod aliter non poterat recuperari.

*r* Comm. DD.

18 Nec cum *ſ* aliquid accipitur pro pignoris cuſtodia, quæ fieri non poteſt ſine labore, aut ſumptu.

*ſ* Comm. DD.

19 Mutuo acceptum *t* poteſt alteri mutuo dari ſub eiſdem oneribus, quibus fuit acceptum, ſi aliud non habet qui primo accepit.

*t* Vide Mol. vbi ſup. d. 314.

20 Fidejuſſores poſſunt *u* aliquid pro fidejuſſione recipere.

*u* Idem d. 319.

21 Non *x* eſt uſura pro mutuo aſſecurationem, vel obligationem poſtulare.

*x* Comm. DD.

22 Cùm debitor tempore præfixo non ſolvit, poteſt *y* aliquid recipi pro damno emergente.

*y* Vill. vbi ſup. n. 25.

*AN LICEAT pro mutuo lucrum expectare?*

23 Non licet *z* ex mutuo lucrum expectare per modum obligationis ex juſtitia, licet tamen per modum gratitudinis.

*z* Comm. DD.

*AN MENTALIS uſurarius reſtituere tenetur?*

24 Tenetur *a* ſolvere ei, qui uſuras ſolvit, & non ſufficit dare pauperibus.

*a* Sylu. v. uſura 6. q. 3.

25 Cùm is, qui mutuum dat habet malam fidem tenetur *b* reſti-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*b* Vill. vbi ſup. n. 2.

*b* reſtituere, niſi ei certò conſtet titulo gratitudinis ſibi datum fuiſſe lucrum. Si autem habeat bonam fidem, mutuatarius tamen aliter non daret niſi ratione mutui, tenetur reſtituere, ſi id ſibi conſtet, ſecus verò ſi non conſtet.

*DE VSVRIS commiſſis à theſaurariis Regis, & ab aliis Regiis miniſtris.*

26 Cum aliquid recipiunt ob dilatam debitorum exactionem, uſuram *c* committunt, & Regiis creditoribus damnum inferunt.

*c* Idem vbi ſup. diſ. 6. n. 1.
*d* Comm. DD.
*e* Villal. ubi ſup. n. 4.
*f* Mol. de iuſ. to. 1. d. 315.

27 Idem *d* cum aliquid recipiunt à Regiis creditoribus, ut illis ſolutionem anticipent, vel uni prius ſolvant, quam alij.

28 Item cum Regis pecuniam habent occupatam, & ideo non ſoluunt, reſtituere *e* tenentur.

29 Item cum bona Regis minori pretio vendunt, ut ſolutionem anticipent, & tam emptor, quam venditor ad reſtitutionem *f* tenentur.

*AN LICEAT propter damnum emergens in mutuo aliquid ſupra ſortem recipere?*

*g* Comm. DD.

30 Qui mutuo dat, poteſt cum mutuatario paciſci, quod ſolvat damnum emergens, vel lucrum ceſſans, Sed ut liceat tria *g* requiruntur. 1. Quod damnum ſit in re mutuata. 2. Quod verò ex mutuo, & non aliunde proveniat. 3. Quod mutuatarius de damno emergente admoneatur.

*h* Comm. DD.

31 Qui mutuum recipit, ad certum tempus non tenetur *h* ad damnum emergens, niſi finito tempore, finito autem ſi non ſolvit tenetur, niſi creditor ratum habeat.

*AN LICEAT aliquid ultra ſortem recipere propter lucrum ceſſans?*

*i* Villal. ubi ſup. diſ. [illegible] n. 1.
*l* Idem ubi ſupra n. [illegible]
*m* Leſſ. lib. 2. c. 20. dub. 11.
*n* Comm. DD.
*o* Vide Villal. ubi ſup.

32 Cum quis invitus mutuum dat *i* poterit propter lucrum ceſſans aliquid ultra ſortem recipere etiam ſi non ſit mutuus terminus. Idem *l* dicendum, cum quis juſtè obligatur ad mutuandum.

33 Qui ſponte mutuatur uſque ad certum diem *m* poteſt paſciſci, quod illo tranſacto ſolvatur ſibi lucrum ceſſans. Nec non paciſci poteſt, quod lucrum ceſſans intra terminum ſibi ſolvatur ſecundum probabiliorem.

34 Vt verè lucrum ceſſans eſſe videatur *n* opus eſt ut verum ſit lucrum, & quod verè ceſſet ratione mutui, & quod non recipiatur ultra intereſſe. Nunquam tamen licet totum lucrum ceſſans integre recipere.

35 Neceſſarium *o* etiam eſt quod mutuatarius admoneatur de lucro ceſſante, niſi tranſacto tempore ſeu termino culpabiliter moroſus in ſolvendo fuerit. Quod autem ſponte, vel invitus quis mutuum det, opus non eſt.

36 Qui habet certam nummorum quantitatem ſuis neceſſitati-



ceſſitatibus reſervatam, & aliam ad negotiandum, ſi ceſſat lucrari, quia illam mutuo dedit, & noluit etiam per avaritiam primam pecuniam negotiationi exponere, *p* poteſt aliquid ultra ſortem recipere.

*p* Vide eumdem ubi ſup.

*AN SIT uſura pœnam mutuatario promiſſa, ſi non ſolverit intra præfixum terminum?*

*q* Mol. to. 2. diſp. 317.

37 Non eſt uſura *q* poſitis aliquibus conditionibus. 1. Quod non ſtatuatur in fraudem uſurarum, id eſt quod mutuans non intendat ex pœna principaliter lucrum. 2. Quod mutuatarius culpam habeat in non ſolvendo. 3. Quod non ſolvat totam pœnam ſi partem debiti ſolverit, ſed pro rata.

*r* Comm. DD.

38 Advertendum quod pœna conventionalis non *r* debetur, niſi petatur à parte. Si tamen petatur ſolvi debet ante judicis condemnationem.

*AN QVI periculum rei mutuatæ ſibi ſubit, ob id poſſit aliquid recipere?*

*ſ* Molin. ubi ſup. diſ. 313.
*t* Villal. ubi ſup. diſ. 10. n. 1.

39 Si mutuans non vult aliter mutuare niſi ob periculum quod ſubit, lucrum detur, contractus eſt *ſ* uſurarius ob poſitum gravamen.

40 Si autem mutuatarius rogat mutuantem, ut de hoc conveniat, & pro aſſecuratione promittat pretium *t* licitus eſt contractus ceſſante ſcandalo.

---

## SECTIO II.

### *AN QVI MVTVATVR OB PERICVLVM amittendi capitale, poſſit aliquid recipere.*

*a* Comm. DD.

1 CVm datur periculum amittendi capitale *a* poteſt aliquid recipi ſervatis tribus conditionibus. 1. Quod periculum verum ſit. 2. Quod mutuatarius non obligetur eligere ipſum mutuantem in fidejuſſorem. 3. Quod mutuans plus non recipiat, quam quivis alius reciperet.

*AN POSSIT gener ſine uſura recipere fructus rei ſibi datæ in pignus, dum dos ſolvatur.*

*b* Villal. ubi ſup. diſ. [illegible] & ex c. ſalubriter de uſu.
*c* Moll. ubi ſup.
*d* Comm. DD.
*e* Villal. ubi ſupra n. 6.

2 Reſpondetur *b* affirmativè. Si autem fructus excedant onera matrimonij exceſſum reſtituere tenetur. Si autem vxorem non alat fructus recipere non poterat.

3 Poteſt *c* gener cum ſocero paſciſci, quod ſibi tot nummos det quotannis, dum dos non ſolvitur.

4 Cum ſocer dotem non ſolvit tempore præfixo *d* tenetur illius redditus ſolvere.

5 Mortua vxore non *e* poteſt maritus fructus pignoris ſibi retinere. Poteſt tamen dotem repetere ſi filios ex illa ſuſcepit.

6 An

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

6 An verò mortuo marito poſſit uxor repetere dotis redditus, alii ajunt, alij negant *f* niſi ſit lucrum ceſſans.

*f* Moli. vbi ſup.

*AN LICEAT ſub pignore dare mutuum ea conditione, ut pignus vendatur, ſi tempore præfixo ſolutio non fiat?*

7 Si pactum fiat quod vilius vendatur pignus, quam valet, eſt uſura, vel ſi apponatur, ut gravamen. Secus *g* verò ſi ſit ut debitum ſecurius reperatur.

*g* Comm. D.D

*AN PIETATIS mons ſit uſurarius?*

8 Mons *h* pietatis eſt quædam pecunia, vel tritici ſumma à republica ſervata, ut mutuo detur pauperibus, in illorum neceſſitatibus quibuſdam ſervatis conditionibus. 1. Eſt quod mutuum non detur, niſi ad tempus determinatum. 2. Quod mutuatarius det pignus ſub ea conditione quod ſoluto debito ei reddatur integrum, & tempore præfixo non ſoluto vendatur ad ſolutionem, & quod ſuperfuerit domino reſtituatur. 3. Quod mutuatarius ſingulis menſibus penſionem ſolvat ad ſumptus pro conſervatione hujus montis.

*h* Vide Vill. ubi ſu. diſ 14. n. 1. & 2.

9 His poſitis dicendum quod hic mons eſt licitus, & pius, Vide verb. *Mons pietatis.*

*AN VSVRARIVS dominium habeat rerum, quas per uſuras acquirit?*

10 Reſpondetur negativè *i* ſecundum probabiliorem. Accidentaliter tamen poteſt contingere, quod habeat dominium v. g. ſi illi ſolvantur mille nummi inter quos centum commixti acquiſiti per uſuras.

*i* D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. D. Bonav. in 4. diſ. 15.

11 Per uſuras acquiſitum non *l* pauperibus, ſed domino reſtituendum eſt cum fructibus, & lucris.

*l* Comm. DD.

12 Qui uſuras ſolvit etiam ſi habeat intentionem transferendi dominium in mutuantem coactè facit. *m*

*m* Comm DD.

*AN VSVRARIVS dominium acquirat illorum, quæ pecunia acquiſita per uſuras acquirit?*

13 Non acquirit fructuum dominium. Acquiſitorum tamen uſurariæ pecuniæ dominium habet, *n* tenetur tamen reſtituere lucrum ceſſans, & damnum emergens.

*n* D. Tho. ubi ſupra.

14 Acquirit etiam *o* dominium rerum, quas uſuraria pecunia emit.

*o* Comm. DD.

*AN BONA uſurarij, & furis ipſo jure pro uſuris ſint hypothecata?*

15 Vſurarij bona non habent *p* tacitam hypothecam ad ſolutionem uſurarum. Idem dic de aliis rebus emptis pecunia uſuraria, & niſi in fraudem creditorum alienentur, non eſt locus reſtitutioni ſecundùm probabiliorem.

*p* Moli. vbi ſup. diſ. 319.

16 Ad quid teneatur, qui contractum facit cum uſurario, vel fure?

17 Qui



17 Qui res per uſuras, vel per furtum habitas acquirit non acquirit *q* illarum dominium & reſtituere tenetur.

*q* L. rogaſti pa. ag. ſi &l. nam & ſi for. ff. cert. pec.

18 Si res ſint ex his, quæ recipiunt functionem in eodem genere, id eſt ex his in quibus nihil intereſt an ſit hæc vel illa ut in pecunia, & ſimilibus. Cum illas recipiens certus eſt quod uſurarius, vel fur tantumdem reſtituit, verum dominium acquiret. *r*

*r* Comm. DD.

19 Qui res ſupradictas acquirit, & bona fide conſumpſit ſolum tenetur *ſ* ad id in quo ditior factus eſt.

*ſ* Comm. DD.

20 Qui contractum cum uſurario init, in his in quibus dominium habet non tenetur *t* reſtituere.

*t* Vil. ubi ſupra.

21 Qui uſurariis, vel furibus vendit ad ſuſtentationem neceſſaria non tenetur *u* pretium reſtituere, nec colonus, qui bona fide in illorum prædiis laboravit.

*u* Comm. DD.

22 Qui his bona fide aliquid mutuo dedit *x* poteſt repetere ſicut cæteri creditores.

*x* Comm. DD.

23 Famuli obſequium præſtantes his, qui non ſunt ſolvendo, ſi ſuo obſequio tantum utilitatis præſtant quantum in ſtipendo accipiunt, non tenèntur *y* reſtituere. Secus verò ſi ſciant dominos ære alieno eſſe gravatos, & ſuo obſequio ad ſolutionem impotentiores fieri.

*y* Vill. ubi ſup. nu. 8.

*AN MORTVO uſurario teneantur Vxor, & filij illius reſtituere, quæ de eius bonis conſumpſerunt?* Vide verb. *Dos.*

*AN TENEANTVR ad reſtitutionem, qui cooperantur ad uſuras?*

24 Qui cooperatur ad uſuras mutuo accipientis partes agendo, reſtituere non tenetur. *z*

*z* Comm. DD.

25 Qui uſurario perſuadet ut pecuniam det ad uſuras, peccat *a* mortaliter, & reſtituere tenetur.

*a* Vill. vbi ſup. diſ. 19. nu. 2.

26 Qui ſine urgente neceſſitate deponit *b* pecuniam apud uſurarium, quem credit alias non exerciturum uſuras, peccat mortaliter.

*b* Idem ſup. nu. 2.

27 Iudices, qui mutuatarium obligant ad ſolvendas uſuras peccant, *c* & reſtituere tenentur.

*c* D. Tho. vbi ſup. d. 78. art. 4.

28 Notarij, & teſtes ſcripturæ uſuræ palliatæ peccant, & reſtituere tenentur. Secus *d* ſi contractus ſit manifeſtè uſurarius, & manifeſtè in ſcriptura contineatur.

*d* Syl. v uſura 6. q. 1.

29 Proxenetæ, & factores uſurariorum, nec non famuli qui dant, vel exigunt uſuras, tenentur *e* ad reſtitutionem in illorum defectu, ſecus verò ſi ſolum pecuniam portent, & rationem in libris ſcribant.

*e* Comm. DD.

*AN hæredes uſurarij reſtituere teneantur in illius defectu?*

30 Tenentur *f* pro rata hæreditatis in illius reſtituere defectu.

*f* c. cum tu de uſur.

31 Ille cui contigit in ſpecie res per uſuram habita, reſtituere *g* tenetur.

*g* Comm DD.

Qui

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*QVI manifeſti & notorij uſurarij dicantur?*

b Comm. DD.

32 Alij dicuntur *b* notorij notorietate facti, quando delictum ita publicum eſt, ut nulla tergiverſatione poſſit celari, & ad hoc ſufficit unus actus. Alij dicuntur notorietate juris cum plenè probatum eſt delictum ſervato juris ordine, vel ipſi juridicè confeſſi ſunt, & per judicis ſententiam damnati fuerunt.

*DE pœnis quas uſurarij incurrunt.*

i L. improbum genus. C. quib. ex cau.
l cap. quia in omnibus de uſu.
m Clem. 1. de ſepul.
n Villal. ubi ſup.
o Comm. DD.

33 Notorij uſurarij infamiæ pœnam *i* incurrunt. Quod ſi clerici ſint, deponendi ſunt ab officio, & beneficio.

34 Manifeſtus uſurarius à ſacræ Euchariſtiæ participatione *l* arcendus eſt, & Eccleſiaſtica ſepultura privandus, & qui illum humare præſumunt, excommunicationem *m* incurrunt.

35 Excommunicantur *n* etiam facientes, & ſcribentes ſtatuta, ut uſuræ ſolvantur.

*AN liceat mutuo accipere ad uſuras?*

36 Qui mutuò ad uſuras accipit non peccat *o* contra juſtitiam reſpectu uſurarij. Nec qui à parato ad exercendas uſuras mutuum petit, & pollicetur uſuras, ſi aliqua faciat neceſſitate, ejus utilitate conſtrictus, ſi autem faciat ad varios ſumptus peccabit venialiter ſecundum aliquos.

*VARIÆ circa uſuras reſolutiones.*

p Aull. in comp. hoc verb.

37 Beneficiariis alicujus Eccleſiæ legari poteſt *p* certa pecuniæ quantitas ut ſingulis menſibus ex lucro illius, v. g. quinque pro centum tot Miſſas pro legante celebrent.

q Idem ubi ſup.

38 Qui emit pecora ab eo quem ſcit non habere & eadem vendit cum penſione quotannis ſolvenda, *q* tenetur reſtituere penſionem. Secus verò ſi emat, & vendat bona fide etiam ſi poſtea veritatem cognoſcat.

r Navar. c. 17. n. 261.
ſ Idem n. 271.

39 Vxor uſurarij defuncti ſi habeat aliunde unde vivat, *r* tenetur reſtituere bona ſibi, & filiis ſuis relicta, ſi à marito per uſuras fuerant acquiſita.

40 Vxor ſine marito non poteſt *ſ* reſtituere dotem à patre per uſuras acquiſitam, tenetur tamen maritus non repugnare.

41 Donatarij, & legatarij qui gratis bona acceperunt ab uſurario, ſi illius bona non ſufficiunt ad uſuras ſolvendas, reſtituere *t* tenentur.

t Comm. DD.
u Avila ubi ſup. hoc verb.

42 Vſurarij teſtamentum ipſo jure eſt *u* nullum, & nemo poteſt in eo teſtis eſſe, nec poteſt abſolvi etiam in mortis articulo, niſi cautionem præſtet de reſtitutione facienda.

43 Qui bona fide celebravit contractum putans non eſſe uſura-



rium, quem ſi talem intelligeret non celebraret, ſed alium licitum, poteſt *x* quod in licito acquireret, retinere.

x Comm. DD.
y Comm. DD.

44 Si Petrus *y* debeat Ioanni centum poſt annum, & velit nunc ſolvere 50. cum pacto ut expectet poſt biennium alios 50. non committitur uſura.

z Dian. p. 4. tr. 4. reſ. 139.

45 Non *z* eſt uſura rei venditæ ſibi fructus retinere, donec ſolvatur pretium, etiam ſi non ſit lucrum ceſſans.

46 Vt quis cognoſcat quantum poſſit accipere pro lucro ceſſante hæc regula eſt ſervanda. Qui 15. ex centum lucrari ſperabat, videat quos nummos libenter daret pro aſſecuratione hujus lucri, daret utique quinque, reſtabunt ergo decem, totidem *a* poterit licitè recipere.

a Idem p. 1. tr. 1. reſ. 64.
b Comm. DD.
c Comm. DD.

47 Donum, *b* vel munus accipere à mutuatario titulo gratitudinis non eſt illicitum.

48 Poteſt *c* quis dare mercatori pecuniæ ſummam, & accipere ab ipſo in fine anni 8. pro centum, dummodo (licet tacitè, & implicitè) intendat celebrare tres contractus. 1. Societatis. 2. Aſſecurationis. 3. Venditionis lucri incerti pro certo.

## *VXOR.*

Vide verba. *Maritus. Matrimonium. Donatio. Eleemoſyna.*

a L. ſi ergo patag. dotis, ff. de jure dotium & eſt com. Vide ſup. verb. furtum.

1 Vxor *a* quæ donat adultero notabilem quantitatem peccat. Sed nec ipſa tenetur reſtituere ſi ſua donavit, nec adulter, nec hic peccat accipiendo.

---

### DECRETA
### SANCTISS. IN CHRISTO PATRIS AC D. N. D.
# ALEXANDRI PAPÆ VII.

In Congregationibus generalibus Sanctæ Romanæ & Vniverſalis Inquiſitionis habitis.

Feria v. die 24. Septembris 1665.

*In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſ. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII, ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.* [illegible]

SANCTISSIMVS D. N. audivit non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ Diſciplinæ relaxativas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum ſuſcitari, partim noviter prodire: Et ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam indies magis excreſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nino ab Evangelica ſimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quam ſi pro recta regula fideles in praxi ſequerentur, ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam ſalutis, quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari, ſeu verius perverti contingeret, idem Sanctiſſimus D. N. ut oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa, lataq; per quam itur ad perditionem, via, pro Paſtorali ſolicitudine in rectam ſemitam evocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſerió commiſit: Qui tantum negotium ſtrenue aggreſſi, eique ſedulo incumbentes, & maturé diſcuſſis, uſque ad hanc diem infraſcriptis propoſitionibus, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati Suæ ſingillatim expoſuerunt.

1 Homo nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Iulij in Conſiſtorio Sacræ Congregationis Emin. Cardinalium, viſa & tolerata eſt.

4 Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5 Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare ſi probare non poſſis.

6 Confeſſarius, qui in ſacramentali Confeſſione tribuit Pœnitenti chartam poſteà legendam, in qua ad Venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in confeſſione; ac proinde non eſt denuntiandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt; Si ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denuntiandi.

8 Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructûs ipſimet Celebranti correſpondentem, idq. poſt Decretum Vrbani VIII.

9 Poſt



9 Poſt Decretum Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.

10 Non eſt contra juſtitiam pro pluribus ſacrificijs ſtipendium accipere, & ſacrificium unum offerre; Neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam juramento firmata, danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram.

11 Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

12 Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ Confeſſionis, qui confitetur Regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.

14 Qui facit confeſſionem voluntariè nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

15 Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui Beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit, uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publicè, & coram graviſſimis Viris prædicta impingere niſi occidatur.

18 Licet interficere falſum Accuſatorem, falſos Teſtes, ac etiam Iudicem, à quo iniqua certò imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.

19 Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam.

20 Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eò quod ſit pœna.

21 Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum ſi ſtudio litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi Officium per alium recitet.

22 Non eſt contra Iuſtitiam Beneficia non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente non exigit illam pro collatione Beneficij

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

neficij, ſed veluti pro emolumento temporali, quod ſibi conferre non tenebatur.

23 Frangens jejunium Eccleſiæ ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubjicere præcepto.

24 Mollities, ſodomia, & beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, ideoque ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro ſe opiniones æquè probabiles, poteſt judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.

27 Si liber ſit alicujus junioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet, rejectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamſi abſque ulla cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum ſimilium Propoſitionum examini cura, & ſtudium impenderetur, interea idem Sanctiſſimus re maturè conſiderata ſtatuit, & decrevit, prædictas Propoſitiones & unamquamque ipſarum, ut minimum, tanquam ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicij prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima notâ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

*Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Not. &c.*

Loco ✝ ſigilli.

Anno à Nativitate D. N. IESV Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, Indictione tertia, die verò 2. menſis Octobris, pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, D. N. D. Alexandri divina providentia Papæ VII. anno undecimo ſupradictum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanum ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.



# FERIA QUINTA,

## DIE DECIMA OCTAVA Martii Anno 1666.

*In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſ. D.N.D. Alexandro, Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R.E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter Deputatis.*

SAnctiſſimus D. N. poſt latum Decretum die XXIV. Septembris proximè elapſi, quo viginti octo Propoſitiones damnatæ fuerunt; examinatis ſedulò, & accuratè uſque ad hanc diem infraſcriptis aliis quadrageſimum quintum numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos, & Reverendiſſimos DD. Cardinales adverſus hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores, eorum ſuffragio ſingillatim ſuper unaquaque ipſarum audivit.

*Propoſitio* 29. In die Jejunii, qui ſæpius modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30 Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

31 Excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.

32 Non eſt evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33 Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque Eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui beneficij fecerit.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

34 In die Palmarum recitans officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.

35 Unico officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.

36 Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentiæ conceſſæ regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi quamprimùm, eſt conſilium, non præceptum.

39 Illa particula *quamprimum* intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40 Eſt probabilis opinio, quæ dicit, eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſûs ulterioris, & pollutionis.

41 Non eſt obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarij, vulgo *regalo* dum deficiente illâ, nimis ægre ageret vitam, & aliæ epulæ tœdio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.

42 Licitum eſt mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos.

44 Quoad forum conſcientiæ, Reo correcto, ejuſque contumaciâ ceſſante, ceſſant cenſuræ.

45 Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, uſque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè penſatis, idem Sanctiſſimus ſtatuit, ac decrevit prædictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ut minimùm, tanquam ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præter quàm in articulo mortis) ab alio quâcumque etiam dignitate fulgente, niſi à protempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicij prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatûs [illegible] ſpeciali ſpecialiſſimâ notâ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.



*Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.*

Locus (✠) Sigilli.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo Sexto, Indictione quarta, die verò 23. menſis Martij, Pontificatus autem Sanctiſs. in Chriſto Patris. D. N. D. Alexandri, divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanum, ejuſdem Sanctiſs. D. N. Papæ & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

FINIS.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
ERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTE